C. SALLUSTII CRISPI QUAE EXTANT EX RECENSIONE J. F. GRONOVII CUM...

Gai Sal·lusti Crisp, Joannes Fredericus Gronovius

Digitized by Google

9
24
6
38MI
741

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9.—4.F.24

18.6.30.
15
6
27
16—a—20
9.3.F.33

Digitized by Google

Digitized by Google

0-4-F-29

Digitized by Google

LUGD. BATAV. et ROTEROD. } Ex Officina HACKIANA 1665.

BIBLIOTECA N. 2
ROMA
VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

C-4-F-29

Digitized by Google

BIBLIOTECA N.
ROMA
VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

TYPOGRAPHUS
LECTORI.

QVemadmodum pleroſque auctores alios veteres Latinos, ita & Hiſtoricorum Romanorum principis C. Salluſtii Criſpi opera cum excerptis undique & lectis variorum commentariis ex noſtra officina non nunc accipis primum, amice ac benevole Lector. Qualiacunque autem antehac dedimus, placuiſſe publice argumento eſt, quod cum omnia non longinquo temporis ſpatio exemplaria pridem diſtracta eſſent, tamen eadem frequenter à nobis jam fruſtra peterentur. Ea alacritas tua, ſimul ne deſideria ſtudioſorum deſtitueremus, animum nobis accendit, ut iterum graviſſimum ſcriptorem prælis noſtris ſubjiceremus & nec ſumptum eum nec laborem defugeremus. Scio poſteriores editiones hac laborare invidia, tanquam raro non dico vincant, ſed exæquent priores: quod ſæpius accidat, ut quaſi in re faciliore negligentius & operæ verſentur & correctores, atque ita errata cumulent, & vetuſta novis exaugeant. At tu cave hujuſcemodi aliquid de hac ſuſpiceris, certumque habeas multis partibus meliorem eam tibi nos etiam noſtrâ ſuperiori præſtare. Nam & mendas, quæ in iſtam inſinuaverant, ab acutioribus oculis & argutiore manu tollendas omnes curavimus: & ipſum contextum de exemplari, cui vir veterum literarum ſtudioſiſſimus optimas quaſque probatiſſimorum MSS. codicum lectiones uſus ſui gratia adſcripſerat, paſſim emaculavimus: ſed & acceptas ab eodem locorum difficillimorum eruditas quaſdam enodationes, ubi oportebat, inſertas libenter tecum communicavimus. Hoc volui neſcius ne eſſes. Vale.

Digitized by Google

PETRUS CRINITUS

DE

HISTORICIS

AC

ORATORIBUS LATINIS.

CRIPUS SALLUSTIUS Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Athenienſium urbs à L. Sulla devicta, atque vaſtata eſt, ut Romani annales referunt, ex nobili Salluſtiorum familia ortus eſt, quæ diu in ſecundo ordine dignitatem ſervavit. idem in urbe educatus creditur, & à teneris annis operam, ac ſtudium impendiſſe optimis diſciplinis. ſed cum in ea tempora incidiſſet, quibus corrupti civium mores variis partibus, atque factionibus forent, neque virtuti præmia, aut bonis ingeniis adeſſent, in tam depravata civitate, quod idem Salluſtius fatetur, victum ejus ingenium voluptatibus, facile ſuccubuit. itaque cum ad remp. pro ætate foret delatus, propter civium improbitatem & factiones, multa adverſa pertulit. nam tum præcipue Sullanis partibus infecta civi-

cta civitas æſtuabat. Conſtat ex veterum commentariis, Salluſtium ipſum ingenio fuiſſe acri, & in ſtudiis literarum accurato, tum maxime in ſcribenda hiſtoria. Præceptorem habuit inter alios Ateium Prætextatum, qui Philologum ſe appellavit, & ab eo edoctus eſt de ratione recte ſcribendi, ut à Suetonio Tranquillo traditur, qui & Aſinium quoque Pollionem ſcribit ab eodem Prætextato eruditum, atque inſtructum: maxime autem M. Catonis ſtudioſus fuit: ex cujus commentariis verba excerpſit, & velut breviarium ad uſum proprium habuit: quod Octavius quoque Aug. in epiſtola ad M. Antonium refert, in qua ipſum Antonium, ceu inſanientem increpat, quod ea ſcribere vellet, quæ mirentur potius homines, quam quæ intelligant. Sed interim ad Salluſtii commentarios. Hiſtoriam compoſuit de L. Catilinæ conjuratione contra R. Senatum, & item de bello Jugurthæ, qui Numidiæ rex factus, diu contra Romanos ſtrenue rem geſſit. Hiſtoriam præterea de Romanorum geſtis, ut de Mario, & Sulla, necnon de Pompeio contra regem Mithridatem: quod opus libris aliquot à Salluſtio abſolutum traditur, & adhuc ſuperſunt quædam, veluti abſolutiſſimi operis reliquiæ, in quibus Salluſtii diligentia in hiſtoria deſcribenda, atque gravitas appareat. In parte operis de rebus Punicis, tanto animi ſtudio incubuit, ut à quibuſdam ſcriptum ſit, eum regionem adiiſſe,

Digitized by Google

adiiſſe, ac maxima ſolertia perluſtraſſe, quo majore fide atque officio veritatem exploraret. Avienus certe Rufus plurimum Salluſtii diligentiam, atque ſtudium commendavit: ſed & Gellius, vir Romanus, qui veterum eruditionis Ariſtarchus habebatur, ita de Salluſtii oratione diſſerit: *Elegantia*, inquit, *Salluſtii, verborumque facundia, & novandi ſtudium, cum multa prorſus invidia fuit, plures non mediocri ingenio viri conati ſunt reprehendere pleraque, & obtrectare, in quibus plura inſcite, aut maligne vellicant.* quin & hunc proprietatis ſervantiſſimum vocat. Titus autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ſicuti ab Annæo Seneca ſcribitur, ut quædam ex hiſtoria Thucydidis tranſlata, & eleganter aſſumta, velut depravata, & corrupta illi objecerit, idque ipſum non in Thucydidis gratiam effecit, ut Arellius Fuſcus dicebat, verum putavit ſe facilius Salluſtium vincere, ſi prius Thucydidem ipſum præferret. Aſinius quoque Pollio librum ſcripſit, quo Salluſtii ſcripta reprehenderet, quod in iis nimia quâdem affectatione antiquitatem ſequeretur. Fabius vero Quintilianus, vir maturo, & gravi judicio, aſſeruit, oratione Salluſtii, atque brevitate nihil fieri poſſe perfectius, præſertim apud vacuas & eruditas aures, neque veritus eſt idem Fabius, Thucydidi, in ſcribenda hiſtoria apud Græcos principi, Salluſtium ipſum opponere, ſicuti T. Livium Herodoto: quo factum

eſt, ut cum plures voluerint dicendi genus Salluſtianum ſequi, minime ſint aſſecuti. eſt enim ejus oratio tam abſoluta, tam caſta, innocens, ut merito ab eruditis divina brevitas cenſeatur. nam & Arruntius, qui belli Punici hiſtoriam ſcripſit, Salluſtio tantum conceſſit, ut ejus orationem maximo ſtudio ſequeretur: quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, conſueviſſe Salluſtium magno labore ac ſtudio ſcribere, ut nihil non abſolutum, atque perfectum videri poſſet, quod ex ipſa lectione facile colligitur. Amicos in primis doctrina, & ingenio nobiles, habuit, ut Cornelium Nepotem, Meſſalam, & Nigidium Figulum, qui periiſſe in exſilio traditur; Julium præterea Cæſarem magno ſtudio dilexit, à quo etiam, ut creditur, dignitate præfecturæ honeſtatus eſt. Illud item à Suetonio refertur, Lenæum grammaticum, Pompeii libertum, ſatyras contra Salluſtium compoſuiſſe, eumque mordaci & virulento carmine laceraſſe, ut qui lurconem illum, popinonemque, & nebulonem, ac laſtaurum appellarit, tum vita ſcriptiſque monſtroſum, ac M. Catonis verborum furem ineruditiſſimum: quod ipſum non alia ratione à Lenæo factum creditur, quam ut ſtudium ſuum, atque officium erga patronum Pompeium probaret: quem virum Salluſtius ore improbo, animo autem inverecundo eſſe ſcripſerat. itaque mirandum non eſt, ſi tam acerbe, atque ſatyrice libertus Lenæus contra

Sallu-

Digitized by Google

Salluſtium aciem ſtyli exacuit. Quantum odii, atque inimicitiæ inter hunc & M. Ciceronem exſtiterit, notiſſimum eſt: quod utriuſque violentæ, atque acerrimæ orationes ita demonſtrant, ut neuter videri poſſit ſatis ſui rationem habuiſſe, dum alteri malediceret. Qua in re non ſunt multa referenda, cum ex Hieronymi, ac Fabii authoritate conſtet, eos homines longe aberraſſe, qui confictas magis orationes ab aliis, quam à Salluſtio & Cicerone habitas crediderint. Et ſane tam corruptis moribus Salluſtius, ingenio tam proclivi ad luxum fuit, ut paternam domum, vivente adhuc patre turpiſſima ratione venalem haberet, quod illi inter alia vitia à M. Cicerone exprobratur. Sed à Varrone etiam & Gellio traditum eſt, eundem fuiſſe in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loriſque cæſum, ac data pecunia dimiſſum, qua ratione factum eſt, ut M. Cicero appellare illum non dubitaverit, menſarum aſſeclam, cubiculorum pellicem & adulterum. Dignitates publicas geſſit, & quæſturæ, & tribunatus honorem aſſecutus eſt, ſed nulla quidem laude, aut commendatione, adeo lubidine magis, quam ratione, & publice & privatim vixit: nam & ad judicum ſubſellia abſtractus, fortuna extrema (ut inquit Cicero) ſtetit. Scribunt autem grammatici ea de cauſa ſenatu ejectum fuiſſe à cenſoribus, quod ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Sal-

luſtio relatum eſt, patrocinio & favore C. Cæſaris conſecutum fuiſſe præturam Africæ inferioris, ex qua dives factus, cum in urbem rediret, pretioſiſſimos hortos in regione ad Malum Punicum comparavit, ac Tiburti villam, quæ à Cicerone itidem illi objiciuntur. Neque deſunt, qui ſcribant Terentiam M. Ciceronis uxorem ab eo repudiatam, Salluſtio nupſiſſe, ac deinceps Meſſalæ Corvino, viro in eloquentia clariſſimo: quod etiam ſuo loco ſcripſimus. Sciendum eſt fuiſſe plures Salluſtios: nam & Cneus à M. Tullio celebratur in Salluſtiorum familia inſignis, & M. Ciceroni, ac Cn. Pompeio maxime familiaris: quod ex iis epiſtolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticum ſcribit. qua in re imprudenter quidam decepti ſunt, cum Salluſtii Empedoclea ignorarent, ut alibi demonſtravi. Sunt, qui tradant, ad annum ſecundum & LX. eum vixiſſe, & in patria annis aliquot poſt obitum C. Cæſaris diem extremum obiiſſe: quod ex veterum commentariis cõlligitur. Illud præterea de hoc ipſo Criſpo Romæ circumlatum eſt, ut multi teſtantur:

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Digitized by Google

GERARDUS JOANNES VOSSIUS
DE
HISTORICIS
LATINIS.

C. SALLUSTIUS CRISPUS *natus Olympiadis* CLXXIII. *an.* III. *quem ad annum Anonymus* ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ *hæc annotat:* Σύλλας τὰς Ἀθήνας ἐξεπολιόρκησε μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος. Κρίσπος Σαλλούστιος ἱστορικὸς ἐγεννήθη. *Sylla Athenas expugnat ſecundo menſe hiberno. Criſpus Salluſtius hiſtoricus naſcitur.* Is eſt annus Urbis conditæ IↃCLXVIII. Ubi videmus, Græcos ſcribere Σαλλούστιος. *Et ſane itidem in* MSS. *meis, & antiquioribus editionibus, vocatur* SALUSTIUS. *Sed ſcribendum* SALLUSTIUS *gemino* LL. *quomodo legitur in aliis* MSS, *& lapidibus. Marmor effoſſum juxta rudera Salluſtianæ domus:*

M. AURELIUS PACORUS
ET M. COCCEIUS STRATOCLES
ÆDITUI VENERIS HORTORUM
SALLUSTIANORUM BASEM CUM
PAIMENTO MARMORATO
DEANÆ
D. D.

Neque aliter lapis alius, cujus vide ſis inſcriptionem apud Aldum de Orthographia. Natus autem eſt Amiterni in Sabinis, anno uno poſt natum Veronæ Catullum, ut notat Euſebius ad annum MDCCCCXXXI: *quadriennio autem ante bellum obiit Actiacum, ut idem ſcribit ad annum* MDCCCCLXXX. *Doctiſſimus Hieronymus Wolfius putabat, nomen ejus ſimplici* L. *ſcribi oportere, quia vel à ſale ſit, vel ſalute. Sed* ἔτυμον *utrumque eſt incertum. Et cur non*

à sale geminato LL *æque esse possit, ac ab eodem venit* sallo, *unde* sallitus, *pro salso? Quare puto, non recedendum esse à libris antiquis, atque inscriptionibus, in quibus* L. *geminatur. Tribunus plebis erat quo anno Clodius à Milone occisus fuit, puta anno* IↃCCII, *quo Cn. Pompejus Magnus, compluribus mensibus consul sine collega fuit. Tribunatu eo, quem nulla cum laude gessit, ut Ciceroni, ita & Miloni, infestus admodum erat: idque quia in Faustæ, L. Syllæ filiæ, adulterio deprehensus virgis à Milone esset cæsus, nec nisi pecuniâ datâ dimissus. Nempe istud in caussa est, cur Clodianis semper studuerit adversus Milonem. Vide Pedianum, Gellium, Servium, Horatii interpretes. item orationem sub Ciceronis nomine jam Augustæo, vel Tiberii ævo, editam. Ex quibus etiam discimus, ob adulteria ac stupra senatu fuisse motum ab Appio Claudio Pulcro, & L. Calpurnio Pisone Cæsonio conss. nempe anno Urbis* IↃCCIII, *sive juxta alios* IↃCCIV: *quo consules erant L. Æmilius Paullus & C. Claudius Marcellus. Ejus è Senatu ejectionis meminit & Dio lib.* XL. *Ac ne alium Sallustium signari putes, clare ait id contigisse* Σαλλυστίῳ, τῷ τὴν ἰσοτέλειαν συγγράψαντι. *Eo anno Milo jam exulabat: unde consequitur, quod à Milone Tribuno pl. virgis cæsum dicebamus, id antea contigisse; non eopse anno, ut vir eruditus putabat. Etiam discimus iisdem ex scriptoribus, à C. Julio Cæsare, rerum potito, dignitatem Senatoriam recuperâsse, quæstoremque factum, & postea etiam præturam obtinuisse. Prætura mentionem quoque invenio apud Hirtium pene initio libri de bello Africano:* Item C. Sallustium Crispum prætorem ad Cercinam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. *Item apud Dionem lib.* XLII. *de hoc ipso legas:* Στρατηγὸς γὰρ ὢν τότε τῷ τὴν βυζάκιον ἀναλαβεῖν ἀπεδείχθη. *Narrat ibidem, ut cum in Campania Cæsaris milites, quos in Africam præmittere statuerat, seditionem conci-*

concitâſſent: ac Salluſtius prætor Romam contenderet, quò Cæſarem hujus rei faceret certiorem: propemodum fuerit occiſus à compluribus militum, qui eum inſequebantur, nec cuiquam parcebant, imò duos etiam ſenatores occiderant. Apud eundem lib. XLIII. *refertur, ut Cæſar Numidiæ præfecerit Salluſtium; ille autem provinciam expilaverit: ac à Cæſare quidem fuerit abſolutus; ſed infamiam non effugerit; quòd qui in hiſtoria acerbus eſſet alienorum vitiorum caſtigator, turpiter ipſe in hoc munere ſe dediſſet. Ex hac autem præda Numidica ita ditatus fuit, ut in Quirinali monte forum emeret, quod Salluſtii vocatur, ubi nunc ædes S. Suſannæ: item hortos, qui hodieque Salluſtiani nominantur. Hæc oſtendunt, vitam ejus laudari à nemine poſſe. Nempe omnis ejus gloria à præclaris ſcriptis proficiſcitur. Sed vix ejus quicquam integre ad nos pervenit, præter bellum Jugurthinum, & Catilinarium. Ita vulgo inſcribuntur. Sed poſterior genuina inſcriptio,* DE CONJURATIONE CATILINARIA. *Teſtis Salluſtius ipſe his verbis:* Igitur de Catilinæ conjuratione, quam veriſſime potero, paucis abſolvam. *At ex nobili hiſtoriarum opere, quo imprimis hiſtorici principis nomen meruit, nihil habemus præter quatuor oratiunculas, epiſtolas duas, & lacera aliquot fragmenta, quæ ex Grammaticis antiquis, atque aliis ſcriptoribus, collecta ſunt. Duæ vero ad Cæſarem orationes, ut vocant, de Rep. ordinanda, utrum Salluſtii ſint, non convenit inter eruditos. Carrio Salluſtio abjudicat: & pro illo eſt, quod veterum nemo, qui tantopere gaudent Salluſtium ad partes advocare, inde aliquid depromat. Diſſentit autem Douza, cui favent libri vett. & dictio ipſa, quæ, quicquid dicat Carrio, plane Salluſtium redolet. Sin genuinæ non ſint, negari tamen non poſſit, valde eſſe antiquas, & quidem Juliani, aut Auguſtæi ævi: ſaltem non infra Flavianum. Sed genuinas eſſe arbitror, non tamen ut orationes eſſe putem, ſed epiſtolas duntaxat. Nam poſterioris auctor bis ait, ſe illa ſcribere, ac diſertim litteras appellat.*

Planeque

Planeque verisimile est, missas esse ad Cæsarem, cum in Hispanias contra Petrejum & Afranium proficisceretur: quemadmodum jamdudum Ciacconius observavit. Illa vero in Ciceronem oratio, etsi à Fabio quoque tanquam Sallustii laudetur: tamen, quod res indicat, omnino est alicujus declamatoris: credo Porcii Latronis, vel alterius alicujus ex illis, quos nominat M. Seneca in Suasoriis, & Controversiis. Fidem ejus valde commendant antiqui. Nam certissimus auctor *dicitur Vibio Sequestri de Fluminibus. Item Hieronymo libro de locis Hebraicis, & exinde Isidoro l* XIII. *cap.* XXI. *Adhæc* nobilitatæ veritatis historicus *nuncupatur ab Augustino lib.* I. *de Civitate Dei, cap.* V. *Avienus etiam in descriptione oræ maritimæ, dicit omnia illius dicta esse* præjudicatæ auctoritatis, *appellat quoque* expressorem efficacem styli, & veritatis. *Objectant adversus ea aliqui, quod, pravo loliginis succo, pleraque ad Ciceronis laudem pertinentia, quæ apud alios legere sit, præterierit. Verum ea potius neglexisse ego arbitror, vel ut falsa, vel ut incerta plane, vel ut exigua ac minuta. Quod ad dictionem Sallustii attinet, omnes antiqui judicant, brevem ac nervosam esse, & Thucydideæ æmulam. Sane scriptor est plane Atticus, quid laude Demosthenis propior est, quam Cicero ipse: ut bene censet Turnebus in Adversariis suis. Sed ut Thucydidem non omnes probarunt, ita nec Sallustii dictio omnibus probabatur. Nam Asinius Pollio damnabat eam, tanquam obscuram, & in translationibus audacem: ut Tranquillus auctor est lib. de claris Grammaticis in Philologi vita. Imprimis vero reprehendi solet, quod antiqua verba ex Catonis Originibus excerperet: cujus rei meminere Augustus apud Tranquillum in ejusce Cæsaris vita, idemque Tranquillus lib. de claris Grammaticis in vita Lenæi, & Fabius ex antiquo epigrammate lib.* VIII. *cap.* III. *Sed hæc impedire non potuere, quo minus à Tacito (at quanto viro!)* rerum Romanarum florentissimus auctor *lib.* III. *Historiarum diceretur. Imo juxta Martialem lib.* XIV:

Crispus

Criſpus Romana primus in hiſtoria *eſt. Auguſtino quoque lib. de vita beata vocatur* electiſſimus penſator verborum. *Imo Græci ipſi ejus hiſtorias tanti fecere, ut eas verterit Zenobius, ſophiſta is, qui Romæ docuit ſub Adriano Cæſare; quique epitomen proverbiorum Didymi, & Tarrhæi ſcripſit; ut teſtis eſt Suidas in Ζηνόβιος. Atque inde eſt, quod Salluſtii quoque meminit Stephanus in Ἄζιλις. Utinam vero exſtaret Aſper Grammaticus, Salluſtii interpres, teſte Hieronymo. Quædam ex eo citat Soſipater. Joannes Baptiſta Pius annotationum Poſteriorum cap.* LXXXIV. *citat* antiquum auctorem, qui vitam Salluſtii ſcribit. *Eum non vidi. Sed ſcio vitam Salluſtii è veteribus reliquiſſe Aſconium Pedianum: ut cognoſcere eſt ex Acrone ad Horat. Sat.* II. *lib.* I. *E junioribus idem conati Pomponius Lætus, & Petrus Crinitus. Sed his fides habenda, quatenus veterum ſcrinia compilárunt. Cave autem cum Salluſtio hoc confundas Criſpum Salluſtium, ad quem in odis ſcribit Horatius, hiſtorici hujus ſororis filium, Auguſti amicum: de quo Seneca lib.* I. *de Clementia, & Tacitus lib.* I. *&* III. *annal. A quo & metallum quoddam Salluſtianum eſſe dictum, Plinius auctor eſt lib.* XXXIV. *cap.* II.

Veterum

Veterum Scriptorum & nonnullorum recentiorum de SALLUSTIO Judicia & Teſtimonia.

Augustus Cæsar.

Suetonius in vita Auguſti:

TUque dubitas Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitandi ſint tibi? ita, ut verbis, quæ Criſpus Salluſtius excerpſit ex Catonis Originibus, utaris, an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?

Vellejus Paterculus Hiſt. lib. 2.

Æmulus Thucydidis Salluſtius.

Et:

Pæne ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quæ maxime noſtri ævi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriuſque, & conſecutus Salluſtium Livius, Tibulluſque & Naſo, perfectiſſimi in forma operis; nam vivorum ut magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt.

Horatius, Serm. lib. 1. ſat. 2.

Libertinarum dico: Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur.

Aſconius Pedianus:

Fertur Salluſtius tanto ardore inſaniviſſe in libertinas, quanto mœchus in matronas: quod cum illi in Senatu à cenſoribus objectum eſſet, reſpondit, ſe non matronarum ſectatorem eſſe. quare ex ſenatu ejectus eſt. quod ipſe excuſat in Catilinæ bello.

Hæc vetus Interpres Horatii.

Seneca Rhetor. Decl. lib. 3.

Orationes Salluſtii in honorem hiſtoriarum legantur.

Seneca Philoſophus Epiſt. 114.

Salluſtio vigente, amputatæ ſententiæ, & verba ante exſpectatum cadentia & obſcura brevitas fuere pro cultu. Arruntius vir raræ frugalitatis, qui hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus, & in illud genus nitens.

Et ibidem:

Quæ apud Salluſtium rara fuerunt, apud Arruntium crebra ſunt, & pœne continua. nec ſine cauſſa. ille enim in hæc incidebat: at hic illa quærebat.

Et Lib. 9. decl. 1. & controverſ. 25. lib. 5.

Cum ſit præcipua in Thucydide virtus, brevitas; hac eum Salluſtius vicit, & in ſuis illum caſtris cecîdit. nam in ſententiâ Græca tam

tam brevi, quam salvo sensu detrahas vocem aliquam, constabit sensus, etiamsi non æque comtus, attamen integer. at ex Sallustii sententia nihil demi sine sensus detrimento potest. Titus autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam, & tamquam translatam, & tamquam corruptam, dum transferretur, objiceret Sallustio. nec amore Thucydidis facit, ut illum præferat; sed laudat, quem non timet: & facilius putat posse à se Sallustium vinci, si ante à Thucydide vincatur.

Martialis lib. 14.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Crispus Romana primus in historia.

Quintilianus lib. 2. *cap.* 5.

Livius à pueris magis legendus, quam Sallustius. & hic historiæ majoris est auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus sit.

& lib. 3. *cap.* 10.

Crispus Sallustius in bello Jugurthino & Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus est.

& lib. 4. *cap.* 2.

Vitanda illa Sallustiana, quamquam in ipso virtutis locum obtinet, brevitas, & abruptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transvolat, nec, dum repetatur exspectat.

& lib. 8. *cap.* 3.

Nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur:

Et verba antiqui multum furate Catonis,
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

& lib. 9. *cap.* 3.

Ex Græco translata Sallustii plurima.

& lib. 10. *cap.* 1.

Neque illa Sallustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem & sæpius ineruditum captanda nobis est: neque illa Livii lactea ubertas docebit satis eum, qui non speciem expositionis, sed fidem quærit.

& ibidem:

At non historia cesserit Græcis: nec Thucydidi opponere Sallustium verear: nec indignetur Herodotus æquari sibi T. Livium, cum in narrando miræ jucunditatis, clarissimique candoris; tum in concionibus, supra quam narrari potest, eloquentem. ita dicuntur omnia tum rebus tum personis accommodata. sed affectus quidem, præcipue eos qui sunt dulciores, ut parcissime dicam, nemo historicorum commen-

commendavit magis: ideoque immortalem illam Salluſtii velocitatem diverſis virtutibus conſecutus eſt. nam mihi egregie dixiſſe videtur Servilius Nonianus, pares eos magis quam ſimiles.

& ibidem:

Attici præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes ac jejuni Pollionem æmulantur; otioſi & ſupini, ſi quid modo longius circumduxerunt, jurant Ciceronem ita locuturum fuiſſe.

& lib. 10. *cap.* 3.

Sane manifeſtus eſt Salluſtii ex ipſo opere labor.

Statius Papinius lib. 1. *Sil.* 4.

Sed tuas artes puer ante diſcat;
Omne quîs mundi ſenium remenſus,
Orſa Salluſtii brevis, & Timavi
Reddis alumnum.

Cornelius Tacitus Hiſt. lib. 3.

C. Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus auctor.

Juſtinus Hiſt. lib. 38.

Pompejus Trogus in Livio & Salluſtio reprehendit, quod concionesdirectas, ac orationes operi ſuo inferendo hiſtoriæ modum exceſſerint.

Agellius lib. 1. *cap.* 15. *Noct. Attic.*

Salluſtius novator verborum.

& lib. 3. *cap.* 1.

Salluſtius vel ſubtiliſſimus brevitatis artifex.

& lib. 4. *cap.* 15.

Elegantia orationis Salluſtii, verborumque facundia & novandi ſtudium cum multa prorſus invidia fuit: multique non mediocri ingenio viri conati ſunt reprehendere pleraque & obtrectare: in quibus plura inſcite aut maligne vellicant. nonnulla tamen videri poſſunt non indigna reprehenſione.

& lib. 10. *cap.* 20.

Salluſtius proprietatis in verbis retinentiſſimus conſuetudini conceſſit.

& lib. eod. cap. 26.

Aſinio Pollioni in quadam epiſtola, quam ad Plancum ſcripſit, & & quibuſdam aliis C. Salluſtio iniquis, dignum nota viſum eſt, quod, &c.

& lib. 17. *cap.* 18.

M Varro in litteris atque vita fide homo multa & gravis, in libro quem inſcripſit, Pius, aut, De Pace, C. Salluſtium ſcriptorem

rem ſeriæ illius & ſeveræ orationis, in cujus hiſtoria notiones cenſorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone loris bene cæſum dicit, & cum dediſſet pecuniam dimiſſum.

Suetonius de claris Grammaticis: de Philologo:

Aſinius Pollio librum ſcripſit, in quo Salluſtii ſcripta reprehendit, ut nimia verborum affectatione oblita.

& ibidem:

Philologus coluit familiariſſime C. Salluſtium, & eo defuncto, Aſinium Pollionem, quos hiſtoriam componere aggreſſos, alterum breviario rerum Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtruxit; alterum præcepti de ratione dicendi. quo magis miror Aſinium Pollionem credidiſſe, antiqua eum verba & figuras ſolitum eſſe colligere Salluſtio, cum ſciat eum ſibi nihil aliud ſuadere, quam ut noto civilique & proprio ſermone utatur, vitetque maxime obſcuritatem Salluſtii, & audaciam in tranſlationibus.

& de Lenæo:

Lenæus tanto amore erga patroni (Pompeii) memoriam exſtitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quod eum oris improbi, animo inverecundo, ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceraverit, laſtaurum & lurconem & nebulonem popinonemque appellans, & vita ſcriptiſque monſtroſum, præterea priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.

Macrobius Sat. 3. cap. 15.

Salluſtius graviſſimus alienæ luxuriæ objurgator & cenſor.

& lib. 5. cap. 1.

Quatuor ſunt genera dicendi: copioſum; in quo Cicero dominatur: breve; in quo Salluſtius regnat: ſiccum; quod Frontoni adſcribitur: pingue & floridum; in quo Plinius Secundus quondam; & nunc, nullo veterum minor, noſter Symmachus luxuriatur.

Symmachus lib. 5. Epiſt. 66.

Interea recuſo ſententiam, quæ rem venaticam ſervile dicit officium. Statuerit hoc ſcriptor ſtilo tantum probandus; nam morum ejus damna non ſinunt, ut ab illo agendæ vitæ petatur auctoritas.

Auſonius in protreptico:

Jam facinus Catilina tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romæ,
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos:
Jam lego civili miſtum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Sidonius Apollinaris in panegyri Athemii Auguſti:

Qua Criſpus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus,
Qua pompa Tacitus, numquam ſine laude loquendus.

& in panegyri Narbonenſi:

Et te multimoda ſatis verendum
Scriptorum numeroſitate Varro:
Et te qui brevitate Criſpe polles:
Et qui pro ingenio fluente, nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Apulejus Apologia:

Neque Cato gravitatem requirit, neque Lælius levitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Calvus argutias, nec parcimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero.

Feſtus Avienus, in ora Maritima:

Interrogaſti, ſi tenes, Mæotici
Situs quis eſſet æquoris: Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Præjudicatæ auctoritatis ducier
Non abnuebam. ad ejus igitur inclytam
Deſcriptionem (qua locorum formulam
Imaginemque, expreſſor efficax ſtili
Et veritatis, pene in obtutus dedit
Lepôre linguæ) multa rerum junximus.

Vibius Sequeſter lib. de fluminib.

Salluſtius auctor certiſſimus.

Marius Victorinus in librum Cic. de Inventione.

Hiſtoria & brevis eſſe debet in expoſitione, & aperta & probabilis, ut Salluſtius ſibi omnia in Catilina tribuit.

Spartianus in D. Hadriano.

Amavit (Hadrianus) genus dicendi vetuſtum, controverſias declamavit, Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Salluſtium Cælio prætulit: eademque jactatione de Homero ac Platone judicavit.

Vopiſcus in Aureliano:

Nemo ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non eſt aliquid mentitus, in quo Livius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus, manifeſtis erroribus convincerentur.

& in Probo:

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Salluſtios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes diſertiſſimos imitarer viros, ſed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Et

Digitized by Google

Et lib. 2. cap. 13.

Quod quidem non fugit hominem nequam Salluſtium, qui ait: Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt; animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Recte, ſi ita vixiſſet, ut locutus eſt. ſervivit enim fœdiſſimis voluptatibus, ſuamque ipſe ſententiam vitæ pravitate diſſolvit.

Hieronymus in epitaph. Nepotiani ad Heliodorum:

Neque enim propoſui hiſtoriam ſcribere, ſed noſtras breviter flere miſerias. alioquin merito ad hæc explicanda & Thucydides & Salluſtius muti ſint.

Et lib. 1. adverſus Jovianum:

Cicero rogatus ab Hirtio, ut poſt repudium Terentiæ, ſororem ejus duceret, omnino hoc facere ſuperſedit, dicens, non poſſe uxori ſe & Philoſophiæ pariter operam dare. illa interim conjunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauſerat ſapientiam, nupſit Salluſtio inimico ejus, & tertio Meſſalæ Corvino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiæ devoluta eſt.

Idem de locis Hebraicis, & ex eo Iſidorus Orig. lib. 13. c. 21.

Salluſtius auctor certiſſimus.

Auguſtinus de Civitate Dei lib. 1. cap. 5.

Salluſtius nobilitatæ veritatis hiſtoricus.

Et epiſt. 5. ad Marcellinum.

Nobiliſſimus hiſtoricus.

Johannes Sariſberienſis, Policratici 3. cap. 12.

Unde & Criſpo Hiſtoricorum inter Latinos potiſſimo, ſed & ipſi Ciceroni placuit in malis factionem eſſe, quod in viris bonis vera amicitia eſt.

Volaterranus:

Cajus Salluſtius Criſpus, Romana primus in hiſtoria, ut ait Martialis: Thucydidi ex Græcis opponitur à Quinctiliano, elegantia dicendi, Attica brevitate, ſententiarum celebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius & ex Catonis Originibus verba mutuatus: Trogo autem, quod orationibus nimis longis ac directis utatur: ſicuti etiam Thucydides. Hic ille inimicus Ciceronis, divitiis præditus, cujus hortorum veſtigia adhuc cernimus Romæ: quorum Plinius quoque meminit libro Naturalis hiſtoriæ ſeptimo, capite decimo ſexto. Hic etiam ille alienæ luxuriæ graviſſimus objurgator & cenſor, qui Metellum Pium in hiſtoria reprehendit, quod præter ejus, & populi Romani dignitatem & modeſtiam, conviviis in Hiſpania, omnique luxu uteretur. Poſtea vero ipſe deprehenſus in adulterio, ab Annio Milone, & loris bene cæſus, & poſtquam pœnas dediſſet, dimiſſus eſt. Auctores Varro & Macrobius, Aulus Gellius.

De Sallustio

Petrarcha:

Criſpus Salluſtius nobilis hiſtoricus veritatis (ſic enim de illo apud auctores veriſſimos ſcriptum video) quo fidelius res Africæ complecteretur, libros Punicos perquiſivit, peregrinamque linguam, per interpretem, flagranti ſtudio ſcrutatus eſt. quin & maria tranſgreſſus dicitur, ut oculis ſuis crederet de conditionibus locorum. Bellum Jugurthinum, conjurationemque Catilinæ, compendioſo, & ad unguem, ut dici ſolet, caſtigato ſtylo complexus eſt. ſed nullo famoſior quam Hiſtoriarum libro, qui ætati quoque noſtræ, ne certum ejus fileam dedecus, amiſſus eſt: veterum quidem teſtimonio illuſtris, apud nos ſolo jam nomine ſuperſtes.

L. Vives:

Salluſtius, rerum Romanarum florentiſſimus ſcriptor, ut inquit Tacitus, frequens eſt in manibus puerorum, ſed mihi aptior videtur provectioribus. Inimitabilis eſt in illius ſcriptis gratia: quæ quotieſcunque repetita, nunquam tædium ſui, aut ſatietatem lectori afferant.

Qu. Eſtaugius:

Nemini dubium eſt Salluſtium plures majoreſque hiſtoriarum libros ſcripſiſſe: qui partim temporum injuria, partim invidia hominum jam dudum periere. Neque abſurdum eſt inde ſuſpicari, ſi bellum Jugurthinum, quod ipſe non vidit, & tamen Romanis ſuis ita diligenter notavit, ea quoque memoriæ mandaſſe, quæ ſuo tempore potiſſimum contigere: quemadmodum contentionem inter Marium, Sullamque ortam, ob bellum Mithridaticum: Octavii, Mariique necem: Africam Pompeii Magni victoriam: Sullæ tyrannidem, Metelli Pompejique in Hiſpanias miſſionem: Sertorii, pugnæque ejus finem: Gladiatorum bellum: Tribunatum plebi reſtitutum: Pyratarum exitium: Syriam victam. Et cum his pleraque alia, quæ à Salluſtii nativitate uſque ad Catilinæ conſpirationem geſta ſunt, ubi interfuerunt anni exacti viginti & quinque. Deinde, à Catilinæ conjuratione uſque ad Salluſtii obitum, etiam ardua haud pauca acciderunt: velut, Magni Pompeii triumphus: Ciceronis exſilium, & trucidatio: Gallicum bellum, Clodius interemtus: Reſpublica oppreſſa: Africana expeditio, Julius Cæſar confoſſus, Octaviani Aug. imperium: L. Antonii ſeditio. Quare haud facile creditu, tam diligentem hiſtoricum hæc Romana omiſiſſe. Sed hanc prô dolor, jacturam debemus aut Gothis & Vandalis orbis devaſtatoribus: aut Ciceronianis vel Livianis Salluſtio infenſiſſimis: nam iſte Patavinus tunc viginti quatuor annorum natus erat, cum Salluſtius ex humanis ceſſit: cujus tandem libri etiam à jactura quantumvis mitiore, immunes non fuerunt. Sic ex Livio, parum ſupereſt: ex Ennio fere nihil, ex Salluſtio pauca, uti res humanæ ſemper fuerunt. Præterea non abs re, à quibuſdam dicitur inimitabilis, veluti liquet vel ex auctoribus, qui poſt eum de Jugurtha

Jugurtha ſcripſerunt: ut Livius, & abbreviatores ejus, præſertim Florus lib. 3. cap. 1. & lib. 62. Oroſius lib. 5. cap. 15. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. & lib. 6. cap. 11. Frontinus lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 1. & 4. Eutropius lib. 4. cap. 8. Plinius, & alii, qui ad tantam dicendi gratiam nunquam pervenerunt. Vir ille clariſſimus, philoſophus, orator magnus, verus hiſtoricus: adverſarios habuit Ciceronem in primis, propter Terentiam: Aſinium Pollionem, propter Ciceronem: Titum Livium, propter ſcribendi famam: qui cum ſuis curarunt aſſidue, ut omnino Salluſtii vitium, non cum ſcriptis ejus oblivioni traderetur. Ita ſimilitudo illa ſtudii, raro benevolentiam, æmulationem potius afferre ſolet.

Julius Cæſ. Scaliger Oratione pro Cicerone:

Id quod & Salluſtius omnium ſcriptorum numeroſiſſimus nuſquam aſpernatus eſt.

Et ibidem:

A Salluſtio autem brevitatem illam peti debere, cum ſcribis; neque quid velis intelligo, neque tam vulgi animo conceptam, adeo perſuaſam, adeo decantatam in illo viro brevitatem umquam comprehendi. Nam ſi, quoniam frequentibus aſyndetis utitur, aut quod non longis periodis ambit argumenta rerum, properare tibi videtur, iſto tibi quoque pacto brevibus atque interceptis ſaltibus centum milliariorum iter minus longum videbitur, quam unius modo ſtadii intervallum, quod uno ſpiritu confeceris. Ac contra videmus Salluſtium ipſum, cum quid ſemel dicendum aſſumpſit, adeo perſtare, ut ſæpenumero egredi videatur, &c.

Ibidem:

Neque vero Salluſtium politiſſimum auctorem rejiciunt; (Ciceroniani) ſed anxium illud atque inſititium dicendi genus, ſed multa ſuperſtitioſa verba.

Idem lib. 4. Poët. cap. 24.

Quaſi vero commentarium ſcripſerit ille, non Hiſtoriam pleniorem; qui ſit Hiſtoriæ pater appellatus.

Et lib. 3. cap. 96.

Ambitioſe igitur feciſſe videtur Salluſtius quibuſdam, quod Poëtarum more, cum dicere orſus eſſet de Catilina, omiſſa ea narratione repetit hiſtoriam ab ipſis ultimis Romæ rudimentis. Nos virum ſuo in genere præſtantem cum recte tum neceſſario feciſſe judicamus: ut oſtenderet corruptam civitatem, cujus & pars eſſet Catilina.

Nomina Auctorum, quorum notæ hic exhibentur.

Aldus Manutius.
Badius.
Beemannus.
Bemius.
Bochartus.
Briſſonius.
Budæus.
Carrio.
Caſtilioneus.
Ciacconius.
Cluverus.
Colerus.
Dom. Marius Niger.
Donatus.
Douza.
Exemplar Venetum.
Exemplar Merſeburgenſe.
Exemplar Florentinum.
Exemplar Beroaldinum.
Fabricius.
Freinshemius.
Glareanus.
Grapaldus.
Graſwinckel.
Gronovius.
Gruterus.
Guil. Canterus.
Henningius.
Herm. Hugo.
Janus Guilielmius.
Leopardus.
Maſius.
Omnibonus.
Palmerius.
Philargyrius.
Pontanus.
Popma.
Putſchius.
Reſendius.
Rivius.
Sabellicus.
Salmaſius.
Scaliger.
Schicardus.
Seldenus.
Sigonius.
Soldus.
Stephanus.
Steuchus Eugubinus.
Stewechius.
Streinius.
A. Thyſius.
Turnebus.
Valla.
Voſſius.
Urſinus.
Zanchius.

Nomina Antiquorum & recentiorum Auctorum, qui hic citantur.

A.

Acron.
Ælianus.
Ælius Gallus.
Ælius Spartianus.
Æmilius Probus.
Ærodius.
Æſchines.
Æſchylus.
Æthicus.
Agellius.
Albericus.
Alciatus.
Alex. ab Alexandro.
Alexander Neapolitanus.
Alph. Adrianus.
Althamerus.
Ambroſius in Epiſt. Pauli.
Ammianus.
Andronicus Rhodius.
Ant. Auguſtinus.
Ant. Matthæus.
Antiſthenes.
Antonius Imperator.
Apollonius.
Appianus Alexandrinus.
Apulejus.
Aretius.
Arias Montanus.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Aruſianus.
Aſconius Pædianus.
Aſper.
Athenagoras.
Athenæus.
Aurel. Auguſtinus.
Auſonius.
Auctor primi libri Machabæorum.

B.

Barbarus in Vitruvium.
Barrius.
Baſilica.
Benjaminus Judæus.
Bernardus Alderbretus Cordubenſis.
Beuterus.
Bodinus.
Boëthius.
Boiſardus.
Bonacciolus.
Bononienſis.
Bullingerus.

C.

Cæſar.
Camerarius.
Carolus Rimius.
Caſaubonus.
Caſtaldus.
Caßiodorus.
Cato de re ruſt.
Catullus.
Cedrenus.
Cenſorinus.
Chariſius.
Chriſtophorus Stella.
Cicero.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cluſius.

Codex

Codex in Bibliotheca Divi Salvatoris.
Columella.
Cominæus.
Conſtantinus Harmenopulus.
Corippus.
Cornelius Nepos.
Crinitus.
Cujacius.
Curopalates.
Curtius.
Cuſpinianus.
Cyprianus.

D.

Delrio.
Democritus.
Demoſthenes.
Didymus, Homeri Scholiaſtes.
Dio Caſſius.
Dio Nicæus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Diomedes Grammaticus.
Dionyſius { Afer. Byzantius. Halicarnaſſ.
Dioſcorides.
Druſius.
Duarenus.

E.

Emirchondus Perſarum Hiſtoricus.
Ennius.
Epictetus.
Eraſmus Roterodamus.
Euſebii Chronicon.
Euſtathius, Gramm.
Euripides.
Eutropius.

F.

Fazellus.
Felicius Durantinus.
Feſtus.
Flavius Vopiſcus.
Florus.
Fortunatianus.
Franciſcus Philelphus.
Frontinus.
Fronto.
Fulgentius.
Fungerus.

G.

Aguivus.
Galenus.
Garcias ab Horto.
Gerbelius.
Geſnerus.
Giggeius.
Girava.
Gloſſarium vetus.
Golizius.
Goropius Becanus.
J. Gorreus.
Gramajus.
Greg. Turonenſis.
Gronovius.
Grotius.
Guil. Stuckius.
Gunterus, Poëta.
Gyllius.
Gymnicus.
Gyraldus.

H.

Heraclides.
Hermogenes.
Herodianus.
Herodotus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hippotamus Pythagoricus.
Hircius.
Hippocrates.
Hitterpius.
Homerus.
Horatius.
Hoſpinianus.
Hotomannus.
Hyginus.
Hyſicrates.

I.

Joannes Antiochenſis.
Joſephus.
Jornandes.
Iſidorus.
Iſocrates.
Itinerarium antiq. { Antonini. Hieroſolymitanum.
Julius { Capitolinus. Obſequens.
Hadr. Junius.
Jus Civile.
Juſtinus { Hiſtor. Martyr.
Juvenalis.

L.

Lactantius.
Latinus Pacatus.
Laur. Ananienſis.
Leander Albertus.
Leo Africanus.
Leonclavius.
Liberalis.
Lipſius.
Livius.
Ll. XII. tabb.
Lucanus.
Lucilius.
Lucretius.
Lycophron.
Lyſias.

M.

Macrobius.
Maimonides.
Mamertinus.
Manilius.
Mariangelus Acurſius.
Marcianus Heracleota.
Marlianus.
Marmolius.
Martialis.
Martianus Capella.
Martianus Codex.
Matthiolus.
Mercurialis.
Meſſala Corvinus.
Metrodorus Scepſius.
Meurſius.
Minutius Felix.
Mſ. Caſtrinii Narbonenſis.
Mſ. Palatin.

N.

Naumachius.
Nævius.
Nicander.
Nicolaus { Damascenus. Faber, JCtus.
Nicostratus.
P. Nigidius.
Nonius Marcellus.
Noviomagus.
Nubiensis Geographus.

O.

Onuphrius.
Oppianus.
Orosius.
Ovidius.

P.

Pacuvius.
Palladius.
Pandectæ Florentini.
Paulus Diaconus.
Pausanias.
Pedius.
Persius.
Petronius.
Petrus Danielis.
Petrus Mosellanus.
Petrus Victorius.
Pencerus.
Phavorinus.
Philistus Historicus.
Philo Judæus.
Philostratus.
Phocas.
Pigius.
Pincius.
Pindarus, & ejus Interpres.
Pintianus.
Plato.
Plautus.
Plinius { Major. Junior.
Plotinus.
Plutarchus.
Pollux.
Polybius.
Pomponius { Lætus. Mela.
Porcius Latro.
Porcius Licinius.
Priscianus.
Probus.
Procopius.
Propertius.
Ptolemæus.

Q.

Quinctilianus.

R.

Robertus Montensis.
Rosinus.
Rufinianus.
Rufinus.

S.

S. Rufus.
Sacra Scriptura.
Scipio Mazzella.
Schudus.
Seneca { Philos. Tragicus.
Septuaginta Interpretes.
Serapio.
Servius.
Sextus Pompejus.
Silius Italicus.
Simlerus.
Simplicius.
Solinus.
Sophianus.
Statius Papinius, & ejus Interpres.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius Severus.
Sylburgius.
Symmachus.

T.

Tacitus.
Teixera.
Terentius.
Tertullianus.
Themistius.
Themistocles.
Theocriti Scholiastes.
Theodectes.
Theognis Megarensis.
Theophilus.
Theophrastus.
Thuretus.
Thomas Minadeius.
Thucydides.
Tibullus.
Trebellius Pollio.
Trismegistus.
Tzetzes.
Turpilius Pedio.

V.

Valerius { Flaccus. Maximus.
Valturius.
Varro.
Ubbo Emmius.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Victorinus.
Victorius.
Victor Uticensis.
Villanovanus.
Virgilius.
Vitruvius.
Volaterranus.

W.

Wolfg. Lazius.

X.

Xenophon.
Xiphilini Epitome.

[1]C. CRISPI SALLUSTII
[2]BELLUM CATILINARIUM,
SIVE DE
CONJURATIONE CATILINÆ.

[3]OMNIS homines, qui sese student præstare cæteris 1
animalibus, [4]summa ope niti decet, [5]ne vitam silentio transeant, veluti pecora; [6]quæ natura prona, atque

1 C. SALLVSTII.] Patricia gente Crispus Sallustius Romæ natus, post Remp. civili discordia concussam, cum nulla illius administrandæ ratio bonis superesset amplius, se ad scribendi ocium contulit. In quo genere (Quintiliani judicio, qui eum Thucydidi, in historia eminentissimo, opposuit) præcipuam inter eos, qui res Romanas literarum monumentis tradidere, est laudem adeptus. Etenim quo Thucydides est Herodoto major, cui secundæ tribuuntur partes: eo certe hic noster Livio præstantior, quem Herodoto ille comparat. Accedit & Martialis urbanissimi Poëtæ carmen:

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Primus Romana Crispus in historia.

Vall.

2 BELLVM CATILINARIVM.] Ita Nonius triginta amplius locis indigetat: quanquam plerique libri veteres & nonnulli etiam Mss. titulum ita concipiunt: *de Conjuratione Catilinæ & ejus sociis.* Utrunque defendi potest: nam & conjuratio aliquo modo bellum dici potest, præsertim hæc, ubi infestis signis in aperto campo prælium quoque fuit commissum. Alioqui militem à conjuratis recte sejunxit Livius lib. 45. nam milites sunt, qui sacramento dixerunt singuli; conjurati, qui una simul jurarunt. *Colerus.*

3 *Omnis homines.*] Priscianus lib. 7. ait, omnium nominum, quæ tam nominativum quam genitivum similem habent, eorum accusativum pluralem raro in *es*, frequenter in *is* solere terminari. *Zanch.*

4 *Summa ope.*] Viribus summis.

5 *Ne vitam silentio transeant.*] Cum enim Deus optimus maximus nullo magis hominem separaverit à cæteris, quæ quidem mortalia sunt, animalibus, quam dicendi facultate, qua maxime nostra exprimere dicendo sensa possumus: quis non jure existimabit nobis summe elaborandum, ut aliquid memoria dignum efficiamus, ne videamur omnino feras imitati? & eo magis, ut memoriam nostram quoque apud posteros relinquamus? *Zanch. Silentio.*] Est hoc verbum Sallustio peculiare tali sensu, nam silere usurpat pro eo quod Græci dicunt σιωπᾶζειν. *Coler.*

6 *Quæ natura prona.*] Cum enim ille parens noster unus & solus cuncta ani-

[1] atque ventri obedientia finxit. ſed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt. animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. [2] alterum nobis cum dîs, alterum [3] cum belluis commune eſt. Quo mihi rectius eſſe videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam quærere, & quoniam vita ipſa, [4] qua fruimur, brevis eſt, [5] memoriam noſtri quam

malia fingeret, hominem, qui eſt animal intelligens, ac rationis capax, ex humo ſublevavit, & ad contemplationem ſui erexit: muta vero, quia in his nulla eſt ſuſpicio religionis, prona finxit. Unde Ovid. lib. Metam. 1.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Natura (inquit Cicero de Legibus l. 1.) *cum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli, quaſi cognationis domiciliique priſtini conſpectum excitavit.* Eadem fere Socrates apud Xenophontem, de quo hæc Cicero ſumpſiſſe videtur. Quam opinionem haud recte & merito (ut mea fert opinio) reprobat Galenus lib. 3. de Uſu partium corporis humani. At Ariſtoteles ſummus philoſophus, alias hujuſce rei cauſas affert, cur videlicet homines erectos, cæteras vero animantes pronas & terram ſpectantes natura formavit: ut legimus lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 6. & lib. 4. c. 10. de partibus Animalium. *Caſtil.*

1 *Atque ventri obedientia.*] Hoc dicit, quia animalia ſuos appetitus ſequuntur, ad paſtum abjiciuntur, & tantum ſenſu moventur, & ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodant, & paululum admodum ſentiunt præterita & futura. *Zanch.*

2 *Alterum nobis cum dîs.*] Id eſt, imperium animi nobis cum diis commune eſt: quia ſicuti dii immortales ſunt, ita & animus noſter immortalis eſt. Quod autem animus immortalis ſit, plurimis argumentis colligi poteſt. Plato ait, quod per ſe movetur, neque principium motus, neque finem poſſe habere. Animum autem hominis per ſe moveri ſemper, quia ſit ad cogitandum mobilis, ad inveniendum ſolers, ad percipiendum facilis, ad diſcendum capax: ut qui præterita teneat, præſentia comprehendat, futura proſpiciat, multarum rerum & artium ſcientiam complectatur, immortalem eſſe, ſiquidem nulla terreni ponderis labe concretus eſt. Cic. in 1. Tuſcul. *Illa natura cœleſtis, & terra vacat, & humore: ſic utriuſque harum rerum animus eſt expers.* Ibidem: *Animorum nulla in terris origo inveniri poteſt.* Zanchius.

3 *Commune cum belluis.*] Nam quemadmodum ſentiunt & appetunt belluæ, ita homines & ſentire & appetere poſſunt: ſed homines & meminerunt & intelligunt, & cæteris provident: quod animantibus brutis protinus negatur. Ergo conſtat animum quidem cum diis eſſe communem, corpus vero cum belluis communitatem habere. *Vall.*

4 *Qua fruimur.*] Cujus poſſeſſionem & fructum obtinemus.

5 *Memoriam noſtri quam maxime longam efficere.*] Hoc dicit, quia gloria quæ ex virtute parta eſt, ipſa, ut virtus, immortalis eſt, & homines, qui eam adepti ſunt, immortales reddit. ut de Scipione Lælius, ſub finem libri de Amicitia: *Mihi*, inquit, *Scipio, quanquam eſt ſubito ereptus, vivit tamen: virtutem enim illius viri ſemper amavi, quæ extincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui, ſed etiam poſteris erit clara & inſi-*

gnis.

quam maxime longam efficere. nam divitiarum & formæ gloria, fluxa atque fragilis est: virtus, clara, æternaque habetur. [1] Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. nam & [2] prius quam incipias, consulto: & ubi consulueris, [3] mature [4] facto opus est. Ita utrunque per se indigens, alterum [5] alterius auxilio eget. Igitur initio reges 2
(nam in terris [6] nomen Imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum [7] vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant. Postea vero quam in [8] Asia * Cyrus, † in Græcia Lace-

gnis. Et in oratione pro Milone: *Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum præmium esse gloriam, hanc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoria consolatur, quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus homines in cœlum videantur ascendere.* Zanch.

1 *Sed diu magnum.*] Quale illud certamen fuit Ajacis & Ulyssis à Poëtis decantatum. Vide pulcherrimum carmen Ovidii lib. 13.

2 *Priusquam incipias.*] Imitatio aperta Demosthenis. Sic enim inquit ille Philip. 1. Δεῖ μὲν βυλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δέοντα μὴ ἀπρεπῶς.

3 *Mature.*] Cito. Maturare, maturum facere significat, vel perficere atque festinare, ut Virg.

Maturate fugam.

Multa Gellius super h[illegible] verbo lib. 10. cap. 11. scribit *Zanch.*

4 *Facto opus est.*] Et hæc sententia ex prima Isocratis oratione desumpta est, nam & ille inquit: βυλεύου μὲν βραδέως, ὑπηρέτει δὲ ταχέως τοῖς δέουσι. Et Demosthenes in oratione de Pace, inquit: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι τοῦ τ' πρᾶγμάτων εἰπεῖν ἕνεκα τοῦ βυλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μὴ τὰ πράγματα. *Idem.*

5 *Alterius auxilio eget.*] Quia factum consilium, & consilium factum desiderat. *Idem.*

6 *Nomen Imperii id primum fuit.*] Cicero de Legibus lib. 3. *Omnes*, inquit, *antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperii primum ad homines justissimos & sapientissimos deferebatur.* Idem scribit Justinus lib. 1. statim in principio. *Cast.*

7 *Vita hominum sine cupiditate agitabatur.*] Justin. de antiquis regibus loquens: *Fines*, ait, *imperii tueri magis, quam proferre, mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur.* Heroïca hæc tempora appellavit Aristoteles in Polit. *Idem.*

8 *Asia.*] Asia distinguitur ab Europa Tanaï fluvio, ab Africa autem Nilo. Hinc Dionysius Afer:

Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τανάϊς διὰ μέσσον ὁρίζει.
Ὃς ῥα θ' ἑλισσόμενος γαίης διὰ Σαυροματάων
Σύρτιν ἐς Σκυθίην τε, καὶ ἐς Μαιῆτιδα λίμνην
Πρὸς βορέην. ——

Id est:

Europam vero ab Asia Tanaïs per medium terminat,
Qui quidem volutus terram per Sauromatarum (lucem
Labitur in Scythiamque & Mæotida paludem
Ad boream. ——

[1] Lacedæmonii, & Athenienſes, cœpere urbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi cauſam belli habere, maxi-

Ubi Euſtathius interpres : *porro ſcias non omnes partes Tanais, quæ Boream ſpectant Europæ aſcribi : ſed eas ſolum quæ verſus occaſum ab illo diſtinguuntur : eas vero Tanais, quæ ortum ſpectant, Aſiæ adnumerari.* Scribit itaque paulo poſt Tanain ſeparare verſus occaſum Europam, & verſus ortum Aſiam, ſed non ait illum diſterminare verſus Boream Europam, nec verſus Auſtrum Aſiam. Propterea ipſos Mæotas & Sarmatas Aſianos vocat, quia Tanais illos non ſeparat verſus occaſum. Ibidem inquit Tanain in Scythiam illabi, quæ borealis eſt, Scythæ vero hic proprie Aſiani ſunt ſecundum Dionyſium. Non igitur omnino Europæ omnes borealis Tanais partes ſunt, ſed quæcunque verſus occaſum ab illo diſterminantur. *Euſtat. ad Dionyſium.*

* *Cyrus.*] Primus Ninus, rex Aſſyriorum, dominandi libidine finitimos aggreſſus, per quinquaginta annos Aſiam bello vaſtavit, ac totius fere Aſiæ, quæ inter Tanain Nilumque jacet, potitus eſt. Vide Diodorum Sic. libro 3. Oroſ. lib. 1. & Juſtin. lib. 1. cur itaque Cyrum hic nominavit Salluſtius, an quia ingenio potius quam vi bella geſſit, an quia longe nobiliſſimum ejus fuit imperium, ejus potiſſimum meminit? quippe Medorum imperium tranſtulit ad Perſas, totumque fere Orientem populatus, Babylonios ſubegit, Crœſum Lydiæ regem regno ſpoliavit, & cepit; ac tandem ſubacta Aſia & univerſo fere Oriente in poteſtatem redacto, infeſto exercitu in Scythiam profectus eſt: ubi cum ducentis millibus Perſarum à Maſſagetarum regina, quæ Tomyris dicebatur, interfectus eſt. Sic deinde cupiditate imperii totus pene orbis quaſi perpetuo bello conflagravit. Quare tunc maxime experientia cognitum eſt, ingenium in bello plurimum poſſe. *Caſtill. Cyrus*, uti notum, erat Cambyſis & Mandanes filius. Eo nomine & olim & nunc hodieque Solem Perſæ appellarunt. Unde procul dubio Græcorum κύρος profluxit, quia Sol credebatur dominus univerſi. Vide *Teixeram*, & *Schich. Tarich.*

† *In Græcia.*] Europæ regio, principium ſumit ad meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtiis, indeque ad ſeptentrionem uſque in Theſſaliam & partem Ægei maris extenditur, ad occaſum Acheloo Fluvio ab Epiro dirimitur. Ab ortu rurſus habet mare Ægeum, qua parte Sunium eo alluitur: ſcinditurque in multas regiones. *Paſſim.*

[1] *Lacedæmonii.*] Lacedæmonii Peloponneſum reliquamque Græciam obtinentes, imperium uſque ad Macedoniam protulerunt: repreſſi deinde ipſi à Thebanis, cum nec annos triginta integros obtinuiſſent. Maris terræque imperium in Græcia obtinuiſſe, donec illis Thebani, poſtmodum Macedones ademerunt imperium, tradit *Strabo lib. 8. vide Demoſthenem Philip. 3. & Themiſtoclem Ep. 14. Lacedæmonii & Athenienſes.*] Scribit Pauſanias lib. 3. Lacedæmonem Jovis & Taygetes filium condidiſſe urbem in Laconica terra, eamque de nomine uxoris Spartam appellaſſe, regionem autem de nomine ſuo Lacedæmonem: poſteris inde temporibus etiam urbem Lacedæmonem vocatam. Euſebius in Chronicis, Lacedæmonem Semeles filium urbis hujus conditorem fuiſſe memoriæ prodidit. Euſtathius in lib. 2. Iliados Homericæ. *Caſt. Lacedæmonii.*] Hæc eſt illa urbs, celebris Lycurgi legibus & inſtitutis, quamque Græcia tota propter admirabilem ſeveritatem ac diſciplinam tanquam pædagogum ſpectaſſe dicitur. quapropter ſcriptum reliquit Simonides Poëta, teſte Plutarcho in vita Ageſilai, domitricem juventutis

maximam gloriam in maximo imperio putare: tum demum [1] periculo atque negociis compertum eſt, in bello plurimum ingenium poſſe. Quod ſi regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, valeret, æquabilius atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac miſceri omnia cerneres. nam imperium facile [2] iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atque ſuperbia invaſere: Fortuna ſimul cum moribus immutatur. ita imperium ſemper ad [3] optimum quemque à minus bono transfertur. [4] Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti,

ventutis fuiſſe Spartam. Et Cic. pro L. Flacco: *adſunt Lacedæmonii, cujus civitatis ſpectata atque nobilitata virtus, non ſolum natura corroborata, ſed etiam diſciplina putatur. Qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos jam annos unis moribus & nunquam mutatis legibus utuntur.* Leges autem hic intelligit Lycurgi, quæ à Lyſandro tandem ſunt antiquatæ, qui divitiarum ſtudio replevit urbem. Quo factum, ut priſtina Spartanorum virtus debilitata ſuccubuerit Achæis, ſicut alias id omnibus Rebuſpubl. fieri ſolet, invaleſcente avaritia. *Athenienſes.*] Athenæ urbs nobiliſſima Græciæ à Cecrope Ægyptio condita, juxta amnem Idiſſum, ingeniorum & eruditionis fons, quam ab Attio *quadrurbam* appellatam ſcribit Feſtus, clariores, quam ut debeant indicari. Euripidi ἑλλάδος ἑλλάς, Græciæ Græcia, Diodoro κοινὸν παίδευμα ἀνθρώπων παιδευτήριον, Demoſtheni oculus Græciæ, Ariſtidi ſapientiæ Prytanæum dicitur. De qua Urbe vide *Athenas Atticas Meurſii.* Ἀθηνᾶ ſive Minerva iis nomen dedit. Ἀθηνᾶ autem refert Hebræorum Adonai. Quippe illa ſapientiæ Dea ex Jovis cerebro nata. Dei autem comes ſapientia vel potius ipſe Deus ſapientia eſt. Adonai autem Dominus Deus. *Athenienſes.*] Illis demum Lacedæmonii conceſſere maris imperium, cum Timotheus Corcyram ſub imperium redegiſſet, ſocioſque idem adjunxiſſet Epirotas, Athamanas, Chaonas, omneſque eas gentes quæ mare illud adjacent. *Vide Æmil. Probum in vita Timothei.* De eorundem maritima potentia vide *Demoſthenem adverſus Leptinem*, qui decimas mercium Helleſponti obtinuiſſe refert. *Thyſ.*

1 *Periculo.*] Periculum hoc loco eſt tentamen, quia illi, qui in periculo ſunt omni modo tentant evadere. Ita loquutus eſt Virgilius & Auſonius. Phraſis eſt proculcata, periculum facere.

2 *Iis artibus.*] Petrus Victorius hunc locum ex Polybio ſumptum putat Variar. lib. 24. cap. 12. verba Polybii in excerptis ſunt lib. 10. *Artibus.*] Nimirum, bonis.

3 *Optimum.*] Ita membranæ uno ſuffragio omnes, *optimo* Pomponii Læti figmentum eſt. *Grut.*

4 *Quæ homines arant.*] Hunc locum erudite, ut omnia, explicat Turneb. lib. 6. cap. 20. ſignificat autem Salluſtius, ut paucis dicam, terras, maria, urbem, omnia virtuti parere.

indocti, incultique, [1] vitam ſicuti peregrinantes tranſiêre: quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego [2] vitam mortemque juxta æſtimo, quoniam de utraque ſiletur. Verum enimvero is demum mihi vivere, atque frui anima videtur, qui aliquo negocio intentus, [3] præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter oſten-
3 dit. Pulchrum eſt bene facere Reipublicæ. Etiam bene dicere haud abſurdum eſt. vel pace, vel bello clarum fieri licet. & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. Ac mihi quidem, [4] tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & [5] auctorem rerum; tamen in primis [6] arduum videtur res geſtas ſcribere: primum, quod factis dicta ſunt exæquanda: dehinc, quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia & invidia dicta putant:

1 *Vitam ſicuti peregrinantes tranſiêre.*] Quia, ut qui peregrinantur in alienis civitatibus, minime noti ſunt, ſic qui ſe voluptatibus immerſerunt, inglorii, ac vix cogniti vitam traducunt. *Caſt.* legitur & *tranſegêre.*

2 *Vitam mortemque juxta.*] Id eſt, tanti pretii vitam eorum æſtimo, quanti mortem.

3 *Præclari facinoris.*] Cicero in Catone majore: *Nemo*, inquit, *mihi Scipio perſuadebit, aut tuum Paulum, aut duos avos Paulum & Africanum, aut Africani patrem & patruum, aut multos præſtantes viros, quos enumerare non neceſſe eſt, tanta eſſe conatos, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent, niſi animo cernerent, poſteritatem ad ſe pertinere poſſe. Facinoris.*] Facinus hoc loco factum ſignificat. Non. Marcel. inquit: *Facinus, factum.* Salluſtius in Catilinæ bello: *Qui aliquo negocio intentus præclari facinoris, aut bonæ artis famam quæſivit.* Terentius in Heauton.

Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. Zanch.

4 *Tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum.*] Charisius lib. 2. ubi citat hunc locum, ita legit: *Tametſi haudquaquam par gloria ſequitur ſcriptorem, & actorem rerum.* Caſtil.

5 *Auctorem rerum.*] *Auctorem* & *Actorem* ſervari poteſt: eum intelligit, qui res laude dignas perpetravit, non vero hiſtoricum, ut contra Turnebum ſentit Colerus, etſi ita ſumat Tacitus verborum Salluſtii anceps lib. 3. *Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum ſcriptura reperio ulla inſigni officio functam.* Vult autem Salluſtius Imperatorum majorem eſſe gloriam, quam Hiſtoriæ ſcriptorum.

6 *Arduum videtur.*] *Arduum* hoc loco χαλεπὸν καὶ δυσχερὲς, hoc eſt, difficile & moleſtum incommodumque & intractabile ſignificare ſcribit Agell. l. 4. cap. 5. contra vitilitigatores & obtrectatores Salluſtii. De ſcribendæ vero hiſtoriæ difficultate multa habes vere & eleganter dicta apud Plinium lib. 5. epiſt. apud Ciceron. ad Lucceium. Iſidor. lib. 1. cap 40. *Apud veteres nemo conſcribebat hiſtoriam, niſi is, qui interfuiſſet, & ea quæ ſcribenda eſſent, vidiſſet.* Idem.

1 *Ubi*

tant: [1] ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit: ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. Sed ego adoleſcentulus initio (ſicuti plerique) à ſtudio ad Rempublicam latus ſum, ibique mihi adverſa multa fuere. nam pro pudore, pro abſtinentia, pro virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant. quæ tametſi animus aſpernabatur, [2] inſolens malarum artium; tamen inter tanta vitia, imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur: ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido [3] eadem, quæ cæteros, fama, atque invidia vexabat. [4] Igitur ubi animus ex multis miſeriis atque periculis 4

1 *Ubi de magna.*] Hæc verba ſunt Thucydidis in funebri oratione Periclis, lib. 2. *Idem.*

2 *Inſolens malarum artium.*] Non ſolitus exercere malas artes.

3 *Eadem, quæ cæteros, fama, atque invidia.*] Difficilem hunc locum ſenſere docti viri. Muretus conjecit, *famæque avidia.* Palmerius: *fames atque invidia necabat.* Ciacconius interpretatur, propter famam quærendam & invidiam vitandam. Gruterus iſtas emendationes ait non eſſe ad plauſum, niſi parum exercitatorum rebus politicis. Equidem non tam res politicas, quam Latini ſermonis peritiam requiri puto, ut ſenſus auctoris perveſtigetur. Quum alios, inquit, urbis & publica tractantium morbos & pravitates facile vitarem, tamen quod honores petebam, perinde ac mali, (nemo enim fere tunc neque petebat neque gerebat niſi malus & factioſus) infeſtis rumoribus differebar & maligna judicia experiebar. Quum vitium nullum eſſet in me, ob quod male auditem, male audiebam, proque malo differebar, quod rempublicam gerere cupiebam, inter malos. *Fama atque invidia*, ἐν διὰ δυοῖν, pro invidioſa & maligna fama. Sic Trogus lib. 8. 3. *ad abolendam invidiæ famam, qua inſignis præter cæteros tunc temporis habebatur.* Sive malis, *invidiam famæ.* Eadem enim res eſt. Idemque lib. 12. 6. *Reputabat deinde, quantum in exercitu ſuo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ fecerit.* Prorſus ut Salluſtius; quantum malignorum ſermonum & rumorum. Famâ & invidiâ vexatur, qui eſt in invidia, ſeu odio publico & diſcerpitur ſermonibus hominum. Cogitavi aliquando: *eâdem, quâ cæteros, fama atque invidia vexabat:* eſſetque ſic paullo planius. Elegans eſt, *diſſentirem à malis moribus*, vitarem vitia, non illis corriperer. Placet etiam magis *reliquis*, quam *reliquorum*, quod præfert Gruterus. *Gronovius.*

4 *Igitur ubi animus ex multis miſeriis atque periculis requievit.*] Motus enim Senatu à Cenſoribus fuit: ut docent Dion, Acron, & Cicero in oratione, qua Salluſtio reſpondet: ſi Ciceronis ea eſt oratio, quod vix credo. Poſtea, ne de pecuniis repetundis cauſam diceret, n. s. duodecies cum Cæſare pactus eſt: ut in eadem oratione legimus. *Caſtil.* Antiquus quoque interpres hæc de eo refert: *Fertur Salluſtius tanto ardore inſaniviſſe in libertinas, quanto mœchus in matronas. Quod cum illi in ſenatu à cenſoribus objectum eſſet, reſpondit, ſe non matronarum ſed libertinarum ſectatorem*

riculis requievit, & mihi reliquam ætatem à Republica procul habendam decrevi; non fuit consilium socordia atque desidia bonum ocium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, [1] servilibus officis intentum, ætatem agere: sed à quo incœpto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas Pop. Rom. [2] carptim, ut quæque memoria digna videbantur, perscribere: eo magis, quod mihi à spe, metu, partibus Reipubl. animus liber erat. Igitur de Catilinæ conjuratione, quam verissime potero, paucis absolvam. nam id facinus in primis ego memorabile existimo, sceleris atque periculi novitate. De cujus hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

5 Lucius Catilina [3] nobili genere natus, fuit magna vi & animi & corporis: sed ingenio malo, pravoque. huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis, grata fuêre, ibique juventutem suam exercuit. corpus

esse. Quare ex senatu ejectus est, quod ipse excusat in Catilinæ bello.

1 *Servilibus officiis.*] Ideo à Symmacho lib. 5. epist. 66. tam atrociter fuit reprehensus Sallustius. Sed immerito. Quamvis enim & agriculturam & venationem honestissima fuisse officia apud Romanos constet, quid tamen causæ est, cur non Sallustio servilia dici mereantur, cum totus adhuc sit in dissertatione præstantiæ animi & vilitate corporis? Venationes autem & agricultura nonne corporis auxilio parantur? Possem & ostendere hanc opinionem Sallustio communem cum non ignobilibus Philosophis fuisse. Denique istud tempus Sallustii mihi considera, quo venationes non tam voluptati erant lautioribus & patriciis, quam servis oneri. Et quid mirum inter tot bella, tot honorum urbanorum certamina? *Coler.*

2 *Carptim.*] Nonius legit *strictim.*

3 *Nobili genere.*] Patritium fuisse Catilinam liquet ex Cicerone & Asconio, sed processit is ex Sergia familia, cujus antiquitatem & præstantiam nec Maro tacuit:

Sergestusque domus, tenet à quo Sergia nomen.

Sergiorum etiam Festus meminit, & scribit illis cognomen fuisse *Silis.* Apud Livium L. Sergii mentio fit, & M. Sergium laudat Plinius lib. 7. cujus hic Sergius Catilina pronepos fuerit. Hinc tribus Sergia, quæ cum Quirina ab Asconio numeratur, & cujus mentionem facit Lex Quintia, de Aquæduct. apud Frontin. lib. 2. Idem Asconius ex Cicerone planum facit, Catilinæ avunculum fuisse Luc. Bellienum. Fuit autem Catilina ultimus Sergiorum. Ammianus lib. 25. *miretur super his Sergium, qui vicies & ter vulneratus est in variis pugnis, ut fertur, cujus posteritatis ultimus Catilina claras majorum adoreas sempiternis maculis obumbravit.* Coler. Vide & Fulvium Ursinum in antiq. Numis. fol. 239. & Richardum Strein. de antiq. Rom. fam.

1 *Simu-*

corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, ſupra quam cuiquam credibile eſt. animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei [1] ſimulator ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum. Vaſtus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt [2] dominationem L. Syllæ, libido maxima invaſerat Reip. capiundæ: neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi regnum pararet, [3] quicquam penſi habebat. agitabatur magis magiſque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum: quæ utraque his artibus auxerat, quas ſupra memoravi: incitabant præterea corrupti civitatis mores, quos peſſima ac diverſa inter ſe mala, luxuria atque avaritia vexabant. [4] Res ipſa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, ſupra repetere, ac paucis inſtituta majorum, domi, militiæque, quo modo Remp. habuerint, quantamque reliquerint: utque paulatim immutata, ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit, diſſerere.

Urbem

1 *Simulator.*] Qui oſtendit id eſſe, quod non eſt. *Diſſimulator.*] Qui oſtendit id non eſſe, quod eſt.

2 *Dominationem L. Syllæ.*] Qui motis repub. adverſariis, perpetuam dictaturam aſſecutus eſt: qui magiſtratus quaſi regnum erat. nam quemadmodum rex imperat ſubditis, & omnia pro voluntate facit: ita dictator omnia pro arbitrio exequebatur. nam cum vocabulum Regis in urbe Romana mitius reddere vellent, ad Dictaturæ nomen confugerunt. ejus enim magiſtratus regia poteſtas erat. Plin. Hic fuit L. Sylla, qui poſtea Sylla Felix eſt appellatus, & demum pediculari morbo conſumptus. *Vall.*

3 *Quicquam penſi.*] Nihil conſiderati, nihil conſiderationis: tranſlatio ſumpta à penſantibus, qui diligenter inſpiciunt in quam partem vel aurum, vel argentum inclinet. non ponderabat ipſe quomodo rempublicam caperet, dummodo cupiditatem ſuam explere poſſet. *Idem.*

4 *Res ipſa hortari videtur.*] Fab. Quinctilianus auctor & cenſor graviſſimus ob hoc genus exordiorum ut ſupervacaneum & parum ad hiſtoriam pertinens notat Salluſtium, cui non injuria majorem curioſitatis notam inuſſit magnus ille Scaliger lib. 3. Poët. cap. 96. ejus verba graviſſima ſubſcribam: *Ambitioſe*, inquit, *feciſſe Salluſtius quibuſdam videtur, quod Poëtarum more, cum dicere orſus eſſet de Catilina, omiſſa ea narratione repetit hiſtoriam ab ipſis ultimis Romæ rudimentis. Nos virum ſuo in genere præſtantem atque incomparabilem cum recte, tum neceſſario feciſſe judicamus, ut oſtenderet corruptam civitatem, cujus & pars eſſet Catilina, ne quem ipſe & participes habere poſſet multos ſceleris ac nequitiæ.* Colerus.

6. [1] Urbem Romam (ſicuti ego accepi) condidere atque habuere initio [2] Trojani, qui Ænea duce profugi incertis ſedibus vagabantur: cumque his [3] Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, [4] ſine imperio, liberum atque ſolutum. Hi poſtquam in una mœnia convenêre, diſpari genere, [5] diſſimili lingua, alius alio more viventes, incre-

1 *Urbem Romam.*] Cum multæ variæque ſint opiniones, à quo potiſſimum hæc urbs condita fuerit, Salluſtius noſter eorum opinionem ſequitur, qui tradunt, ab Ænea una cum comitibus conditam eſſe Romam. Solinus: *Heraclidi*, inquit, *placet, Troja capta quoſdam ex Archivis in ea loca, ubi nunc Roma eſt, deveniſſe per Tyberim: deinde ſuadente Rome, nobiliſſima captivarum, quæ his comes erat, incenſis navibus, poſſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia, & oppidum ab ea Romen vocaviſſe. Agathocles ſcribit, Romen non captivam fuiſſe, ut ſupra dictum eſt, ſed Aſcanio natam, Æneæ neptem, appellationis iſtius fuiſſe cauſam.* Cui multorum ſententiis adſtipulantur Dionyſius lib. 1. & Feſtus. Cato in lib. Originum. Cicero, Livius, Plutarchus, & alii, volunt conditam à Romulo. *Zanch.* Roma autem dicta eſt Græca voce tanquam Valentia. Condita urbs ipſis Palilibus, id eſt, undecimo Calendas Majas, horam poſt ſecundam ante tertiam, ſicuti L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobiliſſimus, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis. Et hoc eſt quod dixit Cic. cum in jugo Luna eſſet. Et ſub Libra conditam ideo Romam dixit Manilius. Vide *Thyſ. in Miſcell.*

2 *Trojani.*] A quibuſdam dubitatur an unquam Troja fuerit, ſed ſine ratione.

3 *Aborigines.*] Ita αὐτόχθονες appellati. Gloſſ. Vet. Aborigines αὐτόχθονες, Αὐτόχθων, Aborigo, indigena, patricinus. Ab origine in eodem gloſſario exponitur ἀπὸ ἀρχαιογονίας. Hanc itaque gentem Italicam propter antiquitatem, & quod in regione ſua genuina fuerit, dictam credo. Alioqui Aborigines in genere cujuſcunque regionis indigenæ appellantur. Hinc Tertullianus lib. de anima: *Invenimus etiam apud commentarios humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberaſſe, dum Aborigines vel vagi, vel extorres vel glorioſi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Menidæ Peloponneſum, ut Athenienſes Aſiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam.* Coler. Recte itaque Stephanus Aborigines antiquiſſimos Italiæ populos, qui agrum illum Romanum tenuerunt, ita dictos refert, quod abſque origine & veluti è terra nati eſſent, id eſt, indigenæ eſſent. Secus atque Dionyſius, qui à Græcis oriundam hanc nationem exiſtimat. Vide *Cluverum.*

4 *Sine imperio.*] Occurret fortaſſe quiſpiam, quomodo ſine imperio, cum apud Strabonem libro quinto legamus, quando Æneas in Italiam venit, Latinum Aboriginum fuiſſe regem? Adventantem, enim, inquit, Latinum regem Aboriginum, qui tunc ea loca, ubi nunc Roma eſt, incolebant, cum Ænea ſocietatem iniiſſe adverſus finitimos Rutulos, qui Ardeam per id tempus tenebant. Sed ſolutio facilis eſt: quia tunc Latinus prælio adverſus finitimos Rutulos collato deceſſerat. *Zanchius.*

5 *Diſſimili lingua.*] Pleraque tamen ex puriſſimo fonte Græciæ profluxere vocabula. Dionyſ. lib. 1. Romanam linguam maxima parte Æolicam fuiſſe docet. Mixtam tamen etiam linguam fuiſſe extra controverſiam eſt. Conſti-

tuto

incredibile memoratu eſt, quam facile coaluerint. ſed poſtquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur: ſicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta eſt. Igitur [1] reges, [2] populique finitimi bello tentare: [3] pauci ex amicis auxilio eſſe. nam cæteri metu perculſi, à periculis aberant. at Romani domi militiæque intenti feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obviam ire, libertatem, patriam, parenteſque armis [4] tegere. Poſt ubi pericula virtute propulerant, ſociis atque amicis auxilia portabant. magiſque dandis, quam accipiendis beneficiis amicitias parabant: imperium legitimum, nomen imperii regium habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reipubl. conſultabant. hi vel ætate, vel curæ ſimilitudine, Patres appellabantur. Poſt ubi imperium regium, [5] quod initio conſervandæ libertatis, atque augendæ Reip. cauſa fuerat, [6] in ſuperbiam, domi-

tuto quippe aſylo à Romulo fundatore urbis, Latini Tuſcique paſtores, & tranſmarini Phryges qui ſub Æneа, & Arcades qui ſub Euandro duce influxerant, linguam miſcuerunt. Queis acceſſit fœdus percuſſum inter Romanos & Sabinos. Sabini enim duce Tatio, cum antea hoſtes, poſtmodum amici, relictis ſedibus & ſanguinem & Fortunam cum Romanis miſcuiſſent, diſcors quoque linguarum quædam concordia orta eſt. *Thyſius.*

1 *Reges.*] Turnus, Mezentius, Aceron, Tatius, & poſt exactos reges Porſena. *Caſtil.*

2 *Populique finitimi.*] Sabini, Hetruſci, Latini, cæterique. *Idem.*

3 *Pauci ex amicis auxilio eſſe.*] Ut cum Aſcanius obſeſſus fuit à Mezentio, quod narratur à Dionyſio ἀρχαιολογίας libro 1. etſi id Lavinii, non Romæ fuit. Item ut in bello contra Fidenates & Vejentes, quando Albani ad montes ſubiere. Illi enim in tanto periculo non ſolum Romanis auxilio non fuere, ſed etiam eos prodere voluerunt. Livius & Dionyſius. *Idem.*

4 *Tegere.*] Aliter *protegere*, id eſt, defendere.

5 *Quod initio conſervandæ libertatis, &c.*] Rex enim initio creabatur, & nihil agebat ſine auctoritate Patrum. Nam Romulus, cum coloniam Romam deduxiſſet, dedit optionem populo, ut quod vellet rerum publicarum genus eligeret. iſque cum ſub regibus vivere decreviſſet, ſtatim ſibi regem Romulum eſſe juſſit, ut narrat Dionyſius libro ſecundo. *Caſtil.*

6 *In ſuperbiam, dominationemque ſe convertit.*] Tarquinium intelligit, cui Superbo cognomen facta indiderunt. Is male partum, & male adminiſtratum imperium amiſit. Brutus enim ob illatum Lucretiæ ſtuprum à Sex. Tarquinio, regis filio, patriam à tyrannide liberavit. qua de re copioſe ſcribunt Livius & Dionyſius. *Idem.*

dominationemque ſe convertit: immutato more, [1]annua imperia, binoſque imperatores ſibi fecere. eo modo minime poſſe putabant per licentiam inſoleſcere animum
7 humanum. Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere, magiſque [2]ingenium in promptu habere. nam regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt, ſuperque his aliena virtus formidoloſa eſt. Sed civitas, incredibile memoratu eſt, adepta libertate, quantum brevi creverit: tanta cupido gloriæ inceſſerat. Jam primum [3]juventus ſimul ac belli patiens erat, [4]in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat, magiſ-

1 *Annua imperia.*] Poſt ejectum Tarquinium Superbum Conſules fieri cœpti ſunt, ita appellati (ut ait Pomponius Digeſtorum lib. 1.) quod plurimum Reipublicæ conſulerent. Apponam verba legum, quæ ſunt apud Ciceronem de Legib. lib. 3. *Regio imperio duo ſunto: iique præeundo, judicando, conſulendo Prætores, judices, conſules appellantor. Militiæ ſummum jus habento. Nemini parento.* & quæ ſequuntur. Sed de origine, poteſtate, & inſignibus Conſulum, plura ſcribunt Livius libro primo ab urbe condita, & Dionyſius libro 4. & alibi ſæpe. *Idem.*

2 *Ingenium in promptu habere.*] Tunc oſtentare cœperunt vires ingenii. non enim amplius metu regis ingenium tegebant. *Idem.*

3 *Juventus ſimul ac belli patiens erat.*] Servius Tullus Romanorum rex ætatem hominis in tres partes diviſit, ut pueri eſſent uſque ad annum 17. inde ad annum 46. juvenes, & ætate reliqua ſenes, ut ſcribit A. Gell. lib. 10. juvenum ætatem eam deſcripſit, quæ bellis gerendis eſſet apta: ideoque juvenes pro militibus, & juventutem pro militum multitudine Latini ſæpe dicunt. eam ob rem veteres anno ætatis 17. incipiebant facere ſtipendia, qua ætate Scipionem & Catonem cœpiſſe militare ſecundo bello Punico Plutarchus ſcribit. C. Gracchus legem tulit, de minoribus annis ſeptem & decem ad militiam non cogendis, ut ejus vita idem Plutarchus ſcribit. Servius tamen in libro commentariorum in Æneid. Virgil. ſeptimo, morem Romanorum fuiſſe dicit, ut poſt pubertatem pueri armis exercerentur, ut anno decimo ſexto militarent, quo ſolo ſub cuſtodibus agebant. *Zanch.*

4 *In caſtris.*] Caſtra à cadendo nomen accepere. Sicuti à claudo clauſtrum, à rodo roſtrum, notat enim caſtrum ædificium, quod facile ponitur & facile iterum diruitur. Sicuti & caſa inde nomen accepit. In caſtrorum metatione primo loco figebant ſigna, quæ haſtis infigebantur. Huc referendum arbitror illud Vegetii lib. 3. cap. 8. *Prima ſigna ſuis locis intra caſtra ponuntur, quia nihil eſt venerabilius eorum majeſtate.* Vide & Polyb. de caſt. met. *In caſtris per laborem.*] Iuventus enim in caſtris militiam diſcebat. nam hyeme pariter atque æſtate diebus ſingulis, mane & poſt meridiem, locum tenere, ſigna ſequi, ordinem ſervare, foſſam fodere, figere vallum, militari gradu incedere, & alia militaria facere quotidiano uſu ediſcebant. nam & ducibus, centurionibus, & tribunis præcipue curandum erat, in locis, ubi ſtativa habebant, cogere tirones milites, cum primum merere cœpiſſent ſtipendia, ne ſine conſilio, ſine imperio in hoſtes tenderent. *Zanch.*

1 *Magiſ-*

Digitized by Google

[1] magiſque in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis [2] atque conviviis [3] libidinem habebat. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, [4] non armatus hoſtis formidoloſus: [5] virtus omnia domuerat: ſed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. [6] ſic ſe quiſque hoſtem ferire, [7] murum aſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant. laudis avidi, pecuniæ liberales erant. gloriam ingentem, divitias honeſtas

1 *Magiſque in decoris armis.*] Ornatis & inſignibus. Quo genere armorum Romani uſi ſint, docet Vegetius libro primo. *Idem.*

2 *Atque conviviis.*] Quanta frugalitate fuerint priſci Romani, ex hoc perſpici poteſt, quod lege C. Fannii conſulis ante tertium Punicum bellum introductum eſt, ne quid volucrum, præter unam gallinam, quæ altilis non eſſet, apponeretur: & ut modus cœnarum luxuria non diffluereț, ſingulis diebus, præterquam Saturnalibus, & Romanorum ludis, vel plebeiis, denos aſſes, qui domeſticis cœnis impenderentur, præfinivit. tantæ frugalitatis fuere, ut menſam quamvis parcam, omnino vacuam tolli non ſinerent: ſed ad cohibendum appetitum, ſemper aliquid reliquiarum, quod poſtridie juvaret, ſupereſſe voluerunt. *Zanch.*

3 *Libidinem habebat.*] Studium ponebat, delectabatur. Libido enim eſt verbum medium: ſignificat enim non ſolum malam, ſed etiam bonam voluntatem & deſiderium: ut videmus hic, & in oratione ad C. Cæſarem de Republ. ordinanda, ubi ſic ſcriptum eſt: *Quod ſi tibi bona libido fuerit, patriæ parentibus gratificandi.* Caſt.

4 *Non armatus hoſtis.*] Cicero lib. 2. Tuſculan. *Quid exercitatio legionum? quid ille curſus, concurſus, clamor, quanti laboris eſt? ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. adhuc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur, cur? tantum intereſt inter novum & veterem exercitum, quantum experti ſumus.* Idem.

5 *Virtus omnia domuerat.*] Id eſt, fortitudo. nam virtus unico nomine fortitudinis eſt appellata. *Idem.*

6 *Sic ſe quiſque hoſtem ferire.*] Alius alium non expectabat ad invadendum hoſtem, ſed unuſquiſque primus eſſe volebat, quia nullum præclarum facinus apud Romanos ſine præmio erat. *Idem.*

7 *Murum aſcendere properabat.*] Unuſquiſque in oppugnandis urbibus primus eſſe volebat, qui murum aſcenderet, & muralem coronam aſſequeretur. Nam corona muralis dabatur his, qui primi murum aſcendiſſent. *Vall.* Romani ut ad præclara facinora militiæ magis animos militum incenderent, quoque honoratior teſtatiorque eorum virtus eſſet, mercede propoſita, muralem, obſidionalem, civicam, navalem, caſtrenſem, & aureas coronas, ampliſſimaque alia honoris genera invenere: quibus donabantur, qui primi urbis obſeſſæ murum aſcenderent: vel qui urbes, caſtra, aut exercitus obſidione liberaſſent, civemque ſervaſſent. Primus Manlius Capitolinus decimo & ſeptimo anno ætatis murali corona donatus eſt. *Muralis corona*, inquit Gell., *eſt, quæ donatur ab Imperatore ei, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim aſcendit: idcirco quaſi pinnis muri decorata eſt.* Zanch.

1 *Maxi-*

honeſtas volebant. Memorare poſſem, quibus in locis [1] maximas hoſtium copias populus Romanus [2] parva manu fuderit, [3] quas urbes natura munitas pugnando ceperit, ni ea res longius nos ab incœpto traheret. Sed profecto Fortuna in omni re dominatur. ea res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat, obſcuratque. [4] Athenienſium res geſtæ (ſicuti ego exiſtimo) [5] ſatis amplæ, magnificæque fuere: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi [6] ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem, Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit, quia prudentiſſimus quiſque maxime [7] negotioſus erat. ingenium

1 *Maximas hoſtium.*] Ut de Lucullo apud Plutarchum legitur, qui cum Tigrane Armeniæ rege, ducentorum & quinquaginta millium exercitum habente, cum cohortibus quatuor & viginti, in quibus peditum decem millia, ſagittarii atque funditores circiter mille, & equites erant univerſi, prælium commiſit, eumque fudit atque fugavit: in quo prælio Tigranis filius captus eſt. Strabo libro 4. *Quo in loco Iſar & Rhodanus ad montem Cemmentum confluunt: ubi Q. Fabius Maximus Æmilianus triginta vix militum millibus, ducenta Gallorum millia ad internecionem dedit, & de lapide candido ibidem trophæum erexit, ac templa duo, Marti quidem unum, Herculi alterum conſecravit.* Nonnulla quoque exempla apud Frontinum libro quarto, capite ſecundo leges. *Zanch.*

2 *Parva manu fuderit.*] Ut ad Satricum cum Volſcos, Latinos & Hernicos vicit: & in Aſia circa Magneſiam, quæ ad Sipulum eſt, cum Antiochum ſuperavit: ut leges apud Livium Decad. 1. libro 6. & Decad. 4. libro 7. Item ad Rhodanum, cum Fabio Maximo imperatore cecidit Gallos, quam rem cum alii, tum Strabo lib. 4. Geograph. & Appianus in Celtica hiſtoria referunt. Omittam Lucullum, qui (ut ait Cicero) non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Vide Alexandrum ab Alex. Genialium dierum lib. 6. cap. 25. *Caſtil.*

3 *Quas urbes natura munitas.*] Sicuti Munda fuit, & Carthago nova in Hiſpania: quæ quanquam natura loci, & à terra & à mari munita fuit, tamen populus Romanus virtute ſua eam cepit. *Zanch.*

4 *Athenienſium.*] Vide ſupra pag. 5.

5 *Satis amplæ magnificæque fuere.*] Sed non conferendæ cum Romanorum geſtis, quod etiam Dionyſius libro primo, Appianus in proœmio hiſtoriarum, & Polybius ſtatim & ipſe in principio, oſtendunt. *Caſt.*

6 *Scriptorum magna ingenia.*] Ut Thucydides, Herodotus, Xenophon. *Idem.*

7 *Negotioſus.*] Id eſt, ad negotia ſe accingebat. Nam Romani maxime ſe dederunt negociis militaribus, quia ſciebant militarem rem cæteris omnibus præſtare: quod & Cicero pro L. Muræna oſtendit, cum ſic inquit: *Nimirum (dicendum eſt enim quod ſentio)*

nium nemo ſine corpore exercebat. optimus quiſque facere, quam dicere, & ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare, malebat. igitur domi militiæque boni mores colebantur. concordia maxima, minima avaricia erat. [1] jus bonumque apud eos [2] non legibus magis, quam natura valebat. jurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant, [3] in ſuppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. duabus his artibus, [4] audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate, ſeque remque publicam curabant. [5] Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo; quod 9 in

rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus, hæc nomen populo Romano, hæc huic urbi æternam gloriam peperit, hæc orbem terrarum parere huic imperio coëgit, omnes urbanæ res, omnia hæc præclara ſtudia, & hæc forenſis laus & induſtria ſunt in tutela ac præſidio bellicæ virtutis. Zanch.

1 *Jus bonumque.*] Ita in jure alias æquum & bonum, alias æquum & juſtum, vel etiam æquum bonum ſine copula dicitur l. 1. & pen. ff. de juſt. & jure. Ariſtoteles τὸ ἐπιεικὲς appellavit. æquitas autem à juſtitia divelli nequit. rigidum jus ſæpe ſumma injuria eſt. Itaque æquitas mitigat legem ſcriptam in aliqua circumſtantia, utpote rerum, perſonarum ac temporum. *Jus eſt*, inquit Donatus, *quod omnia rara & inflexibilia erigit: æquitas eſt, quæ ex jure multum remittit.* Ita edicta Prætorum laxabant ſcripti juris rigorem. Utrumque itaque conjunxit cordatiſſimus Populus Romanus.

2 *Non legibus.*] Id eſt, non timore legum boni erant. *Zanch.*

3 *In ſuppliciis deorum magnifici.*] Apud Romanos mulctæ pecuniariæ certus fuit modus præfinitus, quem tranſcendere minime fas erat: quippe de mulctarum æſtimatione tam à Conſulibus, quam à Trib. pleb. ſæpe Senatus conſulto, ſæpe populi rogatione cautum fuit; quibus maxima erat multa, trium millium & viginti aſſium, quia plus triginta bobus & duabus ovibus quempiam mulctari non decebat: æſtimabaturque bos centum aſſibus, ovis vero decuſſibus: minima vero, ove taxabatur una. ſæpius vero Romani reges homicidii conſcios arietis damno mulctabant, quem in ſacrificiis deorum expendere ſolebant: ſiquidem, priſca paupertas ex noxiorum bonis ſacra diis feciſſe fertur, quare ſupplicia dicta ſunt. Feſtus vero Pomp. inquit: *Supplicia veteres quædam ſacrificia, à ſupplicando vocabant.* Zanch.

4 *Audacia in bello.*] Quia ſe periculis exponere non dubitabant: ut de Sempron. Tuditano, & Octavio trib. militum legitur, qui omnibus fuſis ad Cannas, cum in minoribus caſtris circumſederentur, ſuaſerunt, commilitonibus, ut ſtringerent gladios, & per hoſtium præſidia erumperent ſecum: id ſibi eſſe animi, etiam ſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, affirmantes: de cunctantibus duodecim omnino equitibus, vel peditibus, qui comitari ſuſtinuerant, repertis, incolumes Canuſium pervenerunt. Plura hujuſmodi exempla apud Front. l. 4. & apud Val. invenies. *Zanch.*

5 *Quarum rerum, &c.*] Hunc locum, quicquid dicant alii, hoc pacto intelligendum exiſtimo, quaſi dicat Salluſtius:

in bello ſæpius [1] vindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius, revocati, prælio exceſſerant, [2] quam qui ſigna relinquere, aut pulſi loco cedere auſi erant: in pace vero beneficiis magis, quam metu imperium agitabant, &, accepta injuria, ignoſcere, quam perſequi, malebant. Sed ubi [3] labore atque juſtitia Reſpubl. crevit; [4] reges magni bello domiti; [5] nationes feræ, & populi ingentes vi ſubacti; [6] Carthago, æmula imperii

luſtius: Cum leges vel imperatorum eſſent edicta, ut qui contra imperium in hoſtes pugnaſſent, quique tardius exceſſiſſent è prælio, cum ſignum receptui datum eſſet, mulctarentur: cumque item leges eſſent, quæ ab iis qui ſigna aut locum aſſignatum deſeruiſſent, pœnas repeterent: tamen ſæpius ob audaciam damnati ſunt, qui injuſſu imperatoris pugnaſſent, quique ſerius ſe receperant à pugna, quam qui ob ignaviam ſigna aut locum non tutati ſunt. Et eſt probatio audaciæ Romanorum in bellis. *Caſt.*

1 *Vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnaverant.*] Ut in Manlium, & in Poſthumium. Valerius Max. l. 2. de Diſciplina militari, & Frontinus lib. 4. cap. 1. *Idem.*

2 *Quam qui ſigna relinquere, aut pulſi loco cedere auſi erant.*] Quæ fuerit pœna eorum militum qui ſigna reliquiſſent, aut locum non tenuiſſent, docent Polybius lib. 6. Dionyſius Halicarn. libro nono, Livius Decadis primæ libro ſecundo, & Cicero in oratione pro Cluentio. Signiferi enim centurioneſque ac duplicarii virgis cæſi, ſecuri percutiebantur: cætera multitudo, ſorte decimus quiſque ad ſupplicium legebatur. Interdum pœna levior fuit, ut leges apud Valerium & Frontinum. *Idem.*

3 *Labore & juſtitia crevit.*] Id eſt, poſtquam omnes imperio ſuo parere popul. Romanus coëgit, neque amplius cum quo bellum gereret, haberet: fortuna omnia miſcuit, ac bella civilia excitavit. *Zanch.*

4 *Reges magni bello domiti.*] Ut Syphax, Philippus, Antiochus, Perſes, Mithridates. *Caſt.*

5 *Nationes feræ.*] Ut Thraces, Galli, Hiſpani. Natio eſt genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Feſtus. *Caſt.*

6 *Carthago æmula imperii Rom.*] *Per annos* 115. *aut bellum inter Romanos & Carthaginienſes, aut belli præparatio, aut infida pax fuit*, ut inquit Paterculus. Plin. vero Nat. hiſtor. lib. 15. cap. 18. tradit, per annos 120. de terrarum orbe æmulam Carthaginem fuiſſe. Secundum Livium, à 1. anno 1. belli Punici, ad initium 3. (quod intra quintum annum, quam cœptum erat, perfectum eſt) fuerunt anni centum. Libro enim 49. initium tertii belli Punici, altero & 600. anno ab V. C. fuiſſe ſcribit. & infra ſic inquit; *Diti patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facto, qui anno 1. primi Punici belli, quingenteſimo & altero anno ab Urbe condita facti erant.* Nos autem, ſi ſequamur Conſulum ſeriem, adhærebimus Plinio. Porro Carthago Pœnorum lingua dicitur nova civitas, ut ex auctoritate Livii docet Servius. Solinus c. 30. ita ſcribit: *Sed quæ ſuper Carthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Urbem iſtam, ut Cato in oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Eliſſa mulier extruxit, domo Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam. mox ſermone verſo in verbum Punicum, & hæc Eliſſa, & illa Carthago dicta eſt.* Hactenus

perii Romani, [1] à ſtirpe interiit; cuncta maria terræque [2] patebant: fortuna ſævire ac miſcere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias atque aſperas res facile toleraverant, iis otium, divitiæ, optandæ aliis, [3] oneri miſeriæquæ fuêre. Igitur primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit.

nus ille. Græce Carchedon, à conditore dicta eſt. Vide Appian. in Lybycis, Euſeb. in Chronicis, & Stephanum de Urbibus. *Caſt.* Hebræis quoque קרת civitas, aliiſque Orientalibus Cartha. Unde & Tigranocertha, quaſi Tigranis civitas. *Carthago.*] Strabo libro 17. *Carthago*, inquit, *in peninſula quadam jacet, quæ ambitum habet ſtadiorum trecentorum & ſexaginta, muro cinctum: cujus ſexaginta ſtadiorum longitudinem jugum occupat, quod à mari in mare deſcendit, ubi Carthaginienſium elephantes ſtabula habebant, qui locus ampliſſimus eſt. in media fere urbe arx fuit, quam Byrſam vocaverunt. ſupercilium ſatis erectum eſt, circumcirca habitatum. in ejus vertice Æſculapii templum erat, quod Aſdrubalis uxor, capta urbe, ſecum concremavit.* Zanch.

1 *A ſtirpe interiit.*] Deleta eſt Carthago à P. Scipione Africano Æmiliano, ſeptingenteſimo anno quam condita fuerat: ut volunt Livius, Oroſius, & Eutropius. Paterculus vero: *Carthago dirnta eſt*, inquit, *cum ſtetiſſet annis* 667. Euſeb. in Chronic. duas affert opiniones, quarum prior non longe diſſentit à Paterculo: altera vero dicit, Carthaginem ſteriſſe annos 748. cui opinioni accedit aliquantum Solinus, qui ait: *Carthago poſt annos 737. excidium, quam fuerat extructa.* Sed certe Oroſius ſibi conſtare non videtur, nam lib. 4. cap. 6. ſcribit, Carthaginem conditam fuiſſe ab Eliſſa, ante urbem Romam duos & ſeptuaginta annos. Poſtea capite 23. ejuſdem libri ait: Anno ab urbe condita 603. vel 606. (nam utroque modo legitur) deletam eſſe. Verum eo pacto defendi poteſt, quod plerumque boni ſcriptores ſummatim tempus comprehendunt, non ſubtiliter annos computantes. Præterea tot ſunt hiſce de rebus opiniones, ut ſatius fortaſſe fuerit, eas ſilentio præterire, præſertim cum in omnibus fere codicibus numeri corrupti ſint. *Caſt. A ſtirpe interiit.*] Cicero in oratione de Lege Agraria, quam in Senatu habuit, inquit: *Tum ipſam veterem Carthaginem vendunt, quam P. Africanus nudatam tectis ac mœnibus, ſive ad notandam Carthaginienſium calamitatem, ſive ad teſtificandam noſtram victoriam, ſive ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominum memoriam conſecravit.* Zanch.

2 *Patebant.*] Nihil cenſeo mutandum, quamvis Ciacconius putet. nam de ſubactis locis & regionibus dicitur, eas patere. Ita fere locutus eſt Thucydides lib. 2. in Epitaphio Periclis: ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν τὴν ἡμετέραν τόλμη καθειργάσμεθα. Id eſt, *ſed omnia maria omneſque terras noſtra audacia patentes fecimus.* Coler. Poteſt tamen & legi *parebant.* quatenus Carthagine exciſa maris domini appellabantur Romani. Quin de latiſſimo Populi Rom. dominio Dionyſius Halicarnaſſæus ita loquitur: *univerſi maris domina eſt Roma, non ſolum illius, quod intra Herculis columnas habetur, verum & ipſius Oceani, quicunque eſt navigabilis.* Et Appianus Romanos maris mediterranei totius dominium tenere dixit. Maris quidem revera nullum dominium eſt; ſed tamen potentiori non male cedere dicitur. Vide Selden. & Grot. de Mar. lib.

3 *Oneri miſeriæque.*] Quia hæc magis ad imperii ſui perniciem fecerunt, quod illis non recte uſi ſunt. *Zanch.*

crevit. [1]ea quaſi materies omnium malorum fuêre. namque avaritia fidem, probitatem, ceteraſque artes bonas ſubvertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos neglegere, omnia venalia habere, edocuit: [2] ambitio multos mortalis falſos fieri ſubegit: aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere; amicitias, inimicitiaſque [3] non ex re, ſed ex commodo æſtumare; magiſque vultum, quam ingenium, bonum habere. hæc primo paullatim creſcere, [4] interdum vindicari. Poſt, ubi [5] contagio, quaſi peſtilentia, invaſit; civitas immutata, imperium ex juſtiſſumo, atque optumo, crudele, intolerandumque factum.

11 Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium [6] propius virtuti erat. nam

1 *Ea quaſi materies omnium malorum fuêre.*] Poſtquam enim cupido pecuniæ civitatem invaſit, emptio & venditio dignitatum prorupit, & inter concionis ſuffragia ſeſe argentum immiſcuit. hinc judiciorum, hinc exercituum corruptela, unius dominio ſubjecit urbem. Auro captiva ſerviunt arma: ut ſapienter dixiſſe videatur, qui Romanum populum ex eo tum primo periiſſe, inquit. qui primus epulum largitionemque dedit. Tum incorruptum adhuc genus aureum obſervabatur foro, ut Plutarchus in Coriolani vita refert. *Idem.*

2 *Ambitio.*] Ambitio duplex erat: Una, lege vetita: unde leges de ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diviſorum miniſterio diſtribuebantur, de quibus paulo poſt dicemus. Altera non vetita, quæ ſine largitione fiebat. Cicero in Salluſtium: *Credo, ſi fuerim in honoribus petendis nimis ambitioſus, non hanc dico popularem ambitionem, cujus me principem fateor, ſed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Salluſtius ducit.* Zanch. *Ambitio ſubegit.*] *Subegit*, pro *coëgit* poſitum eſt. Sic Tacitus: *Sæpe vi amoris ſubactus.* Et, *operas arenæ promittere ſubegit.* Sed & Livius: *Qua ſubactus injuria*, inquit, *contra Pi. R. bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet.* Virgilius ſexto:

Caſtigatque auditque dolos, ſubigitque fateri.

Idem tertio:

Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. Rivius.

3 *Non ex re.*] Id eſt, ex merito vel opinione virtutis. *Zanch.*

4 *Interdum vindicari.*] Plurimæ enim leges, de ambitu præſertim, & pecuniis repetundis, latæ ſunt. *Caſt.*

5 *Contagio.*] Id eſt, morum fœda immutatio & contaminatio. Contagio enim eſt morbus, qui tactu contrahitur. Juvenalis Satyr. 2.

—— *Dedit hanc contagio labem*
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris,
Unius ſcabie cadit & prurigine porci,
Uvaque conſpecta livorem ducit ab uva.

Zanch.

6 *Propius virtuti erat.*] In manuſcriptis duobus eſt, *propius virtutem erat.* Sic Livius 4. ab V. C. *Propius eſt fidem, abſtringi Fidenatium populum conſcientia tanti ſceleris voluiſſe*, pro, veriſimilius eſt. Senſus autem hic eſt: Ambitionem minus eſſe à virtute remotam (nam eſt in bonis etiam ſtudium & cupiditas bono-

nam gloriam, honorem, imperium, bonus & ignavus æque ſibi exoptant. ſed ille vera via nititur; huic quia bonæ artes deſunt, dolis, atque fallaciis contendit. avaritia pecuniæ ſtudium habet: quam [1] nemo ſapiens concupivit. ea quaſi [2] venenis malis [3] imbuta, [4] corpus animumque virilem [5] effeminat: ſemper infinita, inſatiabilis eſt; neque copia neque inopia minuitur. [6] Sed, poſtquam L. Sulla, armis

honorum) quam avaritiam. Sed & prior lectio bene ſane habet, *propius virtuti*, pro cum virtute junctius, vel affine virtuti. Nam ſic in Offic. Cicero, *Quæ virtuti propiores ſunt*, inquit. Verum Priſcianus libro decimo octavo, *propius virtutem* legit. Aurel. Auguſtinus in 5. de Civitate Dei, *propius virtuti* legit: nec id eſſe librarii vitium, ex inſequentibus ibidem intelligi poteſt. *Rivius. Virtuti.*] Pro, ad virtutem. unde Cicero in 3. de Offic. *Id moleſtius*, inquit, *ferendum eſt, quod ut quiſque excellentiſſimus eſt ingenio, & animo invictiſſimo, ita ad dominationem maxime proclivis. unde extat & illud Euripidis dictum: Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia violandum eſt, aliis rebus pietatem colas.* Zanch.

1 *Nemo ſapiens.*] Cic. lib. 1. de Offic. pecuniæ cupiditatem eſſe fugiendam docet, cum inquit: *nihil enim eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias, nihil honeſtius magnificentiuſque, quam pecuniam contemnere, ſi non habeas: ſi habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.*

2 *Venenis malis.*] Recte adjunxit epitheton. namque, ut ait Cajus de Verb. ſig. *Qui venenum dicit, adjicere debet, malum an bonum ſit. nam & medicamenta venena ſunt.* Caſtil.

3 *Imbuta.*] Infecta, inquinata. Imbuere enim eſt, primam tincturam dare, vel madefacere. *Imbuere*, ut ait Servius, *proprie eſt, initiare & inchoare.* Zanch.

4 *Corpus animumque virilem effeminat.*] Gellius lib. tertio, cap. primo: *Quoi*, inquit, *avaritia minuit & corrumpit, quique ſeſe quærenda undique pecuniæ dediderunt, eos pleroſque tali genere vitæ occupatos videmus, ut ſicuti alia in his omnia præ pecunia, ita labor quoque virilis, exercendique corporis ſtudium relictum, negociis ſe plerumque umbraticis & ſellularibus quæſtibus intentos habent, in quibus omnis eorum vigor animi corporiſque elangueſcit. Quod ait Salluſtius, Effeminat.* Et paulo poſt: *Nam ſi avaritia ſola ſumma, omnes hominis partes affectioneſque occupet, & ſi ad incuriam uſque corporis graſſetur, ut per illam unam neque virtutis, neque virium, neque corporis, neque animi cura adſit, tum denique is vere dici poteſt effœminato eſſe animo & corpore, qui neque ſeſe, neque aliud curat, niſi pecuniam.* Idem.

5 *Effeminat.*] Cogitationes viriles deprimit, mulieribus ſimiles reddit, quæ divitiarum maxime tanguntur deſiderio. *Thyſius.*

6 *Sed poſtquam L. Sulla.*] Oſtendit ſuperius, avaritiam eſſe deteriorem ambitione: propterea quod ambitioſi homines tam boni quam mali inveniren-tur, eo quod ferme omnes laudis, & gloriæ, & imperii cupidi eſſent: in hoc tamen differre videntur, quod bonus vera virtutis via ad honorem accedit, malus autem dolis & fraudibus honores conſequitur. Nunc autem dicit, multo pernicioſiorem rempublicam evaſiſſe tempore C. Marii & L. Sullæ. Hic L. Sulla fuit, qui bellum civile contra Marium geſſit. in quo quidem bello multas clades Populo Romano uterque edidit, ſicut apud Valerium & alibi habetur plenius. *Vall. Sed poſtquam Lucius*

mis recepta Repub. [1]bonis initiis malos eventus habuit; rapere

Sulla, armis recepta Repub.] Recuperata ſcilicet à tyrannide Marii, Cinnæ, Carbonis. Sulla enim primum bellum civile contra Marium geſſit & juſtis exercitibus ſeſe invicem oppugnarunt factionum principes, victoriæque præmium patria petebatur. Ambitio autem Marii hoc bellum excitavit. hinc Eutropius lib. v. Hiſt. A. U.C. DCLXII. *primum Romæ bellum civile commotum eſt. Eodem anno etiam Mithridaticum. Cauſſam bello civili ſexies Conſul dedit, &c.* Et L. Florus lib. III. cap. XXI. *Initium*, inquit, *& cauſſa belli, inexplebilis honorum Marii fames, dum decretam Sullæ provinciam Sulpitia lege ſolicitat: ſed impatiens injuriæ ſtatim Sulla legiones circumegit, dilatoque Mithridate, Eſquilina, Collinaque porta geminum agmen urbi infudit, &c.* Benn. Unde Offic. 2. dicit Cicero, quod poſt Sullæ victoriam deſitum eſt videri, quicquam in ſocios iniquum, cum extitiſſet etiam in cives tanta crudelitas. Ergo, inquit, in illo ſecuta eſt honeſtam cauſam, non honeſta victoria. Eſt enim auſus dicere haſta poſita, cum bona in foro venderet & bonorum virorum & locupletum, & certe civium, prædam ſuam ſe vendere. *Bad. Recepta Repub.*] Scilicet è manibus Marianorum. *Recipere*, ut notum, eſt iterum capere: ſed id varie fit, ita ut interdum videatur quaſi excipere: ut ſi tibi omnia bona mea aut dederim, aut deſtinaverim, & deinde unius tabellæ pulchritudine captus, eam mihi excipiam & reſervem, eleganter dicam *eam recepiſſe*, ut dicit A. Gellius. Interdum polliceri, ſed quaſi rem negatam & rejectam, ut quam prius obeundam capere noluerim, poſtea recipiam. Interdum in locum tutiorem redire: quod tractum eſt à militibus, qui cum caſtra tenuerint, priuſquam exirent in aciem hoſtium, cum ſigno dato in eadem redeunt, ſeſe recipere dicuntur. Quocirca transfertur, ut ſit cuilibet actui, periculoſo præſertim, finem imponere. *Idem,*

1 *Bonis initiis malos eventus habuit.*] Nam L. Cornelius Sulla à partibus Reipublicæ ſtetit, eique virtute ſua multum profuit. Socialis belli incendium extinxit; Mario ſe oppoſuit. Conſul Aſiam ſortitus Mithridatem apud Orchomenum, & Chæroneam prælio fudit, Archelaum ejus præfectum vicit, ipſamque Athenarum urbem obſedit, cepitque, Portum Piræum recepit, Medos, Dardanoſque, in itinere ſuperavit: Cinnæ dominationem fregit; Carbonem Italia expulit, & ut paucis abſolvam, omnia tuendi Senatus gratia, publicæque utilitatis cauſſa, agere videbatur. Tandem vero Rempubl. occupavit, tyrannidemque in cives Romanos exercuit. Hinc Florus in epit. Liv. l. LXXXVIII. *Recuperata*, inquit, *republica pulcherrimam victoriam crudelitate (quanta in nullo homine unquam fuit) inquinavit, octo millia dediterum in via publica trucidavit; tabulam proſcriptionis paſſuit, urbem, & univerſam Italiam cædibus replevit, &c.* Et Valerius Maximus libro IX. cap. II. *L. Sulla*, inquit, *quem neque laudare, neque vituperare quiſquam ſatis digne poteſt, qui dum quærit victorias, Scipionem ſe populo Romano; dum ſævitiam exercet, Annibalem repræſentavit. Egregie namque auctoritate defenſa, crudeliter totam urbem, atque omnes Italiæ partes civilis ſanguinis fluminibus inundavit.* Vide etiam Plutarch. in vita Sullæ. *Benn. Bonis initiis.*] Primo enim Sulla videbatur omnia agere tuendi Senatus gratia, utilitatis publicæ. Plutarch. in vita Sullæ, *Malos eventus habuit.* Nota eſt autem hiſtoria de L. Sullæ crudelitate, qua indemnatos plurimos proſcripſit, & bona eorum vendidit, ac milites ſuos locupletavit. Scribit Appianus libro primo Bellorum civilium, ipſum uno die quadringentos ſenatores, equites mille & ſexcentos ad mortem condemnaſſe. & Livius libro 88. recuperata Republica pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta

[1] rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modeſtiam victores habere, [2] fœda, crudeliaque in civis facinora facere. huc accedebat, [3] quod L. Sulla

quanta in nullo homine unquam fuit, inquinaviſſe tradit: inter octo millia deditorum, quos in via publica trucidari juſſit homo ſanguinolentus, ut ſupra dictum eſt, omnes Præneſtinos inermes interimi juſſit. Meminit hujus crudelitatis & Valerius Maximus multis in locis, maxime in capite ſecundo libri quarti & cap. 1. libri tertii. ubi oſtendit Catonem adhuc puerum, cum ad eum ſalutandum veniſſet, proſcriptorum indignitate commotum, ejus cædem inſtituiſſe. Plutarchus in ejus vita. *Zanch.*

1 *Rapere omnes, trahere: domum alius, alios agros cupere, &c.*] Sullani milites victoriam adepti omnia rapiebant, trahebant, & ſedulo curabant, ut nomen ejus in proſcriptorum tabula eſſet, cujus domum, aut villam, fundumque concupiverant. Hinc noſter Salluſtius hac conjurat. *nam ut quiſque domum, aut villam, poſtremo, vas, aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam ut in proſcriptorum numero eſſet. Ita illi, quibus Damaſippi mors lætitiæ fuerat, paullo poſt ipſi trahebantur. Neque prius finis jugulandi fuit, quam Sulla omnes ſuos divitiis explevit. Domum alius, alius agros cupere.*] Q. Aurelius nullis ſe prorſus negociis implicans, tantumque ad ſe malorum communicationem pertinere arbitratus, quantum infœlicibus aliis condolere fas eſſet, forum ingreſſus, proſcriptorum nomina perlegebat: in quibus cum ſe ipſum comperiiſſet; Væ mihi miſero! inquit, Albana me villa perſequitur: paululumque procedens, à perſecutore jugulatus eſt. hæc Plutarchus in Sullæ vita. *Zanch.*

2 *Fœda crudeliaque in civis facinora facere.*] Hinc Salluſtius, in Orat. ad Cæſar. II. *An illa*, inquit, *quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpantur, oblivio abſtulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio, belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos, plebem Romanam, in villa publica pecoris modo conſciſſam, heu quam illa occulta civium funera! & repentinæ cædes in parentum aut liberorum ſinum! fuga mulierum, & puerorum, vaſtatio domorum: Ante partam à te victoriam, omnia ſæva, atque crudelia erant.* Et Florus lib. III. cap. XXI. *Quis autem illos poteſt computare, quos in urbe paſſim, quiſquis voluit, occidit, donec admonente Furfidio, vivere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperarent: propoſita eſt illa ingens tabula, & ex ipſo Equeſtris ordinis flore, ac Senatus, duo millia electi, qui mori juberentur, novi generis edictum. Piget poſthæc referre ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venulei: Bæbium ſine ferro, ritu ferarum inter manus laniatum, Marium ducis ipſius fratrem, apud Catuli ſepulchrum, oculis, manibus, cruribuſque defoſſis, ſervatum aliquandiu, ut per ſingula membra moreretur.* Unde Lucanus lib. II. bell. Civil.

— *Quid ſanguine manes*
Placatos Catuli referam? cui victima triſtes (brie
Inferias Marius, forſan nolentibus Umbris
Pendet, inexpleto non fanda piacula buſto, &c.

Et aliquantulo poſt Senatorum nobilium civiumque cædes concludit:

Ut ſcelus hoc Sullæ, cædeſque oſtenſa placeret,
Agnoſcendus erat. Vidit fortuna colonos
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reciſos, (tis.
Unius populum pereuntem tempore mor-
Tunc flos Heſperiæ, Latii jam ſola juventus
Concidit, & miſeræ maculavit ovilia Romæ.

3 *Quod L. Sulla exercitum.*] Poſt præ-

BIBLIOTECA

L. Sulla exercitum, [1] quem, [2] in Aſia ductaverat, [3] quo ſibi fidum faceret, [4] contra morem majorum luxurioſe, nimiſque [5] liberaliter habuerat, loca amœna, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliverant. [6] ibi primum inſuevit

turam Sulla in Cappadociam cum exercitu mittitur, ſpe quidem, ut Ariobarzanem reduceret in regnum: re autem, ut Mithridatem reprimeret: qui non minorem quam antea, poſſidebat potentiam ac regnum complectebatur. non magnas itaque ſecum adducens copias, cæterum prompta ſociorum uſus opera, multis in Cappadoces, multis in Armenios auxilium ferentes editis ſtragibus, Gorgium ejecit, Ariobarzanemque regem declaravit.

1 *Quem ductaverat.*] Id eſt, exercitum, cui ipſe præfuerat.

2 *In Aſia.*] Aſia omnibus libidinum illecebris repleta eſt: ut ait Titus Livius libro 34. Inde Romanam luxuriam ortam fuiſſe, idem inquit: *Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt: inde lectos æratos, veſtem ſtragulam precioſam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſuppellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam adduxerunt, tum pſaltriæ ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: epulæ quoque ipſæ & cura, & ſumptu majore apparari cœptæ: tum coquus, vilißimum antiquis mancipium, & æſtimatione & uſu in precio eſſe: & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tum illa, quæ tum conſpiciebantur, ſemina erant futuræ luxuriæ.* Plinius libro 33. cap. 11. *Aſia*, inquit, *primum devicta, luxuriam miſit in Italiam. Siquidem C. Scipio tranſtulit in triumpho, argenti pondo millia quadringenta & quinquaginta, & vaſorum aureorum pondo centum millia, anno Urbis conditæ quingenteſimo ſexageſimo quinto. Eadem Aſia domita, multo etiam gravius afflixit mores, inutiliorque victoria illa hæreditas Attalo rege mortuo.* & Juſtinus libro 36. *Sic Aſia facta Romanorum, cum opibus ſuis vitia quoque Romam tranſmiſit.* Zanch. Auguſtinus libro 3. cap. 31. de Civitat. Dei: *Deinde tunc primum per Cn. Manlium Proconſulem de Gallo-Græcia triumphantem Aſiatica luxuria omni hoſte pejor evaſit.* Ex quibus apparet convenire in hoc omnes quod primum Romani luxuriam ab Aſiaticis didicerint, in hoc non item, Sylla exercitum ductante. *Coler.*

3 *Quo ſibi fidum faceret.*] Intelligebat enim ſibi cum Marianis pugnandum eſſe. *Caſt. Quo ſibi fidum acceptumque faceret.*] *Tò acceptum* non eſt in manuſcriptis, neque impreſſis paulo vetuſtioribus. Sed nec ſenſus ipſe poſtulat: atque adeo potius, ſi quid eſt in me judicii, prorſus reſpuit ac repudiat. Nam exercitum Sylla, quod luxurioſe nimiſque liberaliter haberet, fidum ſibi fecit, ſeque ipſe militum animis charum acceptumque, non exercitum ſibi reddidit. Quis enim eſt ita unquam locutus? Niſi abuſum hac voce Salluſtium, dicere auſis, pro eo quod eſt obnoxium. *Rivius.*

4 *Contra morem majorum.*] Id eſt, contra diſciplinam militarem à majoribus traditam. *Zanch.*

5 *Liberaliter.*] Licenter: quia omnia quæcunque libuiſſet, committere patiebatur Sylla, ſive honeſta, ſive turpia fuiſſent. *Vall.*

6 *Ibi primum inſuevit exercitus populi R. amare.*] Id eſt, ſcortari. Nam cautum erat lege militari, ut milites ſcorta in caſtris non haberent. Unde Scipio Conſul in Hiſpaniam miſſus, ut inſolentiſſimos Numantiæ ſpiritus ſuperiorum ducum culpa nutritos contunderet, eodem temporis momento, quo in caſtra intravit, edixit, ut omnia ex his quæ voluptatis cauſa comparata erant, auferrentur.

Digitized by Google

ſuevit exercitus populi Rom. amare, potare, [1] ſigna, tabulas pictas, [2] vaſa cælata [3] mirari, ea [4] privatim ac [5] publice rapere, [6] delubra ſpoliare, ſacra * profanaque omnia polluere.

ferrentur. & conſtat, tum maximum inde inſtitorum & lixarum numerum, cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. *Zanch.*

1 *Signa.*] Signum eſt è ſolida materia ſimilitudo vel Dei, vel hominis, vel bruti. Statua item è ſolida materia ſimilitudo Dei tantum, & hominis. Latius itaque patet ſigni nomen quam ſtatuæ. Differunt etiam, ut puto, ratione loci. Nam quæ in foro ſtatuæ ſunt, aut in alio publico & profano loco, ſtatuæ non ſigna dicuntur, eadem in domibus ac templis ſigna vocantur potius quam ſtatuæ. tertium diſcrimen illud eſt, quod ſigna hærent interdum in eadem vel in qua intus inciſa ſunt materia, ut rana & lacerta, quæ inſculptæ ſunt in columnarum ſpiris, & illa quæ in gemmis, vel in alia pro anulorum uſu materia inciduntur. Statuæ vero & expreſſæ ſunt, non in cavo latentes, & ab ea unde factæ ſunt materia disjunctæ. *Ald. Manut.* Statuas tamen & ſigna ſæpe confundit antiquitas.

2 *Vaſa cælata.*] Cælata proprie dicuntur vaſa aurea vel argentea, in quibus ſigna vel ſigilla intus aut extra eminentia expreſſa ſunt, quæ ſola cælo fieri non torno poſſunt. Quintilianus ſculpturam à cælatura materia tantum diſtinguit libro III. cap. XXI. his verbis: *Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit: nam ſculptura lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præter ea, quæ ſupra dixi, etiam complectitur.* Sane ſculptor marmoris dicitur, non cælator, ut contra cælatura auri & argenti, non ſculptura. Et ſculptura quidem æque ac cælatura figuras extantes facit, ſed in ligno, marmore, ebore & gemmis operatur, cælatura in auro, argento & ære. Virgilius tamen lignum dixit cælatum pro ſculpto, improprie, ſed Poëtice. Alii tamen cælata tecta de laquearibus dixere. Gemmas cælatas non legimus apud auctores, ſed ſculptas aut ſcalptas. Rurſus hic diſtinguunt ſculpturam à ſcalptura. Quas gemmas ſculpi notat Quintilianus, figuras in his extantes fieri & ectypas intelligit, ut in ebore, ligno & marmore quod ſculpitur: at de his quæ ad ſignandum cavantur ſcalptura proprie ut diceretur, uſus loquendi obtinuit; licet origine ac ſignificatione idem ſit quod ſculptura. *Salmaſ.* Vide Aldum Manut. lib. 1. cap. 9.

3 *Mirari.*] Antecedens pro ſequenti: ea enim quæ miramur, concupimus. *Omnib.*

4 *Privatim.*] Id eſt, in occulto, aut potius à privatis.

5 *Publice.*] Id eſt, manifeſte, aut è repub. aut templis, & ſic porro. *Badius.*

6 *Delubra.*] Feſtus ait, *delubrum fuiſſe lignum delibratum, id eſt, decorticatum, quod venerabantur pro Deo.* Pædianus vero inquit: *Sunt qui templa eſſe dicant ſingulorum Diis attributorum locorum, delubra multarum ædium ſub uno tecto à diluvio pluviæ munitarum, alii delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum, more Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodeſque viſuntur.* Zanch. *Delubra.*] Nunc templa. Servius: *Delubrum*, inquit, *dicitur, quod uno tecto plura amplectitur numina, quia uno tecto diluitur: ut Capitolium, in quo eſt Jupiter, Juno, & Minerva. Alii dicunt, delubrum eſſe locum ante templum, ubi aqua currit, à diluendo.* Hactenus ille. Alibi autem ſic inquit: *Ante delubrum ligneum ſimulachrum dicimus, libro, id eſt, raſo ligno factum, quod Græce ξόανον dicitur.* Eaſdem fere opiniones refert Aſconius in expoſitione Divinationis. Sed ut omittam quæ ſcribit Feſtus, & alii: ſubſcribam tantum Macrobii verba ex lib. 3. Saturn. Varro lib. 8. Rerum divina-

luere. Igitur hi milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, [1] nihil reliqui victis fecêre. [2] Quippe ſecundæ res [3] ſapientium animos fatigant: [4] nedum illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent. [5] Poſtquam divitiæ honori eſſe cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur: [6] hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolen-

rum, *Delubrum*, ait, *alios exiſtimare, in quo præter ædem ſit area aſſumpta deum cauſa: ut eſt in circo Flaminio Jovis ſtatoris. alios, in quo loco Dei ſimulachrum dicatum ſit. Et adjecit, ſicut locum in quo figerent candelam, candelabrum appellatum: ita in quo Deum ponerent, nominatum delubrum. His à Varrone præſcriptis, poſſumus intelligere, id potiſſimum ab eo probatum, quod ex ſua conſuetudine in ultimo poſuit: ut ab Dei dedicato ſimulachro, delubrum cœperit nuncupari.* Caſt.

* *Profanaque.*] *Profanum*, inquit Feſtus, *quod fani religione non tenetur. Item profanum, quod non eſt ſanctum.* Zanch.

1 *Nihil reliqui fecere.*] Id eſt, nihil reliquerunt, & eſt optima locutio. *Zanch.*

2 *Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.*] Non mirum: nam *victoria natura inſolens eſt & ſuperba*, inquit Cicero pro M. Marcello, & M. Cato in Orat. pro Rhodienſib. apud Gellium lib. VII. cap. III. Attic. noct. *Scio*, inquit, *ſolere pleriſque hominibus, rebus ſecundis, atque prolixis, atque proſperis, animum excellere, ſuperbiam, atque ferociam augeſcere, atque creſcere.*

3 *Sapientium animos fatigant.*] Probat evidenti ratione, quod hi milites moribus ſoluti, nihil reliquerunt: quia & ſapientes rebus ſecundis vix ſe à rebus illicitis abſtinere poſſunt. *Zanch.* Salluſtium hic imitatus eſt Trebellius Pollio: *Claudii*, inquit, *Imperatoris plerique milites, ſecundis rebus elati, quæ ſapientum quoque animos fatigant. Fatigant.*] Bene dixit *fatigant* & non, vincunt, vel inſolentes faciunt. Nam vere ſapientes, ut adverſis rebus non deſpondent animos, ſic etiam ſecundis non inſoleſcunt. *Caſt.*

4 *Nedum illi corruptis moribus, &c.*] In manuſcriptis atque aliis, *ne illi corruptis moribus.* pro, Tantum abeſt ut illi corruptis moribus victoriæ temperarent: hoc eſt, victoriæ moderarentur, neque nimis eam crudeliter exercerent. *Ne* pro *ſaltem*, & habet hoc loco diminutivam ſignificationem. Citat eodem modo Priſcianus libro 16. de conjunctione agens. licet is vim hujuſce particulæ *ne*, parum intellexerit. qua Salluſtius eſt pereleganter uſus, quomodo & Plautus: *Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtumes.* Livius lib. 3. ab V. C. *Novam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* pro, tantum abeſt ut nunc deſiderium ferant. Idem tamen Priſcianus, velut oblitus eorum quæ ſemel dixerat ſuper 12. verſus Æneid. *nedum* hic legit *Rivius.*

5 *Poſtquam divitiæ honori eſſe cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur.*] Veteres Romani virtute ad imperium viam ſibi muniebant: nunc vero conviviis gratiam quærunt, & pecunia potentiam. Hinc Seneca lib. 11. declam. ſive controv. 1. *Senatorum*, inquit, *gradum cenſus aſcendit: cenſus in caſtris ordinem promovet: cenſus in foro judices legit.* Unde Ovidius conqueritur l. III. amor.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores:
Inde gravis Judex, inde ſeverus Eques.

Ut paſſim auctores alii.

6 *Hebeſcere virtus.*] Id eſt, virtus cœpit diminui & negligi.

1 *Ava-*

livolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria, atque [1] avaritia, cum ſuperbia invaſêre. rapere, conſumere, ſua parvi pendere, aliena cupere; [2] pudorem, pudicitiam; divina atque humana promiſcua, [3] nihil penſi, neque moderati habere. [4] Operæ pretium eſt, [5] cum domos [6] atque villas cognoveris [7] in urbium modum exædificatas, viſere

1 *Avaritia.*] Nam cum bona tua profuderis explendæ cupiditatis cauſa, neceſſe ut divitias congregare ſtudeas, & ita naſcitur avaritia.

2 *Pudorem.*] Hic addunt quidam ſcripti libri, *pro nihilo haberi.* Sed prior lectio ferri poteſt; habet enim nec obſcuram & ſatis commodam ſententiam. *Gruter.* In quibuſdam pervetuſtis libris, ita legitur: *Pudorem, amicitiam, pudicitiam.* Popm. *Pudorem, pudicitiam.*] Pudor & Pudicus ideo dicuntur, quod putum pro puro dixerunt antiqui: ut autor eſt Feſtus. Eſt autem Pudor, honeſta quædam & liberalis verecundia: cui petulantia contraria eſt, quæ diſſoluta eſt, & effuſa dictorum factorumque venereis in rebus permiſſa ſibi licentia. Sed pudor in dictis, pudicitia in factis potius eſt. *Zanch.*

3 *Nihil penſi.*] Nihil conſiderationis habebat.

4 *Operæ precium.*] Id eſt, utile. nam precium laboris eſt utilitas. *Vall.*

5 *Cum domos.*] Plinius lib. 36. cap. 15. de luxuria Romanarum ædium loquitur, quam repente invaſiſſe urbem ſignificare volens, ſic inquit: *Et ſi quidem impenſæ movent captos avaricia animos, P. Clodius, quem Milo occidit, ſeſtertium centies & quadragies octies domo emptæ habitavit, quod quidem non ſecus ac regum inſaniam miror.* Et paulo poſt: *Parva ſunt cuncta quæ diximus, & omnia uni comparanda miraculo, antequam nova attingam. M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. ut conſtat inter diligentiſſimos autores, domus pulchrior non fuit Romæ, quam Lepidi ipſius. At hercule intra annos triginta quinque eadem centeſimum locum non obtinuit.* Vide quoque Valer. Maximum lib. 9, cap. 1. *Zanch. Domos.*] De Milonis amplis ædibus modo oſtenſum eſt ex Plinio, quanti autem conſtiterint, vide Budæum de Aſſe lib. 3.

6 *Atque villas.*] Adeo enim Romanorum luxuria creverat, ut ingentes profunderent pecunias in villis ædificandis. Unde M. Æmilius Porcina à L. Caſſio accuſatus, & gravi pœna multatus fuit, quod villam nimis ſublimem ædificaſſet, ut tradit Valer. Max. lib. 8. cap. 1. & Horat. lib. 2. in luxuriam ſeculi invehens, ſic ait:

Jam pauca aratro jugera regiæ
Moles relinquent undique latius
Extenta viſentur Lucrino
Stagna lacu. ——

Et Strabo lib. 5. *Nunc vero plus in ædificandis domibus, villarumque magnificentiis conſumitur, quibus regiæ ritu Perſarum apparantur.* & Cicero in oratione pro Milone: *Ante*, inquit, *fundum Clodii, quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum verſabatur valentium.* Zanch. *Villas.*] Ut fuit villa Luculli in Tuſculano, & juxta Neapolim: item Clodii, & Gabinii, & aliorum, ut eſt apud Cicer. lib. 3. de Legib. in Orationib. pro Milone, & pro Domo ſua ad Pontifices. *Caſtil.*

7 *In urbium modum.*] Ita & Seneca Ep. 91. domos habuiſſe inſtar urbium dixit. Alibi audacius de Benefic. lib. 7. cap. 10. agnoſcit & increpat ædificia privata laxitatem magnarum urbium vincentia. Olympiodorus in Bibliotheca Photii teſtatur ipſas domos continuiſſe circum, fora, templa, fontes, balnea, ita ut revera una domus urbs eſſet. De quo luxu etiam ſuo tempore Martialis lib. XII. ita ſcribit:

[1] viſere templa Deorum, quæ noſtri majores, [2] religioſiſſumi mortales, fecêre. verum illi delubra Deorum pietate, domos

Daphnonas, Platanonas, & aërias Cypariſſos
Et non unius balnea ſolus habes:
Et tua centenis ſtat porticus alta columnis,
Calcatuſque tuo ſub pede lucet onyx:
Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus ubique ſonat.

Luci etiam & arbuſta in magnis iſtis ædibus erant, imo & ſupra ædes. Seneca epiſt. 123. *pomaria*, inquit, *in ſummis urbibus ſerunt, quorum ſilvæ in tectis ac domorum faſtigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improba cacumina egiſſent.* Lipſ. de magn. Rom. 3. cap. ult.

1 *Viſere templa Deorum.*] Templa Deorum ſolent ſumptuoſioribus ædificiis conſtitui, quam domus privatorum; & tamen ad eam libidinem pervenerunt homines ætatis noſtræ, ut nunc ſibi ædes ædificent, quæ ſunt multo ſumptuoſiores quam Deorum templa. *Vall. Viſere templa Deorum.*] Varro libro de lingua Latina ſexto ait: *Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auſpiciis, ab ſimilitudine: à natura in cœlo, ab auſpiciis in terra, à ſimilitudine ſub terra. in cœlo templum dicitur, ut Hecuba: in terra, ut Perhibea: ſub terra, ut Andromacha.* Paulo poſt: *In terris dictum templum, locus augurii aut auſpicii cauſa quibuſdam conceptis verbis finitus.* Zanch. *Templa.*] Templa ſunt prōprie quæ per augures conſtituebantur, unde & in augurali diſciplina templum cœli regio appellabatur à contemplando. augures enim in cœli ſpatia oculos figebant. atque auſtralem plagam dextram, ſiniſtram Septentrionalem habebant. Secus atque Græci. Rationem alibi reddit Thyſius in Exerc. Miſcell. cap. 19. Hinc & ad ædes ſacras tranſlatum eſt vocabulum. Alioqui Varro ſcriptum reliquit non omnes ædes ſacras templa eſſe, ac ne ædem quidem Veſtæ templum eſſe. Gell. lib. 14. cap. 7. Feſtus Pompejus: *Minora templa fiunt ab auguribus cum loca aliqua tabulis aut linteis ſepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant, certis verbis definita. Itaque templum eſt, locus ita effectus, aut ita ſeptus, ut ea una parte pateat, angulusque adfixus habeat ſe ad terram.* Servius: *alii templum dicunt non ſolum quod poteſt claudi, verum etiam quod palis aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re, & lineis* (lege *linteis*) *aut loris, & ſimili re ſeptum eſt, quod effatum eſt. amplius uno exitum in eo non eſſe oportet, cum ibi ſit cubiturus auſpicans. Teſca autem dicebantur loca augurio deſignata: quo termino finitur terra augurii.* Modus dedicandi in Pontificiis libris talis habetur: LOCVMQVE. SEDEMQ. TESCVMQ. ALIQVOI. DEO. DEDICAVERIT. VTEI. DEOS. ACCIPIAT. VOLENS. PROPITIOSQ. *Scalig. Templa Deorum, quæ noſtri majores.*] Simplici cultu puta & ſine opibus fecere. Colebantur enim religiones pie magis, quam magnifice, ut Livius loquitur: unde in leg. duodecim tabularum: *Ad divos adeunto caſte: pietatem adhibento: opes amovento.* Cic. autem l. 11. de ll. legem hanc ita explicat: quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri jubet: ſignificat probitatem gratam eſſe Deo, ſumptum eſſe removendum. Quid eſt enim, cum paupertatem divitiis etiam eſſe inter homines æqualem vidimus, cur eam ſumptu ad ſacra adhibito Deorum aditu arceamus? *Graſw.*

2 *Religioſiſſimi mortales.*] *Religioſus*, inquit Feſtus, *eſt, non modo deorum ſanctitatem magni æſtimans, ſed etiam officioſus adverſus homines. Dies autem religioſi, quibus niſi quod neceſſe eſt, nefas habetur facere: quales ſunt ſex dies & triginta Atri, qui appellantur & Allienſes, atque ii quibus mundum patet.* Gallus Ælius religioſum eſſe ait, quod homini ita facere non liceat, ut ſi id faciat, contra Deorum voluntatem facere videatur.

[1] domos ſuas gloria decorabant, [2] neque victis quidquam, [3] præter injuriæ licentiam, eripiebant. at hi contra, ignaviſſimi homines, per ſummum ſcelus, omnia ea [4] ſociis adimere, quæ fortiſſimi viri [5] victores hoſtibus reliquerant: proinde quaſi injuriam facere, id demum eſſet imperio uti. Nam quid ea memorem, quæ, niſi iis, qui videre, nemini credibilia ſunt; [6] à privatis compluribus ſubverſos 13

• mon-

deatur. quo in genere ſunt hæc: *In ædem Bonæ Deæ virum introire adverſus myſtica, legem ad populum ferre die nefaſto, apud prætorem lege agere.* Zanch. *Religioſiſſimi.*] Religio autore Auguſtino de vera relig. cap. 55. & Lactant. lib. 4. cap. 28. dicitur à religando, & ſignificat omnia illa pietatis officia, quibus Deo obligamur colligamurque. Cic. de natura Deorum ita loquitur: *qui autem omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter tractarent & tanquam relegerent, hi dicti ſunt religioſi à relegendo.* Quod & ſequitur Non. Marcellus.

1 *Domos ſuas gloria decorabant.*] Cic. ubi de M. Marcello, L. Scipione, Flaminio, L. Paulo, L. Mummio, ſummis Imperatoribus egiſſet, concludit: *quorum domus cum honore & virtute florerent, ſignis & tabulis pictis erant vacuæ.* Unde & in Verrem IV. ita loquitur Princeps Romanæ eloquentiæ de Marcello: *Romam quæ aſportata ſunt ad ædem Honoris atque Virtutis aliiſque in locis videmus, nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit: nihil in ſuburbano: putavit ſi urbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet, domum ſuam ornamento urbi futuram.* Graſw.

2 *Neque victis quidquam.*] Cic. l. IV. in Verrem: *Etenim mirandum in modum Græci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur. Itaque majores noſtri facile patiebantur, hæc eſſe quamplurima apud ſocios, ut imperio noſtri quam ornatiſſimi florentiſſimique eſſent: apud eos autem, quos vectigales aut ſtipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant, ut illi, quibus ea jucunda videbantur, haberent hæc oblectamenta ſervitutis.* De continentia Marcelli in Syracuſas vide ſupra, ut libro II. in Verrem. *Idem*

3 *Præter injuriæ licentiam.*] Nihil victis auferebant, niſi lædendi facultatem. *Glar.*

4 *Sociis adimere.*] De quibus moribus Cic. in Verrem; *lugent omnes provinciæ, queruntur omnes liberi populi, regna denique jam omnia de noſtris cupiditatibus & injuriis expoſtulant. Locus intra Oceanum jam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum libido iniquitaſque pervaſerit.*

5 *Victores reliquerant*] In vetuſtioribus quibuſdam eſt, *hoſtibus reliquerant.* Eſt enim perperam hic Dativus in recentioribus omiſſus, ni fallor. Nam hoſtes oppoſuit ſociis, fortiſſimos viros ignaviſſimis hominibus; relinquere denique τῷ adimere, ſaluti victoriam. *Rivius. Victores reliquerant.*] Legendum forte: *victores victis reliquerant.* Comparat enim fortiſſimos viros cum ignaviſſimis, ſocios cum victis, atque ea quæ fortiſſimi viri victores victis reliquerant, ea ignaviſſimos à ſociis per ſcelus auferre. *Ciacon.* Cic. lib. IV. in Verrem: *nimium hæc illi forſitan mirantur atque efferunt: Eſto, veruntamen honeſtius erit Reipub. noſtræ, Judices, ea quæ illis pulchra eſſe videntur, Imperatorem noſtrum in bello reliquiſſe, quam Prætorem in pace abſtuliſſe.* ubi Salluſtius expreſſit Ciceronem.

6 *A privatis compluribus ſubverſos monteis.*] Plinius nat. hiſt. lib 9. cap. 54. *Lucullus*, inquit, *exciſo etiam monte juxta*

Neapo-

montes, [1] maria [2] conſtrata eſſe? [3] quibus mihi ludibrio videntur fuiſſe divitiæ. quippe, quas honeſte habere licebat, per turpitudinem abuti properabant. Sed [4] libido ſtupri, [5] ganeæ, * ceterique cultus non minor † inceſſerat. ‡ viri pati

Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, euripum & maria admiſit. Qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat. Hæc eadem ſcribunt etiam Vellejus & Plutarchus: niſi quod Plutarchus Tuberonem, non Pompejum, ait appellaſſe Lucullum Xerxem togatum. Fuerunt & alii, qui magno impendio piſcinas ſalſas ædificarunt; ut leges apud Varronem de re ruſt. libro 3. cap. 17. & Plinium tum loco proxime citato, tum capite ſequenti. *Caſt. Subverſos monteis.*] M. Var. lib. 3. de Re ruſt. inquit: *Contra Neapolim L. Lucullus poſteaquam perfodiſſet montem, ac maritima flumina immiſiſſet in piſcinas.* & infra, Plin. lib. 36. cap. 15. *Quod ſi quis diligentius æſtimarit aquarum abundantiam in publico balneis, piſcinis, domibus, euripis, hortis ſuburbanis, villis, ſpatioque advenientis extructos arcus, montes perfoſſos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum.* Zanch.

1 *Maria conſtrata.*] Legi poſſet *maria contracta*, auctoribus quibuſdam libris. Ut Horat.

Contracta piſces æquora ſentiunt
Jactis in altum molibus.

Utrunque non male, certe neutrum falſo, unde Petronius:

Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur arvis. Grut.

2 *Conſtrata.*] Ita habet Fulvii Urſini liber, impreſſam tamen lectionem *conſtructa* non improbo. Dixit enim idem Salluſtius infra: *divitias profundere in exſtruendo mari & montibus coæquandis.* vide Plin. lib. IX. cap. LIV. *Aldus Manut. Maria conſtrata.*] Sicut etiam Lucullus dicitur feciſſe Neapoli, ubi prædia ſua habebat. dicitur enim feciſſe ædificia ingentia, & amœnitate omnibus præſtantia, quæ uſque in medium mare porrigebantur: ita ut ibi maria inerant, ibi ſtratum erat ſolum, velut in terra continenti fabricaſſet. *Vall. Maria conſtrata.*] Lucullum hic tacite præcipue notat Salluſtius. Sic M. Varro de Re Ruſt. cap. XVII. *contra ad Neapolim*, inquit, *L. Lucullus, poſtquam perfodiſſet montem, ac maritima flumina immiſiſſet in piſcinas, quæ reciproce fluerent, ipſe Neptuno non cederet de piſcatu.* Et Vellejus Paterc. lib. II. Hiſt. Rom. cap. XXXIII. *Lucullus ſummus alioquin vir, profuſæ hujus in ædificiis, convictibuſque & apparatibus luxuriæ primus auctor fuit: quem ob injectas moles mari, & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompejus Xerxem togatum vocare aſſueverat.* Benn.

3 *Quibus mihi ludibrio videntur fuiſſe divitiæ.*] Illi enim ludibrio habent divitias, qui eas in rebus minime neceſſariis profundunt.

4 *Libido ſtupri.*] Omnis illicita conſuetudo *ſtuprum* dicitur, quæ cum omni muliere libera committitur, quæ neque uxoris, neque concubinæ loco habetur, l. 3. ff de concub. l. 34. ff. de adult. quanquam cum adulterio nonnunquam confunditur, l. 201. de V. S. Docet Feſtus antiquos pro omni turpitudine *ſtuprum* accepiſſe, ut in carmine Nævii: *fœde ſtupreque caſtigat hodie.* Et apud Nævium, *ſeſeque ii perire mavolunt, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares.*

5 *Ganeæ.*] *Ganeones*, ut ait Non. Marcell. *à ganeis dicti ſunt, quæ ſunt loca vinolentiæ & libidini apta.* Varro Grammaticus: *Hoc intereſt inter Epicurum & ganeones noſtros, quibus modula eſt vitæ culina.* Cic. in 2. in Catilinam: *Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter,*

qua

pati muliebria: mulieres pudicitiam [1] in propatulo habere: veſcendi cauſa, [2] terra marique omnia exquirere: dormire prius, quam ſomni cupido eſſet: [3] non famem, aut ſitim, neque

quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariſſime vixiſſe fateatur? Zanch. *Ganeæ.*] Ganeum, Græcorum γάνος, γάναξ, non à ſubterraneis cryptis, ut Grammatici: J. Cæſ. Scaliger Exercit. 31. ſect. 2. γάνος à Chaldaico חנג convivari, menſæ accumbere, ut *Guichardus* docet, vel à גנג delicate vixit aut jucunde. Hadrianus Turnebus libro 20. cap. 33. inquit, *ganeum dicitur fornix, γλίσιον. nam n Latini in a ſæpe mutant, & ei in a breve, ut* gynæceum *apud Terentium penultima brevi,* γυναικεῖον. *Cyclopeus apud Virgil.* κυκλώπιος. *Conopæum apud Horat. quod eſt* κωνωπεῖον.

* *Cæterique cultus.*] Id eſt, veſtitus. Appoſite Plinius lib. IX. Natur. Hiſt. cap. 35. *parum ſcilicet fuerat, in gulas tendi maria, niſi manibus, auribus, capite, toto corpore à fœminis juxta viriſque geſtarentur.* Seneca lib. 7. de Benef. cap. IX. ubi de luxu ſuorum temporum conqueritur, bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſe teſtatur. *Cultus.*] Cultum accipimus pro elegantia, quæ apud veteres pro vitio ſæpius reponebatur. quod Catonis authoritate probat Gellius, ſcribens elegantiam, ſed quæ minus læto amœnoque cultu eſſet. Cultus ad hoc apud veteres nunc in bonam, nunc in malam partem accipiebatur. Horatius;

Mundus erit, qui non offendet ſordibus, atque
In neutram partem cultus miſer. —— Bonon.

† *Invaſerat.*] Inceſſerat.

‡ *Viri pati muliebria.*] *Viros* forte. Jure miremur Criticorum diſſimulationem: nam hactenus fere lectum: *ſed libido ſtupri, ganeæ, cæterique cultus, non minor inceſſerat. viri pati muliebria, &c.* Et ſic nulli prorſus Mſſ. nulli impreſſi ante editionem Læti. omnes enim repræſentant uno ore *Viros*: quam etiam lectionem extare in Romano codice indicavit Urſinus. *Gruterus.* Contra maſculam Venerem L. Scantinia lata, cujus pœnam etſi Quintilianus fuiſſe decem millium dicat, non immerito tamen Briſſonius exiſtimat, ſecus ſe rem habere, & potius à Quintiliano exercitationis gratia hoc confictum, aut ex Græcorum legibus, ubi talis Venus promiſcua erat, deſumptum eſſe, cum alioqui Valerius Maximus exempla capitalium ſuppliciorum enumeret.

1 *In propatulo habere.*] Et mulieres habere pudicitiam, id eſt, caſtitatem conjugalem: in propatulo, id eſt, omnibus expoſitam, quaſi in proſtibulo: ita ut ſola caſta ſit, quam nemo petivit. *Bad.*

2 *Terra marique omnia exquirere.*] Huc facit Petronius Arbiter:

Ingenioſa gula eſt, Siculo ſcarus æquore merſus
Ad menſam vivus deducitur: inde Lucrinis
Eruta litoribus vendunt conchylia cœnis,
Ut renovent per damna famem. Jam Phaſidos unda
Orbata eſt avibus, mutoque in litore tantum
Solæ deſertis aſpirant frondibus auræ.

Eadem Seneca queritur conſolat. ad Helviam, cap. IX. *Quin & illorum gulæ anguſtus erat orbis noſter. Namque appoſitas dapes non ſapore, ſed ſumptu æſtimantes, illis demum cibis acquieſcebant, quos extremus oriens, aut poſitus extra Romanum Colchus imperium, aut famoſa naufragiis maria miſiſſent, ut loquitur de prioribus temporibus* Latinus Pacatus in Panegyrico. *Lipſius.*

3 *Non famem aut ſitim.*] Senec. conſol. ad Helv. cap. IX. ſuo tempore: vo-

munt

neque frigus, [1] neque laſſitudinem opperiri, ſed ea omnia luxu [2] ante capere. hæc juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. animus imbutus malis artibus, haud facile lubidinibus carebat: [3] eo profuſius omnibus modis [4] quæſtui, atque ſumtui deditus erat.

14 In tanta tamque corrupta civitate, Catilina, id quod factu facilimum erat, omnium [5] flagitioſorum atque facinoroſorum circum ſe, tanquam [6] ſtipatorum, [7] catervas habebat. Nam, quicumque impudicus, adulter, ganeo, [8] alea, manu,

munt ut edant, edunt ut vomant, & epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Idem de brev. vitæ, cap. 12. *mala ſua illos ſequuntur, ut nec bibant ſine ambitione, nec edant. Nec illos quidem inter ocioſos numeraveris, qui ſella ſe & lectica huc & illuc ferunt, & ad geſtationum ſuarum, quaſi deſerere illas non liceat, horas occurrunt. Quos, quando lavari debeant, quando natare, quando cœnare alius admonet; & eo uſque nimio delicati animi languore ſolvuntur, ut per ſe ſcire non poſſint, an eſuriant.* Graſw.

1 *Nec opperiri.*] Id eſt, non expectabant. *Opperiri.*] Inuſitatum *perior*, cujus meminit lib. 4. & 8 Priſcianus, idem eſt atque experimentum facio. hinc periculum, id eſt, tentamen. hinc experior, πείρομαι λαμβάνω, πειρόω, reperio, tentando deprehendo: opperior, expecto, cupio periri, è regione obſervans. *Becmann.*

2 *Ante capere.*] Antevortere.

3 *Eo profuſius.*] Id eſt, immoderatius & intemperantius.

4 *Quæſtui.*] Id eſt, acquiſitioni rerum.

5 *Flagitioſorum.*] Flagitioſorum, recte legitur; nam flagitioſus dicitur, flagitiis contaminatus: flagitium autem (auctore Donato, ſuper illud Terentianum in Eunucho, *Ha flagitium*) facinus, more militari dicitur, res flagitatione digna, hoc eſt, increpatione. nam flagitatio à ſtrepitu dicitur. unde flamma & flagella: & flagitare, id eſt, perſonare intelligimus dici. nam hæc omnia ſine ſonitu & crepitu non ſunt. *Zanch. Flagitioſorum.*] Cicero 2. Invectiv. complures flagitioſos nominat, qui cum Catilina familiariſſime vixerint: licet idem in Orat. pro Cælio haud inficietur multos etiam probos & bonæ mentis adoleſcentes huic monſtro ſtuduiſſe. niſi tamen aliud ibi ſentit, quam videtur: bonoſque, factioſos, divites, nobileſque appellat. Sed Ciceronem ſimpliciter interpretari tutius & verius erit: quanquam idem bonos pro magnis non dubitavit uſurpare in Verrinis, teſte Aſconio. *Coler.*

6 *Stipatorum.*] Stipare eſt Græcis στείβειν, hinc στῖφος denſa acies, & στῖφος globus militum denſus, turma, niſi à σύφω, quod eſt adſtringo, & denſo, nomen ſuum accepit. hinc enim & στίπος Latinorum ſtipes originem duxit. Atque hinc quoque ſtupor, ſtupeo. *Becmann.*

7 *Catervas.*] Id eſt, multitudinem. alioqui caterva erat Gallorum, ſicuti Phalanx Macedonum, quæ certo numero conſtabat. Veget. enim lib. 2. cap. 2. ſena militum millia continuiſſe refert.

8 *Alea.*] Eſt tabula luſoria, quæ & latruncularia, & pyrgus, & alveus, & alveolus vocatur, rotunda illa tabella rotulæ inſtar, quæ movetur. hinc in proverbio eſt, *Facta eſt alea*: cum ſic incœpta res eſt, ut deſiſtere integrum non ſit. quod Cæſar, trajecturus Rubiconem, uſurpavit. *Zanch.* Cæterum in tabula

manu, ventre, pene, bona patria [1] laceraverat, quique [2] alienum æs grande conflaverat, quo [3] flagitium, aut [4] facinus [5] redimeret; præterea, omnes undique parricidæ, sacrilegi,

tabula luſoria, ut olim apud veteres, ſic hodie apud nos, duplex præcipue ludus ludebatur, calculorum, quos & latrunculos dicebant, & teſſerarum, quem & tabulæ luſum appellabant. Martialis:

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto.

Duodecim enim lineis ſive ſcriptulis tabula notata erat utrinque. Ex vario teſſerarum jactu varie per ſcripta & lineas movebantur ac diſponebantur calculi. Calculum autem reducere licitum non erat, niſi adverſarius concederet. Tabulæ porro uſum, hoc eſt, τὸ πεττεύειν à Palamede inventum fuiſſe apud omnes conſtat. Quod cum dicimus, de hoc luſu debemus intelligere, qui teſſeris calculiſque conſtabat, & tabula in qua ludebatur, lineis multis diſtincta, per quas calculi movebantur ad teſſerarum jactum. Ludus autem triginta calculis conſtabat, quindecim nigris & quindecim albis. Quanquam in antiquiſſimo Palamedis ludo uterque quinque tantum calculos haberet, & quinas lineas, in quibus ſtatuebantur illi calculi. Inter illas alia quædam media ferebatur, quam ſacram vocabant, ad quam qui pervenerat, ad incitas redigebatur. Neque teſſeris ſed ſolis calculis hic res agebatur, ut Heſychius teſtatur. Apud Romanos tamen ſuperior modus uſitatus fuit, & ab Ægyptiis originem accepiſſe creditur, ut Plato in Phædro ſcriptum reliquit. nam πεττεία hæc curſum Solis oſtendebat per duodecim Zodiaci ſigna, ut Euſtathius monet. Tabulam luſoriam marmoream in theſauro antiquarum inſcriptionum oſtendit Gruterus: quam tamen talem tabulam eſſe ignorarunt hactenus eruditi. *Tabula autem*, inquit Iſidorus, *luditur pyrgo, calculis teſſeriſque.* Ex pyrgo ſive turricula jaciebantur teſſeræ in tabulam. Præter Pyrgum etiam ψηφοβόλον Joannes Antiochenſis appellavit, per quod in pyrgum tali vel teſſeræ conjiciebantur. Sed plerunque ſolo pyrgo contenti erant aleatores. Pyrgum quoque fritillum vocavit antiquitas, quanquam pro tabula luſoria eruditi habeant. Fritillum enim inſtrumentum eſt vel vaſculum, in quo teſſeræ fritinniunt, id eſt, juxta Nonium cum ſono ſubſiliunt, concuſſæque agitantur. teſſeras quod attinet, antiquiſſimi tribus utebantur, media ætas duabus, poſterius ævum ad tres rediit. *Salmaſ.* Aleæ uſus legibus vetitus, quod & Horat. lib. 3. carm. docet. vid. tit. jur. de Aleat.

1 *Laceraverat.*] Legitur & *diſſipaverat*, id eſt, diſperſerat. *Diſſipare* enim eſt diſpergere, ut pereat, vel ignominiæ cauſa. Porro, *laceraverat*, quidam auctoribus libris veteribus conantur emendare in *lancinaverat*, quo verbo Catullus uſus eſt, nec non Plautus Arnobiuſque. Tertull. quoque adverſus Judæos, *qui ante norunt lanceare, quam lancinare.* Gloſſarium *lancinat*, κρεουργεῖ, ſed & *lacerare* rectum erat. *Coler.*

2 *Alienum æs grande conflaverat.*] Pecuniam mutuo acceperat. & eſt naturalis locutio, quemadmodum honeſta. nam qui æs alienum habet, multam pecuniam habebat mutuo, grande æs conflaverat. *Vall.*

3 *Flagitium.*] Flagitium veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt, ut autor eſt Non. Marc.

4 *Facinus.*] Facinus hoc in loco ſignificat ſcelus. Plaut. *Hoc eſt ſervi facinus.* Alias factum ſignificat. *Zanch.*

5 *Redimeret.*] Vel quod pecunia judices corrumperet, vel quod tranſigeret, vel paciſceretur cum iis, qui acculationem intendebant. Tranſigere enim vel paciſci de criminibus capitalibus, excepto

Digitized by Google

gi, [1] convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; ad hoc, quod [2] manus, atque lingua, perjurio, & sanguine civili alebat; postremo, omnes, quos flagitium, egestas, [3] conscius animus [4] exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiaresque erant. Quod si quis etiam [5] à culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat; quotidiano usu, atque illecebris, facile [6] par, [7] similisque cæteris efficiebatur. sed maxime adolescentium familiaritates appetebat. eorum animi [8] molles, [9] & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. [10] nam, uti cujusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere; aliis canes, atque equos mercari: postremo neque sumtui, [11] neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios,

cepto adulterio, apud Romanos prohibitum non erat, l. 18. C. de Transact. quia ignoscendum illi putabant, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluit, ut loquitur JC. l. 1. D. de bon. eor. qui ant. sent. Quæ transactio hoc efficiebat, ut accusatio illius perimeretur. Cæteroquin repeti reus ab alio accusatore, vel etiam magistratu poterat. Certum est enim publicam coërcitionem privatorum pactionibus tolli non posse, & expedire Reipubl. delicta nocentium non esse impunita. l. 7. §. si paciscar. ff. de Pact. aliisque ll. *Thys.*

1 *Convicti judiciis*] Id est, qui condemnati fuerant. *Zanch.*

2 *Manus atque lingua.*] Appositè ad hunc locum Augustinus lib. 3. cap. 1. de Civ. Dei: *habuit etiam eorum grandem copiam, quos manus atque lingua perjurio aut sanguine civili alebat. Quid enim aliud toties senatores corrupti in judiciis, toties populus in suffragiis, vel in iis causis, quæ apud eum concionibus agebantur, nisi etiam pejerando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos jurandi servabatur antiquus, non ut à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed ut perjuria quoque cæteris sceleribus adderentur.* Coler.

3 *Conscius.*] Scilicet alicujus sceleris. *Conscius* in mala re sæpe dicitur, sed & aliquando in bona. Cic. in lib. 1. Epist. ad Attic. *Qui mihi & in publica re socius, & in privatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps.* Zanch.

4 *Exagitabat.*] Id est, extra tranquillitatem agitabat, & ita vexabat & torquebat morsu conscientiæ. *Bad.*

5 *A culpa vacuus.*] Id est, innocens, & nullius criminis conscius.

6 *Par.*] Scilicet, magnitudine scelerum.

7 *Similis.*] Moribus.

8 *Molles.*] Teneri, luxui dediti.

9 *Et ætate fluxi.*] Animos adolescentum mutabiles esse, multis modis Aristoteles libro Rhetoricorum 2. scribit, & graphice admodum illorum mores depingit Lyricorum Princeps in Arte Poët.

10 *Nam uti cujusque studium ex ætate flagrabat.*] Est quidem in plerisque, *ut cujusque ingenium*: sed perperam, ut opinor. Nam & *studium* est in manuscriptis, & eodem modo Felicius Durantinus legit. Namque hunc sensum reddens, *ut eorum diversa studia perspexerat* (inquit) *sic dissimili ratione in suam familiaritatem illexerat.* Riv. *Flagrabat ex ætate.*] Id est, secundum quod quemque maxime proclivem viderat. *Bad.*

11 *Neque modestiæ suæ parcere.*] Modestiæ

[1]obnoxios, fidoſq; ſibi faceret. Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtumarent, juventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe. ſed ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat. Jamprimum adoleſcens Catilina [2]multa nefanda ſtupra fecerat, [3]cum virgine nobili, [4]cum ſacerdote Veſtæ,

deſtiæ parcere, eſt ſervare & retinere modeſtiam. Catilina igitur neque pecuniæ, neque modeſtiæ rationem habebat. *Caſt.*

1 *Obnoxios.*] Obligatos. Proprie enim *obnoxios*, autore Feſto, pœnæ obligatus dicitur: ob noxam, id eſt, delictum. Vere quidem Feſtus, & juſta origine: verum in his non complectitur omnia, quæ novo deinde uſu hoc vocabulum adeptum eſt. Siquidem & obligatum, obſtrictumque beneficio ſignificat, & expoſitum etiam alicui rei, & pronum inclinatumque ad aliquid. *Zanch.*

2 *Multa nefanda ſtupra.*] Adulterium enim & cum eâ commiſiſſe dicitur, quæ poſtea ei ſocrus fuit, & inceſtum cum Veſtali. Tales autem ſtupratores virgis in comitio ad necem uſque cædebantur, ſicuti & cætera inceſta crimina capitalia fuere, nam & Cic. inceſtum Pontifices morte punire jubet.

3 *Cum virgine nobili.*] Eam ſignificare Salluſtium exiſtimo, quæ poſtea fuit Catilinæ ſocrus, de qua ſic Cicero mentionem facit: *Cum deprehendebare in adulteriis, cum deprehendebas adulteros ipſe, cum ex eodem ſtupro tibi & uxorem, & filiam inveniſti.* Quæ verba ita interpretatur Aſconius: *Dicitur Catilina adulterium commiſiſſe cum ea quæ ei poſtea ſocrus fuit: & ex eo ſtupro duxiſſe uxorem, cum filia ejus eſſet. Hæc Lucceius quoque Catilinæ objicit, in orationibus quas in eum ſcripſit. nomina harum mulierum nondum inveni.* Hactenus ille. Quibus ex verbis intelligimus, nomen mulieris hujus & à Salluſtio, & ab aliis propter nobilitatem generis ſuppreſſum eſſe. Sic quoque Salluſtium non feciſſe mentionem de filia, ne aperte mulierem notaret. Plutarchus in Cicerone tantum id ſcribit, Catilinam cum filia virgine coiſſe. Potuit Salluſtius aliam quandam virginem intelligere. nos autem quid certius afferamus, non habemus. *Caſt.*

4 *Cum ſacerdote Veſtæ.*] Id eſt, cum virgine Veſtali. Paulus Oroſius: *Eodem anno apud Romanos Catilina accuſatus inceſti, quod cum Fabia virgine Veſtali ſtuprum commiſiſſe arguebatur, Catuli gratia fultus evaſit.* Pædianus: *Fabia*, inquit, *virgo Veſtalis cauſam inceſti dixerat, cum & Catilinæ objiceretur.* A quo autem Catilina accuſatus fuerit, ignoro, niſi quod apud Plutarch. in Catonis vita, à P. Clodio ait ſacerdotes ac virgines Veſtales (inter quas Fabia Terentia erat, ſoror Terentiæ, Ciceronis uxoris) apud populum accuſatas fuiſſe: & cum Cato earum defenſionem ſuſcepiſſet, fertur tantam verecundiam accuſatori injeciſſe, ut cogeretur urbem relinquere. *Cum ſacerdote Veſtæ.*] Veſtales, auctore Plutarch. in Problem. inceſti convictas alia pœna non afficiunt, ſed vivas tantummodo ſubterraneo ſpecu defodiunt. ibi enim & lucerna accenſa inerat, & nonnihil panis, & exiguum aquæ ac lactis: inde ſpecum deſuper terra operiebant. Veſtales autem virgines ad ſacri & æterni ignis cuſtodiam, qui in penetralibus Veſtæ colebatur, à Pontifice maximo eligebantur, ipſiuſque curæ cuſtodiæque mandabantur: de quo more eligendi Gellius lib. 1. cap. 12. tradit. Veſtalis virgo primis annis decem diſcebat, alteris miniſtrabat, ultimis docebat: poſt hos triginta annos ei nubere licebat. auctor Plutarch. in vi-

Veſtæ, & alia hujuſcemodi contra [1] jus, faſque. poſtremo, captus

ta Numæ, ubi multa de ipſis tradit. & ignis aſſervandi tanta Veſtaliùm diligentia erat, ut Livius l. 28. inter prodigia, ignem in æde Veſtæ extinctum, ſcribat. nec, extinctum eum, ex igni alio accendi: ſed ex ſole tantum, licebat, ut ait Plutarch. Virginis ejus, cujus negligentia extinctus eſſet, pœnam eſſe nonnulli ſcripſerunt, ut virgis à Pontifice cæderetur. Dionyſius lib. 2. de Veſtalibus multa ſcribens, mortem pœnam eſſe ſignificat. *Zanch. Veſta.*] Chaldæis אשתא Eſtha ignem denotat, unde Veſta proculdubio nomen accepit. Atque hic cultus apud Chaldæos & Perſas præcipuus fuit. Quin & in ſacro populo acceſſit Dei juſſio: *Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubjiciens ligna mane per ſingulos dies.* Et mox: *Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Lipſ. Vetuſtiſſimum Chaldæorum cultum hunc idololatricum fuiſſe adeo antiquum volunt Hebræi, ut Ur Caldæorum quod habetur Geneſ. cap. XI. pro eorum Deo igne capiant. Vide & Maimon. l. III. Perplex. cap. XXX. *Selden. Veſta.*] Inceſti reæ terra obruebantur, uti notum. cauſam quærit eruditiſſimus Plutarchus: exiſtimat autem hoc ideo à majoribus inſtitutum, quòd injuſtum crederent more ſolenni eam cremare, quæ ſacrum ignem neglexiſſet, vel quod corpus conſecratum alio ſupplicio afficere non auderent. Tertiam rationem addo, hoc ſupplicium inſtitutum, ut Veſtæ, quam & terram eſſe novimus, veluti devoveretur piaculare hoc ſacrificium. Eam nimirum, quæ læſa fuerat, nullo alio modo placari poſſe ſuperſtitioſa credidit antiquitas. *Thyſius.* Arnobius lib. III. *Terram nonnulli Veſtam pronunciant; quod in mundo ſtet ſola, cæteris ejus partibus in mobilitate perpetua conſtitutis.* Sed quomodo ignem cum terra confudere? Rationem reddit Phurnutus, quod vis ignea, quæ in mundo eſt, hinc nutriatur, ac per hanc ſubſiſtat: aut quod fœcunda terra etiam animalium ſit mater, quibus vis ignea vitæ eſt cauſa. Dionyſ. l. 2. Antiq. ideo Veſtæ ſacrari ignem tradit, quod ea medium mundi locum ſortita, accendat è ſeſe ſuperiores illos ignes. Terræ vaporibus ſidera nutriri & exardeſcere, celebris antiquorum ſententia. Unde Martianus Capella *Veſtam nutricem Jovis* appellavit. Plutarchus in Numa hæc tradidit: *Dicitur Numa Veſtæ ædem orbiculari forma igni perpetuo cuſtodiam circumjeciſſe, non ut adſimilarent terræ figuram, tanquam ea Veſta eſſet, ſed univerſi hujus mundi, cujus medium Pythagorici ignem eſſe arbitrantur. atque id Veſtam appellant ac Unitatem. Terram autem neque immobilem eſſe, neque in medio circumlationis ſitam; ſed in orbe circa ignem ſuſpenſam, neque inter eximias aut primas mundi partes cenſendam.* Eadem Platonem volunt jam ſenem ſenſiſſe de terra. Vide *Lipſ. Cum ſacerdote Veſtæ.*] Ea Fabia vocabatur, & fuit ſoror Terentiæ Ciceronis, verum cum inceſti cauſam dixiſſet, quod à Catilina polluta eſſet, abſoluta fuit. *Caſt. Veſtæ.*] Oroſius accuſatum Catilinam Catuli gratia evaſiſſe ſcribit. Unde hæc Oroſius? Plutarchus aliter, aliter Aſconius ad Catilinarias Ciceronis, qui eam abſolutam fuiſſe dicit, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis. Quo magis miror virum doctiſſimum Sebaſtianum Corradum Oroſium ſectatum, tertium accuſatum fuiſſe, Catilinam aſſerere. Sed fruſtra eſt, qui alias haud ferme. Nam Catilina ob hoc crimen nunquam accuſatus fuit, ſed ipſa Fabia virgo Veſtalis cauſam inceſti dixerat, cum ei Catilina objiceretur. *Coler.*

1 *Jus.*] Contra jus humanum. *Fas.*] Contra jus divinum. nam jus hominum, fas deorum dicitur. Jus læſerat, ſtuprum committendo cum virgine nobili, & etiam adoleſcentibus ſe delectando: fas autem, deorum jus offenderat, quod cum Veſtali virgine ſtuprum

captus amore [1] Aureliæ Oreſtillæ, cujus, præter formam, nihil unquam bonus laudavit: quod ea nubere illi dubitabat, timens [2] privignum adultum ætate; pro certo creditur, [3] necato filio; vacuam domum ſceleſtis [4] nuptiis feciſſe.

prum commiſiſſet. *Vall.*

1 *Aureliæ Oreſtillæ.*] An hæc illa quam poſtea domum duxit Cornificius adoleſcens, teſte Cælio ad Ciceronem? Vix reor. an L. Oreſtis L. F. L. N. qui anno DXCVI. conſul fuit, filia? Non credo. Sed alterius fortaſſis alicujus, non æq honoribus uſi. *Coler. Aureliæ Oreſtillæ.*] Cicero oratione prima in L. Catilinam, videtur ſignificare, non ſolum filium, ſed etiam ſuperiorem uxorem Catilinam ſuſtuliſſe. Ejus verba hæc ſunt: *Quid vero nuper? cum morte ſuperioris uxoris, novis nuptiis domum vacuam feciſſes, nonne etiam alio incredibili ſcelere cumulaſti? quod ego prætermitto, & facile patior fileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut ſtetiſſe, aut non vindicata eſſe videatur.* Vide Appianum Bellorum civilium lib. 2. & Valer. Max. lib. 9. cap. 1. *Caſt.*

2 *Privignum.*] Privum, qua voce Lucretius delectatur, proprie eſt ab alio diviſus & ſubjunctus. hinc privignus, qui ratione vitrici, ſeparatus eſt in conjugio.

3 *Necato filio.*] Veneno ſublato. Valer. Max. lib. 9. cap. 1. *Præcipue vero*, inquit, *Catilinæ libido ſceleſta. nam veſano amore Aureliæ Oreſtillæ correptus, cum unum impedimentum videret, quominus nuptiis inter ſe jungerentur, filium ſuum, quem ſolum, & jam ætate puberem habuit, veneno eum ſuſtulit, protinuſque ex rogo ejus maritalem facem accendit.* Eadem tradidit Appianus lib. 2. *Zanch. Necato filio.*] Et hoc crimen ſub parricidii nomine venit apud IC. l. un. de His qui pat. vel lib. occid. more autem majorum parricida virgis cæſus ſanguineis, culleis inſuebatur, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: dein in mare, aut vicinum amnem conjiciebatur. De culleo vide Turneb. 28. Adv. cap. 5. in fin.

4 *Nuptiis.*] Ælius & Cincius, nuptias dictas exiſtimant, quod flammeo caput nubentis obvolvebatur, quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam cauſam lege quoque jubetur illi caput ſuum obnubere, qui parentem necaviſſet, quod eſt obvolvere. Nonarum, iduum, calendarum poſteri dies nuptiis alieni habebantur, quoniam hi dies decreto pontificum atri judicati ſunt: quod quotieſcunque Romani duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicaverunt, male rempub. geſſere. Patrimi & matrimi pueri prætextati tres, nubentem deducebant: unus, qui facem præferret ex ſpina alba, quia noctu nubebant: duo, qui tenerent nubentem. auctor Feſtus. *Zanch. Nuptiis.*] Novæ nuptæ haſta comam diſcriminabant, in honorem Junonis, cui haſtæ ſacræ erant, ut putat Plutarchus in Quæſt. Rom Quæſt. LXXXVII. forſan ad raptum Sabinarum reſpexêre, quæ paſſis capillis invitæ ita ad matrimonium adductæ fuere. Veſperi à tribus prætextatis pueris in ſponſi ædes deducebantur. Præcedebant faces ex ſpina alba. Quæ monebantur etiam dura tolerari atque aſpera in matrimonio debere. Poſtes ſponſi adipe lupino inungebantur. Quem plurimum poſſe adverſus veneficia & incantationes exiſtimabant. ne vero Deos Penates contempſiſſe viderentur, boni ominis cauſa limen noncalcabant. Atq; hunc ritum adhuc in Italia obſervari Scal. teſtatur Poët. l. III. cap. c. etiam ad aram Junonis Jugæ arcte vinculis conjungi ſolebant. Captatis autem auguriis atque invocatis Diis immortalibus coibat fides matrimonialis. Auſpicato item è Parentibus ſuis filiam coëmiſſe ex antiquo

ſe: Quæ quidem res mihi in primis videtur cauſſa fuiſſe facinoris maturandi. [1] namque animus impurus, Diis, hominibuſque [2] infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem [3] excitain [4] vexabat. igitur [5] colos ei [6] exſanguis, [7] fœdi oculi; citus modo, modo tardus [8] inceſſus: [9] prorſus in facie, vultuque vecordia inerat.

tiquo Lapide Patavino patet. Quærit autem Macrobius, quare Calendis, Nonis, & Idibus nuptiæ apud antiquos inauſpicatæ fuerint. *Hi enim*, ut reſpondet, *dies præter nonas feriati ſunt. Feriis autem vim cuiquam fieri piaculare eſt. Ideo tunc vetantur nuptiæ in quibus vis fieri virginibus videtur.* Idem poſtmodum ſubjicit: *Nonis inauſpicatum erat, quia primus nuptiarum dies verecundiæ datur, poſtridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipiſci, & rem facere divinam: omnes autem poſtridiani dies, ſeu poſt calendas, ſeu poſt nonas, iduſve ex æquo atri ſunt: Ideo & nonas inhabiles eſſe nuptiis dixerunt, ne nupta aut poſtero die libertatem auſpicaretur uxoriam, aut atro immolaret, quo nefas eſt ſacra celebrari.* Hæc antiquitatis cauſa hic inſerere viſum fuit.

1 *Namque animus impurus.*] Hominem impurum pro improbo veteres dixerunt generaliter: ut ait Donatus in commentariis in Adelphos Terentii. *Zanch.*

2 *Infeſtus.*] Ut ait Gellius libro 12. cap. 15. dicitur, qui malum infert cuipiam. *Idem.*

3 *Excitam.*] Id eſt, excitatam, & commotam. *Idem.*

4 *Vexabat.*] Perturbabat. *Zanch. Vexabat.*] Cui Cicero conſentit: *nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie ſceleratèque commiſerunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiaque animi terrent. hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ.*

5 *Colos.*] Ita Probus grammaticus legit, non *color.*

6 *Exanguis.*] Pallidus. Nam cum è vultu ſanguis effugerit, pallor vultum occupat. *Zanch. Exanguis.*] Quando conſcientia cor flagellatur, triſtitiam, & metum comites habet: unde fugit ſanguis introrſum verſus cor, propterea pallor exteriora occupat. Unde Ovidius:

Me timor invaſit, ſtabam ſine ſanguine mœſtus.

7 *Fœdi oculi.*] Fœdos oculos dixit, pro eo quod eſt, ſævitiam & immanitatem præ ſe ferentes. nam hic ſic accipiendum docet Servius in 2. Æneid. Alias fœdum eſt, conſuetudine deforme. Terent. in Eunucho:

Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet.

Fœdum, execrandum. Virg. lib. 7.

—— *Averſuſque refugit*
Fœda miniſteria. ——

Fœdi oculi.] Auctore Plinio lib. 11. c. 37. nulla ex parte, quam ex oculis, majora indicia animi cunctis animalibus ſunt: ſed præcipue homini, in quibus animus habitat. de eorum indicio ille plura. *Zanch.*

8 *Inceſſus.*] Hinc Cicero pro Sextio: *Quorum per Deos immortales ſi nondum ſcelera vulneraque inuſta Reip. vultis recordari, vultum atque inceſſum animis intueamini.* Et Seneca in Hercule Furente:

Ecce ſævus ac minax vultu gerens,
Et qualis animo eſt, talis inceſſu venit.

Vide Theophraſti Characteres.

9 *Prorſus in facie vultuque vecordia inerat.*] Latinus Pacatus Panegyrico: *Ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in ſpeculo frontium imago extet ani-*

inerat. Sed juventutem, quam, ut ſupra diximus, illexe- 16
rat, [1] multis modis mala facinora edocebat. ex illis [2] teſtes, ſignatoreſque falſos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere. Poſt, ubi eorum famam, atque pudorem attriverat, majora alia imperabat. ſi cauſſa peccandi in præſens minus ſuppetebat: [3] nihilominus inſontes, ſicuti ſontes, circumvenire, jugulare. [4] ſcilicet, ne per otium torpe-

tet animorum. In facie.] Gellius lib. 13. cap. 29. *Quidam*, inquit, *faciem eſſe hominis putant, os tantum, & oculos, & genas, quod Græci πρόσωπον dicunt: quum facies ſit forma hominis & modus, & fabrica quædam corporis totius, à faciendo dicta: ut ab aſpectu ſpecies, à fingendo figura, &c.* quæ apud ipſum leguntur. *Vultuque.*] *Vultus à mente fingitur*, ut ait Cicero in lib. Tuſculanarum quæſtionum. & *vultus eſt*, ut idem in Piſonem ait, *ſermo quidam mentis tacitus.* & ut ait Non. Marcel. eſt *voluntas, quæ mutata facie cognoſcitur.* Zanch. *Vecordia.*] Amentia, furor. Vecors autem, privationem cordis, hoc eſt, animi ſignificat. Cor enim nonnulli animum eſſe putant: teſtis eſt Cicero Tuſculana prima: *Aliis*, inquit, *cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur.* Feſtus ita ſcribit: *Vecors eſt, mali turbatique cordis.* Caſt.

1 *Multis modis mala facinora docebat.*] Cicer. 1. Catilin.: *Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætuliſti?* Et 11. Catilin. *aliis ſtuprum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adjuvando pollicebatur.*

2 *Teſtes ſignatoreſque falſos.*] Id eſt, ſigillatores falſos teſtamenti. nam ut eſt in Inſtitutionibus Juſtiniani, in teſtamento faciendo adhibebantur edicto prætorio ſeptem teſtes, puberes, cives Romani, qui teſtamentum obſignarent. eos & ſignare, & nomen ſuum aſcribere oportere, Ulpianus dicit. *Zanch. Teſtes ſignatoreſque falſos.*] Falſum hic vel circa alia inſtrumenta intelligitur. Qui pro ratione delicti Lege Cornelia puniebantur. Notandum autem quod duplex fuit teſtimonii ratio apud veteres, teſtimonia enim aut per tabulas, aut à præſentibus dicebantur. Tabulæ autem illæ etiam obſignabantur. Cicero pro Quint.: *teſtificantur illi P. Quinctium non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe: tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur.* Quintilianus v. Inſt. VII. contra ſignum eſſe docet, idem quod contra tabulas, ſeu ſcriptum teſtimonium, quod ſigno quis ſuo confirmaverat. Quintilianus eodem loco: *Simplicior contra tabulas pugna. nam & minus videtur obſtitiſſe pudor inter paucos ſignatores, & pro diffidentia premitur abſentia.* Qua in re etiam falſum committi proculdubio poteſt. *Thyſ.*

3 *Nihilominus inſontes, ſicuti ſontes, circumvenire, jugulare, &c.*] Alii aliter diſtinguunt. Ego autem poſt verbum *jugulare*, diſtinguendum puto. Senſus eſt: Catilina, ſi quando peccandi cauſam non habebat, nihilominus innocentes, ſicuti nocentes, jugulabat: idque ſcilicet potius ſine cauſa & emolumento faciebat, quam ſineret manus aut animum torpeſcere. *Caſt.*

4 *Scilicet, ne per ocium torpeſcerent manus aut animus.*] Poſt *animus* diſtinguendum, ac deinde inferendum, *gratuito potius malus atque crudelis erat.* Quaſi diceret: Scire licet, cur inſonteis ſicut ſontes jugularet: ne per ocium aut manus, aut animus torpeſceret. Tum cauſa malitiæ nectitur: *Erat enim*, inquit, *gratuito potius malus, atque crude-*

torpeſcerent manus, aut animus, [1] gratuito potius malus, atque crudelis erat. His amicis, ſociiſque confiſus Catilina, ſimul, quod [2] æs alienum per omnis terras ingens erat: [3] &, quod plerique Sullani milites, largius ſuo uſi, rapinarum & [4] victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant; opprimundæ Reipub. conſilium cepit. in Italia nullus exercitus: [5] Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat: ipſi [6] conſulatum petundi magna ſpes: ſenatus nihil ſane intentus: [7] tutæ, tranquillæque res omnes. ſed
17 ea prorſus [8] opportuna Catilinæ. [9] Igitur circiter Cal. Jun. L. Cæ-

lio. Mirum quod hic quidam ſudarunt, nec tamen ſeſe explicant. *Glar.*

1 *Gratuito.*] Id eſt, ſuapte natura, ſine præmio aut mercede. *Bad.*

2 *Æs alienum.*] Æris appellatione omne nummorum pecuniarumque genus ſignificari liquido conſtat. Quod hinc manaſſe ex Plin. lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3. didicimus, quod veteres æreis nummis, ovium, boumque effigie à Servio Tullio ſignatis uterentur, & ne quidem argento ſignato ante Pyrrhum devictum uſus fuerit populus Romanus.

3 *Et, quod plerique Sullani milites, largius ſuo uſi.*] Cicero in ſecunda invectivarum in Catilinam: *Tertium genus eſt ætate jam confectum, exercitatione robuſtum, quo ex genere eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina ſucceſſit. hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Fæſulis Sulla conſtituit: hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque jactarunt: hi dum ædificant, tanquam beati: dum prædiis, lecticis, familiis, magnis conviviis, apparatibus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut, ſi ſalvi eſſe velint, Sulla ſit iis ab inferis excitandus.* & Plutarchus in Ciceronis vita idem fere inculcat. *Zanch. Largius ſuo uſi.*] Quia prodige ſua expenderant.

4 *Victoriæ veteris.*] Quam contra Marianos obtentam in turpem exitum verterant. *Bad.*

5 *Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.*] Erat eo tempore Pompeius Magnus cum exercitu in Aſia contra Mithridatem, quem perſequens (ut loquitur Livius) in ultimas ignotaſque gentes penetravit: Iberos, Albanos, qui tranſitum minime dabant, prælio vicit. Subegit præterea omneis uſque ad mare Caſpium populos: aliaque multa geſſit, quæ ſcripta ſunt apud Appianum in Mithrid. Dionem lib. 36. & 37. Plutarchum in Pompeio, Paterculum, Oroſium, Florum, Auctorem de viris illuſtribus. *Caſt.*

6 *Conſulatum petundi magna ſpes.*] Ait magna ſpes petendi conſulatum: quia adhuc C. Cotta & L. Torquato Coſſ. quærebatur repetundarum: quo crimine accuſatus fuerat L. Julio & M. Lepido Coſſ. Quare ſperabat ſe abſolutum iri, & hoc pacto poſſe conſulatum petere. quod & factum eſt. *Zanch.*

7 *Tutæ tranquillæque res omnes.*] Pompeii virtute. Cicer. epiſt. fam. lib. v. ad Pompeium: *ex literis, quas publice miſiſti, cepi una cum omnibus incredibilem voluptatem. tantam enim ſpem otii oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus, te uno fretus pollicebar.*

8 *Opportuna.*] Proprie *opportunum* idem eſt, quod Græcis εὔλιμενον, εὔορμον, & per metaphoram, tempeſtivum. Sicuti *importunum* proprie dicitur, quod caret portu. & tralatitie pro intempeſtivo, inhumano ſumitur.

9 *Igitur circiter Calendas Junias.*] Hoc eſt,

[1] L. Cæſare & C. Figulo Coss. primo ſingulos appellare: hortari alios, alios tentare; opes ſuas, [2] imparatam remp. magna præmia conjurationis docere. ubi ſatis explorata ſunt, quæ voluit; [3] in unum omnis convocat, quibus maxuma [4] neceſſitudo, & plurimum audaciæ inerat. [5] eo convenere ſenatorii ordinis [6] P. Lentulus Sura, * P. Autronius, L. Caſ-

eſt, circiter diem primum menſis Junii.

1 *L. Cæſare, & C. Figulo Coſſ.*] Hic eſt, (ut puto) L. Julius Cæſar, qui P. Lentulum Suram, ſororis ſuæ virum, præſentem & audientem, vita privandum eſſe dixit: ut ait Cicero in Catilinam oratione quarta & Philippica 2. & 8. Eum poſtea proſcriptum, ſoror Julia à carnifice tutata eſt: cujus rei auctores ſunt, Plutarchus in Antonio, & Dion l. 47. Fuit optimus & fortiſſimus civis, reipublicæ amantiſſimus: ut teſtatur Cicero cum alibi, tum Epiſtolarum ad Atticum lib. 14. & Famil. (ut vocant) libro 12. *Caſt. L. Cæſare & C. Figulo Coſſ.*] His enim conſulibus (ut inquit Dion lib. 37) Catilina accuſatus fuit, quod multos interfeciſſet ex his, qui à Sulla proſcripti fuiſſent: & cum abſolutus eſſet, deinceps eum deteriorem evaſiſſe ait, & ideo quoque periiſſe. Hocque judicio Catilinam à Cicerone defenſum arbitror. Cicero: *Ego de meis ad te rationibus ſcripſi antea diligenter. hoc tempore Catilinam competitorem noſtrum defendere cogitamus.* Zanch. *L. Cæſare, &c.*] Conſulibus puto deſignatis. Nam cauſam dixit Cotta & Torquato Coſſ. ter igitur Catilina conſulatum ambiit, ter repulſus fuit. Primo, Tullo & Lepido Coſſ. ſed ibi tum propter accuſationem, cujus meminit Salluſtius quoque, repetundarum, ratio ejus nulla habita eſt. II. cum Curione & Figulo (poſtea Coſſ.) una petiit, & fruſtra. III. Cicerone & Antonio Coſſ. cum Muræna, Sullano aliiſque petiit & votis excidit. *Coler.*

2 *Imparatam.*] Id eſt, immunitam, & ita facilem oppreſſu.

3 *In unum omnis convocat.*] Et eo majeſtatis crimen inducebatur: credebant enim collegia, factiones alere. Itaque quæcunque collegia, niſi approbata, vetuerunt. Hinc Sueton. in vita Auguſti: *plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant: ſed Auguſtus omnia præter antiqua & legitima diſſolvit.* Plato quoque lib. 1. de Leg. ſeditionum fundamenta talia eſſe dixit collegia. Capita itaque committere, de publicis cauſis privata conſilia agere, atque hoc colore Rempub. turbare, capital ſemper habitum fuit. Audi hic Ulpianum IC. in l. 2. ff. de colleg. & corpor. *Quiſquis illicitum collegium uſurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupaſſe judicati ſunt.* Rei itaque erant majeſtatis, l. 1. §. 1. ad L. Jul. Maj. l. 4. C. de his qui ad Eccleſ. conf. In tali quippe cœtu accenditur ſæpe animus ad ea, quæ nunquam quis auſus fuiſſet, &, ut egregie alibi Tacitus, *multa experiundo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur.* Thyſ.

4 *Neceſſitudo.*] Neceſſitas. Gellius lib. 13. cap. 3.

5 *Eo omnes convenere Senatorii ordinis.*] *Omnes*, omittendum eſſe duco. neque enim in manuſcriptis aliiſque vetuſtioribus reperitur, neque ſententia poſtulat. *Riv.*

6 *P. Lentulus Sura.*] Huic Suræ cognomen inde natum ferunt, quod per dominationem Sullæ cum quæſtor eſſet, mulctas rerum publicarum perdite adminiſtravit, conſumpſitque. quare cum Sulla id indigne ferret, & adminiſtrationis rationem expoſceret: ille rem floccipendens, in Senatum profectus, ridicule dixit: Rationem mihi reddere

[1] L. Caſſius Longinus, [2] C. Cethegus, [3] P. & Ser. Sullæ Servii filii, [4] L. Vargunteius, [5] Q. Annius, [6] M. Porcius Lecca, [7] L. Beſtia, [8] Q. Curius: præterea, ex * equeſtri ordine,

non eſt, ſed præbere ſuram: uti ſolent pueri, qui in ludo ſphæræ peccaverunt. ob hoc deinceps Suræ cognomen eſt illi inditum. *Zanch. P. Lentulus Sura.*] P. Lentulus clariſſimus vir, qui Gracchum armatus eſt perſecutus: de quo Valerius Max. lib. 5. cap. 3. Dion etiam lib. 46. ſcribit, Lentulum hunc Suram nepotem fuiſſe Lentuli illius, qui princeps Senatus fuit. Hic igitur Lentulus Sura, quocunque patre genitus (ſatis conſtat nobilem fuiſſe) cum ſub Sulla quæſturæ rationem reddere non poſſet, quod publicam pecuniam diſſipaſſet, dixit, ſe ſuram præbiturum, ut pueri ſolebant, qui peccaſſent in ludo pilæ, inde Suræ cognomen adeptus eſt: poſt conſulatum Senatu ob malos mores ejectus. Quare iterum prætor eſt factus, ut priſtinam dignitatem recuperaret: quod ſcribunt Dion libro 37. & Plutarchus in Cicerone. Fuit autem vitricus M. Antonii, ut teſtantur Cicero Phil. 2. & Plut. in Antonio. In actione maxime excelluit. Si quis plura ſcire velit, legat Plutarchum in Cicerone, Appianum Bellorum Civilium libro 2. Dionem libro 37. Unde autem dicti ſint Lentuli, docet Plinius Nat. hiſt. l. 18. cap. 3. *Caſt.*

* *P. Autronius.*] P. Autronius Pætus: ſic enim legendum eſt: non, ut eſt apud Florum, *Antonius*. Conſul deſignatus, ambitus judicium tollere ac diſturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde lapidatione atque concurſu: ut ait Cicero in oratione pro P. Sulla, attamen damnatus eſt. Illud etiam notandum eſt, Tranquillum in Cæſare, & Aſconium in orat. pro C. Cornelio, perperam hunc L. Autronium appellare. nam Salluſtius, Cicero, & Dion lib. 36. Publium vocant. *Idem.*

1 *L. Caſſius Longinus.*] Is, teſte Cicerone in orationibus pro P. Sulla & in L. Catilinam, ſibi procurationem incendendæ urbis depopoſcerat. Aſconius ſcribit hunc L. Caſſium, competitorem fuiſſe Ciceronis in petitione conſulatus. *Idem.*

2 *C. Cethegus.*] C. Cornelius Cethegus. nam è Corneliorum gente eum fuiſſe, ſignificavit Porcius Latro, in declamatione in L. Sergium Catilinam. In civilibus diſſenſionibus (ut puto) urbe ejectus, ſupplex ad Sullam confugit; inde Sullanas partes ſecutus eſt, ut Appianus Bellorum Civilium libro 1. memoriæ prodidit. Cic. in oratione pro P. Sulla. Plura leges de Cethego apud Florum lib. 3. Livium lib. 102. Porcium Latronem in declamatione in Catilinam, Ciceronem in orationibus pro Sulla & in L. Catilinam, Plutarchum in Cicerone. *Idem.*

3 *P. & Servius Sullæ Servii filii.*] Id eſt, P. Cornelius Sulla, & Servius Cornelius Sulla, filii Servii Cornelii Sullæ. Scribit Dion lib. 36. Cornelium Sullam, patrem eorum, qui conjurarunt, fuiſſe fratrem L. Sullæ Dictatoris. *Idem.*

4 *L. Vargunteius.*] Satis conſtat ex Cicerone, quod prius hic de ambitu interrogatus, ab Hortenſio defenſus eſt. poſtea quod conjuraſſet, cum nemo ei adfuiſſet, damnatus in exilium abiit. *Id.*

5 *Q. Annius.*] Hunc ſignificaſſe puto Q. Ciceronem, in libello de Petitione conſ. cum inquit: *Qui ex curia Curios & Annios, ab atriis Sapalas & Carbilios, ex equeſtri ordine Pompilios & Cneios ſibi amiciſſimos comparavit.* Idem.

6 *M. Porcius Lecca.*] Infra. Damnatus & is poſtea fuit: auctor eſt Cicero in oratione pro Sulla. *Idem.*

7 *L. Beſtia.*] Vide inferius.

8 *Q. Curius.*] Is Quæſtorius fuit, notiſſimus autem aleator: quare damnatus eſt, ut Cicero & Aſconius referunt.

Tran-

ne, [1] M. Fulvius Nobilior, [2] L. Statilius, [3] P. Gabinius Capito, [4] C. Cornelius: ad hoc, multi [5] ex coloniis [6] & municipiis, domi nobiles. erant præterea complures paulo occultius consilii hujusce [7] participes, quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia, aut alia necessitudo. ceterum, juventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinæ inceptis favebat. quibus in otio vel magnifice, [8] vel molli-

Tranquillus in Cæsare cap. 17. scribit, de Q. Curio, quod primus conjuratorum consilia detexerat, constituta ei fuisse publice munera: tamen data non esse, quoniam Cæsarem inter socios Catilinæ nominavisset. *Cast.*

* *Equestri ordine.*] Differunt eques, equestris ordinis, & equestri loco natus. Eques & equestris ordinis idem sunt, quod si eques patre natus est qui nunquam senator fuit, equestri loco natus est, sin natus est senatore, equestri loco non recte natus dicitur. *P. Manutius. Præterea, ex equestri ordine.*] Ordo equestris medius erat inter Senatorium & plebeium, cui purpura, ut patriciis & senatoriis, uti non licebat: jus tamen annulorum aureorum habebat, quo insigni à plebe secernebatur, & medius ordo vocabatur. *Zanch.*

1 *M. Fulvius Nobilior.*] Meminit Cicero Epist. ad Atticum lib. 4. de quodam M. Fulvio Nobiliore. sed alius quispiam fortasse fuit. *Cast.*

2 *L. Statilius.*] Ita vocatur etiam à Cicerone in oratione 3. in Catilinam, etsi in Aldino codce semel, & mendose quidem, *P. Statilius* legitur. *Idem.*

3 *P. Gabinius Capito.*] De hoc ita scribit Cicero in oratione 3. in Catilinam: *Atque horum omnium scelerum improbissimorum machinatorem Cimbrum Gabinium, statim ad me nihildum suspicantem vocavi.* Idem.

4 *C. Cornelius.*] Et hunc, ex Cicerone intelligimus, postea ab omnibus desertum, condemnatum fuisse. *Idem.*

5 *Ex coloniis.*] Colonia ex civitate alio traducebatur. Gell. lib. 16. cap. 13. *Sed coloniarum*, inquit, *alia necessitudo est. non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur: sed ex civitate quasi propagatæ sunt, & jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. quæ tamen conditio cum sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen & præstabilior existimatur, propter amplitudinem, majestatemque populi Romani, cujus istæ coloniæ quasi effigies parvæ, simulacraque esse quædam videntur.* Zanch. *Ex coloniis.*] Ratio & modus erat, ut agri dividerentur viritim, idque à triumviris, qui sedes agrosque & ipsum oppidum, si condendum esset, disponebant, ac jura & formam quasi Reipublicæ dabant. Sic tamen ut omnia Romam & Urbem matrem referrent. *Lipsi.* Quis autem modus designatorum agrorum fuerit per perticam, quæque ratio fuerit sortitionis, cum pervenissent in locum destinatum coloniæ, *Turnebus* docet *Adv.* l. 2. c. 32. & l. 26. c. 35.

6 *Et municipiis.*] Municipes ergo, sunt cives Romani ex municipiis, suo jure & legibus suis utentes: muneris tantum cum populo Romano participes honorarii, à quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, nec ulla populi Romani lege astricti, cum nunquam populus eorum fundus factus esset, &c. *Zanch.*

7 *Participes nobiles.*] Ut Cæsar, Crassus, Antonius, de quibus paulo post dicemus: item Clodius. quod testatur Asconius in commentario in orationem pro Milone. *Cast.*

8 *Vel molliter.*] Id est, nequiter, & luxuriose.

molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem, malebant. Fuere item [1] ea tempeſtate, qui crederent [2] M. Licinium Craſſum non ignarum ejus conſilii fuiſſe: quia [3] Cn. Pompejus, inviſus ipſi, magnum exercitum [4] ductabat; cujuſvis opes voluiſſe contra illius potentiam creſcere: ſimul confiſum, ſi conjuratio valuiſſet, facile apud illos principem ſe fore. Sed antea item conjuravêre pauci, [5] in quibus Catilina. [6] de quo, quam veriſ-
18 ſume potero, dicam. [7] L. Tullo, M. Lepido Coss. [8] P. Autronius,

1 *Ea tempeſtate.*] Id eſt, eo tempore.

2 *M. Licinium Craſſum non ignarum ejus conſilii.*] Erat enim Craſſus conjurationis conſcius, ſed occulte: nec ulla neceſſitate compulſus. ſed tantum propter potentiam. Plutarchus in ejus vita, & M. Cicero, conjurationis vindex, aperte ſatis in oratione quadam, in Craſſum & Cæſarem conjurationis illius non minimae ex parte cauſam refert: eam tamen orationem nunquam, niſi poſt utriuſque mortem, edere auſus eſt. *Zanchius. M. Licinium Craſſum.*] Hic eſt Craſſus ille dives, qui poſtea quidem à Surena, Orodis Parthorum regis duce, eſt interfectus. quo de, cum omnium fere ſcriptorum monumentis notus ſit, nihil amplius dicam, quam quod ad interpretationem pertinebit. *Caſtalius.*

3 *Cn. Pompeius, inviſus ipſi.*] Dion lib. 37. & Plutarch. in Craſſo. *Caſt. Inviſus.*] Id eſt, odio habitus.

4 *Ductabat magnum exercitum.*] Scilicet in ultimis terris, adverſus Mithridatem. *Zanch.*

5 *In quibus.*] Hujus conjurationis auctor non fuit Catilina, ſed M. Craſſus, quem ſtudio tacet Salluſtius. Vide Aſconium. *Coler.*

6 *De quo.*] Sic plerique legunt, nec hoc etiam reliquimus. *De qua* igitur legatur, ſc. conjuratione, ex antiquo & fideli codice. Et ita Diomedes locum hunc exponit. *Bon.*

7 *L. Tullo, M. Lepido Coſſ.*] De horum conſulum nomine inter ſcriptores non convenit. Cicero pro P. Sulla, legit, Lepidum & Tullum. ſic enim inquit, *Duæ conjurationes abs te Torquate conſtituuntur: una, quæ Lepido & Tullo Coſſ. patre tuo conſule deſignato, facta eſſe dicitur: alegra, quæ me Conſule. harum in utraque Sullam fuiſſe dicis.* Pædianus vero legit, *M. Lepido, L. Volcatio Coſſ., quo anno prætor Cicero fuit.* Alii legunt, *L. Julio & M. Lepido Coſſ.* Zanch. *M. Lepido.*] Non is eſt, qui poſtea triumvir cum Antonio & Cæſare fuit. hic enim ante triumviratum mortem obiit, ut conſtat ex Cicerone Phil. 3. *L. Volcatius, M. Lepidus Conſules fuerunt anno poſt Urbem conditam* 687. Caſt.

8 *P. Autronius & P. Sulla deſignati Coſſ.*] Sueton. *P. Sulla, & L. Autronio, poſt deſignationem conſulatus, ambitus condemnatis, ut principio anni Senatum adorirentur, & trucidatis quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus invaderet, ipſe ab eo magiſter equitum diceretur: conſtitutaque ad arbitrium Republ. Sulla & Autronio Conſulatus reſtitueretur.* Idem eodem libro: *Tanuſius adjecit, Craſſum pœnitentia vel metu diem cædi deſtinatum non obiiſſe: & iccirco ne Cæſarem quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat, dediſſe: conveniſſe autem, Curio ait, ut togam de humero dejiceret.* Livius libro 101. *Conjuratio eorum qui in petitione conſulatus, ambitus damnati erant, facta de interficiendis conſulibus, oppreſſa eſt.* Zanch.

1 *Legi-*

tronius, & P. Sulla, designati Consules, [1] legibus ambitus [2] interrogati, pœnas dederant. [3] Post paulo [4] Catilina, pecuniarum repetundarum reus, [5] prohibitus erat petere consu-

1 *Legibus ambitus.*] Longo tempore post urbem conditam, nullam de ambitu legem fuisse legimus, quod ad magistratus & ad honores prisci Romani non largitione & ambitu, sed virtutis via nitebantur, propterque egregia domi militiæque facinora, cives quæstura, ædilitate, prætura & consulatu, & aliis honoribus honestabantur. Prima lex contra ambitum illorum qui magistratus appeterent, à Petilio tribuno plebis lata fuit, qua largitiones illorum, qui magistratus pecunia emerent, gravi pœna mulctavit, aliæ deinde latæ fuerunt & à Calpurnio Pisone, & à Cicerone. Lex autem Ciceronis ad hanc sententiam erat: Si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, item si vulgo data prandia, contra legem Calpurniam factum videri: ut ipse in oratione pro Muræna ait.

2 *Legibus interrogati.*] Cum enim in jus ventum erat, dicebat accusator apud prætorem reo: Ajo te contra leges magistratum obtinuisse. si tacuisset, lis æstimabatur ut victo: si negasset, petebatur à magistratu dies inquirendorum criminum, & instituebatur accusatio. *Idem.*

3 *Post paulo.*] Post, scilicet damnationem, & non designationem: ut quidam in Commentariis suis in Epist. ad Atticum exposuit, existimans hunc locum mendosum esse, sed male: non animadvertens, bis habita fuisse comitia, primo Lepido & Volcatio Coss. cum P. Autronius & P. Sulla creati fuerunt Coss. & paulo post, cum hi legibus ambitus damnati essent, iterum habita fuerunt, in quibus Cotta & Torquatus declarati fuerunt, & tunc Catilina, cum ex Africa rediisset, professus est se petiturum esse: sed prohibitus est, quia quærebatur repetundarum, ut ait Pædianus. *Idem.*

4 *Catilina pecuniarum repetundarum reus.*] Catilina ex prætura Africam provinciam obtinuit, quam cum gravitet vexasset, legati Afri in Senatu jam tum absente illo questi sunt, multæque graves sententiæ in Senatu de eo dictæ sunt: ejusque nomen L. Julio & M. Lepido Coss. à Clodio delatum est, ut ex hoc loco apparet. Absolutus autem fuit, accusatore prævaricante: ut Cicero in oratione de Arusp. responsis, & Pædianus tradunt. in hoc autem judicio, Cicero pro P. Sulla scribit, Torquatum Cos. advocatum Catilinæ fuisse. *Repetundarum.*] Lex de repetundis primum lata fuit à L. Pisone Frugi, in eos qui ærarium, vel provinciarum pecunias depeculati essent. Cicero 6. in Verrem: *Filius enim L. Pisonis erat, ejus qui primus de pecuniis repetundis legem tulit.* Idem libro offic. 2. *Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata est lex, nulla antea cum fuisset.* Aliam postea M. Acilius Glabrio de pecuniis repetundis severissimam tulit, qua ne comperendinari quidem liceret reum, ut Pædian. scribit. Idem alibi: *Repetundarum causa ita se habet, ut si convictus reus sit, atque damnatus, pecuniam reddat, æstimata lite: hoc est, in pretium redactis omnium furtis, quam summam pecuniæ, proscriptis ejus bonis, sectatores curabant.* Zanch.

5 *Prohibitus erat petere consulatum, &c.*] Catilina statim ut ex Africa rediit, accusatus est, uti diximus, à Clodio, de pecuniis repetundis. Quare cum professus esset petere se consulatum, L. Volcatius consul consilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet. Decretum est igitur, Catilinam, cum reus esset, consulatum petere non posse. Auctores sunt Cicero, & Asco-

nius

consulatum; quod intra legitimos dies [1] profiteri nequiverit. Erat eodem tempore [2] Cn. Piso, adolescens [3] nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus; quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores [4] stimulabant. cum hoc Catilina, & Autronius, circiter Nonas Dec. consilio communicato, parabant in [5] Capitolio [6] Kalendis Jan. [7] L. Cottam

nius in orat. in Toga candida. *Castil. Prohibitus erat.*] Nemo enim reus magistratum petere poterat, dum judicium penderet. *Idem.*

1 *Profiteri.*] Dare nomen, denunciare velle se petere. ita enim mos erat. Et hic *profiteri* non significat simpliciter dare nomen, sed ita ut per leges recipi posset, quæ reum profitentem non admittebant. Quare Sallustius inquit, Catilinam repetundarum reum intra tempus legibus constitutum profiteri nequivisse, id est, non potuisse dare nomen, ita ut admitteretur ad petitionem. nam quærebatur repetundarum. Profitebantur autem petituri, apud eos (ut puto) qui comitia habebant. Livius Dec. 3. lib. 7. *Idem.*

2 *Cn. Piso.*] Sic etiam appellat Cicero in oratione pro Muræna, & pro L. Sulla. *Idem.*

3 *Nobilis.*] Pisones enim à Calpo Numæ filio oriundi erant, ut testantur Plutarchus in Numa, Horatius in arte Poët. & Ovid. ad Pisonem his verbis:

—— Nam quid memorare necesse est,
Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Pisonis tulerint cognomina prima,
Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra?

Ovidii autem opinionem, ut Pisones à pinsendo, vel pisendo dicti sint, confirmat Plinius Nat. hist. libro 18. cap. 3. *Idem.*

4 *Stimulabant.*] Id est, urgebant.

5 *Capitolio.*] Capitolium in monte Tarpeio situm, Superbi maxime opus. Quod his fere verbis describit Dionysius: *Situm est in alta crepidine, habetque in ambitu octo jugera, sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis & longitudinis differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis. Qua parte frons ejus meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur, ab aliis lateribus duplici. In ipso sunt tres cellæ ex ordine, à lateribus communione parietum clausæ, media est Jovis, utrinque altera Junonis, altera Minervæ, sub eodem laqueari eodemque tecto.* hæc hactenus Dionysius. Capitolium autem ita vocabant, quam Græci ἄκρον, quod esset κορυφὴ τ῀ πόλεως. At fabula capitis inventi ad gentis nobilitatem. Capitolium ergo Latina vox, ut Pergamus in Phrygia. *Scaliger.* De ejus magnificentia non opus est multa adferre. In illo Tarquinii Capitolio primitus ænea erant limina, & trium mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis aureis ædiles posuerant. Post Carthaginem eversam laquearia inaurata fuerunt. Catulus autem tegulas æreas inauravit. Suo tempore in inaurationem solam 12000. talenta impensa refert Plutarchus, id est, nostra computatione, septem milliones. *Lipſ.* Recte itaque dixit Virgilius:

Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis.

6 *Calend. Jan.*] In hoc dissentit Cicero à Sallustio, quod ipse ait Calend. Januar. L. Torquato & Lucio Cotta Coss. Cicero vero, pridie Calend. Januar. Lepido & Tullo Coss. *Zanch.*

7 *L. Cottam.*] L. Aurelium Cottam. Is fuit vir summo ingenio, summaque prudentia. *Cast. L. Cottam.*] Tres enim Cottæ

tam & [1] L. Torquatum Coss. interficere; ipſi, [2] faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas [3] Hiſpanias mittere. ea re cognita, rurſus [4] in Nonas Feb. conſi-

Cottæ fuerunt, L. C. & M. Cotta, adeptique ſunt omnes conſulatum: ut Pædian. ſcribit. *Zanch.*

1 *L. Torquatum.*] L. Manlium Torquatum, qui (ut ſcripſit Cicero in Bruto) fuit elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Habuit poſt conſulatum Macedoniam provinciam, & abſens, Ciceronе referente, imperator eſt appellatus, ut legimus in oratione in L. Piſonem. Hunc eſſe exiſtimo L. Torquatum, quem ſcribit Cornelius Nepos condiſcipulum fuiſſe Ciceronis & Attici. *Caſt.*

2 *Faſcibus.*] Faſces appellamus bacillos aliquot teretes colligatos in modum faſcis. Eos bacillos antiquitus ex ulmo fuiſſe teſtis Plautus. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magiſtratuum virgis, libro 16. cap. 18. Hetruſcorum antiquitus ornamentum fuiſſe, antequam Romam deduceretur, præter alios Florus auctor eſt. Conſulibus autem duobus creatis cum initio faſces XXIV. præferrentur, id eſt, ſingulis XII. in voce & invidia populi res fuit, tanquam regno non depulſo, ſed duplicato, ea cauſa Valerius inſtituit, ut duodecim tantum faſces conſpicerentur, iique alternis menſibus apud alterum conſulem eſſent: ita, inquam, ut priore menſe prior conſul eos haberet, ſecundo alter, atque ita in orbem; ut teſtantur Dionyſius lib. 5. & Dio Caſſius lib. 5. Sumere autem eos prior ſolebat qui major natu eſſet: idque obtinuiſſe videtur uſque ad L. Juliam, quæ honorem hunc detulit numero liberorum. De utroque vide Valerium lib. 4. cap. 1. & Agellium lib. 2. cap. 15. Interea tamen conſul is, qui ſine faſcibus, ne nullo inſigni noſceretur, accenſum habebat qui eum præcederet: auctore Dionyſio lib. 5. initio, qui ſequerentur cum virgis & bacillis. Suetonius in Julio cap. 20. & Livius, ubi de Decemviris, lib. 3. *Lipſius.*

3 *Hiſpanias.*] In quibuſdam Mſſ. deeſt, *duas*. Plinius eam dividit in ulteriorem & citeriorem. Ulterior qua in fretum ſe flectit, Beticam habet provinciam, nunc vulgo regnum Granadæ. Qua media fronte in oceanum exit, Luſitania eſt provincia, Ana fluvio à Betica diſcreta, hodie regno Portugalliæ tribuitur. Ulterioris Hiſpaniæ conventus erant quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus & Hiſpalenſis. Citerior longe lateque patens Tarraconenſis cognominatur à Tarracone urbe à Scipionibus condita, atque in ſeptem dividebatur conventus. Vide Plin. Hodie dividitur in quinque regna, Caſtellam, quæ cum Legione permiſta unum efficit regnum, Gallæciam, Cathaloniam, Arragoniam & Navarram. Pomponius Mela in tres partes diſtinguit, Tarraconenſem, Beticam & Luſitaniam. In breviario Rufi in ſex provincias diſtinguitur. Ita enim ſequitur: *ac per omnes Hiſpanias ſex ſunt provinciæ: Tarraconenſis, Carthaginienſis, Luſitania, Callicia, Betica. Trans fretum etiam in ſolo terræ Africæ Provincia Hiſpaniarum eſt, quæ Tingitanica Mauritania cognominatur. Ex iis Betica & Luſitania Conſulares, cæteræ Præſidiales ſunt.*

4 *In Nonas.*] Ter enim in menſe legitimus habebatur ſenatus, calendis, nonis, & idibus quamvis poſtea Auguſtus inſtituerit, non plus quam bis in menſe legitimus ſenatus haberetur, ſcilicet calendis & idibus. menſis autem Februar. hic maxime deſtinatus erat audiendis legationibus. Cicero: *Senatus haberi ante Calend. Februar. per legem Papiam, id quod ſcis, non poteſt, neque menſe Februar. toto, niſi perfectis aut rejectis legationibus.* Zanch.

consilium cædis transtulerant. jam tum non Consulibus modo, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. quod ni Catilina [1] maturasset [2] pro curia signum sociis dare; eo die, post conditam urbem Romam, pessumum facinus [3] patratum foret. quia nondum frequentes armati
19 convenerant; ea res consilium [4] diremit. Postea Piso in [5] citeriorem Hispaniam [6] quæstor proprætore missus est, adnitente Crasso; quod eum infestum Cn. Pompeio cognoverat. neque tamen senatus [7] Provinciam invitus dederat.

1 *Maturasset.*] Id est, acceleraſſet.

2 *Pro curia.*] Ante curiam.

3 *Patratum.*] Commiſſum, effectum & conſummatum.

4 *Diremit.*] Id eſt, diſſolvit & diſſipavit conſilium.

5 *Citeriorem Hiſpaniam.*] Ad hunc Cn. Piſonem pertinet vetus inſcriptio ex marmore. CN. CALPURNIUS. CN. F. PISO QUAESTOR. PRO PR. EX. S. C. PROVINCIAM HISPANIAM CITERIOREM OBTINUIT. *Urſin. Citeriorem Hiſpaniam.*] Citeriorem autem & ulteriorem Hiſpaniam, provincias fuiſſe prætorias, teſtis eſt Livius: qui frequenter ait, Prætores ſortitos eſſe Hiſpaniam citeriorem & ulteriorem. *Zanch.*

6 *Quæſtor.*] Quæſtores, regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex Curiata oſtendit, ab L. Bruto repetita. manſitque conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. Quæſtores vero urbani ærarium curabant, & ejus pecunias expenſas & acceptas, in tabulas publicas referebant: & ipſe magiſtratus, non honoris ipſius finis erat, ſed aditus ad conſulatum & triumphos novis hominibus eſſe cenſebatur. *Zanch. Quæſtor pro prætore miſſus eſt.*] Id eſt, cum eſſet quæſtor, tamen cum prætoria poteſtate miſſus eſt. Hoc ſignificat Suetonius, cum inquit, Piſoni Hiſpaniam provinciam ob ſuſpicionem urbanæ conjurationis ultro extra ordinem datam fuiſſe. *Caſt. Pro prætore.*] Prætores Provinciales creati ſunt circa annum DXIX. Sicilia & Sardinia captis atque in Provinciarum formam redactis, ut Livius & Solinus prodiderunt. Pomponius autem in l. 1. ff. de orig. Jur. *capta Sardinia*, inquit, *mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi Provincia, totidem Prætores, quot Provinciæ in ditionem venerant.*

7 *Provinciam invitus dederat.*] Senatui de rebus omnibus decernendi libera facultas erat, niſi in magiſtratibus creandis, & legibus ſanciendis: aut ſi in hoſtes arma movenda, vel à bello recedendum erat paxque & fœdera ineunda forent. tunc enim ſine populi juſſu Senatum nihil ſentire vel decernere poſſe, ex Livio ſatis abunde patet. provinciarum tamen decernendarum, Imperatoriſque deligendi poteſtatem, atque ærarii diſpenſandi munus ad Senatum, ſine populo, pertinuiſſe, Cicero in Vatinium tradit. tamen populum Rom. contra Senatus decreta, provincias nonnunquam demandaſſe legimus: pacta quoque ſponſioneſque injuſſu populi factas, etſi per Senatum poſtulatas aut Conſules, populum non tenere, nulliuſque roboris eſſe, haud dubium eſt. *Zanch. Provinciam.*] Quando regionem devicerat armis P. R. aut quocunque modo in poteſtatem adduxerat, magiſtratu ſuo adminiſtrandam ſubjiciebat. quoniam autem leges, quæ Provinciis datæ ſunt, iniquiores fuerunt, quam quæ Latio atque Italiæ, propterea jus

derat. quippe fœdum hominem à rep. [1] procul abeſſe volebat: ſimul, quia boni complures præſidium in eo putabant, & jam tum [2] potentia Cn. Pompeii formidoloſa erat. Sed is Piſo, in provinciam, ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occiſus eſt. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injuſta, ſuperba, crudelia, [3] barbaros nequi-

ea jus Provinciale etiam deterius erat. Provinciæ enim pro nata ratione non ſolum vectigalibus, ſed etiam ſervitute multabantur. Quippe quæ legibus ſuis ac magiſtratibus jus dicentibus ſpoliatæ fuerint. unde nulla Provincia, quæ vel conſulem aut prætorem, vel quæſtorem non habuerit.

1 *Procul à Republica.*] Ars Politica ſubmovere aliquem ſub honoris ſpecie: qua uſi ſunt & Alcibiadis adverſarii, cum ille ſe ad refellenda crimina ad judicium offerret, ut teſtatur Thucydides lib. VI. Cicero pro domo ſua: *ſic M. Cato inviſus, quaſi per beneficium, Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo, quos improbi videre non poterant, alter per honorem turpiſſimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem.* Ita & Nero Provinciæ Luſitaniæ ſpecie honoris Othonem præfecit. *Graſwinckel.*

2 *Potentia Cn. Pompeii formidoloſa erat.*] Tantam enim Pompeius potentiam ſibi comparaverat ex rebus proſpere geſtis adverſus Mithridatem, ut Romæ timerent, ne vellet Rempubl. occupare. ſed ut primum Italiam ingreſſus eſt, præter omnium expectationem, exercitum dimiſit. Plutarchus in Pompeii vita. *Zanch. Cn. Pompeii potentia.*] Similia habet Florus lib. IV. c. 2. *Q. Metello, L. Afranio Coſſ. quum Romana majeſtas toto orbe polleret, recenteſque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret; nimia Pompeii potentia apud ocioſos, ut ſolet, cives, movit invidiam. Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Cato adverſus potentes ſemper obliquus, detrectare Pompeium, actiſque ejus obſtrepere.* Quantam vero virtus ei invidiam, invidia calumniam creaverit, teſtatur Ammianus lib. XVII. cum dicit: *necnon alia in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, cum nihil, unde vituperari deberet, inveniretur, duo hæc obſervaverunt ludibrioſa & irrita: quod genuino quodam more caput digito uno ſcalpebat: quodque aliquamdiu tegendi ulceris deformis cauſa, faſciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare ut diſſolutum; alterum, ut novarum rerum cupidum aſſerebant, nihil intereſſe oblatrantes argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimiret regio majeſtatis inſigni.* Adverſus hujus ergo potentiam cum optarent quemvis alium creſcere, vel fœdiſſimo Piſoni favebant. Etiam Clodio ideo faviſſe, ut eſſet, qui in concione detraheret de Pompeio, Cic. de Haruſpicum reſponſis auctor eſt. Conqueritur & de eo Lucanus lib. I. quin & ipſe lib. II. de ſe ita loquitur:

Quo potuit civem populus perducere, liber
Aſcendi, ſupraque nihil niſi regna reliqui.
Non privata cupit, Romana quiſquis in urbe
Pompeium tranſire parat. Graſw.

3 *Barbaros.*] Hiſpanos. Quinam autem, & cur dicti fuerint barbari, Strabo libro 14. docet, his verbis: *Sed ego arbitror ab initio, conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere ac duriter loquerentur, ut blæſos balboſque dicimus.* Zanch. Vox Orientalis. כר כרי enim extraneum Arabibus denotat. Et ברבר deſertum, unde Barbariæ nomen. Recte itaque ab Euſtathio in 3. Iliados notatum eſt, Lacones hoſpites & peregrinos dixiſſe Barbaros. Ita & Ovid. de Ponto:

Barba-

nequiviſſe pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres, [1] fidoſque clientes, voluntate ejus Piſonem aggreſſos: nunquam Hiſpanos [2] præterea tale facinus feciſſe, [3] ſed imperia ſæva multa antea perpeſſos. nos eam rem in medio relinquemus. De ſuperiori conjuratione ſatis dictum.

20 [4] Catilina, ubi eos, quos paulo ante memoravi, conveniſſe videt: tametſi cum ſingulis multa ſæpe egerat; tamen,

Barbarus his ego ſum, quia non intelligor ulli.

Veteribus autem Barbari erant illi qui non erant Græci. Unde Plautus Nævium Poëtam Barbarum dixit: In prologo Aſinariæ *Barbare* pro Latine poſitum. In Captivis quoque *Barbaricum jus* leges. Eadem ratione Latini auctores non utentes lingua Latina *Barbaros* dixerunt.

1 *Fidoſque clientes.*] Mos fuit apud antiquos, ut provinciales & ſocii Pop. Romani in clientelas ſeſe darent principibus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant: idque non modo publice, ſed etiam privatim: iique ut clientes eorum dicerentur. Dionyſius libro ſecundo, de officio patroni erga clientes expoſuit, magnaque erat iis laus, qui domibus claris erant, clientes habere quamplurimos, certamenque de benevolentia, ne alter altetius gratia privaretur, nimium utriſque inerat: clientibus quidem dignum cenſentibus, omnia pro viribus patronis ſubminiſtrare: patronis vero contra nolentibus moleſtiam clientibus ſuis afferre, neque donum prorſus ullum pecuniarium admittere. *Zanth.*

2 *Præterea.*] Id eſt, præterquam quod Piſonem interfecerant. *Præterea*, hoc in loco tempus præteritum ſignificat: quod rariſſime invenies. *Zanch. Præterea tale facinus feciſſe.*] Arguit tamen ingenia, inconſtantiamque eorum Livius lib. XXVIII. *Hiſpania*, inquit, *non quam Italia modo, ſed, quam ulla pars terrarum bello reparando* (contra Romanos) *aptior locorum hominumque ingeniis. Itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis ſunt, poſtrema omnium noſtra demum ætate ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt.* Graſw.

3 *Sed imperia ſæva multa antea perpeſſos.*] Aliter: *Sed & ſæpe imperia ſæva antea perpeſſos.* Caſt.

4 *Catilina, ubi eos, quos paullo ante memoravi, conveniſſe videt.*] In cujus domo hæc congregatio habita fuerit, varii varia ſentiunt. Nonnulli in M. Leccæ domum eos conveniſſe putant, alii domi Catilinæ eos congregatos fuiſſe tradunt. At ego hanc congregationem habitam fuiſſe (ſalvo aliorum judicio) in cujuſdam nobilis domo, è Cicerone colligo: Nam is in Orat. cont C. Ant. & Catil. ita inquit: *Dico P. C. ſuperiore nocte cujuſdam hominis nobilis, & valde in his largitionis quæſtu noti & cogniti domum, Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conveniſſe.* Et Pœd. hunc textum ita interpretatur; *C. Cæſaris aut Craſſi domum ſignificat.* Hinc patet eos domi Catilinæ non conveniſſe. Accedit quod Catilina in Velia habitaverit, in illa videlicet parte montis Palatini, quæ forum videt, ut tradit Pomponius Lætus lib. de Antiq. Urb. Rom. aliter Porcius Latro, intelligit enim domum Leccæ, niſi ſæpius congregati fuerint. *Catilina ubi eos.*] Digreſſione quadam, qua ſuperiorem conjurationem inſerverat, omiſerat Salluſtius narrationem de magna Catilinæ conjuratione: quam nunc proſequitur, afferens orationem,

men, [1] in rem fore credens universos appellare, & cohortari, in abditam partem ædium secessit; atque ibi, [2] omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuscemodi habuit.

[3] Ni virtus, fidesque vestra satis [4] spectata mihi foret; „
nequicquam [5] opportuna res cecidisset: [6] spes magna do- „
minationis in manibus frustra fuisset: neque per igna- „
viam, [7] aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. „
sed, quia multis, & magnis [8] tempestatibus vos cognovi „
fortes, fidosque mihi; eo animus ausus est maxumum, at- „
que pulcherrumum facinus [9] incipere; simul, quia vobis „
eadem, quæ mihi, [10] bona, malaque esse intellexi. nam, „
idem

tionem, quam ad conscios sui consilii Catilina habuerat. *Zanch.*

1 *In rem fore.*] Hoc est, ad utilitatem consilii sui pertinere.

2 *Omnibus arbitris procul amotis.*] Omnibus expulsis, præter eos qui sui consilii participes erant. nam *arbitri* dicuntur, qui alienæ rei quasi testes intersunt. alias *arbiter*, auctore Festo, dicitur, qui totius rei habet arbitrium & facultatem. *Zanch. Arbitris.*] Proprie est tertius qui accedit. *Arbiter*, enim quasi adbiter. Bætere seu betere vel betire dixere veteres, pro ire, incedere. Inde Bitienses qui assidue peregrinantur: & Bætis in glossario περιέλθης. *Scaliger.* Hinc & *arbiter* dictus tertius, qui litigia componit. hinc & arbitrari, id est, statuere, ac arbitrium pronunciare. Unde apud Plautum in Mercat. *arbitrari inscitum*, id est, pronunciare inscitum atque imperitum. hinc arbitrium, id est, sententia quæ ab arbitro statuitur. Etiam arbiterium in Pandectis Florent. pro arbitrium reperias, l. 9. ff. qui satisd. cog. l. 3. §. 1. l. Pedius, 7. de Arb. & alibi passim.

3 *Ni virtus, fidesque vestra.*] Sic in pleriscque scriptis libris legimus. Quæ lectio est longe melior, quam vulgata: *Nisi virtus atque fides vestra spectata mihi foret.* Cast. *Fides.*] *Fides* est dictorum conventorumque constantia & veritas: hoc est, ut vulgo dicunt, servatio promissi. Hanc autem fidem, ut ait A. Gellius libro 20. cap. 1. Romani veteres in negociorum contractibus sanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuaticiæ usu atque commercio. *Zanch.*

4 *Spectata.*] Id est, perspecta & cognita mihi.

5 *Opportuna.*] Id est, accommoda votis nostris evenisset.

6 *Spes magna dominationis in manibus fuisset.*] Ita vetus codex: at Aldinus habet, *Spes magna, dominatio in manibus fuisset:* quam lectionem ego non probo. neque enim dominatio in manibus fuit, sed dominationis spes. *Glar.*

7 *Aut per ingenia vana.*] Id est, vanitatem ingeniorum. *Idem.*

8 *Tempestatibus.*] Id est, periculis. *Tempestas* in hoc loco periculum significat. Aulus Gellius libro 12. inter vocabula, quæ in utramque partem accepta enumerat, *tempestatem* adjungit. *Tempestatem* medium esse vocabulum Servius dicit: ideoque *clara tempestas* dicitur. *Zanch.*

9 *Incipere.*] Puder, pigetque barbariei. Omnibus Palatinis adest vox ultima. at incidi olim in codicem Polonicum; illi aberat. quin abesse debeat, neminem puto ambigere, cui cognita indoles linguæ Latinæ. *Grut.*

10 *Bona malaque esse intellexi.*] En vero

„ idem velle, atque idem nolle, ea [1] demum firma amicitia
„ eſt. Sed ego, quæ mente [2] agitavi, omnes jam antea [3] di-
„ verſi audiſtis. Ceterum mihi in dies magis animus ac-
„ cenditur, cum conſidero, quæ conditio vitæ futura ſit,
„ niſi noſmet ipſos [4] vindicamus in libertatem. nam, poſt-
„ quam Reſp. in paucorum potentium jus, atque [5] ditio-
„ nem conceſſit, [6] ſemper illis reges, [7] tetrarchæ [8] vectiga-
les

ex re & conſolatio petitur, & animus augetur. Conſolatio, cum auctore Seneca Lib. II. Nat. Qu. cap. 59. quod maximum ſolet eſſe ſolatium extrema paſſuris, omnium cauſſa eadem eſt. Animus vero, quia, ut Curtius lib. VII. firmiſſima inter pares amicitia eſt.

1 *Demum firma amicitia eſt.*] Cicero pro Plancio: *Vetus enim*, inquit, *eſt lex illa juſtæ veræque amicitiæ, quæ mihi cum jamdiu eſt, ut idem amici ſemper velint, neque eſt ullum certius amicitiæ vinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. Firma amicitia eſt.*] Cæterum (ut idem in Lælio tradit) vera amicitia, niſi in bonis eſſe non poteſt, cum virtutum amicitia adjutrix à natura data ſit, non vitiorum comes. Ariſtoteles etiam Moralium ad Nicomachum lib. 8. docet, proprie amicitiam bonorum hominum eſſe, quatenus boni ſunt, reliquas vero amicitias per ſimilitudinem quandam ad veram amicitiam dici. Sed Catilina conſpirationem malorum hominum amicitiam vocat, ſuæ ſerviens cauſæ. *Caſt.*

2 *Agitavi.*] Mente concepi.

3 *Diverſi.*] Separatim.

4 *Vindicamus in libertatem.*] Id eſt, niſi nos liberemus à ſervitute turpiſſima.

5 *Ditionem.*] Dominationem.

6 *Semper illis reges.*] Cic. libro v. in Verrem: *Patimur enim jam multos annos & ſilemus, ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias perveniſſe. Quod eo magis ferre æquo animo & concedere videmur, quia nemo iſtorum diſſimulat; nemo laborat, ut obſcura ſua cupiditas eſſe videatur. In urbe noſtra pulcherrima atque ornatiſſima quod ſignum, quæ tabula pura eſt, quæ non ab hoſtibus victis capta atque aſportata ſit? At iſtorum villæ ſociorum fideliſſimorum & plurimis, & pulcherrimis ſpoliis ornatæ refertæque ſunt. Ubi pecunias exterarum nationum eſſe arbitrantur, quibus nunc omnes egent, cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum, totam denique Aſiam, Achaiam, Græciam, Siciliam jam in paucis villis incluſas eſſe videatis.*

7 *Tetrarchæ.*] Quædam regna in quatuor partes diviſa erant: eorum quartæ partis qui præerant, *Tetrarchæ* dicebantur. Strabo lib. 12. ſcribit, Galatas in tres gentes diviſos fuiſſe, & utramque gentem in partes quatuor, quas tetrarchias vocaverunt *Zanch. Tetrarchæ.*] Dicitur *tetrarcha*, qui partem regni quartam habet: non qui quatuor provinciis præeſt: quod aperte declarat Strabo lib. 12. ubi de Galatis loquitur, qui ſunt in Aſia. Eſt enim *tetrarcha* nomen Græcum. *Caſt.*

8 *Vectigales eſſe.*] Cic. in Verr. 5. vectigalium, quæ imponuntur provinciis, duo eſſe genera dicit: unum quod certum eſt, quod ſtipendiarium dicitur, ut Hiſpanis & pleriſque Pœnorum impoſitum: quaſi victoriæ præmium, ac pœna belli. id autem certum ideo dicitur, quod certum & definitum in annos omnes impoſitum eſt: qui id pendebant, vectigales dicebantur. Alterum, quod cenſoria locatione conſtitutum eſt: ut in Aſia lege Sempronia. Cenſores enim locabant vectigalia, nec uſquam

les esse: [1]populi, [2]nationes, [3]stipendia [4]pendere: ceteri
omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, [5]vulgus
fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his [6]obnoxii, qui-
bus, [7]si respub. valeret, formidini essemus. itaque omnis
gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi
illi volunt: nobis reliquerunt pericula, [8]repulsas, [9]ju-
dicia, egestatem. quæ quousque tandem patiemini, for-
tissimi

quam locare licebat nisi Romæ, nisi in Pop. Romani concione: ut scribit Cicero in dissuasione legis Rulli. Hæc autem non certo, eodemque precio locabantur. *Zanch.*

1 *Populi.*] Civitatis. *Idem.*

2 *Nationes.*] Scilicet provinciarum: ut Galliæ, Hispaniæ, Asiæ. *Idem.*

3 *Stipendia.*] *Stipendium* dicitur æs militare, seu præmium quod militibus datur. Ulpianus putat à stipe dictum esse, quod per stipes modica æra colligantur. alii à stipe & pendo dictum volunt, quasi stips ponderata sit. Unde stipendiarii illi populi, qui à Pop. Romano damnati stipendia solvebant. *Zanchius.* *Stipendia.*] *Stipendium* à stipe dicitur, sicuti & Ulpianus scripsit l. 27. ff. de V. S. Ideo etiam tributum appellari ait Pomponius, constatque adeo ex Livio, Cicerone, Gellio, Plinio, & aliis *stipendium* & *tributum* olim indifferenter vocatum, quicquid colligebatur in publicum, ut ex eo sustentaretur miles. Fuisse autem apud Romanos militum stipendium, denarium in singulos dies, id est, unciæ argenti partem octavam, animadvertitur ex Annal. Tacit. lib. 1. prout citatur ab Alciato ad l. Ager ff. de V. S. sicuti autem *stipendium* à stipe dictum, ita teste Varrone IV. de Ling. Lat. *stips* veteribus æs dicebatur, à stipando deducto vocabulo, cum enim asses libræ pondo essent, qui majorem eorum numerum acceperant, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant. *Fung.* Hanc autem pecuniam sic repositam in cella Dei Festus ait impensam vocatam fuisse, quod nondum esset pensa, sed tantum stipata. Unde factum ut quævis stipatio & farctura impensa diceretur. Quod sæpius usurpavit Apitius, ut cum dicit, *indet impensam præscriptam*, id est, farcturam. Arnobius lib. VII. *impensarum varietate reconditis.* Palladius lib. 1. dixit, *impensa pumicea farciri muros*, id est, stipari accerato ex pumice raso. *Scal.*

4 *Pendere.*] Id est, solvebant. quæ significatio inde deducta est, quod antequam signatus esset nummus argenteus, cumque Romani gravi adhuc ære uterentur, non numeratione, ut ætate nostra, sed pondere fiebat solutio. *Zanch.*

5 *Vulgus fuimus.*] Id est, habemur, ut vulgus ignobile.

6 *Obnoxii.*] *Obnoxius* proprie dicitur, qui propter aliquam noxam adversos alium concessam, ipsum reveretur: sed sæpe largius pro qualibet subjectione accipitur, ut hic. *Omnib.*

7 *Si resp. valeret.*] Hoc est, si statum suum obtineret. *Zanch.*

8 *Repulsas.*] Falso queritur: nam, ut Cic. de Haruſp. Resp. *Repulsi* sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. Etsi innuere videtur illud velle Catilina, quod ait Thucyd. lib. v. δυνατὰ ἢ οἱ πρέσβεις πρᾶσσουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς συγχωροῦσιν. Qui superiores sunt agunt quicquid possunt, inferiores perferunt. *Grasw.*

9 *Judicia.*] Condemnationes: quia ambitus alii, alii rerum repetundarum pœnas dederunt. *Vall.*

„ tissimi viri? nonne emori per virtutem præstat, quam
„ vitam miseram, atque inhonestam, ubi [1] alienæ superbiæ
„ [2] ludibrio fueris, per dedecus amittere? [3] Verum enim-
„ vero, [4] prô Deûm atque hominum fidem! victoria in
„ manu nobis est: viget ætas: animus valet. contra illis,
„ annis, atque divitiis, omnia consenuerunt. tantummodo
„ incœpto opus est: cetera res expediet. etenim quis
„ mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis
„ divitias superare, quas profundant in [5] exstruendo mari,
„ & [6] montibus coæquandis, nobis rem familiarem etiam
„ ad necessaria deesse? illos [7] binas, aut amplius domos
„ continuare; nobis [8] larem familiarem nusquam ullum
esse?

1 *Alienæ superbiæ.*] Habet aculeos suos contumelia, quos pati pudentes ac viri boni quam difficillime possint, nedum factiosi, aut insolentes animo mobili & elato: inquit Cic. de Offic. lib. 1. Eoque & hic colligit Catilina, mori præstare, quam hujusmodi vitam ducere. *Grasw.*

2 *Ludibrio fueris.*] Volumen Fabricianum habet, *ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris*. legitur & *fueritis*. prius haud dubie cum rectius, tum elegantius esse videtur. Et talis ἐτέρωσις numeri, incredibilem quandam gratiam & venustatem habet. *Rev.*

3 *Verum enimvero.*] Superius argumentum sumpsit ab honesto. argumentabatur enim à justitia, quæ est pars honesti: nunc argumentatur à tuto, id est, altera parte deliberationis, quæ tuta dicitur: hæc autem dividitur in vim & dolum. Dolo uti se dicit Catilina contra incautos, vi contra inferiores. *Vall.*

4 *Prô Deum atque hominum fidem!*] Seu testor, id est, testem facio. *Idem.*

5 *Exstruendo mari.*] In ædificandis ædificiis in ipso mari: quia sicut superius dictum est, in ipso mari ædificia condita sunt. *Vall.* Gruterus conjecerat *excludendo*, ut velit, illi magno mari vim feciisse. Sed forte scribetur rectius: *extrudendo* i. e. pilis sive aggeribus ædificando in mari & aquis quasi retro agendis. Cæsar 3. Bell. Gal. 12. *Extruso mari aggere ac molibus.* Gronovius.

6 *Montibus coæquandis.*] Explanandis montibus, ut ibi ædificia faciant amœnitate plena. *Idem.*

7 *Binas aut amplius domos.*] M. Seneca lib. v. Controv. 5. *Vos possidetis agros, urbium fines, urbesque domibus impletis. Intra ædificia vestra undas & nemora comprehenditis. Prospectui tuo arbor obstabat? Quid? inambulantibus nobis non obstant servorum catervæ? in immensam excitati altitudinem parietes lucem non impediunt? infinitis porrectæ spatiis domus non nos à publico excludunt?* Et Controv. IX. *Ædes ipsæ, quas in tantum extruxere, ut domus ad usum & munimentum paratæ, sint nunc periculo, non præsidio: tanta altitudo ædificiorum est, tantæque viarum angustiæ, ut neque adversus ignem præsidium, neque ex ruinis ullum ullam in partem effugium sit. Ad delicias dementis luxuriæ lapis omnis emitur, cæduntur que gentium sylvæ: æris ferrique usus, jam auri quoque in exstruendis & decorandis domibus.*

8 *Larem familiarem.*] *Larem* hic accipit pro foculo, ubi familia stat. nam *Lares* proprie dicuntur Dii domestici. Prisci enim Romani, in domibus, quas incolebant, doliis aut vasculis mortuos sepelie-

eſſe? cum [1] tabulas, [2] ſigna, [3] toreumata [4] emunt, nova „
diruunt, alia ædificant: poſtremo omnibus modis pecu- „
niam [5] trahunt, [6] vexant: tamen [7] ſumma lubidine divi- „
tias ſuas [8] vincere nequeunt. at nobis eſt domi inopia, „
foris æs alienum; [9] mala res, ſpes multo aſperior. deni- „
que quid reliqui habemus, præter miſeram animam? „
Quin igitur expergiſcimini? en illa, illa, quam ſæpe „
optaſtis, [10] libertas; præterea divitiæ, decus, gloria in ocu- „
lis

ſepeliebant. qua ex cauſa *Lares*, quos domeſticos vocant, deos colere cœperunt. Poſtea lege duodecim Tabularum cautum eſt, ne in urbe ſepelirentur, neve urerentur. cujus hæc verba ſunt: IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO. Ipſique Lares canum pellibus veſtiuntur: cauſamque Plutarch. in Probl. refert. *Zanch.*

1 *Tabulas.*] *Tabulæ* proprie dicuntur, picturæ in tabulis artificioſe formatæ, quibus antiqui plurimum delectabantur. Plinius lib. 35. cap. 4. *Dignatio autem præcipua Romæ increvit (ut exiſtimo) à Mar. Valerio Meſſala, qui princeps picturæ, prælii quo Carthaginenſes & Hieronem in Sicilia divicerat, propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ, anno ab Urbe condita quadringenteſimo nonageſimo.* Zanch.

2 *Signa.*] Statuas. Plinius lib. 35. cap. 11. *Anno*, inquit, *urbis ſexcenteſimo octavo parta Achaia, ſigna & tabulas pictas invexit, ne quid deeſſet luxui.* Idem libro 34. c. 4. *Romæ ex ære ſimulacrum factum Cereri primum reperio, ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat: tranſit & ab diis ad hominum ſtatuas atque imagines. multis modis antiqui pingebant eas bitumine: quo magis mirum eſt, placuiſſe auro intingere.* Vide ſupra. *Idem.*

3 *Toreumata.*] Toreumatis nomine, quicquid artis elegantia exſculptum eſt, comprehendimus. τορεύω. id eſt, ſculpo; toreutice, ſculptura: à quo toreumata, hujuſmodi opera dicuntur, aut ſculpta, aut cælata, ex quacunque materia, quæ in deliciis habebantur. *Idem.*

4 *Emunt, nova diruunt, alia ædificant.*] Expunxi illud, *vetera negligunt*, quod Carrionis ſequenteſque occupat editiones; quoniam nulla ejus litera compareret in Mſſ. Palat. in Bongarſianis, in Commeliniano meo, imo ne in veterrimis editionibus: quibus primam peſtem invexit Pomponius Lætus, dum fingit: *emunt, vetera diruunt, nova ædificant.* ingenioſe profecto, ſi id vocis quadrat in ſtuporem. *Grut.*

5 *Tradunt.*] Accumulant.

6 *Vexant.*] Lacerant pauperes & humiles. & eſt frequentativum à Veho, ut reſpondeat ad Traho.

7 *Summa lubidine.*] Summa luxuria & ſuperfluitate. *Vall.*

8 *Vincere.*] Id eſt, nimio ſumptu ſuperare. In ſumma profuſione æque tamen divites manebant. *Thyſ.*

9 *Mala res.*] Conditio noſtra miſera.

10 *Libertas.*] Tacitus vere lib. 9. Annal. falſo libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habeant. Iterum IV. Hiſtor. *Eadem ſemper cauſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido atque avaritia, & mutandæ ſedis amor: ut relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis, fœcundiſſimum hoc ſolum, voſque ipſos poſſiderent. Cæterum libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur. Nec quiſquam alienum ſervitium & dominationem concupivit, ut non eadem iſta vocabula uſurparet.* Graſw.

„ lis ſita ſunt. fortuna ea omnia victoribus præmia po-
„ ſuit. res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magni-
„ fica, magis quam oratio mea, vos hortentur. [1] vel impe-
„ ratore, vel milite me utemini. neque animus, neque
„ corpus à vobis aberit. hæc ipſa ut ſpero vobiſcum una
„ conſul agam: niſi forte me animus fallit, & vos ſervire
„ magis, quam imperare, parati eſtis.

21 Poſtquam [2] accepere ea homines, [3] quibus mala abunde omnia erant, ſed neque res, neque [4] ſpes bona ulla: tametſi illis, [5] quieta movere, [6] magna merces videbatur; tamen poſtulare plerique, uti proponeret, quæ conditio belli foret: quæ armis præmia [7] peterent: quid ubique opis, aut ſpei haberent. Tum Catilina [8] polliceri [9] tabulas novas, pro-

1 *Vel imperatore.*] Nunc privatim de officio ſuo agit. *Imperatorem* hic ponit pro duce & principe exercitus. nam principio nemo hoc honore dignabatur, niſi qui res ampliſſimas præclariſſimaſque geſſiſſet. Poſtea is mos ita pervagatus atque pervulgatus eſt, ut vel minimis rebus geſtis nomen hoc multis tribueretur: neque ſemel modo, ſed iterum & ſæpius. hac autem appellatione decorabantur duces, aut exercitus conclamatione, aut (quod erat honorificentius) decreto Senatus, ut alibi ſcribemus. *Zanch.*

2 *Accepere.*] Id eſt, audiere, percepere.

3 *Quibus mala abunde.*] Qui abundabant omnibus malis, & inopia rei familiaris ſtricti erant, & grande æs debebant: nec quomodo ſolverent, ulla ſpes ſuppetebat. *Vall.*

4 *Spes bona ulla.*] Nihil habebant, & nihil ſperabant, quod deterius eſt. *Glar.*

5 *Quieta movere.*] Eſt in aliis, *Quietam remp. movere.* Sed manuſcripta fere cum priore lectione faciunt. & illud *Quietam remp.* ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Nam *quieta movere*, hic eſt, quietum & tranquillum ſtatum civitatis turbare. *Riv.*

6 *Magna merces videbatur.*] Tametſi loco mercedis ponebant ocium & quietem reipublicæ perturbare. *Vall.*

7 *Peterent.*] Aliter, *Peterentur.* Caſtalius.

8 *Polliceri.*] Hanc lectionem & ſcripturam omnes Codices typis excuſi, & in pergameno deſcripti habent. verum in uno Mſſ. reperi; *tum Catilina cœpit polliceri tabulas novas.* Quæ lectio haud placet. *Popm.*

9 *Tabulas novas.*] Cum ære alieno & uſuris plebs Romana oppreſſa erat, aut ſenatuſconſulto, aut Imperatoris decreto, tabulæ novæ in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. *Tabulas novas.*] De hac conjuratorum exſpectatione tabularum novarum, ſuoque adhibito remedio, Cicero in 2. Offic. *Nunquam*, inquit, *vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolveretur: armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine: quibus ita reſtiti, ut hoc tantum malum de repub. tolleretur. nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt.* Fraudandi ſpe ſublata, ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt. *Zanch.*

1 Pro-

proſcriptionem locupletium, *magiſtratus, *ſacerdotia, rapinas,

1 *Proſcriptionem.*] Id eſt, publicationem bonorum. *Proſcriptionis* vero nomen à bellis civilibus initium ducit. Nam in tumultu & diſſenſione civili, ejuſmodi exitere Marii & Sullæ, Cæſaris & Pompeii, qui conſequuti victoriam erant, ii nomina eorum qui fuiſſe verſarum partium putabantur, in tabulis deſcripta proponebant, conſtitutis præmiis, ſi quis eorum quenquam occidiſſet, bonis etiam proſcriptorum publicatis atque haſtæ ſubjectis. Porro Sulla proſcriptionis tabulas primus propoſuit, iiſque non contentus in eos sævire, qui armis à ſe diſſenſerant, etiam multi animi cives, propter pecuniæ magnitudinem, proſcriptorum numero adjecit, quemadmodum Valerius in libro. Poſtea obtinuit conſuetudo, ut in exilium ejecti, *proſcripti* dicerentur. Ego polliceri Catilina proſcriptionem locupletium, nimirum ut illis interfectis, impetus in eorum bona fieret. *Rivus proſcribere*, idem eſt atque publice fixo libello aliquid edicere & denunciare l. 11. §. 1. ff. de Inſtit. act. l. 4. C. de pignorat. pign. Hinc proſcribi bona dicuntur, cum fixis publice libellis, venditio eorum bonorum in diem certam indicitur & ſignificatur: hinc *proſcripti*, quorum nomina palam in foro ſcripta tradabant, ut ad necem quærerentur, præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Hinc à Cornelio Sulla, Lex Cornelia dicitur, quæ proſcriptum jure vetabat, Verrin. 3. ſeu potius Valeria, ut in libello legum Romanarum docet Hotomannus. Hinc & Rubr. C. de Bon. proſcript. ſeu damnat.

2 *Magiſtratus.*] Magiſtrare, inquit Feſtus, regere & temperare eſt, vel moderari. Magiſtratus itaque tanquam rectores dicti. Magiſtri quoque dicti quinque præfecti. Hinc Magiſter populi, ſive Dictator, Equitum, Magiſter Curiæ apud Plautum in Aulularia, qui Græcis ἱππίαρχος. Magiſtri Cenſus, Epularum, Scriniorum, Officiorum, Libellorum, Memoriæ, à Præfectura dicti. Etiam Magiſteriam agentes in rebus in veteri lexico. Et Magiſteria Poteſtas dicitur in l. 6. C. de Juriſd. Præcipue autem magiſtratus is dicitur, cui concredita eſſet gubernatio Reip. & qui judicium auſpiciumque haberet, quemadmodum Cic. in Legibus ſcribit. Magiſtratus autem qui majores & qui minores dicerentur, Gellius docet, exponens hæc verba, ut quis Magiſtratus minor de cœlo ſervaſſe velit. Et quidem ex his Meſſalæ verbis ita loquitur l. 13. cap. 14. *Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diviſa. Maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum. Neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut ejuſdem poteſtatis: ideo quod collegæ non ſunt Cenſores Conſulum, aut Prætorum: Prætores Conſulum ſunt. Ideo neque Conſules aut Prætores Cenſoribus, neque Cenſores Conſulibus aut Prætoribus turbant, aut retinent auſpicia. At Cenſores inter ſe, rurſus Prætores Conſuleſque inter ſe & vitiant, & obtinent. Prætor etſi collega Conſulis eſt, neque Prætorem, neque Conſulem jure rogare poteſt: ut quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora ſervatum eſt. Et ut in commentario XIII. C. Tuditani patet, quia imperium minus Prætor, majus habet Conſul: & à minore imperio majus, aut à majore collega rogari jure non poteſt. Nos his temporibus Prætores Prætore creante veterum auctoritatem ſumus ſecuti: neque his comitiis in auſpicio fuimus. Cenſores æque non eodem rogantur auſpicio, atque Conſules & Prætores. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores, hi majores magiſtratus appellantur. Minoribus creandis magiſtratibus, Tributis comitiis magiſtratus, ſed juſtius curiata datur lege. Majores Centuriatis comitiis fiunt. Ex his omnibus verbis Meſſalæ manifeſtum fit, & qui ſint magiſtratus minores, & quamobrem minores appellentur. Sed & collegam eſſe* PRAET. COS. *docet, quod eodem auſpicio creantur. Majora autem dicun-*

rapinas, alia omnia, quæ bellum, atque lubido victorum fert: præterea, esse in Hispania [1] citeriore [2] Pisonem, [3] in Mauritania cum exercitu P. Sitium [4] Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum [5] C. Antonium, quem sibi

dicuntur auspicia habere, quia eorum auspicia magis rata sunt, quam aliorum. Magistratus.] Ut Consulatum, Præturam, Dictaturam. Cicero in eadem: *Num*, inquit, *in cinere urbis, & sanguine civium, quæ mente conscelerata ac nefaria concupiverunt, se consules ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non vident se cupere id, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse?* Zanch.

* *Sacerdotia.*] Ut Pontificatum, & Auguratum. *Idem.*

1 *Citeriore.*] Vide supra pag 46.

2 *Pisonem esse.*] Superius dixit auctor eum interfectum. sed Catilina ignorabat, vel forsitan nondum interfectus erat. *Omnib.*

3 *In Mauritania.*] Geographi duas Mauritanias esse dicunt, Tingitanam & Cæsariensem, à coloniis dictas Tingi & Cæsaris. est autem nomen Mauritaniæ Græcum. Græci enim μαῦρος nigrum dicunt: & Mauritani sic vocati sunt propter nigredinem, id quod eis propter solis propinquitatem contingere videtur. *Zanch.*

4 *Nucerinum.*] Oppido Nucera oriundum. Est autem apud antiquos auctores triplex Nuceria. Intra Brixellum haud procul à Padi ripa opidum hodieque visitur, vulgari nunc vocabulo Lucera vel Luzzara. Hoc omnium fere judicio est id oppidum, quod Ptolemæo vocatur Nuceria: *in Gallia*, inquit, *Togata oppida sunt ista, Placentia, Fidentia, Brixellum, Parma, Regium Lepidum, Nuceria, Tanetum, Mutina, Bononia.* Nec mirum sit, quæ olim fuerit Nuceria, eam nunc dici Luceriam, quando clarissima quondam Romanorum colonia, Luceria, in Apulia, vulgo nunc vocetur Nucera, raro Lucera. Quanquam hæc apud antiquos etiam auctores, Ptolemæum, & Tabulam Itinerariam legitur Nuceria Apulorum, ad differentiam alterius, quæ non procul à Padi ripa fuit. apud Appianum vero Civil. bellorum lib 11. simpliciter Nuceria. Posterior hæc hodie Foggia appellatur, & memoratur Polybio, Ciceroni, Cæsari, Livio, Halycarnassæo, Straboni, Plinio, Frontino, Appiano, Stephano, Ethico. Quam ita antiquam fuisse, ut conditor ei Diomedes adscriberetur, Strabo testatur lib. 6. *Cluv.* Est & Nucera, vulgo Nocera civitas Campaniæ, cujus populi dicti sunt Nucerini, & ager Nucerinus Plin. lib. 3. cap. 5. haud procul à monte Vesuvio ager Nucerinus est: & novem M. passuum à mari ipsa Nuceria.

5 *C. Antonium.*] Hic C. Antonius fuit M. Antonii oratoris filius, ut ostendit Asconius: patruus autem M. Antonii, qui postea rempublicam evertit, quod testatur Cicero Phil. 2. Is à M. Lucullo prætore damnatus, quod Græcos spoliasset, etiam postea à Gellio & Lentulo censoribus Senatu motus est: Deinde cum præturam peteret, beneficio Ciceronis è postremo loco in tertium pervenit. hæc ex Cicerone de Petitione consulatus, & Asconio in oratione contra C. Antonium & L. Catilinam sumpsimus. Tandem reus factus à Cælio, quod conjurasset, damnatus est: etsi potius Macedonia provincia male administrata, quam conjurationis crimen, causa damnationis fuit. Cicero pro L. Flacco, pro Domo sua ad Pontifices, & pro M. Cælio, & Dion lib. 38. *Cast. C. Antonium.*] *Atque ego de Antonio nihil dico, præter unum, nunquam illum in illo summo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque*

ſibi collegam fore ſperaret hominem & familiarem, & [1]omnibus neceſſitudinibus [2]circumventum: [3]cum eo Conſulem ſe initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos: ſuorum unumquemque nominans, laudare, admonere alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuæ, complures periculi, aut ignominiæ, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea prædæ fuerat. Poſtquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem ſuam curæ haberent, conventum dimiſit. Fuere ea tem- 22
peſtate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum [4]ad jusjurandum [5]populares ſceleris ſui adigeret, [6]humani corpo-

que moderando, meam in illum indulgentiam, conjunctam cum ſumma cuſtodia Reipub. laudare vere ſolebatis. Cic. pro Sexto.

1 *Omnibus neceſſitudinibus.*] Id eſt, omnibus neceſſitatibus. nam C. Antonius inops, & magno ære alieno oppreſſus erat, & multa nefanda flagitia commiſerat. Q. Cicero in libello de Petitione conſulatus: *At*, inquit, *Antonius & Catilina moleſti ſunt: homo homini novo, induſtrio, innocenti, diſerto, gratioſo apud eos, qui res judicant, optandi competitores ambo ficarii, ambo libidinoſi, ambo egentes: eorum alterius bona proſcripta videmus: vocem denique audivimus jurantis, ſe Romæ æquo judicio cum homine Græco certare non poſſe, & ex ſenatu ejectum ſcimus.* Cicero in Toga candida: *Quis enim reperiri tam improbus civis poteſt, qui velit uno ſuffragio duas in Rempub. ficas diſtringere?* Pædian. *Hunc*, inquit, *Antonium Gellius & Lentulus cenſores ſexennio ante quo hæc dicerentur, Senatu moverunt: cauſaſque ſubſcripſerunt, quod ſocios diripuerit, quod judicium recuſarit, quod propter æris alieni magnitudinem prædia manciparit, bonaque ſua in poteſtatem non habuerit.* Zanch.

2 *Circumventum.*] Oppreſſum.

3 *Cum eo Conſulem.*] Nonnulli ſcripti libri, *cum eo conſulem ſe initium agendi facturum*, alii, *cum eo conſule ſe initium agendi belli facturum.* Popma. Sed ne quid mentiar, puto illud *agendi* à mala manu in textum irrepſiſſe. Certe ſuperfluit, adjectumque ei præterea in Mſſ. poſterioribus, *agendi belli.* Gruterus.

4 *Ad jusjurandum adigeret.*] Præpoſitio *ad* abundare videtur. Nam *adigere* ſeu *adicere jusjurandum* dici ſolere ex Livio, Cæſare & aliis oſtendimus in notis ad Cæſarem. *Urſinus.*

5 *Populares.*] Fautores, & conſcios ſui ſceleris.

6 *Humani corporis ſanguinem.*] Catilina pateris infudit vinum ſanguine humano permixtum: deinde circumtulit, ut omnes id libarent, hac execratione, ut ita omnium ſanguis hauriri poſſet, niſi quod promiſerant feciſſent, uti ſanguinem illius hominis hauſiſſent. Plutarchus in Cic. vita: *Dicamus & obiter morem quem Scythæ ſervant, cum aliquem amicum ſibi elegerunt: quia huic jurijurando conformis eſt.* Apud Scythas, cum amicitiarum fœdus initur, ac jusjurandum maximum fit, ſcilicet & victuros eos pariter, & mortem oppetituros, ſi opus ſit, alterum pro altero: ſibi digitos incidunt, & ſanguinem in calicem diſtillant, ſummiſque intinctis gladiis, ambo pariter admoventes labra: nec quicquam deinde eſt, quod poſſit eos dirimere. morem hunc in dialogo de

corporis ſanguinem * vino permixtum in † pateris ‡ circumcum-

Amicitia Lucianus tradit. lege illum. *Zanch. Humani corporis ſanguinem.*] Mos hic à Scythis, Mela lib. II. cap. I. *Ne fœdera quidem incruenta ſunt, ſanciant ſe qui paciſcuntur, exemptumque ſanguinem, ubi permiſcuere, deguſtant. Id putant ſanctiſſimæ fidei pignus certiſſimum.* Solin. cap. XX. *Hauſtu mutui ſanguinis fœdus ſanciunt, non ſuo tantum more, ſed & Medorum quoque uſurpata diſciplina.* Herodotus l. I. c. 74. ὅρκια δ' ποιεῦσι τῶνδε τάδε· ἄλλοισι τε πολλοῖσι, καὶ μάλιστα Σκύθῃσι, ἐπὴν τοὺς βασιλέας ἐπιτάμωνται, ἐς τοῦτο ὁμοχοέουσι, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Veteres ſanguine permixtam potionem *Aſſiratum* dixerunt, teſte Feſto, quod iis *Aſſir* ſanguinem notet. Gloſſæ *Aſſir*, αἷμα. Eo utitur Cato de re ruſtica c. XXXIII. *Dapi Jovi Aſſir à pecu in urna vini caſte profanato ſine contagione.* Recte autem ait Salluſtius Catilinam humani corporis ſanguinem circumtuliſſe. Cæſum enim puerum memorat Dio, ſuperque ejus viſcera juramentum conceptum. Verba hæc ſunt: Καὶ ἐς ἀθεμίστων ὀργιασμῶν ἀνάγκην ἐσῆγαγε. Παῖδά γάρ τινα κατασφάξας, ἐπί τε τῶν ἀπολόχων αὐτοῦ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπιόν τε ἅπαντες ἐμυήθησαν αὐτά τε ἄλλων. Ut autem fœdera Romani jungebant cæſa porca, non ſine exſecratione, ita Græci tauro, capro, aut ariete. de tauro habes apud Æſchylum ἐπὶ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις:

Ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ θούριοι λοχαγέται
Ταυροσφαγοῦντες ἐς μελαίνας ἀσπίδος σάκος,
Καὶ διψάνοντες χερσὶ ταυρείοις φόνου,
Ἄρᾳ, Ἐνυοῖ, τ' Φιλαίμονι Φόβῳ
Οἰκωμότησαν, ἢ πόλιν κατασκαφὰς
Θέντες, λάπαξαι δῶμ' Καδμείων βίᾳ,
Ἢ γᾶι θανόντες τᾶιδε φυράζειν φόνῳ.

De capro Pauſanias lib. I. ἐπὶ κάπρῳ κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν εἰς τὸ ὀλυμπίων ἀγῶνα ἔστω σφᾶς παρ' αὐτῶν κακούργημα. Rite autem ſanguinem deguſtabant, quo plus poſſet exſecratio: ſic apud Maronem Dido, cum Æneæ imprecata eſſet:

At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu avulſus Iüli,
Auxilia imploret, videatque indigna ſuorum
Funera, nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

Adjungit tandem:

Hæc precor, hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.

Ad ſanguinem iſtum alludit Tertullianus Apolog. *Neſcio quid & ſub Catilina tale deguſtatum eſt.* Et Minutius Felix Octavio: *Hodieque ab ipſis Latiaris Jupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum eſt, mali & noxii hominis ſanguine ſaginatur. Ipſum credo decuiſſe ſanguinis fœdere conjurare Catilinam.* Vide Statium V. Thebaid. ubi in ſanguine vivo conjurant matres, & fœdus interfecti infantis ſanguine ſanciunt. *Putſchius. Sanguinem.*] Tacitus in Nerone: *mos eſt regibus, quoties ſocietatem incunt, implicare dextras, pollicesque inter ſe vincire, nodoque perſtringere, ubi mox ſanguis in extremos artus ſuffuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Sanguinem.*] Non eos quidem improbo, qui multa hic cumulant exempla nationum, fœdera ſancientium ſanguine, tantum dico alio fine factum à Catilina. Alii enim nihil ſe peccare putabant, interfecto aliquo, cujus cruorem haurirent. at iſtud conjuratis pro ſceleſtiſſimo erat, eoque crimine capitis incurrerant noxiam. Itaque excogitatum potiſſimum ipſis, ne poſſent fallere. Videantur diſcurſus mei ad locum Tacit. lib. IV. hiſtor. occiſis legatis, quo minore ſpe veniæ

cumtuliſſe; inde, cum poſt [1] exſecrationem omnes [2] deguſtaviſſent, ſicuti [3] in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, [4] aperuiſſe conſilium ſuum, [5] atque eo dictitare feciſſe, quo inter ſe [6] magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conſcii. nonnulli ficta & hæc, & multa præterea exiſtumabant ab iis, qui [7] Ciceronis invidiam, quæ poſtea orta eſt, leniri

veniæ creſceret vinculum ſceleris. *Gruterus.*

* *Vino permixtum.*] Puto & hoc peregrini moris fuiſſe, ut fœderis ſancien di vinum alter alteri propinaret. Exempla hujus rei poſterioribus etiam temporibus ſuppeditat Paulus Diaconus de rebus geſtis Longobardorum. Sane apud Homerum Od. γ. vini meri poculum epotum fœdus confirmat, cum dicit:

Οἶνον δ' ὡς κρητῆρι ἀφυσσάμενοι δεπάεσσιν. *Coler.*

† *Pateris.*] Poculi genus patens, cujus in conviviis & in ſacris uſus erat. Cic. *Patera qua mulieres ad res divinas uterentur.* Græcis phiala. Iſidor. lib. 20. cap. 5.

‡ *Circumtuliſſe.*] Hoc verbum etiam ad ſacra pertinet. De quo vide Nonium Marcell. & Servium ad 6. Æneid. *Coler.*

1 *Execrationem.*] Id eſt, omnium malorum imprecationem, quæ ſcilicet in ſe ipſos imprecati ſunt, ni quod promiſerant, efficerent. *Zanch.*

2 *Deguſtaviſſent.*] Libationem in ſacris tacite innuit, quæ in ſacris ſolennibus uſitata erat. *Thyſ.* Poſt immolationem enim victimæ vinum aſpergebat ſacerdos, ſed priuſquam id effunderet, ſimpulo aut ſimpuvio ligneo vel fictili admodum parvo, & ipſe leviter delibabat, & aſtantibus guſtandum deferebat, ut pariter libarent. Vocabatur hic ritus libatio. Hinc libare paſſim apud probatos auctores deguſtare. Virg.

Purpureoſque metunt flores & flumina libant.

3 *In ſolennibus ſacris.*] Solennia ſacra dicebantur, quæ certis temporibus anni fieri ſolerent. Verum non eſt credendum, Romanos in ſolennibus ſacris humanum ſanguinem deguſtare ſolitos fuiſſe. quamvis (ut multi ſcribunt) Saturnus & Latiaris Jupiter humana hoſtia placarentur. Dicemus igitur, vinum, aut quidpiam ſimile circumferri ac deguſtari ſolitum fuiſſe. *Caſt.*

4 *Aperuiſſe.*] Tò *dicitur*, ex gloſſa irrepſiſſe videtur. Neque enim eſt in vetuſtis, & eleganter citraque detrimentum ſenſus abeſt. *Riv.*

5 *Atque eo dictitare.*] Libri nonnulli manuſcripti, *atque eo dictam rem feciſſe.* in manuſcripto noſtro, qui olim fuit Fr. Caſtrinii Narbonenſis, expreſſe *atque eo dictitante feciſſe.* quod non improbandum videtur. *Thyſ.*

6 *Magis fidi.*] Ut enim Thucydid. l. 3. Τὸ ἀνάπαλιν δὲ πίστιν ἐς συμμαχίαν, id eſt, mutui metus æqualitas ſola facit ſocietatem fidelem. Et Tacitus lib. VI. Annal. dicit: *ex ſcelere metus, ex metu conſilium capitur.*

7 *Ciceronis invidiam.*] Id eſt, odium. Ex Cicerone conſtat hanc invidiam eodem anno ortam eſſe. nam Q. Metellus Nepos, Tribunus plebis, pridie Kal. Jan. Ciceronem conſulem magiſtratu abeuntem concionis habendæ poteſtate privavit. Ipſe Cicero conqueritur lib. V. Famil. Epiſt. Ep. 11. ad Q. Metellum Celerem Galliæ Proconſulem, cum dicit, *deinde ſi qua ego in re fratri tuo Reip. cauſa reſtiterim, peto ut mihi ignoſcas. Tam enim ſum amicus Reipubl. quam qui maxime. Si vero meam ſalutem, contra illius impetum in me crudeliſſimum defenderim, &c.* & paulo poſt, *atque ille, quod te audiviſſe credo, pridie Kal. Jan. qua injuria nemo unquam in aliquo magiſtratu*

leniri credebant, atrocitate ſceleris eorum, qui pœnas dederant. nobis ea res pro magnitudine [1] parum comperta
*23 eſt. [2] Sed in ea conjuratione fuit [3] Q. Curius, natus [4] haud obſcuro loco, [5] flagitiis atque facinoribus [6] coopertus: quem

giſtratu improbiſſimus civis affectus eſt, ea me conſulem afficit, cum Remp. conſervaſſem, concionis habendæ poteſtate privavit. Gliſcens invidia tandem plane erupit. & quinquennio poſt ejus conſulatum à P. Clodio in exilium miſſus eſt. De hac invidia contumeliaque conqueritur Cicero Pro P. Sextio. *Bonn.* M. autem Tullius non tam ſupplicio conjuratorum præſentiſſimum ſibi conflaverat odium, quam quod Clodium hominem multis ſceleribus inquinatum fruſtra accuſaſſet. M. quoque Craſſus aperte Ciceronem oppugnabat, quod conjurationis contumeliam ſibi à Cicerone, ut & poſtea Salluſtius refert, impoſitam crederet. Accedebat & Cæſaris dubia voluntas. Itaque Clodii potiſſimum artibus in exilium pulſus. quanquam enim juventus pro illo intercederet, ordo equeſtris ſimul cum illo veſtem mutaret, ſenatores fremerent, prævaluit tamen paucorum potentia. Clodius poſt exceſſum ex urbe, cum & antea populus illum luto inquinaviſſet, illi ſcivit exilium, aqua atque igne interdixit, vetuitque, ne quis eum intra quingenta millia paſſuum ab Italia ædibus ſuis reciperet, villam domumque ejus igne violavit, bona haſtæ ſubjecit. Vide Plutarch. in Cic.

1 *Parum comperta.*] Parum explorata. Nam cum tanta eſſet rei magnitudo, profecto eſſet nobis manifeſta. quapropter comprehendi poteſt, mendacem & falſum eſſe in conjuratione Catilinæ. *Vall.*

2 *Sed in ea.*] Ad id reſpicit quod ſuperius dixit, *Arbitris procul amotis.* putabant quidem omnes arbitros & revelatores procul eſſe amotos: ſed non fuerunt amoti, quia unus interfuit ſcilicet Quintus Curius, qui revolavit. & hoc eſt, *Sed in ea conjuratione.* Idem.

3 *Q. Curius.*] *Quinti* dicebantur qui quinto loco nati erant: ut Franc. Robortellus, vir multæ eruditionis, & hac ætate noſtra inter doctos facile princeps, in libro ſuarum Annotationum ſcribit. *Zanch. Q. Curius.*] Citat Marcellus hunc locum, ſed ibi perperam *Q. Curtius* excuditur. Apud Ciceronem vero lib. 1. ad Atticum legitur *Torius* pro *Curius* Coler.

4 *Haud obſcuro loco.*] Nobili familia.

5 *Flagitiis & facinoribus.*] Putavi pro *facinoribus* legendum *fœnoribus:* tum quod ita legit Gellius lib. IV. cap. 17. tum etiam quod dixerit *flagitiis*, ſupervacaneum videatur *facinoribus*. Verum Nonii me auctoritas à mutatione deterret. nam in verbo *facinus*, hunc locum recitat. Præterea differunt omnino *facinora* à *flagitiis*, nam & *facinus* interdum bonum eſt, & cum eſt malum majus habet quiddam quam *flagitium*. At ſuperius quoque non uno loco *flagitium* & *facinus* conjunxit Salluſtius. Flagitioſiſſima quoque facinora appellat in Jugurtha *Ald. Manut.*

6 *Coopertus.*] Sic Jugurthino; *inopem & coopertum miſeriis effecit.* Horat.

Famoſiſque Lupo cooperto verſibus. —— Tacitus Annal. 3. *Ne quis vita probroſus, & coopertus infamia, provinciam ſortiretur.* Cato apud Gellium libro 13. cap. 23. *Quum nefarium facinus pejore facinore operire poſtulas.* Ciacon. *Coopertus.*] Non leviter tinctus, ſed plane imbutus.

* *Cenſores.*] Cenſuræ initium fuit, rei à parva origine ortæ: quæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, Senatus Equitumque centuriis decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus, publicorum jus, privatorumque locorum, vectigalia populi

quem *Cenſores ſenatu [1] probri gratia [2] moverant. huic homini non minor [3] vanitas inerat, quam audacia. neque reti-

puli Rom. ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum autem initium ejus eſt, quod in populo per multos annos non cenſo, neque differri cenſus poterat: neque conſulibus, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negocium agere. Quare coſſ. M. Geganio Macrino iterum, T. Quinto Capitolino quintum conſule, primi cum à primoribus civitatis ſpretus honor eſſet, Papyrius Semproniuſque creati fuere: qui magiſtratus, etſi à principio quinquennalis, poſtea à Marmerco Æmilio dictatore cautum fuit, ut annua & ſemeſtris cenſura foret. cujus rei cauſa ipſe Æmilius, quod veterem cenſuræ ſtatum præfinitum minuiſſet, à proximis cenſoribus tribu motus, & ærarius factus eſt, ut teſtatur Liv. lib. 4. Dec. primæ. Ad quam licet à principio admitterentur patricii tantum, poſtea effectum eſt, ut alter patricius alter vero plebeius crearetur. Demum eo dignitatis venit, ut Cenſura omnium magiſtratuum pene princeps eſſet. nam univerſæ reip. ſupremum & perfectiſſimum locum habebat. hæc cum alias res, tum vero ut mores vitaſque diſcuteret, maximo in imperio ac poteſtate erat: ut quæ de nuptiis, de liberorum procreatione, de vivendi ratione, de conviviis diligenter inquireret; nulla denique omnium cupiditatum ac illecebrarum erat, quam adoriri ac indagare non oporteret. His enim putabant longe facilius, quam publicis muneribus, aut iis quæ in oculis fiunt, hominum mores eum poſſe deprehendere, qui ſeveritate diſciplinæ, ne quis ad voluptatem uteretur, cuſtodiret, & acrius coërceret, neque patriam ac conſuetam vivendi diſciplinam tranſgrederetur. his licebat, & integrum erat, è Senatu eos ejicere, & illis equum adimere, qui flagitioſe ac intemperanter degerent. ipſi quoque ſacrificiorum precia curabant, & deſcriptionibus civium genera & reipub. officia diſtinguebant. Multa quoque Cicero in 3. de Legib. refert, & Pædianus in primo commentario, & Gellius lib. 4. cap. 20. & lib. 8. cap. 22. Et ſi quis eorum deceſſiſſet, alterum in locum ejus ſufficere religio erat. *Zanchius.*

1 *Probri.*] Cenſorum poteſtas, quia tam extraordinaria & arbitraria fuit, in nota & ignominia, non in famoſo judicio infamiaque irroganda verſabatur. Timoris cauſa, non vitæ pœna in ea erat auctoritate. Ignominia itaque non infamia notabantur. Sed quid refert, dicat aliquis, utrum infamiam quis an ignominiam contraxerit. Infames ab omni honore arcentur, neque teſtimonium dicere poſſunt, atque ita porro, ut conſtat ex ff. libris. Ignominia nihil damni fere infert niſi ruborem, ut ex Cicerone Nonius ſcribit. Ideoque è Senatu moti capite non minuebantur. Neque illorum notam tanquam rem judicatam obſervabant. Quos Cenſores furti aut captarum pecuniarum notaviſſent, hi interdum non modo in ſenatum redibant, ſed etiam ipſarum illarum rerum judiciis abſolvebantur. C. Geta cum à L. Metello & Cn. Cornelio Cenſoribus ſenatu ejectus eſſet, Cenſor ipſe nihilominus creatus eſt. Idem M. Valerio Meſſalæ contigit. Mamercus Æmilius, cum antea inter ærarios fuiſſet, dictator poſtea factus eſt. *Ærodius.*

2 *Moverant.*] Ita Codex Fabricianus. Vulgo, *amoverant.* Riv.

3 *Vanitas.*] Levitas. Apollinaris apud Gellium lib. 18. cap. 4. aſſerit, *vanos propriè dici, non ut vulgus diceret, deſipientes, aut hebetes, aut ineptos: ſed ut veterum doctiſſimi dixiſſent, mendaces, & infidos, & levia inaniaque pro gravibus & veris aſtutiſſimè componentes.* Nos autem quid hic ſignificet *vanitas*, ex ipſius Salluſtii, quæ ſequuntur, verbis facile cognoſcimus. *Caſt.*

1 *Reji-*

[1] reticere, quæ audierat, neque ſuamet ipſe ſcelera occultare; prorſus neque dicere, neque facere, quicquam penſi habebat. erat ei [2] cum Fulvia, [3] muliere nobili, [4] ſtupri vetus [5] conſuetudo. cui cum minus gratus eſſet, quod inopia minus largiri poterat, repente glorians, [6] maria, monteiſque polliceri cœpit, minari interdum [7] ferro, ni ſibi [8] obnoxia foret; poſtremo, ferocius agitare, quam ſolitus erat. At Fulvia, [9] inſolentiæ Curii cauſſa cognita, tale periculum [10] reipubl. haud occultum habuit; [11] ſed, ſublato auctore, de Catilinæ conjuratione, quæ quo modo audierat, com-

1 *Reticere.*] Colerus legit *retinere.* Futilis enim erat homo Curius: deducta nimirum metaphora à vaſis perforatis, quæ caſſa, & rimoſa non tenent ea, quæ injicis, unde & futiles dicuntur ii, qui audita non cuſtodiunt, aut retinent, ſed effutiunt. Iſidor. lib. 10. *Futilis, vanus, ſuperfluus, loquax.* ſed priorem lectionem ſervare melius eſt.

2 *Cum Fulvia.*] Pandectæ Florent. pro *Fulvia*, habent *Julia.* l. in quæſtionibus, ff. ad L. Jul. maj. ſed librariorum proculdubio hic error eſt, cui anſam dedit literarum ſimilitudo. *Popm.*

3 *Muliere nobili.*] Id eſt, nobili genere orta. Plutarchus: *Sed hoc*, inquit, *Fulvia nobili genere mulier, clam noctu profecta, Ciceroni detexit.* hanc Florus *viliſſimum ſcortum* appellat. *Zanch.*

4 *Stupri.*] Vide ſupra pag. 28.

5 *Conſuetudo.*] Ita antiqui loquebantur, pro rem habere cum aliqua. Terent. Adelphis:

Qui cum illa conſuevit prius

Ita etiam in Hecyra, & Phormione loquitur. Et Plautus in Ciſtellaria:

Eu unquam cum quoquam viro conſueviſti. Manut.

6 *Maria monteſque polliceri.*] Proverbium eſt, quod uſurpare ſolemus, cum de ingenti alicujus pollicitatione dicere volumus: idque cum quadam irriſione dicimus. *Zanch.*

7 *Ferro.*] *Ferrum* pro gladio dixit per Metonymiam, ut ex materia intelligas rem confectam. Et quanquam hæc figura Poëtis familiarior ſit, utitur ea tamen & Cicero nonnunquam, velut pro Cecina: *In aliquem advenientem cum ferro invadere.* &, *homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati.* Riv.

8 *Obnoxia.*] Vide ſupra pag. 33.

9 *Inſolentiæ.*] Id eſt, inſolitæ ſuperbiæ, & immodeſtæ jactantiæ. *Bad. Inſolentiæ.*] Badius *inſolentiæ*, in gignendi caſu legit, & codex quoque vetuſtus: quod placet propter compoſitionem, etiamſi alii ablativum exponant, propter inſolentiam. *Glar.*

10 *Reipubl.*] Aperuit enim Ciceroni. Papinianus libro 13. Reſponſ. *In quæſtionibus læſæ majeſtatis etiam mulieres audiuntur: conjurationem denique Sergii Catilinæ Fulvia mulier detexit, & M. Tullium conſulem indicium ejus inſtruxit.* Lex hæc extat l. 8. ff. ad l. Jul. majeſtat. Dicit hic Papinianus M. Tullio conſuli detexiſſe Fulviam, ſed fallitur: ex Salluſtio enim conſtat hoc factum fuiſſe ante conſulatum Ciceronis, L. Cæſare & Q. Martio Coſſ. *Coler.* Dein Salluſtius dicit, non tam Ciceroni quam pluribus evulgaviſſe. ultimo non acculavit Fulvia, ſed tantum detexit.

11 *Sed ſublato auctore.*] Id eſt, Fulvia non ſolum quæ Catilina moliebatur, ſed etiam modum & viam, qua id facinus perpetrare decreverat, ut ipſa audiverat à Curio, ſuppreſſo tamen Curii nomine, compluribus narravit. *Caſt.*

1 *Stu-*

compluribus narravit. Ea res in primis [1] ſtudia hominum [2] accendit ad conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. namque antea pleraque nobilitas invidia [3] æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebat, ſi eum, quamvis egregius, [4] homo novus adeptus foret. Sed, ubi periculum advenit, invidia, atque ſuperbia [5] poſt fuere. Igitur, [6] comi- 24.
tiis

1 *Studia.*] Favores & animos hominum.

2 *Accendit.*] Incitavit.

3 *Æſtuabat.*] Ardebat & ſtimulabatur odio, quia quodam odio populi maculari Nobilitas videbatur. *Vall.*

4 *Novus homo.*] *Novos homines* appellant ignobiles, qui nullis majoribus nullaque claritudine natalium orti, & ut auctor eſt Appianus in 2. eos *novos* Romani ſolent nominare, qui à ſemetipſis nulla majorum dignitate claruerunt. Cicero in Agraria ad Populum ſic ſcribit: *Mihi quidem apud Vos de meis majoribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum ſanguine creatos, diſciplinisque inſtitutos videtis: ſed quod laude populari, atque honoris veſtri luce caruerint.* Et paulo poſt: *Me longo intervallo prope memoriæ temporumque noſtrorum, primum hominem novum conſulem feciſtis: & eum locum, quem nobilitas præſidiis firmatum, atque omni ratione vallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, virtutique in poſterum patere voluiſtis: neque me tantummodo conſulem, quod eſt ipſum per ſeſe ampliſſimum, ſed ita feciſtis, quomodo pauci nobiles in hac civitate conſules facti ſunt.* Aliquando *novus homo* dicitur is, qui conſul factus eſt, cujus ex familia nemo ante fuit conſul, quamvis ex ea familia prætores fuerint. ut Cic. Murenam *novum hominem* appellat, cujus ex familia nemo ante fuit conſul, quamvis ex ea familia prætores fuerint. ut Murenæ pater, avus, & proavus, prætores fuerunt. *Zanchius. Novus homo.*] Is etiam dicitur, quorum majores nullis Romæ dignitatibus nobiles fuere. Alioqui Cicero 11. de LL. antiquiſſima ſtirpe ſe ortum prædicat, nimirum ex regio Volſcorum ſanguine, apud quos rex Tullus regnavit, unde Tulli oriundi. Silius:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto.

Juvenalis tamen M. Tullium municipalem Equitem appellat, tanquam ignobilem & obſcurum. ut recte interpretatur Turnebus lib. 3. cap. 9. *Coler.* Hieronymus in Euſebii Chron. lib. 11. *Cicero Arpini naſcitur, matre Helvia, patre equeſtris ordinis ex regio Volſcorum ſanguine.* Plutarchus tamen in vita Ciceronis ita loquitur: *Ciceronis vero matrem quidam Helviam tradunt claro genere & honeſta vita fuiſſe, de patre autem nihil mediocre fertur: alii enim in fullonia officina natum & educatum dicunt: alii ad Aſſpium Tullium clarum Volſcorum regem generis principium referunt.*

5 *Poſt fuere.*] Poſtpoſita ſunt.

6 *Comitiis habitis.*] Comitia fuere curiata, centuriata, tributa. Curiata omnium fere antiquiſſima, in quibus populus curiatim, hoc eſt, diviſus per curias, ſuffragia ſua dicebat. In centuriatis centuriatim populus ſuffragia ferebat. Tributa porro comitia fuerunt, cum per tribus ex regionibus & locis ſuffragium ferretur: centuriata comitia ex ſenatus auctoritate fieri oportebat, qua in tributis opus non erat, ideoque temporibus primis poſt habita comitia fiebant quoque Patres auctores, id eſt, confirmabant, quæ populus ſuffragiis ſuis juſſiſſet, donec, eo jure ſenatui adempto, conſtitutum fuit, ut antequam

tiis habitis, Conſules declarantur [1] M. Tullius, & C. Antonius.

quam haberentur comitia, in incertum comitiorum eventum Patres fierent auctores, ut Gellius docet lib. 13. c. 14. In curiatis comitiis non licuit ſuffragium ferre, niſi iis, qui in curias erant relati. Qui autem extra urbem domicilia habebant, non erant in curias relati, & proinde ferendi ſuffragium jure minime gaudebant, non licebat enim curiata habere comitia, niſi intra pomœrium. *Sigonius, alii. Comitiis habitis.*] Scilicet centuriatis, in quibus conſules & prætores iiſdem auſpiciis creabantur. Conſul enim qui in urbe erat, comitia conſularia habere ſolebat. Si autem utérque conſulum gerendis bellis ita occupati erant, ut neutri eorum Romam comitiorum cauſa venire liceret, tum ipſi, alterve eorum Dictatorem comitiorum cauſa dicebat: vel Interrex creabatur, qui conſulibus & prætoribus declaratis, abibat magiſtratu. & tradit Dionyſius lib. 9. centuriatas ſuffragiorum lationes eſſe oportere, procedentibus Senatuſconſultis, multitudine per centurias ferente ſuffragia, & poſt utraque hæc ſignis à numine & auguriis nihil adverſantibus, tunc firmas eſſe: tribules autem neque Senatuſconſulto prius facto, neque ſacris, neque auſpicibus ſancientibus perfectas una die tantum habere finem. & hæc comitia in campo Martio habebantur: quia exercitus ad urbis præſidium parabatur, dum populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus. Comitiis igitur Centuriatis populus Romanus in campum Martium ſub centurionibus & ſignis conveniebat: eratque is populus in claſſes ſex, & deinde in centum nonaginta tres centurias diſtributus, ut hæ claſſes ſecundum cenſum eſſent. Prima claſſis erat hominum maximi cenſus, in qua erant decem & octo equitum centuriæ, peditum octoginta, ſeniorum XL. & juniorum XL. & fabrum inſuper duæ. Secunda claſſis erat eorum, qui ſecundi cenſus eſſent, in qua erant viginti centuriæ. Tertia erat eorum, qui inferioris cenſus eſſent, in qua erant viginti centuriæ. Tot erant centuriæ in quarta claſſe: in qua, qui minoris erant cenſus, numerabantur. his additæ ſunt duæ centuriæ corpicinum & tibicinum. Quinta autem claſſis erat eorum qui minimi cenſus erant, quorum centuriæ erant triginta. Poſt has claſſes erant pauperrimi civium, non pauciores ipſi aliis omnibus: quorum una erat centuria in ferendis ſuffragiis. Primæ vero claſſis centuriæ primum vocabantur. in ea ſi variaret, quod raro contingebat, id eſt, ſi multis candidatis ſuffragarentur; ſecundæ claſſis centuriæ vocabantur, deinde aliæ ordine, quoad nonaginta ſeptem centuriæ (quæ major pars eſt centuriarum) alicui uni ſuffragatæ fuiſſent. autor eſt Dionyſius lib. 7. Et in his comitiis (ut idem l. 8. ſcribit) erat robur in ferendis ſuffragiis penes illuſtriſſimos, primoſque habentes cenſus, eratque rerum quiddam, quod medii ordines confirmarent. Ordo autem ultimus, in quo plurima pauperrimaque pars plebis ſuffragium ferebat, unius ſuffragii potens erat. Et eſt ſciendum, de majoribus magiſtratibus bina comitia haberi ſolita: ſcil. centuriata & tributa. nam ſæpe legimus apud ſcriptores, Tribus quoque feciſſe conſules & cenſores. Valerius Max. lib. 2. cap. 9. §. 6. *Salinator vero*, inquit, *quatuor atque triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit, quod cum ſe damnaſſent, poſtea Conſulem & Cenſorem feciſſent.* Zanch.

1 *M. Tullius, & C. Antonius.*] Cicero conſul omnium conſenſu factus eſt: ſed Antonius pauculis centuriis Catilinam ſuperavit, cum ei propter nomen patris paulo ſpecioſior manus ſuffragata eſſet, quam Catilinæ. auctor eſt Pædianus. Cicero in Piſonem: *Me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas, non prius tabella quam voce priorem conſulem declaravit.* Anno urbis conditæ

tonius. quod factum primo [1] populares conjurationis [2] concuſſerat. neque tamen Catilinæ [3] furor minuebatur; ſed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam, ſua, aut amicorum fide ſumtam mutuam, [4] Fæſulas ad [5] Manlium quemdam portare; qui poſtea princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cujuſque generis homines adſciviſſe ſibi dicitur; mulieres etiam aliquot, [6] quæ primo [7] ingentes ſumptus ſtupro corporis [8] toleraverant: poſt, ubi ætas tantummodo quæſtui, [9] neque luxuriæ modum fecerat, [10] æs alienum grande conflaverant. per eas ſe Catilina credebat poſſe, [11] ſervitia urbana ſolicitare, [12] urbem incendere, viros earum vel adjungere ſibi, vel interficere. Sed in his erat [13] Sempronia, quæ 25
multa

ditæ ſeptingenteſimo Cicero conſul fuit, ut ſcribit Plinius lib. 9. cap. 39. *Idem.*

1 *Populares.*] Id eſt, fautores conjurationis. *Idem.*

2 *Concuſſerat.*] Turbaverat.

3 *Furor.*] Id eſt, licet conjurati metuerent, quod Cicero conſul deſignatus eſſet, tamen Catilina ſolus non timuit, ſed magis magiſque furor ejus accendebatur, ut conjurationem hanc in actum deduceret. *Bonn.*

4 *Fæſulas.*] Fæſulas ab Atlante conditas, eaſque ab ejus filia Fæſula appellatas eſſe, Politianus contendit lib. 1. Epiſtolarum. Multas autem coloniaș huc à Sulla deductas ſignificat. Campos eos qui inter Fæſulas & Aretium jacent, maxime opulentos eſſe frumenti, pecoris, omniumque rerum copia, Livius ſcribit. modicus hodie vicus non procul à Florentia eſt. Vide Cluver. 2. Ital. lib. cap. 3.

5 *Manlium.*] Quidam legunt *Mallium.* Hunc centurionem Catilina elegit, quod rei militaris peritiſſimus, & præcipuæ audaciæ homo erat. Plutarch. de militibus Sullanis, qui per Hetruſcas urbes ſparſi erant, ſic ſcribit: *Manlium ubi ſibi ducem nacti, virum qui ſub Sulla quondam ſtrenue militaverat, ac ſplendide.* Dion libro 37. *Zanch.*

6 *Quæ mulieres primo.*] Id eſt, dum earum ætas viridis erat. *Idem.*

7 *Ingentes ſumptus.*] Cum enim nobiles eſſent, & forma inſignes, multos in ſui amorem alliciebant, & hoc pacto multum pecuniæ lucrabantur. *Idem*

8 *Toleraverant.*] Id eſt, pares erant ſumptibus ex quæſtu meretricio.

9 *Neque luxuriæ.*] Id eſt, intemperantiæ tam in veſtitu, quam in victu.

10 *Æs alienum grande.*] Vide ſupra p. 38.

11 *Servitia urbana.*] Servos urbanos. Scriptores *ſervitia* pro ſervis, & *miniſteria* pro miniſtris frequenter ponunt. *Zanch.*

12 *Urbem incendere.*] Statuerant conjurati duodecim urbis opportuna loca incendere, ut cum pop. ad extinguendum incendium occupatus eſſet, ipſi facilius, quos vellent, interficerent, & hoc pacto remp. occuparent. *Idem.*

13 *Sempronia.*] Mulieribus non fuiſſe prænomina, docet Plut. in C. Marii vita. appellabantur autem vel gentis nomine, ut Licinia, Cornelia, Sempronia: vel cognomine, ut Metella, Lepida. Feſtus vero ait: *Prænominibus fœminas*

multa ſæpe virilis audâciæ facinora commiſerat. hæc mulier [1]genere atque forma, præterea viro atque liberis ſatis fortunata fuit: litteris Græcis & Latinis docta; [2]pſallere, & ſal-

minas quoque eſſe appellatas, teſtimonio ſunt Cæcilia & Tarratia, quæ ambæ Cajæ ſolita ſunt appellari: pari modo Lucia, & Titia. Zanch. *Sempronia.*] Hanc volunt quidam uxorem fuiſſe D. Bruti, Salluſtii verbis (ut puto) decepti. verum Bruti uxor Polla fuit, ut eſt apud Ciceronem Epiſtol. familiarium lib. 8. & 11. Sed quod me maxime movet (nam & alias uxores habere potuit) eſt, quod tum Brutus adoleſcentulus erat, ut ex Cæſare lib. 7. de bello Gallico diſcimus. Sempronia vero ætate grandior, vel potius, vetula à Salluſtio deſcribitur. Quare nullo pacto credere poſſum, illam Bruti fuiſſe uxorem: niſi quempiam alium Brutum, Salluſtium intellexiſſe dicamus. Cujuſdam Semproniæ Tuditani filiæ, & Clodii ſocrus, meminit Aſconius in orat. pro Milone. ſed & aliæ Semproniæ fuerunt eodem tempore. *Caſt.*

1 *Genere.*] Quia nobili & patricio genere orta eſt, ſcilicet ex nobiliſſima Semproniorum familia. *Zanch. Genere.*] Sempronia enim gens admodum nobilis fuit. Inter primos fuit A. Sempronius Atratinus Coſ. cum M. Minucio anno CCLVI. ut ſcribit Caſſiodorus, Liv. lib. 2. Dionyſius lib. VI. & II. Coſ. eodem collega anno CCLXII. ut teſtantur Caſſiodorus, Livius, Dionyſius lib. VII. fuit & A. Sempronius tribunus militum anno CCCIX. cujus meminit Dionyſius lib. XI. & Liv. lib. IV. fuit & C. Sempronius Atratinus conſul cum Q. Fabio anno CCCXXXIX. Livius lib. IV. & Valerius lib. III. c. II. & lib. VI. cap. V. cum Volſcis ad Verruginem male pugnaſſe ſcribit. fuit & genere clarus L. Sempronius A. F. Atratinus, conſul cum L. Papiſio, anno CCCIX. ut teſtantur Caſſiodorus, Dionyſius lib. XI. Livius lib. IV. item Cenſor eodem collega anno CCCX. Cicero lib. Epiſtol. IX. & A. Sempronius L. F. Tr. Mil. anno CCCXXI IX. & aliquoties poſt, ut Livius teſtatur lib. IV. denique A. Sempronius A. F. L. N. Atratinus, magiſter Equit. T. Quinct. Dictat. anno CCCLXXIV. Livius libro VI. *Strein.* Hinc apparet quod Sempronia primum gens patricia fuit, quamvis poſtea plebeiam factam velint. Ejus in nummis, quos habemus, familiæ tres reperiuntur, Atratinorum, qui patricii fuerunt, Gracchorum, qui plebeii, Pitionum, quos plebeios item fuiſſe arbitror. In æreo quodam nummo mentio quoque fit L. Sempronii Atratini, qui anno DCCXVII. in M. Antonii iterum conſulis Cal. Jan. abdicantis locum factus eſt. Dio lib. XLIX. Qui & poſtea Antonianarum partium fuit. *F. Urſin.*

2 *Pſallere & ſaltare.*] Quidam libri habent, *pſallere & cantare.* Tamen ſequor lubentius antiquiſſimum Fulvii librum, in quo diſerte ſcriptum video *pſallere & ſaltare.* nam *pſallere* non idem eſt, quod ſaltare, ſed potius fidibus canere. Itaque dixit Gellius lib. 19. cap. 9. *deſideravit exhiberi, quos habere eum ſciebat ſcitiſſimos utriuſque ſexus, qui canerent voce, & qui pſallerent.* non enim neceſſe erat dicere, *canerent voce,* niſi & in verbo *pſallerent* cantus ineſſet. Itaque, ut diſtingueret, dixit, *canerent voce.* præterea pſaltriam & fidicinam æque dici non ignoramus, & ψάλλω pro canto, ψαλμὸς pro cantu dicitur. Atque hanc lectionem ipſe quoque Macrobius lib. 3. agnoſcit. *Ald. Manut. Pſallere,* proprie fidibus canere. Muſicæ ad animi affectus movendos magna vis erat. Aliquando enim ad fletum magis & triſtitiam moventur mortales, ut eo cantu, qui mixta Lydia vocatur. remiſſiore animi fiunt molliores: alio concentu media & conſtantiſſima ratione afficiuntur. quod ex concen-

& ſaltare elegantius, [1] quam neceſſe eſt probæ: multa alia, [2] quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt, ſed ei cariora ſemper omnia, quam decus, atque pudicitia fuit. pecuniæ, an famæ minus parceret, haud facile diſcerneres; lubidine ſic accenſa, ut ſæpius peteret viros, quam peteretur. ſed ea ſæpe antehac fidem [3] prodiderat, creditum [4] abjuraverat, cujus conſcia

concentibus ſolus Doricus efficere videtur; Phrygius furorem infert. Hæc enim recte ab iis traduntur, qui in hac diſciplina verſati fuêre. Ariſt. lib. 8. Pol. cap. v. vide & Athenæum libro XIV. cap. x. & XI. & Glareanum de veter. muſic. qui Dodecachordon ſcripſit, erat enim modus vel Dorius, vel Phrygius, vel Lydius, qui Hyperphrygius Martiano Capellæ dicitur, vel mixolydius, qui Hyperlydius Martiano Capellæ, vel Æolius, qui & Jaſtius Apuleio & Capellæ, vel hyperæolius, vel hypodorius, qui eſt hypermixolydius Ptolemæo, hypophrygius, qui hyperæolius Mart. Capellæ, vel hypolydius, vel hypomixolydius, qui Hyperiaſtius, vel hyperionicus Capellæ, hypoionicus, qui hypoiaſtius Capellæ, denique hyperphrygius, qui hyperlydius eſt Politiano, ſed ceſpitat. quorum omnium modorum exempla adducit idem Glareanus. Sunt autem VI. modi principes & recti, ſex vero plagii. Ita & Plato cum ſæpe modorum meminerit, quos harmonias vocat lib. III. de Rep. VI. modos principes nominat, quibus ſi plagios ſingulos dabimus, quis neget eſſe XII. modos? Atque ita Ariſtoxenus poſuit. quamvis paulo aliter Capella & Boëthius. Nuper ad Alypium, alioſque veteres muſicos eruditas notas edidit Meibomius. *Glar. Saltare.*] Saltus Romanis ſecus atque Græcis indecorus habitus eſt. Cicero tamen l. 3. de orator. ſaltationis duo genera eſſe ſignificat, alteram ſcenicam & hiſtrionicam, quæ infamis & viro indigna eſt: alteram virilem, quæ ab armis aut palæſtra ſumpta eſt, quæ forti ac virili laterum inclinatione fiat. Hanc Quintilianus lib. I. cap. II. veteribus Romanis dedecori fuiſſe negat. Lacedæmonios quoque ſaltationem quandam tanquam ad bella utilem habuiſſe inter exercitationes ſcribit. *Zanch.* Duo ſaltationis honeſtæ genera ponit Plato l. 3. de Leg. πυῤῥίχη, qua utebantur in bello, καὶ ἐμμελείαν, qua utebantur in pace. Etiam in bello ἐμμέλειαν ὀρχηθμῶν meminit Homerus Iliad. 13. vide Athenæum lib. 14. cap. 12. & Plutarch. in convival. quæſt. de ſaltatorio item orbe Turneb. libro 4. Adv. cap. 2. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

1 *Quam neceſſe eſt probæ.*] Id eſt, quam conveniret honeſtæ & pudicæ mulieri. *Zanch.*

2 *Quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt.*] Nam canere, pſallere & ſaltare, ſunt inſtrumenta luxuriæ, quibus adoleſcentium animi ad libidinem incitantur. Unde Horatius lib. 3. ode 6.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo: & fingitur artubus
Jam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia luminibus remotis. Idem.

3 *Prodiderat fidem.*] Id eſt, perfida fuerat, non ſervando fidem ſuam. *Vall.*

4 *Abjuraverat.*] Juramento enim cauſa decidebatur. perjurio autem nulla jure civili pœna impoſita. Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habere credebatur. vide Cujac. libro 2. Obſerv. & Duaren. ad tit. de Jurejur. atque inde Cic. II. de LL. ſcribit perjurii pœnam divinam exitium eſſe, humanam tantum dedecus. Nam à cenſoribus

conſcia fuerat, luxuria atque inopia præceps [1] abierat. verum ingenium ejus haud abſurdum: [2] poſſe verſus facere; jocum movere; ſermone uti vel modeſto, vel molli, vel procaci. prorſus [3] multæ facetiæ, [4] multuſque lepos in-
26 erat. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proxumum annum conſulatum petebat; ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex voluntate Antonio uſurum. neque interea quietus erat, ſed [5] omnibus modis inſidias parabat Ciceroni. neque illi tamen ad cavendum [6] dolus, aut aſtutiæ deerant. namque à principio conſulatus ſui, multa per

ribus tantum notabantur perjuri. In eundem fere modum diſſeruit in Senatu Tiberius, ut teſtatur Tacitus 1. Annal. cum Rubrius argueretur violaſſe perjurio nomen Auguſti, jusjurandum perinde æſtimandum, quam ſi Jovem fefelliſſet: Deorum injurias Diis curæ eſſe. Olim igitur Cenſores tantum notabant perjurium: hinc Cic. III. offic. nullum vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt, & id indicant leges XII. tabularum, indicant ſacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte devincitur fides: indicant notationes animadverſioneſque cenſorum, qui nulla de re diligentius quam de jurejurando judicabant. Sempronia itaque abjuraverat debitum, id eſt, pecuniam quam mutuo acceperat, nunquam ſe accepiſſe juramento affirmabat. Itaque attriti pudoris fœmina divina humanaque omnia flocci pendebat. *Thyſ.*

1 *Abierat præceps.*] Iverat in ruinam. *Zanch.*

2 *Poſſe.*] In quibuſdam Mſſ. hæc vox abeſt, & non male.

3 *Multæ facetiæ.*] Multæ urbanitatis & gratiæ. Quintilian. ait: *facetum quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere: neque enim diceret Horatius, facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio.* Decoris hanc magis & exultæ cujuſdam elegantiæ appellationem puto. *Zanch.*

4 *Multuſque lepos.*] Multa feſtivitas ac venuſtas in dictis. *Idem.*

5 *Omnibus modis inſidias parabat.*] Cicero in 4. invect. in Catilinam: *Ego*, inquit, *ſum ille conſul P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur, non campus conſularibus auſpiciis conſecratus, non curia ſummum auxilium omnium gentium, non domus communne perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique hæc ſedes honoris, ſella curulis, unquam vacua mortis periculo atque inſidiis fuit.* Et in prima: *Quoties tu me deſignatum, quoties tu me conſulem interficere voluiſti? quot ego tuas petitiones, ita conjectas, ut vitari poſſe non viderentur, parva quadam declinatione, & (ut ajunt) corpore effugi? nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore. neque tamen conari ac velle deſiſtis. Quoties jam tibi extorta eſt ſica de manibus? Quoties vero excidit caſu aliquo, & elapſa eſt? tamen ea carere diutius non potes. quæ quidem quibus abs te initiata ſacris ac devota ſit neſcio, quod eam putas conſulis in corpore poſſe defigere.* Idem.

6 *Dolus.*] Solertia. Ulpianus Digeſtorum libro 14. de Dolo malo ſic inquit: *Non fuit autem contentus prætor* dolum *dicere, ſed adjecit* malum: *quoniam veteres etiam* bonum dolum *dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maxime ſi adverſus hoſtem latronemve quis machinaretur.*

1 *Anto-*

ta per Fulviam pollicendo, effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. ad hoc, collegam suum [1] Antonium [2] pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempublicam [3] dissentiret, circum se præsidia amicorum, [4] atque clientum occulte habebat. Postquam [5] dies Comitiorum venit, & Catilinæ neque petitio,

1 *Antonium.*] Cum Antonius multis necessitatibus circumventus esset. nam & in priore consulatus petitione, sicuti alibi vidimus, Catilina sperabat, si cum Antonio consul factus esset, cum eo se initium belli gerendi facturum.

2 *Pactione provinciæ.*] Creatis consulibus, provinciæ nominabantur, ut eas vel ipsi inter se compararent, sortirenturve, quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret: vel si in deligendis provinciis non convenirent, extra sortem Senatus decerneret: quod lege Curiata cavebatur, ut Senatus contra legem Curiatam sine sorte provincias designaret: aut si Senatus aversaretur, quod nonnunquam evenit, per populum agi poterat, ut extra ordinem consuli provincia daretur, tametsi utrunque consulem in eandem provinciam cum exercitu profectum legamus: optionem tamen deligendæ provinciæ extra ordinem collegæ dari, aut suam permutare cum collega, absque Senatus decreto, antiquo more non licebat. *Pactione provinciæ.*] Cicero in Pisonem: *Ego Antonium collegam cupidum provinciæ, multa in rempub. molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi.* Plutarch. in Ciceronis vita: *Sed purgavit id Cicero, cum provinciam Macedoniam illi decerni jussisset, & sibi Galliam, quam simulatione & Antonii gratia petitam confestim dimisit.* Creditum est, & hunc consilii Catilinæ haud fuisse ignarum, sed ob æs alienum eam rem non ingrate tulisse. Dion vero lib. 37. aliam videtur assignare causam, cur ei Macedoniam provinciam concessisset. *Zanch.*

3 *Dissentiret.*] Est in manuscriptis omnibus, quos ipse viderim, *Sentiret*, neque sensus id repudiat. Tametsi ne alterum quidem displicet, si subaudias, *ab ipso.* Riv.

4 *Atque clientum.*] Erat ipsa clientis cum patrono ea necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: viciſſimque ipsi patronos suo præsidio in periculis defenderent, & omni observantia atque obsequio colerent ac venerarentur. Plutarch. in Romuli vita; *Alios ex multitudine potentes elegit, eosque patronos nuncupavit, illos autem clientes, magnaque illos inter se benevolentia devinxit, quæ maximas necessitudines productura foret. hi hominibus oppressis, & judicio circumventis, in obtinendo jure suo, & causæ actores & patronos, & moderatores consiliorum omnium se præbebant: illi vero hos observabant, non honoribus tantum, sed etiam copiis suis in filiabus locandis, & in dissolvendo ære alieno.* Patronum quoque in clientem, & clientem in patronum testimonium dicere lex nulla, nec magistratus cogebat. Vide & Gell. lib. 5. cap. 13. *Zanch.*

5 *Dies comitiorum.*] Vide supra. *Dies Comitiorum venit.*] Decreverat enim Catilina in ipsis comitiis Ciceronem interficere, sed cum id præsensisset, præsidio amicorum atque clientum conatus illius compressit. Cicero in oratione quam habuit contra Catilinam in Senatu: *Cum*, inquit, *proximis comitiis consularibus me consulem in Campo, & competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus, amicorum præsidio & copiis, nullo tumultu publice concitato: denique quotiescunque me petiisti,*

titio, neque [1] insidiæ, quas consuli fecerat, prospere [2] cessere; constituit bellum facere, & [3] extrema omnia experiri; quoniam, quæ occulte tentaverat, [4] aspera, fœdaque
27 evenerant. Igitur [5] C. Manlium Fæsulas, atque in eam partem

tiisti, per me tibi obstiti. Idem pro Murœna: *His tamen verbis commotus, & quod homines jam tum conjuratos cum gladiis in Campum deduci à Catilina sciebam, descendi in Campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum: & cum illa lata, insigniquelorica, non quæ me tegeret, (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum petere) verum ut omnes boni animadverterent, & cum in metu & periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem præsidiumque manu concurrerent.* Zanch.

1 *Insidiæ.*] Proprie dictæ ab insidendis viis & locis, ut Græcorum ἐνέδραι. Festus: *insessores, latrones, qui circa vias insidiantur, sidentes. Græcis eadem notione* ἔφεδροι. *Insidiæ quas consuli.*] Gruterus legit ex Mss. quibusdam: *neque insidiæ, quas consulibus in Campo fecerat, prospere cessere.* neque absurdum est ita legere, quandoquidem cum Dionis Historia conveniunt. per *Campum* autem proculdubio Campum Martium intelligit, quod Marti sacer esset, sicuti apud Athenienses Areopagus. Campus autem ille à vicinitate fluvii, cui à septentrione adjacet, etiam Tiberinus vocatur, fuit ager Tarquinii, post exactionem ejus dicatus Marti. hunc plenissime describit lib. v. Strabo. Quamvis autem Appianus Nicomediensis multos enumerat celebres campos, fama tamen omnes vincit Tiberinus. Incepit ab eo loco, ubi nunc S. Laurentius in Lucina, usque ad pontem Mulvium extensus. Quæ in eo ludicra & exercitia fierent, Horat. l. 1. carm. od. VIII. describit:

— *cur apricum*
Oderit campum, patiens pulveris atque
Solis?
Cur neque militares
Inter æquales equitet, Gallica nec lupatis
Temperet ora frænis?
Cur timet flavum Tyberim tangere? cur olivum
Sanguine viperino
Cautius vitat? neque jam livida gestat armis
Brachia: sæpe disco,
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

In eundum tribus convocabantur ad Comitia, ut novos Magistratus crearent. In Campo tumultu exorto, delectus habebatur. In Campo clari viri mortui cremabantur, ut Sulla, Hircius, Pansa. Nunc pars ejus mœnibus inclusa, & variis ædificiis occupata est. Campi autem solius nomine, propter celebritatem Martius intelligitur. *V. Fabric.*

2 *Cessere.*] Id est, cesserunt, evenerunt prospere: sed adverse & contra votum. *Badius.*

3 *Extrema omnia.*] Omnia mala aut pericula extrema, hoc est, mortis. *Idem.*

4 *Aspera fœdaque.*] Aliter, *aspere fœdeque.* Cast. *Aspera.*] Quantum ad insidias, quæ non bene procedebant. *Fœda.*] Quantum ad repulsam, qua nihil fœdius. *Omnib.*

5 *C. Manlium Fæsulas.*] At supra dixit: *Manlium esse Fæsulis.* Sed intelligendum, postea eum revertisse Romam, inde Fæsulas demissum. *Cast. Fæsulas.*] Florentiæ à tribus paulo amplius millibus imminent adhuc in Apennini collibus reliquiæ antiquæ hujus inter primas Etruriæ urbis, cui nomen Fæsula; Græcis Φαισῦλαι. Latini tamen secundam syllabam corripiunt. hinc Silius:

Adsuit

Digitized by Google

partem [1] Etruriæ, [2] Septimium quemdam [3] Camertem [4] in agrum Picenum, [5] C. Julium in [6] Apuliam dimiſit, præterea

Adfuit & ſacris interpres fulminis alis Faſula:

Antiquiſſima oppidi memoria extat apud Diodor. lib. xx. in conſulatu Q. Fabii Maximi Rulliani & C. Marci Rutilii Cenſorini, anno urbis cccclxiiii. Ejuſdem mentio apud Polybium l. ii. & Livium lib. xxii. ubi de Hannibalis ex Gallia togata per Apenninum in Etruriam tranſitu narrat. Coloniam poſtea factam Romanorum auctor eſt Cicero in Catilinariis *Cluv.* Vide ſupra.

1 *Hetruriæ.*] Strabo lib. 5. *Tuſcorum finis ſub ipſis eſt montibus, qui ex Liguria in Adriaticum ſinum eos quaque verſum includit, à proprio autem mari capiunt initium, atque Tiberi Tyrrhenos itaque Romani Hetruſcos appellant, atque Thuſcos. Græci vero hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem, ſicuti traditur, dimiſit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, cum ſterilitate ac fame populus premeretur, foras filium abire juſſit. Hanc ille tandem ingreſſus oram, de ſuo vocavit nomine Tyrrheniam.* Ita & Val. Max. Vellejus Paterc. lib. i. Plutarchus, Tacitus, alii. Paulo aliter antiquiſſimus Herodotus lib. i. Hetruſci itaque Lydiæ originis putantur, unde & Tyrrheni Græcis appellati vel ab auctore Tyrrheno, vel quod Tyrrheniæ nomen celebre tum temporis per Græciam, ac totam Italiam, quæ occidentem ſpectat, nullo gentium diſcrimine illam appellationem haberet, ut auctori eſt Dionyſius Halicar. antiq. lib. i. qui ſuperiora fabuloſa exiſtimat. Hetruriam antequam à Romanis ſubacta eſſet, in xii. Principatus diviſam fuiſſe, eorum Principes Lucumones appellatos veteres teſtantur. Ex quibus Lucumonibus unus omnibus imperabat. Vide Cluver. lib. 2. Ital. cap. 1.

2 *Septimium quendam.*] De hoc nihil invenire potuimus: niſi is fuerit, quem Cicero Phil. quinta capitalem hominem appellat. *Caſt.*

3 *Camertem.*] Ex oppido Umbriæ Camerino oriundum. Ita hanc civitatem lib. 1. belli civilis appellavit Cæſar, & Cicero & Ptolemæus. Cameriam appellavit Appianus lib. v. unde oppidani Camerini appellantur. Feſtus: *Camerini cives opidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatiſſimam.* Ciceroni autem, Livio, Plinio, Silio, Frontino Camertes appellantur. Camertium quoque fœderis æquiſſimi & ſanctiſſimi ii eminerunt Cicero in orat. pro Balbo & Livius lib. viii. Cluſium quoque Etruriæ opidum ita olim appellatum Polybius docet, unde Camertes à Tyrrhenis in Umbriam ejectos, veriſimile eſt, oppidumque in ipſo Apennini ſeptentrionali latere condidiſſe cui priſcæ ſedis nomen inditum. Coloniam poſtmodo factam Romanorum patet ex Frontini libro de Coloniis. *Cluver.*

4 *In agrum Picenum.*] Umbris atque Sabinis continuantur Picentes, quorum regio dicebatur Picenum & ager Picenus. Plin. lib. iii. cap. xii. *infra Sabinos Latium, à latere Picenum, à tergo Umbria.* Vide Strabonem lib. 5. qui Sabinis oriundos tradit, pico ave duce itineris. Feſtus: *Picena regio in qua eſt Aſculum, dicta, quod Sabini, cum Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit.* Ad Picum Latinorum regem gentis originem fabuloſe deduxit Silius lib viii. In hoc tractu ſitæ olim urbes Ancona, Numana, Potentia, Ciceroni, Velleio Paterculo celebrata oppida. Vid. Cluver. lib. ii. Ital. cap. xi. & lib. iv. cap. vi. ubi de Picentinis, quos à Picentibus originem traxiſſe docet.

5 *C. Julium.*] Vetus codex habet *C. Junium.* Et fortaſſe is eſt, qui argenteo denario C. Juni C. F. deſcribitur. *Urſinus.*

6 *Apuliam.*] Apulia univerſa hiſce incluſa

ea alium alio, quem ubique opportunum ſibi fore credebat. interea Romæ multa ſimul moliri; conſuli inſidias tendere: parare [1] incendia: opportuna loca armatis hominibus obſidere: ipſe [2] cum telo eſſe, item alios jubere, hortari, uti ſemper intenti, paratique eſſent: dies, noctesque feſtinare: vigilare, neque [3] inſomniis, neque labore fatigari. poſtremo, ubi multa agitanti nihil procedit, rurſus [4] intempeſta nocte conjurationis principes convocat per [5] M. Porcium Leccam: ibique multa de ignavia eorum

incluſa fuit limitibus, à ſeptentrione Frentone amne & mari ſupero Brundiſium uſque, à meridie Iſthmo inter Brundiſium & Tarentum; tum ſinu Tarentino, à Tarento ad Bradanum uſque amnem, hinc ipſe Bradanus ad fontem uſque à Lucanis eos ſeparabat. Ab occaſu hiberno linea à Bradani fonte ad Frentonis fontem ducta ab Hirpinis diſtinguebantur. *Cluver.*

1 *Incendia.*] Duodecim enim loca urbis incendere decreverant.

2 *Cum telo.*] *Telum* eſt, proprie quod in longinquum mittitur, à Græca voce τηλόθ figuratum. hoc tamen in loco *telum* pro pugione aut gladio accipitur. *Zanchius. Telo.*] Pertinet huc quod ſcripſit Paulus JC. appellatione telorum accipi omnia, quibus ſinguli homines nocere poſſunt. Eodem modo accipitur priore capite legis, de Vi publica & Vi privata. Vel autem quemcumque gladium, vel potius ſicam intelligit, quæ facilius occultari poterat. Sica autem, ut hoc obiter addam, erat ferreus culter, vel potius gladiolus recurvatus. Hinc Suidas dixit eſſe ſicas ξίφη ἐπικάμπη. Joſephus quoque antiquitatum Judaicarum 20. tradit eos eſſe latrones utentes cultellis, qui magnitudine ſimiles erant recurvis Perſarum acinacibus. Cedrenus dicit eſſe μαχαίρας μικρὰς, ἃς ἐπιφέροντο κρυφῆ εἰς τὸ λαθραίως τοὺς συμπολίτας κόπτειν. Id eſt, *exiguas machæras, quæ occulte geſtantur, ut clanculum obvios tranſodiant.* Aprorum dentibus, comparavit Athenæus. Unde Lipſius non male harpen ſeu enſem falcatum interpretari videtur. Veriſimile itaque ſicam vel pugionem occulte geſtaſſe Catilinam; ne in omnium oculos incurreret, atque ex improviſo inſidiæ ſuccederent.

3 *Inſomniis.*] Vigiliis.

4 *Intempeſta nocte.*] Dies apud Rom. à media nocte incipiebat: cujus rei cauſam reddere conatur Plutarchus in Quæſtionibus. Ejus partes erant: Mediæ noctis inclinatio, Gallicinium, Conticinium, Diluculum, Mane, Veſpera, Prima fax, Concubia & intempeſta nox; ita dicta, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Vide Gellium lib. 3. cap. 2. & Macrobium Saturn. l. 1. cap. 3. *Caſt. Intempeſta nocte.*] Iſidorus lib. 5. *Intempeſtum eſt medium & inactuoſum tempus noctis, quando agi nihil poteſt, & omnia ſopore quieta ſunt.* Nam tempus per ſe non intelligitur, niſi per actus humanos. Medium autem noctis actu caret. Ergo intempeſta, inactuoſa, quaſi ſine tempore, hoc eſt, ſine actu, per quem dignoſcitur tempus. Gloſſarium, intempeſta, ἄωρος, ἄκαιρος, βαθεῖα, ἄκρα νύξ. *Coler.* In LL. quoque XII. tabular. habebatur, quod veſpera ſit ſuprema tempeſtas.

5 *M. Porcium Leccam.*] Is enim viatoris officium fecit, quia & in ipſius domum convocabantur. Cicero in Catilin.

rum queſtus, docet ſe præmiſiſſe Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; ſeque ad exercitum proficiſci cupere, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet: eum ſuis conſiliis multum officere. Igitur, [1] perterri- 28
tis ac [2] dubitantibus ceteris, [3] C. Cornelius, eques Romanus, operam ſuam pollicitus, & cum eo L. Varguntejus Senator, conſtituere ea nocte paulo poſt, cum armatis hominibus, [4] ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, & de improlin.

Dico, inquit, *te priori nocte veniſſe inter falcarios (non agam obſcure) in M. Leccæ domum: convenisſe eodem complureis ejuſdem amentiæ, ſceleriſque ſocios.* Idem pro P. Sulla: *Quid tandem de illa nocte, cum inter falcarios ad M. Leccam, nocte ea quæ conſecuta eſt poſterum diem Nonarum Novembris, me conſule, Catilinæ denunciatione convenit? quæ nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit, atque acerbiſſima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum cæteris manendi conditio, tum deſcriptio totam per urbem cædis atque incendiorum conſtituta eſt.* Cur autem potiſſimum delegerint hanc domum, docet Porcius Latro. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Leccæ domum, remotam ab omni celebritate, conſtipatam multitudine arbuſcularum, & ab omni ſuſpicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. quos vero ibi tetenderit conjurationis laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflaverit nobis ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat. *Zanch.*

1 *Perterritis.*] Quod viderant conſulem, virum tantæ dignitatis, eſſe tollendum de medio. *Vall.*

2 *Dubitantibus.*] Quod dubitabant conſulem interficere, cum eum aſtutiſſimum ad cavendum cognoſcerent. *Idem.*

3 *C. Cornelius eques.*] Plutarchus Marcium & Cethegum (niſi Græci codices ſint mendoſi, nam in Latinis *C. Cornelium, Marcumque Cethegum* legimus) miſſos à Catilina ad interficiendum Ciceronem ſcribit. Appianus autem Lentulum & Cethegum poſt Catilinæ diſceſſum circa auroram Ciceronem occidere voluiſſe. Verum Cicero tum loco ſuperiuscitato, tum etiam alibi affirmat, C. Cornelium illam ſibi provinciam depopoſciſſe. At de L. Varguntejo Senatore non ita conſtat. nam neque Plutarchus, neque Appianus, Varguntejum nominant: & quod me maxime movet, Cicero ipſe in oratione prima in L. Catilinam: *Reperti ſunt*, inquit, *duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.* Hæc Cicero. At Varguntejus ſenator fuit. *Caſt.*

4 *Sicuti ſalutatum.*] Mos erat apud Romanos, ut prima & ſecunda hora amicos potentes ſalutarent, tertia in cauſis & judiciis verſarentur, quarta & quinta negotiis domeſticis operam darent: ſexta & ſeptima partim quieſcerent, partim ſe ocio darent: octava ſe in palæſtra exercebant, nona vero cœnabant. quod Martial. in Epigrammate ad Euphemium oſtendit in his verbis:

Prima ſalutantes, atque altera continet hora:
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam varios exercet Roma labores,
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palæſtris,
Imperat extructos frangere nona thoros.
Zanch.

improviſo domi ſuæ [1] imparatum confodere. Curius, ubi intelligit, quantum periculum conſuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. ita illi janua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperant. Interea Mallius in [2] Etruria plebem ſolicitare, egeſtate ſimul, ac dolore injuriæ, novarum rerum cupidam; quod Sullæ dominatione, agros, bonaque [3] omnia amiſerat; præterea, latrones cujuſque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex [4] Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil [5] reliqui fecerant. Ea cum [6] Ciceroni nunciarentur; * ancipiti malo

29

perſa fuit, ut teſtatur Strabo libro v. Plin. dicit lib. III. cap. v. Tiberim non procul à Tiferno, Peruſiaque, & Ocriculo Etruriam ab Umbris ac Sabinis dividere. *Cluver.* Vide ſupra.

1 *Imperatum.*] Non paratum, improviſum, utpote qui nihil tale ſuſpicaretur, & ob id facile confodi poſſet. *Idem.*

2 *Hetruria.*] Hetruſci Latinis & Tuſci, Græcis Tyrrheni dicuntur, ut ſupra oſtendi. De quibus Plin. lib. III. c. v. *Etruria eſt ab amne Macra; ipſa mutatis ſæpe nominibus. Umbros inde exegêre antiquitus Pelaſgi, hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrificio, ritu, lingua Græcorum Thuſci ſunt cognominati.* Antiquiſſimam Etruſcorum ſedem etiam apud Tiberim fuiſſe Livius auctor eſt. *Tuſcorum*, inquit, *ante Romanorum imperium late terra marique, opes patuêre. Mari ſupero inferoque, quibus Italia Inſulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento; quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Hadriaticum mare, ab Hadria Tuſcorum colonia, vocavere Italiæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum & Hadriaticum vocant. Is in utrunque mare vergentes, incoluêre urbibus duodenis terras, prius cis Apenninum, ad Inferum mare, poſtea trans Apenninum totidem, quot capita originis erant coloniis miſſis: quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt maris uſque ad Alpes tenuêre.* Hactenus Livius. ſed poſterioribus temporibus Etruria inter Apenninum montem, Tiberim flumen ac mare inferum protenſa fuit, ut teſtatur Strabo libro v. Plin. dicit lib. III. cap. v. Tiberim non procul à Tiferno, Peruſiaque, & Ocriculo Etruriam ab Umbris ac Sabinis dividere. *Cluver.* Vide ſupra.

3 *Omnia amiſerat.*] Sulla cum regnum potitus fuiſſet, non ſolum Romæ, verum etiam in omnibus Italiæ oppidis proſcriptiones fecit, & præcipue Hetruſcorum, quod in bello Mario opem tuliſſent. nam & Appianus lib. I. ait: *Plurimæ inſuper Italorum cædes, exitia & publicationes patrabantur in eos, qui aut Carbonis, aut Norbani, aut Marii, aut eorum prætorum mandatis paruiſſent.* Zanch.

4 *Sullanis colonis.*] Livius lib. 89. ſcribit, Sullam 47. legiones in agros captos deduxiſſe, eoſque ipſis diviſiſſe, quibus libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat. Maxime autem veterani milites Sullæ Catilinam incitabant, quorum alii per totam Italiam fugitivi, plerique vero & hi bellicoſiſſimi, per Hetruſcas urbes ſparſi, oppidorum direptiones, parataſque ſibi rapinas ſomniabant. *Zanch. Colonis.*] Vide ſupra pag. 41.

5 *Reliqui fecerant.*] Id eſt, omnia conſumpſerant.

6 *Ciceroni nunciarentur.*] Plut. in Ciceronis vita: *Non parvum*, inquit, *deinde poſt tempus, cum conſcii Catilinæ in Hetruria conveniſſent, & invadendæ urbis*

permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus, aut quo consilio fore, satis compertum habebat, rem [1] ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in [2] atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, [3] ne quid respubl. detrimenti caperet. [4] ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum [5] parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios, atque cives;

urbis jam esset vicina dies, fere nocte intempesta domum Ciceronis adire, viri Romanorum primi, atque potentia freti: M. Crassus, M. Marcellus, & Scipio Metellus; hi mox pulsatis foribus, janitorem jubent dormientem Consulem excitare, & eorum adventum ipsi nunciare. Ejus rei causam hanc perhibent: Crasso peracta cœna, janitor nonnullas literas reddidit, quæ illi ab ignoto quodam viro traditæ erant. Harum aliæ aliis erant inscriptæ: unæ tantum Crasso: & hæ sine inscriptione redditæ. Crassus ergo epistola sua lecta, cum imminentem à Catilina cædem agnovisset, propterea quod admoneretur ex urbe discedere, cæteras epistolas, uti erant, obsignatas, integrasque servavit: & rei novitate perculsus, ad Ciceronem perrexit, cupiens se omni suspicione purgare, quam adversus sese ex consuetudine Catilinæ, Cicero quoque concepisset. His peractis, multa secum meditans Cicero, cum primum dies illuxit, Senatum habuit: palamque eas omnes literas, cui debebantur, exhibuit, jussitque in medium recitari. omnes in unam sententiam vertebantur, insidiarum Catilinæ nunciæ. His cognitis, Senatusconsulto summa rerum consulibus datur, ne quid resp. detrimenti capiat. quod non crebrius à Senatu agi solitum, sed cum urgentissimus metus & gravissimum discrimen imminere videretur. *Zanch.*

* *Ancipiti.*] Id est, dubio. *Anceps*, quod ex utraque parte lædit: ut periculum intra urbem, & extra urbem. *Omn.*

1 *Ad Senatum refert.*] Referre ad Senatum de re aliqua Consules, & ii, quibus Senatum cogere licebat, dicebantur, cum rem in Senatu agitandam, decernendamque proponebant, rogantes Senatorum sententias. cujus exempla apud Scriptores scatent. *Zanch.*

2 *Atroci negotio.*] Id est, cum aliquod periculum maximum immineret reip. *Vall.*

3 *Ne quid detrimenti.*] Omnia curarent consules, quæ utilia essent reipublicæ.

4 *Ea potestas.*] Cicero in Catilinam: *decrevit quondam Senatus, ut L. Opimius videret, ne quid Resp. detrimenti caperet. Vox nulla intercessit, mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones, C. Gracchus clarissimo patre natus, avitis moribus, occisus est cum liberis, & M. Fulvius Consularis simili Senatusconsulto.* Idem pro Milone: *quanquam quis non credat Cn. Pompejum juris publici, moris majorum, Reip. denique peritissimum, cum Senatus ei commiserit, ut videret, ne quid Resp. detrimenti caperet (quo uno versiculo satis armati semper Consules fuerunt, etiam nullis armis datis) hunc exercitu, hunc delectu dato judicium expectaturum fuisse in ejus consiliis vindicandis, qui vel judicia ipsa tolleret. tunc autem commissa resp. Consulibus dicebatur permissaque.* Zanch. Vide Sigon. lib. III. de antiquo jure Provinciar. cap. X.

5 *Parare.*] Id est, conscribere exercitum.

ves: domi, militiæque imperium, atque [1] judicium ſummum habere. aliter, [2] ſine populi juſſu, [3] nulli earum rerum consuli jus eſt. Poſt paucos dies [4] L. Senius Senator in ſenatu litteras recitavit, quas [5] Fæſulis [6] allatas ſibi dicebat; in quibus ſcriptum erat, [7] C. Manlium arma cepiſſe, cum magna multitudine, [8] ante diem VI. Kalend. Novembris: ſimul,

1 *Judicium ſummum habere.*] Id eſt, ut pœna capitali cives mulctare poſſent. *Zanch.*

2 *Sine populi juſſu.*] Auctoritas enim erat in Senatu, & poteſtas in populo: ut ait Cicero in 3. de Legib. Unde Senatus cenſere, & populus jubere dicebatur. Liv. lib. 7. de bello Macedonico: *Senatus eam pacem ſervandam cenſuit, & paucos poſt dies populus juſſit.* Zanchius. *Sine populi juſſu.*] Quid eſt populi juſſus? nempe plebiſcitum: at quæ ſunt res ea? coërcere omnibus modis, parare exercitum, bellum gerere, domi militiæque ſummum judicium, ac ſummum imperium habere. Ergo ſi populus juſſerit, Magiſtratibus domi militiæque hæc facere licebit? Sane, ſed extra ordinem. Quid eſt autem magiſtratum habere ſummum judicium? Nempe, ut Cic. dixit in Agraria, habere cognitionem ſine conſilio, pœnam ſine provocatione, animadverſionem ſine auxilio. *Sigon.*

3 *Nulli.*] Manuſcripta duo, *Nullius earum rerum.* Riv. *Nulli earum.*] Diverſæ ſunt hic opiniones. Alii enim *nulli* cum ſubſtantivo *Conſuli* conjungunt, ut ſit, *Nulli conſuli jus eſt.* Alii, *nullius* pro *nulli* legere malunt, niſi *nulli* antiquo more, pro *nullius* poſitum ſit: Ego tamen dativum eſſe puto, ut ſit, *Nulli earum rerum conſuli jus eſt:* pro, *In nullam earum rerum conſuli jus eſt.* Caſt.

4 *L. Senius.*] Hæc eſt antiqua & vera lectio, etſi impreſſi plerique codices habeant, *L. Servius.* Caſt.

5 *Fæſulis.*] Vide ſupra pag. 70.

6 *Allatas.*] Addit ex Martiniano Codice Popma, *à Q. Fabio:* atque per eum Q. Fabium Sangam, cujus poſtea meminit Salluſtius, intelligi exiſtimat. Sed vetus lectio rectè ſe habet.

7 *C. Manlium.*] *Mallium* legit Popma, cum antea in cunctis vulgatis impreſſiſque libris *C. Manlium* legeretur. *Malliorum* autem familia, nobiliſſima, antiquiſſimaque fuit, ex qua multi celebres viri extitere, qui ſæpius conſulatum geſſerunt. Ex his fuit, & Cn. ille Mallius, P. Rutilii collega, ut à Valerio Maximo, libro 2. traditur: apud quem tamen, omnes fere libri, *C. Manlium* habent contra veterem inſcriptionem, quæ duorum conſulum, his verbis mentionem facit: AB. COLONIA. DEDUCTA. ANNO. XC. N. F. FULLIO. DUO. VIR. P. RUTILIO. CN. MALLIO. COSS. OPERUM. LEX. II. Ne quid tamen diſſimulem, liber quidam, in pergameno deſcriptus, quem mihi utendum dedit vir doctiſſimus, meique amantiſſimus, Gulielmus Canterus, *Malium* habet, ſimplici *l*: nec aliter Plutarchus vocat in vita Ciceronis, ὅτι γὰρ ἡμέρᾳ Μάλιον ἔχοιτες. & iterum: ὡς τὸν Μάλιον. Ego tamen, *Mallium* legendum puto conſentientibus præſertim antiquis libris, & veteri inſcriptione, quam paulo ante poſui. & Canteri codex aliis in locis, nulla varietate, *Mallium* duplici *ll* profert. *Popma.* Cicero quoque *Mallium* appellat his verbis: *Meminiſtine, me ante diem XII. Kal. Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus eſſet ante VIII. Kal. Novemb. C. Mallium, audaciæ ſatellitem, atque adminiſtrum tuæ? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multo magis eſt admirandum, dies?*

8 *Ante diem VI. Calend. Novemb.*] Id eſt,

ſimul, id quod in tali re ſolet, [1] alii portenta atque prodigia nunciabant: alii, conventus fieri, [2] arma portari Capuæ,

Id eſt, ſexto Cal. Novembris. Et dicimus, *Ante diem ſextum Cal.* quaſi die ſexto ante Calendas, incluſa tamen die Calendarum. Porro Cic. orat. prima in Catilinam, de hac eadem re loquens, ita ſcripſit: *Meminiſtine, me ante diem 12. Kal. Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus eſſet ante diem octavum Kal. Novemb. C. Mallium, audaciæ ſatellitem atque adminiſtrum tuæ?* Cicero igitur octavo, Salluſtius ſexto Kal. Novemb. Mallium arma ſumpſiſſe ſcribunt. Verum exiſtimo Ciceronis locum in vulgatis libris eſſe corruptum. nam Priſcianus libro 18. *ante diem ſextum Kal. Nov.* legit: quo modo Cicero ipſe ſcripſiſſe videtur. *Caſt.*

1 *Alii portenta atque prodigia nunciabant.*] *Prodigia* (inquit Nonius) *dicuntur deorum minæ, vel iræ: portenta, oſtenta, quæ aliquid imminere ſignificant.* Servius in ſecundum Æneidos librum: *Prodigium eſt*, inquit, *quod in longum tempus prodigit ſignificationem.* Cicero de Divin. lib. 1. *Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.* Verum quæ portenta atque prodigia tunc nunciarentur, referunt Plutarchus & Cicero de Divinatione lib. 1. & orat. 3. in Catilinam: *Nam viſæ ſunt nocturno tempore faces, ardorque cæli, mota eſt terra, fulmina deciderunt:* & ut Plinius etiam lib. 2. cap. 51. Nat. hiſt. ſcribit, *Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.* hunc M. Herennium intelligens Cicero, ſic cecinit:

Aut cum terribili percuſſus fulmine civis.

Caſtil. Cicero III. Catilin. *Nam, ut illa omittam, viſus nocturno tempore ab Occidente faces, ardoremque cæli, ut fulminum jactus; ut terræ motus, cæteraque, quæ tam multa nobis conſulibus facta ſunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere Dii immortales viderentur: hoc certe, Quirites, quod ſum dicturus, neque præmittendum, neque relinquendum eſt. Nam profecto memoria tenetis, Cotta & Torquato Coſſ. complures in Capitolio turres de cæto eſſe percuſſas, cum & ſimulachra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. Tactus eſt etiam ille, qui hanc urbem condidit Romulus: quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Quo quidem tempore cum haruſpices ex tota Etruria conveniſſent, cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domeſticum, & totius urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt, niſi Dii immortales omni ratione placati, ſuo numine prope ipſa fata flexiſſent. Prodigiis.*] Prodigia à prædicendo derivare Feſti commentum eſt. Quanquam & Cicero in illam abeat partem, cum dicit 2. de Divinat. *Portentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. Quorum quidem vim verba ipſa prudenter à majoribus poſita declarant, quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia appellantur.* Falſiſſime. *Prodigium* enim dictum à *prodigo. Prodigere* enim Plauto projicere. Prodigia autem veluti projiciebantur & exterminabantur ex Republ. Etiam prodigiæ hoſtiæ dictæ, quod prodigerentur, conſumerentur. Prodigia hæc ab aruſpicibus expiabantur, imprimis inſpectis Sibyllinis libris. Livius: *Anguis ex lignea columna elapſus: cum ad publica prodigia Hetruſci tantum vates adhiberentur, ob hoc unum prodigium aruſpices in ſenatum vocati, atque ex reſponſo eorum ſupplicatio populo in unum diem indicta.* De prodigiis ſcripſit Obſequens, & Valer. Max. lib. 1.

2 *Arma portari Capuæ.*] Capuenſes poſtea Ciceronem, cujus conſilio ſervati fuerant, inaurata ſtatua donarunt, & ſibi patronum aſciverunt: ut ipſe refert

puæ, atque in [1] Apulia ſervile bellum moveri. Igitur [2] ſenatus decreto [3] Q. Marcius Rex Fæſulas: [4] Q. Metellus Creti-

fert Cicero in Oratione in L. Piſonem. *Caſt. Capuæ.*] Multa fabuloſe de urbis hujus origine Veteres. Appoſite Livius lib. IV. 37. *Creati Conſules C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res ſed memoria digna creditur eo anno facta. Vulturnum Etruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, à Samnitibus captam, Capuamque à duce eorum Capye, vel, quod propius vero eſt, à campeſtri agro appellatam tradunt. Cepere autem prius bello fatigatis Etruſcis, in ſocietatem urbis agrorumque accepti: deinde feſta die gravatos ſomno epuliſque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti.* Urbs maxima opulentiſſimaque Italiæ Livio appellatur. Et comparat, imo præfert Capuam Urbi Romanæ Cicero orat. II. contra Rullum. *Prona*, ut Livius loquitur, *ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ & terreſtris.* Unde & Hannibalis domitrix. Vid. Val. Max. lib. VIII. cap. II. Liv. lib. XXVI. *Cluver.*

1 *Apulia.*] Vide ſupra p. 72.

2 *Senatus.*] Non. Marcellus de mutata declinatione agens, *Senati decreto* hic legendum adnotavit. Quam veram eſſe lectionem reor. & ſic in altero manuſcripto fuerat. ſed & eraſum erat i. habet eodem modo exemplar Florentinum. *Riv.*

3 *Q. Marcius Rex.*] Romæ fuit Marciorum familia, qui cognominati ſunt Reges, propterea quod ab Anco Marcio, quarto Romanorum rege, erant oriundi. Tranquillus in Jul. Cæſ. cap. 6. *Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater:* & infra. & Clodii ſororis vir Marcius Rex appellatus eſt, ut ſcribit Plutarch. in Ciceronis vita. Eſt ergo cognomen familiæ, non autem ſacerdotii officium comprehendit: demiror Petrum Moſellanum, qui in Annotationibus in Noctes Atticas Gellii lib. 13. cap. 18. (ubi Rege) ſcilicet ſacrificulo exponit. Hic autem Q. Marcius conſul fuit cum M. Catone Nepote, ut ibidem Gellius ſcribit, & Plinius lib. 2. cap. 31. Livius ait: *Q. Marcius Rex Conſul Sarnios gentem Alpinam expugnavit.* Si enim conſul fuit, quî fieri poteſt ut Rex nomen ſacerdotii comprehendat? quia, auctore Plutarch. in Problem. Regi ſacrificulo (is enim eſt rex ſacrorum, ac religionum) nec magiſtratum gerere, nec concionem habere licet. Ibidem, *Romani autem regibus penitus exactis, alium rebus divinis præfecerunt, cui nec magiſtratum habere, nec jure cum populo agere permiſerunt: ut in templis ſolum conſultare videatur, & regnum propter deos ſuſtinere. Eſt igitur in comitio quoddam ſacrificii genus, quod ubi rex peregit, ex foro ſe proripit.* Zanch. *Q. Marcius Rex.*] Hic conſul fuit cum L. Metello (ut Aſconius & Cicero in L. Piſonem ſcribunt) anno, ni fallor, Urbis conditæ 685. ſolus tamen conſulatum geſſit, quoniam L. Metellus in initio anni (ut teſtatur Dion lib. 35.) mortuus eſt. Hic Marcius poſt conſulatum Ciliciam cum imperio adminiſtravit, unde poſtea triumphum petebat. *Caſt.*

4 *Q. Metellus Creticus.*] Is conſul fuit (ut memorat Aſconius in Orationem in L. Piſonem) cum Q. Hortenſio, anno ab Urbe condita 684. Cretam inde proconſul in populi Romani poteſtatem redegit: unde Creticus eſt appellatus. Sed de hoc Q. Metello plura Livius lib. 98. 99. & 100. Florus libro tertio, Plutarchus in Pompeio, Dion lib. 36. *Caſt. Q. Metellus Creticus.*] Creticus, cognomen eſt à devicta Creta. Plures enim Q. Metelli uno tempore fuerunt: ex quibus duo conſulares, Pius & Creticus: duo autem adoleſcentes, Nepos & Celer. Pædianus. *Zanch.*

1 *Apu-*

Creticus in [1] Apuliam, circumque ea loca miſſi. hi utrique [2] ad urbem imperatores erant impediti, [3] ne triumpharent, [4] calumnia paucorum, quibus omnia [5] honeſta, atque inhoneſta vendere mos erat. [6] ſed prætores * Q. Pompeius Rufus

1 *Apuliam.*] Vide ſupra.

2 *Ad urbem.*] Auctore Pædiano, omnis magiſtratus, qui intramuranus non eſt, nec urbanus, etiamſi adminiſtrator ejus Romæ eſt, ad urbem eſſe dicitur. Cic. in Verrem: *Ipſe denique Cn. Pompeius, cum primum concionem ad urbem Conſul deſignatus habuit.* Hunc locum exponens Pædianus: *Ad urbem*, inquit, *id eſt, in urbe. & ſic dici ſolet de iis, qui cum poteſtate provinciali aut nondum profecti ſunt, aut in urbem redierunt.* Zanch. *Ad urbem.*] Prope urbem: quoniam ante triumphum urbem ingredi non licebat: ut ex Appiano, bellorum Civilium lib. 2 & Plutarch. in Catone minore, diſcimus. *Caſt.*

3 *Ne triumpharent.*] Q. Metellus Creticus paulo poſt Silano & Murena conſulibus triumphavit: ut docent Paterculus libro 2. & Eutropius lib. 6. Q. vero Marcius, ſive quod non obtinuerit, ſive morte præventus (quod equidem ſciam) non triumphavit. *Caſt. Triumpharent.*] In triumphis hæc obſervabantur, ut publica fierent auctoritate, ut is, qui triumphum peteret, quinque millia hoſtium, quæ legio dicebatur, profligaſſet. Item ſi quis Imperii terminos auxiſſet, non ſi recuperaſſet, quæ antea Populi Romani fuerant. Item requirebatur, ut cum legitimo juſtoque hoſte bellum geſtum eſſet. Denique triumphabant tantum ii, qui in imperio vel magiſtratu eſſent Conſules, puta, Prætores, Dictatores. Reliquis autem, qui urbem ſine imperio intrabant, (ut Proprætores, Proconſules) ut jus quoque triumphi concederetur, ad populum ferebatur, ut eo die eſſent in imperio. De modo triumphandi non eſt hic locus multa dicendi. Audi Ciceron. in Orat. pro Muræna: *quid vincti ante currum duces? quid ſimulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid filii prætextati? quid clamor militum? quid tota illa pompa?* Proxime vero triumphantem præcedebant magiſtratus, ſubſequebantur Senatores (quem morem Cæſar violavit, paſſus enim eſt magiſtratus ſubſequi) poſtea ſequebantur milites laureati. Vide Ærod. lib. x. rer. Jud. de triumpho: qui & addit, ſicuti decernendi triumphi poteſtas ſemper penes ſenatum fuit, ita Valerio & Horatio Coſſ. ex plebiſcito indictum triumphum. Exempla item addit, cruentæ victoriæ triumphum non deberi: oſtendit idem auctor, eum qui alieno auſpicio & in aliena provincia vicit, jus triumphi non habere, de duobus triumphis ſimul non referri, deberi ei proprie triumphum, qui pacatam ac perdomitam provinciam tradidit ſucceſſori, in provincia non triumphari, ſed tantum Romæ. Porro, ſi minor eſſet victoria, non triumphus, ſed ovatio indicebatur; nimirum, ut inquit Gellius, cum aut bella non rite indicta, neque cum juſto hoſte geſta eſſent, aut hoſtium nomen humile aut minus idoneum eſſet, & ſervorum, latronum, pyratarum, (itaque Perperna non triumphavit,) aut ſi deditione repente facta & ſine pulvere victoriam quis obtinuiſſet. *Idem.*

4 *Calumnia.*] *Calumnia* à calvendo, id eſt, decipiendo, ut Priſcianus ait, dicta. *Zanch.*

5 *Honeſta atque inhoneſta.*] Id eſt, qui per fas & nefas pecuniam comparare ſtudebant. *Idem.*

6 *Sed prætores.*] Cum inter patres & plebem diu certatum eſſet, ut alter ex Conſulibus plebeius crearetur, victi tandem Patres id plebi conceſſere, plebſque nobilitati æquata. de prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex patribus creando

Rufus [1] Capuam, [2] Q. Metellus Celer [3] in agrum Picenum;

creando conceſſit: deinde cum undique peregrinorum multitudo in urbem confluereț, nec unus prætor cauſarum multitudini ſufficere poſſet, alter creatus eſt: qui, quoniam inter peregrinos jus dicebat, peregrinus appellatus eſt. Creſcentibus poſtea negociis, tantum auctus eſt numerus, ut decem prætores in urbe jus dicerent. demum, auctore Dione lib. 43. imperante C. Cæſare, ſexdecim creati ſunt. ac deinde, ut idem libro 53. ſcribit, in priſtinum numerum Auguſtus redegit. Poſtea ſecundo bello Punico completo, quatuor prætores creati fuere: ut Livius lib. 2. Dec. 3. ſcribit. & hic numerus manſit ad primum fere Macedonicum bellum, quibus & bella ſæpe demandata fuerunt, & horum auſpiciis ſæpe Reſpub. optime adminiſtrata eſt. Cum deinde auctæ fuiſſent provinciæ, & prætores indies magis utiles eſſe viderent, numerus auctus eſt, ita ut ſex crearentur: ut idem Liv. lib. 3. Dec. 4. ſcribit. Prætori regia inſignia, & conſulares ferme apparatus, ſella curulis, & trabea, cæteraque hujuſmodi tradita ſunt: & prætori in urbe non duodecim, ut conſuli, ſed ſex tantummodo lictores apparere ſolebant: extra vero urbem, aliquando cum ſecuribus apparuiſſe legimus: Paulo tamen Æmilio, auctore Plutarch., in prætura privilegio honoris, duodecim ſecures apparuerunt, ut conſularem majeſtatem in provincia præ ſe ferret. Et inter prætores, is qui urbanus dicebatur, cæteris dignitate præſtabat. Plutarch. in M. Bruti vita: *Habebatque ſummam poteſtatem judiciorum, & prætrat judiciorum ſortitioni, rejectionique: & rurſus ſubſortitioni, in locum rejectorum: ipſeque pro tribunali ſedebat, cum interim judices in ſubſelliis eſſent.* Officium autem prætoris erat, bonorum poſſeſſionem dare, & ad defuncti bona hæredem admittere: nonnunquam jus conſtituere, & vetus abrogare poterat, ſervos manumittere, judices delegare, tutores pupillis minime inviſos conſtituere, dolo vel metu lapſis aut vi dejectis ſubvenire, de fide, deque jurejurando, tutelæ, mandati, pro ſocio, deque empto, vendito, locato, conducto jus dicere, ſuæ cognitionis erat: læſos quoque immatura ætate vel ſexu in integrum reſtituere, edicta proponere, legem ad populum ferre, neve probitas aut innocentia fraudi cuiquam eſſet, cavere. *Zanch.*

* *Q. Pompejus Rufus.*] Opinor deſignari Q. Pompeium Rufum, filium ejus Q. Pompeii Rufi, qui conſul cum L. Sulla fuit anno V. C. DCLXV. quique prætoram urbanam geſſerat, anno V. C. DCLII. & ab eo ſignatos eſſe denarios, in quibus honos hic Prætoræ & Conſulatus patris expreſſus eſt, ſellæ curulis inſignibus, cum hac inſcriptione: Q. POMPEII Q. RUFUS COS. *Urſin.*

1 *Capuam.*] Vide ſupra pag. 77. 78.

2 *Q. Metellus Celer.*] Hic eſt Q. Cæcilius Metellus Celer, cujus extat epiſtola ad Ciceronem libro quinto Famil. Galliam provinciam, quam Cicero in concione depoſuit, beneficio illius adminiſtravit: poſtea conſul fuit (ut ſcribunt Cicero Epiſt. ad Atticum lib. 1. & Dion lib. 37.) cum L. Afranio, quem Plinius Nat. hiſt. libro 2. cap. 67. C. Afranium vocat. Refert Plutarchus in Cicerone, hunc Metellum unam è Clodii ſororibus, quæ Quadrantia, vel (ut alii nominant) Quadrantiaria dicta eſt, habuiſſe uxorem: à qua tandem veneno ſublatus eſt. quod teſtatur Cicero in Oratione pro Cælio. Sed plura leges apud Ciceronem in epiſt. ad Atticum, in Orationibus, in Bruto, & aliis in locis: item apud Aſconium, Dionem, & alios: quos omnes brevitatis cauſa non citamus. Unde vero Celer cognominatus fuerit is, qui primus ita dictus eſt, narrat Plutarchus in Romulo, & Coriolano. *Caſt.*

3 *In agrum Picenum.*] Vide ſupra pag. 71.

1 *Servo*

num, hiſque permiſſum, uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent. ad hoc, ſi quis indicaſſet de conjuratione, quæ contra remp. facta erat, præmium, [1] ſervo libertatem & [2] ſeſtertia centum: libero impunitatem ejus rei, & H-S CC. itemque decrevere, uti familiæ [3] gladiatoriæ Capuam,

1 *Servo libertatem.*] Vindicta in libertatem aſſerebantur. *Vindicta*, inquit Boëthius in Topica Ciceronis, *eſt virgula quædam, quam lictor manumittendi ſervi capiti imponens, eundem ſervum in libertatem vindicabat, dicens verba quædam ſolennia, atque ideo illa virgula vindicta appellabatur.* Hinc Perſius:

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi.

Et alibi:

Non in feſtuca, lictor quam geſtat ineptus.

Hinc vindictam imponere, & vindicta liberare JCtis. vindicare autem eſt in jus aliquid vel dominium ſibi aſſerere.

2 *Seſtertia.*] Seſtertius denarii quarta pars, atque idem alio nomine κατ' ἐξοχὴν nummus, quia frequentiſſimus ejus in rationibus uſus. De hoc Vitruvius lib. 3. cap. 1. *In denario*, inquit, *denos aſſes æreos conſtituerunt, & quartam ejus partem de duobus aſſibus, & tertio ſemiſſe ſeſtertium vocarunt.* Æſtimatio denarii eadem fere hodie, quæ Regalis Hiſpanienſis, id eſt, ſtuferi III. cum dimidio: quinarii & ſeſtertii pro proportione. *Lipſ.* Seſtertius itaque eſt quarta pars denarii, at Seſtertium mille nummos Seſtertios valet, vel duas argenti libras, & dimidiam, ut Budæo placet. Hinc Horat. libro 1. Epiſtol. ad Florum:

Clarus ob id factum donis ornatur honeſtis,
Accipit & bis dena ſuper Seſtertia nummûm.

Ridicula hic fuiſſet Luculli munificentia, ſi viginti ſeſtertios ei donatos intelligamus. quo pacto ergo explicandus is locus? dico bis dena ſeſtertia nummûm ſignificare bis dena ſeu viginti millia ſeſtertiûm nummûm. Ita & loquitur Cic. Epiſtola quinta ad Rufum: *reliquum eſt de ſeſtertiûm centum millibus, de quibus memini mihi à te Myrina literas allatas eſſe.* Eadem Epiſtola hanc ſummam ſeſtertia centum appellat. Itaque cum dicimus decem ſeſtertii, nullum numerum extra hunc intelligimus: cum vero decem ſeſtertiûm, his verbis decem millia ſeſtertiûm deſignamus; at cum decies ſeſtertiûm, majorem etiam numerum, nimirum decies centena millia ſeſtertiûm. vide Budæum de aſſe, & Agricolam de Ponder. monetar. Manut. de Quæſit. per epiſt. c. 8. lib. 1. & nuperrime Gronovium de Seſtert.

3 *Gladiatoriæ familiæ.*] In urbe plures fuere gladiatorum ludi, nominibus ſuis noti & diſcreti: ut ludus Gallicus, Dacicus, Magnus, Mamertinus, Matutinus, Æmilius. Hiſce ludis præerant laniſtæ, tota autem manus, quæ ſub uno laniſta, familia appellabatur, & eum dicebant familiæ præeſſe, atque idem tirones in arte gladiatoria exercebat. Fuerunt autem in univerſum duo genera gladiatorum: coacti, ſervi nimirum damnati, captivi; & voluntarii, liberi, quique pretio ſe addicebant. Hi poſtremi proprie auctorati dicuntur. Jurabat enim novitius gladiator ſe omnia paſſurum auſurumque, quæ legitimum gladiatorem, jus, mos eſſet. Audi hic Petronium: *in verba*, inquit, *Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet: tanquam legitimi gladiatores domino corpora animoſque religioſiſſime addicimus.* Fuere autem gladiatores varii nominis, Secutores, Retiarii, Thraces, Myrmillones, Hoplomachi, Samnites, Eſſedarii, Andabatæ,

Capuam, & in cetera [1] municipia diſtribuerentur pro [2] cujuſque opibus; Romæ per totam urbem vigiliæ habe-
31 rentur, eiſque [3] minores magiſtratus præeſſent. Quibus rebus permota [4] civitas, atque immutata facies urbis erat: ex ſumma lætitia, atque laſcivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia invaſit. feſtinare, trepidare, neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: ſuo quiſque metu pericula metiri. ad hoc, mulieres, [5] quibus pro reipubl. magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe; manus ſupplices ad cœlum tendere; miſerari parvos liberos; rogitare; omnia pavere: ſuperbia, atque deliciis omiſſis, ſibi patriæque diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat, tametſi [6] præſidia parabantur;

Dimachæri, Laquearii. Vide Lipſ. de Gladiator. *Familiæ gladiatoriæ* decreverunt igitur, ut gladiatores Capuam & in cætera municipia ablegarentur. Sæpe enim empti ſunt gladiatores à privatis ad cædem ac tumultum: quare non injuria genus hoc hominum tum maxime ſuſpectum erat. amandati ſunt igitur procul in diverſa loca. *Caſt.*

1 *Municipia.*] Vide ſupra pag. 41.

2 *Cujuſque.*] Municipii Bene additum eſt, *Pro cujuſque opibus*: ne ſi plures gladiatores in aliquod debile municipium miſſi eſſent, id occuparent. *Caſtilioneus.*

3 *Minores magiſtratus.*] Paulus Digeſtorum lib. 1. de officio præfecti vigilum: *Apud vetuſtiores*, inquit, *incendiis arcendis triumviri præerant, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti ſunt. interveniebant nonnunquam & Ædiles, & Tribuni plebis.* Hactenus ille. Quibus ex verbis cognoſcimus, qui fuerint minores magiſtratus: etſi præter ædiles & tribunos intelligere poſſumus etiam quæſtores: quod ſatis declarat locus ille Meſſalæ apud Gellium l. 13. cap. 14. Livius lib. 9. Decad. 4. Triumviros capitales cum quinque viris minores magiſtratus appellaſſe videtur. *Idem.*

4 *Civitas.*] Sane docte, ut cætera omnia, dicit civitatem permotam, & faciem urbis mutatam. nam civitas, ut dixi, eſt multitudo civium, quorum eſt permoveri atque agitari: urbs eſt ædificiorum conſtructio, ab urbo, id eſt, parte aratri deſignata. *Bad.*

5 *Quibus pro Reipubl. magnitudine.*] Hoc à quibuſdam & inverſe legitur, & perverſe exponitur. Non eſt dubium Salluſtium dicere velle, cum tam magnum ac tam potens eſſet Romanum imperium, ut non facile quiſquam Romanis bellum inferret, inſuetum ac inſolitum fuiſſe omnibus, maxime vero mulieribus belli timorem. *Glar. Quibus pro Reipubl. magnitudine.*] Legendum juxta Gruterum, *Reipubl. magnitudine.* Sic & ad minimum decem membranacei. *Pro Reipubl. magnitudine*, invectum à Pomponio Læto; neque enim prioribus intererat editionibus. *Grut.*

6 *Præſidia.*] *Præſidium* eſt, quod pro ſalute & utilitate auxilii gratia præponitur; ſubſidium vero, quod poſtpoſitum eſt, ad ſubveniendum laborantibus. auctor eſt Feſtus, *Zanchius.*

1 *Lege*

Digitized by Google

bantur; & ipſe [1] lege Plautia [2] interrogatus erat [3] ab L. Paulo. poſtremo, diſſimulandi cauſſa, & quaſi ſui [4] expurgandi, [5] ſicuti jurgio laceſſitus foret, in Senatum [6] venit. tum M. Tullius Conſul, ſive [7] præſentiam ejus timens, ſive ira commotus, orationem habuit luculentam, [8] atque utilem reipubl., quam poſtea [9] ſcriptam edidit. [10] Sed ubi ille aſſedit, [11] Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia,

1 *Lege Plautia.*] Erat lex Plautia, ſive Plotia (utroque enim modo dicitur, ut caupo, copo, auricula, oricula) de Vi: ut docent Cicero in Oratione pro Milone, Aſconius, & Cælius ad Ciceronem. Fit etiam mentio hujuſce legis apud Jureconſultos Inſtitutionum l. 1. tit. 6. & Digeſtorum lib. 41. titulo 3. Sunt qui exiſtiment, M. Plautium Silanum, qui etiam legem de judicibus tulit, hujus legis fuiſſe auctorem. Sed quiſquis is fuerit, ſatis conſtat, hanc Plautiam legem de Vi fuiſſe. Dion l. 37. *Caſtil. Plautia.*] Badius legit *Plancia*, id eſt, à Planco contra conjuratos lata: qua quicunque accuſati erant conjurationis, ſtatim reſpondere & ſe purgare cogebantur. Sed non recte.

2 *Interrogatus.*] Cum enim reus in jus veniſſet, dicebat apud prætorem accuſator reo: Ajo, te Hiſpanos, verbi gratia, ſpoliaſſe, vel aliquid adverſus Rempublicam molitum eſſe; ſi tacuiſſet, lis æſtimabatur, ut victo: ſi negaſſet, petebat à magiſtratu diem accuſator, inquirendorum criminum cauſa, & inſtituebatur accuſatio. *Zanch.*

3 *Ab L. Paulo.*] Ab L. Æmilio Paulo, qui poſtea conſul fuit cum C. Claudio Marcello: ut oſtendit Dion lib. 40. quo in magiſtratu Tranquillus in Cæſare cap. 15. & Plutarch in Pompejo, à Cæſare ingenti pecunia corruptum fuiſſe tradunt. *Caſt.*

4 *Expurgandi.*] Forſan ſcribendum, *an ſui expurgandi.* nam Tacitus, quem conſtat Salluſtii locutiones multis locis imitatum eſſe, ita loquitur ſæpe, ut cum dicit: *nihil metuens an diſſimulando metu*: item, *legiones metu, an contumacia locum deſeruiſſe.* Et multis aliis in locis. *Urſin.*

5 *Sicuti jurgio laceſſitus foret.*] Forte: *ſi cujus jurgio*: vel: *ſi quo.* Gronov.

6 *Venit in Senatum.*] In ædem Jovis Statoris, ut Plutarchus & Cicero tradunt. *Caſt.*

7 *Præſentiam ejus timens.*] Scilicet timens, ne Senatores crederent, quæ de conjuratione antea ipſe indicaverat, propter ipſius præſentiam, vera non eſſe. *Zanch.*

8 *Atque utilem reipubl.*] Id eſt, quæ multum profuit Reipubl., quæ eo tempore maximo in periculo verſabatur. nam coactus fuit Catilina urbe exire, cum ad ea, quæ ei Cicero in oratione objecerat, obmutuiſſet, ſicuti ipſe in Oratore ſcribit: licet Salluſtius aliter ſcribat. Sic enim inquit: *A nobis homo audaciſſimus Catilina in Senatu accuſatus obmutuit.* Idem in 2. Invect. *Quæſivi à Catilina, an nocturno conventu apud M. Leccam fuiſſet, nec ne, cum ille, homo audaciſſimus conſcientia convictus, primo reticuiſſet, patefecit cætera.* Idem.

9 *Scriptam edidit.*] Hæc enim oratio ex conſularibus ipſius orationibus ſeptima fuit, ut ipſe in libro Epiſtolarum ad Atticum 2. ſcribit. *Idem.*

10 *Sed ubi ille aſſedit.*] Conſules enim & Senatores, & qui concilio aderant, dum de re quapiam conſultabant, & dum diſſerendo, altercandoque ſententiam dicebant, ſtantes eſſe opus erat; poſt vero ſententiam vel orationem dictam aſſidebant. *Idem.*

11 *Catilina, ut erat paratus, &c.*] Scilicet

omnia, demiſſo vultu, [1] voce ſupplici, poſtulare à Patribus, ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortum, ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet: ne exiſtumarent, ſibi [2] patricio homini, [3] cujus ipſius, [4] atque majorum plurima beneficia [5] in plebem Rom. eſſent, perdita republ. opus eſſe, cum eam ſervaret [6] M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ. ad hoc, maledicta

licet quæ ei objiciebantur de conjuratione. Plutarchus in Ciceronis vita: *Tantiſper itaque Cicero in templo Jovis Statoris, quod erectum eſt juxta principium Sacræ viæ, quæ Palatium reſpicit, Senatum advocat, licet Catilina frequens aderat, veluti ſe eo crimine nudare cenſuiſſet: ſed adeo creverat odium, ut id fruſtra tentaret, quippe juxta eum Senatorum nullus ſedere paſſus eſt, ſed longe quiſque avertebatur: orare etiam incipienti obſtrepebant omnes: demum ſtans Cicero, illi mandat ut urbem, Senatum, ſeque ipſum conſulem præſentia ſui liberet. Nam decet, inquit, ut inter actiones noſtras, & gladios murus medius ſit:* ubi oſtendit primum, Catilinam cœpiſſe ſe purgare, & poſtea Ciceronem orationem habuiſſe. *Idem.*

1 *Voce ſupplici.*] Id eſt, oratione plena commiſerationis. *Vall.*

2 *Patricio homini.*] Autore Livio lib. 1. centum Senatores, qui à Romulo conſtituti ſunt Patres ab honore, eorum progenies Patricii appellati ſunt. quibus verbis ſignificare videtur, eos patricios eſſe, qui ab illis primis Senatoribus originem duxerunt: per adoptiones tamen poſtea fiebant, aut deſinebant eſſe patricii. *Zanch.*

3 *Cujus ipſius.*] Res præclaras Catilinam geſſiſſe ex noſtro Salluſtio colligo. Nam Feſtus citat ex primo hiſtor. libro hæc verba: *magnis operibus perfectis obſidium cæpit per L. Catilinam legatum.* Et ſane tempore Sullæ ac Marii à partibus Reip. ſteterat, Senatumque contra Marianos defenderat. Civem quoque meliorum partium fuiſſe aliquando Cicero pro M. Cælio dicit, *Ben,*

4 *Atque majorum.*] Hæc veriſſima ſunt. nam L. Sergius in ſuo conſulatu Vejentes fudit, atque Fidenates vicit, unde Fidenas appellatur. Vide Liv. libro IV, & Plinium de M. Sergio ita loquentem: *Secundo ſtipendio dextram manum perdidit, ſtipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt: ob id neutra manu, neutro pede ſatis utilis, plurimis poſtea ſtipendiis debilis miles. Bis ab Annibale captus (neque enim cum quolibet hoſte res fuit) bis vinculorum ejus profugus, viginti menſibus nulla non die in catenis aut compedibus cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugnavit, duobus equis eo inſidente ſuffoſſis, dextra ferrea eaque religata præliatus, Cremonam obſidione exemit, Placentiam tutatus eſt, duodena caſtra hoſtium in Gallia cepit, &c.* Idem.

5 *In plebem Rom.*] Ita quidem libri, ſed nonne melius, *in populum Romanum?* errore orto ex compendio ſcripturæ P. R. *Grut.*

6 *M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ.*] Ita habent Aldi & Gothi codices. Alii vero pro quatuor ultimis verbis habebant duo hæc: *Novus homo.* Sed utrunque legi poteſt. *Glar. Inquilinus.*] Sed quia *inquilinus*, ut docet Valla l. 4. is dicitur, qui habitat in alieno loco privato: hoc eſt, in conducticio, licet in proprio loco publico: hoc eſt in patria ſua: cum incola ſit, qui in alieno habitat publico, utpote in civitate aliena: videretur hic Cicero potius dicendus incola, cum ex Arpino, quod municipium erat Romæ, accitus fuerit. *Bad.* Sed inquilinus & incola ſæpe confunduntur. Feſtus vero ait: *Inquilinus*

eſt,

Digitized by Google

dicta alia cum adderet; obſtrepere omnes; hoſtem, atque [1] parricidam vocare. tum ille furibundus: Quoniam quidem circumventus, (inquit) ab inimicis [2] præceps agor, „ incendium meum [3] ruina reſtinguam. Dein ſe [4] ex curia „ 32 domum proripuit, ibi multa ſecum ipſe volvens, quod neque inſidiæ Conſuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optumum factu credens exercitum augere, ac prius, quam [5] legiones * ſcriberentur, multa

eſt, qui eundem colit focum, vel ejuſdem loci cultor.

1 *Parricidam.*] Auctore Feſto, non utique is eſt, qui parentem occidiſſe dicebatur, ſed qualemcunque hominem. Idem autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii regis his compoſita verbis: SI QVIS HOMINEM LIBERVM DOLO SCIENS DVIT, PARRICIDA ESTO. Sed & is qui patriæ vim infert, recte parricida dicitur. *Zanch.*

2 *Præceps.*] Id eſt, furibundus quaſi in præcipitium aliquod ex impatientia injuriæ agor. *Omnib.*

3 *Ruina reſtinguam.*] Id eſt, vos omnes perdam, & hoc pacto odium, quod in me concepiſtis, reſtinguam: & eſt ſumpta tranſlatio ab incendio in urbe facto, ubi, cum domus aliqua incenſa eſt, ne & ædes vicinæ incendantur, ſolent demoliri. *Zanch. Ruina reſtinguam.*] Salluſtius noſter abſque dubio hoc loco memoria lapſus eſt. Si enim tunc in ſenatu id Catilina dixiſſet, Cicero poſtera die cum orationem haberet ad Quirites, non tacuiſſet tam immane dictum. Verum (ut ex oratione pro Murena diſcimus) Catilina ante comitia conſularia Catoni judicium minitanti ac denuncianti reſpondit: Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Nec eſt dubium quin Ciceroni, hac in re præſertim, major ſit adhibenda fides, quam Salluſtio: & qui eum ſequuntur Valerio & Floro. *Caſt. Reſtinguam.*] Alii codices, & nominatim Gothi habent: *Ruina veſtra extinguam.* Quod quibuſdam nimis audax dictum apud Senatum Romanum videri volunt. Verum quid puduit deſperatum hominem? Ideoque nihil definio. *Glar.*

4 *Ex curia.*] Feſtus: *Curia locus eſt, ubi publicas curas gerebant.* Fuit autem tum curia in templo Jovis Statoris, nunc S. Mariæ de pœnis Inferni: contra ædem Veſtæ in Palatini radicibus, clare monſtrante Ovid VI, Faſtor.

Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.

Martialis Palatinum Jovem Novum, Capitolinum Veterem appellat lib. VII. cum dicit:

Inde Novum, Veterem proſpicis inde Jovem. V. Fabric.

5 *Legiones.*] Varie traditum eſt à veteribus de Romano exercitu & ejus numero: tum quod equites in eo ac pedites adeſſent: quod ego, uti rei veritas agnoſcatur, ex hiſtoria Polybii viri diligentis referendum putavi. is enim copioſe hoc totum in libro Annalium tertio explicat in hunc modum: *ut mittantur ea omnia hoc loco, quæ à Livio in Romana hiſtoria deſcribuntur. Romani*, inquit, *quatuor omnino legionibus exercitum abſolvunt: legiones autem ſingulæ quaternis millibus peditum conſtant, ducentenis equitibus: Vel ſicubi major neceſſitas urget, quinis millibus peditum, equitibus trecentenis. his totidem*, inquit, *milites ex ſociis adjiciuntur: equites fere triplicati. neque tamen ſervatum id eſt ſemper à viris Romanis: quoniam & bello quidem Punico decretum fuit, ut octo*

[1] multa antecapere quæ bello uſui forent, nocte [2] intempeſta [3] cum paucis in Manliana [4] caſtra profectus eſt. ſed Cethego, atque Lentulo, ceteriſque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus poſſent, [5] opes factionis confirment, inſidias Conſuli maturent; cædem, incendia, aliaque belli facinora parent: ſeſe propediem
33 cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex ſuo numero [6] legatos ad Q. Mar-

legionibus rem gererent, ac legiones ſingulæ ut quinque millia hominum haberent. Prius & ipſe M. Cicero in lib. de Stoïcor. decretis, quæ παράδοξα appellat, oſtendit: *Hoc igitur propoſito*, inquit, *nunquam eris dives, antequam ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut tueri quatuor legiones, & magna equitum ac peditum auxilia poſſis.* Neque illud ignoratur, quod & ſinguli quidem Conſules binas tantum legiones contra hoſtes ducebant, auxiliis ſociorum adjectis: quod ipſum à probis auctoribus aſſertum eſt. Cincius autem in commentariis de re militari hæc de legionibus retulit: *in legione*, inquit, *ſunt Centuriæ* LX. *Manipuli* XXX. *Cohortes* X. Quod Gellius quoque vir Romanus in Atticis probat. *Crinit.* Vegetius dixit, Romanos legiones habere, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueverunt; itaque pro ratione temporum hæc variabant. *Legiones.*] Ex decem cohortibus fit legio, ſic dicta, quod leguntur milites in delectu. Inſtitutum à Romulo hominum 3000 Regibus ejectis fuit 4000. Bello Annibalis ad 5000. ventum eſt: à Scipione denique in Africam trajecturo facta eſt 6000. *Lipſ.*

* *Scriberentur.*] A Romanis, cauſa ſupplendi ſuos exercitus. *Vall.*

1 *Multa antecapere.*] Id eſt, multa prævenire, præoccupare. *Zanch.*

2 *Intempeſta.*] Vide ſupra pag. 72.

3 *Cum paucis.*] Cicero in Catilinam: *unum etiam nunc concedam, exeant, proficiſcantur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. demonſtro iter; Aurelia via profectus eſt: ſi acceleraro volent, ad veſperum conſequentur.*

4 *Caſtra.*] Vide ſupra p. 12.

5 *Opes factionis.*] Auxilia conjurationis. *Factio* dicitur malorum conſenſus in aliquo ſcelere. *Vall.*

6 *Legatos.*] Cum in Rep. eo progreſſa litium fatalia incendia, ut utrinque cives inter ſe arma conſerant, atque cives ſibi invicem hoſtes ſunt, eo caſu etiam Legati inviolabiles cenſentur. In hiſtoriis Romanorum paſſim legimus, Legationes inſtitutas fuiſſe à Cinna ad Sullam, ad Marium, à Pompejo ad Cæſarem, ab Octavio ad Antonium, & vice verſa. Et hos etiam Legatos temerare, inquit Tacitus, eſt violare jus gentium, *Niſi*, inquit, *partium Vitellii Legati ad partes Veſpaſiani dato à duce præſidio defenſi eſſent, ſacrum etiam inter exteras gentes jus Legatorum, ante ipſa patriæ mœnia civilis rabies uſque in exitium temeraſſet.* at ſi ii ſunt ſubditi, ut nondum vel hoſtes, vel partium duces poſſint appellari: ſed duntaxat aut latrones aut rebelles: neque ad eos Legati mittendi ſunt, neque miſſi ab iis jure gentium utuntur. *Subditi* (inquit Cicero ad Plancum) *aut poſitis armis pacem petere debent: aut ſi pugnantes eam poſtulent, victoria pax, non pactione parienda eſt.* Cum Latini ſollicitarentur à Volſcis, ut ambo à Romanis diſcederent: Latini Legatos Volſcorum vinctos Romam deduxere. Quod factum Romani laudaverunt. Phileas Legatus Tarentinorum, quia ejus facto obſides

è cu-

Q. Marcium Regem mittit, cum mandatis hujuſcemodi:
[1] Deos, hominesque teſtamur, [2] Imperator, nos arma ,,
neque contra patriam cepiſſe, neque quo periculum ,,
aliis faceremus, ſed uti corpora noſtra ab injuria tuta fo- ,,
rent: qui miſeri, egentes, violentia atque [3] crudelitate ,,
fœneratorum, plerique patria, ſed omnes fama, atque ,,
[4] fortunis expertes ſumus: neque cuiquam noſtrum li- ,,
cuit, more majorum, [5] lege uti, neque, amiſſo patrimo- ,,
nio,

è cuſtodia aufugerant, & à Romanis ad Annibalem deciviſſent: virgis cæſus de Saxo dejectus eſt; nam neque hoſtium Legatus, neque ſociorum erat, ſed ſubditorum. Opimius conſul, miſſum Legatum à Fulvio Flacco & C. Graccho, cum Capitolium obſederant, ex ſententia ſenatus in carcerem duci juſſit. Sed ubi jam hoſtes facti ſunt, jura Legationum procedunt. *Ærod. Legatos.*] Legati ut jure gentium, ita & apud Romanos ſunt inviolabiles. Dionyſius libro ultimo: *Eſt enim*, inquit, *omnium ſacratiſſimum & honoratiſſimum apud Romanos legatus, poteſtatem & vim habens Imperatoris, inviolabilitatemque & venerationem ſacerdotis:* ideoque legatos violare impium erat, & idcirco hi non timuerunt hanc legationem obire. *Zanch.*

1 *Deos hominesque.*] Obteſtatione deorum ac hominum vere & recte ſuadendi libertatem ſibi confirmat, removetque ſuſpicionem omnem, ne qua alia cauſa, niſi depellendi periculi, arma ſuſcepiſſe videatur. *Idem.*

2 *Imperator.*] Scil. exercitus.

3 *Crudelitate fœneratorum.*] Fœnus non omnino improbandum alibi & recte docet Salmaſius. Sed ſanguiſugæ & pauperum flagella merito improbantur; quales erant trapezitæ & menſarii Romæ, ita dicti quod menſæ in foro poſitæ inſiderent, & fœnerationi maxime operam darent. Atque hinc etiam ſcriptura menſæ nihil aliud erat, quam numeratio pecuniæ per menſarium facta. Et quia hi ſæpe inhoneſto lucro inhiabant, etiam in maximo plebis erant odio & invidia, quæ cauſa in ſeditionem ſæpe erupit. atque ita eam in rem, ut pauperes levarentur, aliquando Quinqueviri conſtituti. & Livius auctor eſt ſe ſcriptum apud quoſdam reperiſſe L. Genutium tribunum plebis tuliſſe ad populum, ne fœnerari liceret. De illis fœneratoribus intelligendum, cum fœnerari idem eſſe volunt atque occidere, atque majori pœna plectendum quam furem, ſicuti ex LL. XII. tabularum refert Cato. Vide *Salmaſ.* & *Hotom.* de uſur.

4 *Fortunis.*] Divitiis.

5 *Lege uti.*] M. Varro ſcribit in lib. 6. de Lingua Latina, quod nonnulli pro pecunia, quam debebant, operas in ſervitutem dabant; id Sulla dictator ſuſtulit, voluitque ut ibi bonam copiam ejurarent, id eſt, ut jurarent ſe non poſſe præſtare, & ſolvendo non eſſe. ad id alludit Cicero in Epiſtolis ad Pætum: *Tu autem, quod mihi bonam copiam ejures, nihil eſt.* Zanch. *Lege.*]. Ad nexus legem, quæ & Papiria dicitur, reſpicere videtur Salluſtius, ita ut hæc ſententia verborum eſſe videatur: non potuimus more majorum uti lege, quæ vetat poſſe vinciri debitores, amiſſiſque bonis corpus eorum obnoxium eſſe: ut illa verba (*neque amiſſo patrimonio liberum corpus habere*) addita ſint ad expoſitionem ſuperiorum, quæ ſane ſubobſcura ſunt, vel potius dicamus, duplicem legem intellexiſſe, alteram quam L. Genutius tribunus plebis tuliſſe fertur, ne fœnerari liceret, alteram nexus. Et eo maxime

„ nio, corpus [1] liberum habere: tanta ſævitia feneratorum
„ atque prætoris fuit. [2] ſæpe majores veſtrum [3] miſeriti plebis

xime adducor in hanc ſententiam, quod & alias ſumma ope eniſum à debitoribus eſt, ut Genutii lex ſervaretur, quam ob cauſam A. Sempronius Aſellus, vel Aſellio Prætor à fœneratoribus in foro interfectus eſt, ut Livius, & Appianus lib. 1. Belli Civil. meminerunt. Senſus eſt igitur verborum Salluſtii: coacti ſumus contra veterem legem uſuras ſolvere, & poſtquam amiſimus bona, contra nexus legem vincti ſumus. *Caſt.* Ad beneficium ceſſionis etiam alludere videretur, niſi illud beneficium poſtmodum lex Julia indulſiſſet, uti conſtat ex l. 4. C. de his qui bonis cedere poſſunt. *cedere* autem *bonis*, eſt profiteri voluntate ſe deſerere ſua bona creditoribus, atque in tantum liberabantur, ut in vincula & compedes detrudi nequirent. l. 1. C. eod.

1 *Liberum corpus habere.*] Mos in debitoribus puniendis antiquus hic fuit. Gell. lib. 20. cap. 1. *Adimi*, inquit, *putaverunt ſubſidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis omnium vita indiget, ſi perfidia debitorum ſine gravi pœna eluderet: confeſſi igitur æris ac debiti judicatis triginta dies ſunt dati, conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſolverant: eoſque dies decemviri* juſtos *appellaverunt, velut quoddam juſtitium: id eſt, juris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi jure poſſet: poſt deinde, niſi diſſolverent ad prætorem vocabantur, & ab eo, quibus erant judicati, addicebantur: nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Sic enim ſunt, opinor, verba legis:* ÆRIS. CONFESSI. REBVSQVE. IVRE. IVDICATIS. TRIGINTA. DIES. IVSTI. SVNTO. POST. DEINDE. MANVS. INIECTIO. ESTO. ET. IN. IVS. DVCITO. NI. IVDICATVM. FACIT. AVT. QVI. ENDO. EO. IN. IVRE. VIM. DICIT. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT. NERVO. AVT. COMPEDIBVS. QVINDECIM. PONDO, NE. MINORE. AVT. SI. VOLET. MAIORE. VINCITO. SI. VOLET. SVO. VIVITO. NI. SVO. VIVIT. QVI. EM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. SI. VOLET. PLVS. DATO. *Erat autem interea jus paciſcendi, ac niſi pacti forent, habebantur in vinculis dies 60. inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniæ judicati eſſent, prædicabatur: tertiis autem nundinis capite pœnas dabant aut trans Tiberim peregre venum ibant: ſed eam capitis pœnam ſanciendæ, ſicuti dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis oſtentu, noviſque terroribus metuendam reddiderunt. nam ſi plures forent, quibus reus eſſet judicatus, ſecare, ſi vellent, atque partiri corpus addicti ſibi hominis permiſerunt.* Sed hæc poſtea in deſuetudinem abierunt.

2 *Sæpe majores noſtri.*] Gellius l. 20. cap. 5. cenſet hic legendum, *majores noſtrum*, quia hoc pacto in pleriſque Salluſtii exemplaribus ſcriptum fuiſſe refert. *Zanch.*

3 *Miſeriti plebis.*] Primo Decemviri anno Urb. CCCII. Rempublicam tenuerunt, hi duodecim tabulas propoſuerunt, in quibus habebatur, VNCIALI. FOENORE. AMPLIVS. NE. QVIS. EXERCETO. Fœnus autem pro libitu non ſemel agitatum auctumque fuiſſe, conſtat ex libris Annal. Taciti. Anno CCCXCVI. C. Marcio & Cn. Manlio Coss. hæc lex de Unciario fœnore à M. Duellio & L. Menenio tribunis plebis rogatio perlata eſt, & plebs aliquanto eam cupidius ſcivit accepitque, ut inquit Liv. lib. VII. Hiſtor. Et rurſus anno CCCVI. Tito Manlio Torquato & C. Plautio Coss. ſemunciarium tantum ex unciario fœnus factum eſt, inquit ibidem Livius. Tandem anno CCCXI. C. Marcio Rutilio & C. Servilio Ahala Coss. L. Genutius tribunus plebis legem tulit, ne fœnerari liceret. *Benn.*

1 *Opi-*

plebis Romanæ, decretis ſuis inopiæ ejus [1] opitulati ſunt: [2] ac noviſſume, memoria noſtra, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, [3] argentum ære ſolutum eſt. ſæpe ipſa plebes, aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia magiſtratuum armata, [4] à patribus ſeceſſit. at nos non imperium, neque divitias petimus; quarum rerum cauſſa, bella, atque certamina omnia inter mortalis ſunt; ſed libertatem, quam nemo bonus, niſi cum anima ſimul, amittit. Te, atque ſenatum obteſtamur, conſulatis miſeris civibus; legis præſidium, quod iniquitas prætoris eripuit, reſtituatis; neve nobis eam neceſſitudinem imponatis, ut quæramus,

1 *Opitulati ſunt.*] Auctore Livio l. 7. Dec. 1. Coss. P. Valerio Publicola, & C. Marcio Rutilo quinque viri creati fuerunt, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt: quorum nomina hæc ſunt, C. Duellius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publius, & T. Æmilius, qui rem difficillimam tractatu, & plerunque parti utrique, ſemper certe alteri gravem, tum alia moderatione, tum impendio magis publico quam jactura ſuſtinuerunt. Tarda enim nomina & impeditiora, inertia debitorum, quam facultatibus, ærarium, menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit, ut populo prius caveretur, aut æſtimatio, æquis rerum preciis, liberavit: ut non modo ſine injuria, ſed etiam ſine querimoniis partis utriuſque exhauſta vis ingens æris alieni ſit. *Zanch.*

2 *Ac noviſſime.*] Demiror ego Gellium ſcripſiſſe, quod Cicero nunquam uti voluerit iis verbis *noviſſimus* & *noviſſime*, tanquam parum Latinis, quibus alii ſæpe uſi ſunt: cum & ipſe Cicero multis in locis utatur, ut in lib. Epiſtolarum familiar. 10. *Quo*, inquit, *ego interprete noviſſime ad Lepidum ſum uſus.* Idem lib. 11. *Ad noviſſima auxilia deſcendemus.* Idem in Epiſtola ad Octavium: *Noviſſima conferemus primo.* Idem pro Roſcio: *Qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit comœdos.* Idem.

3 *Argentum ære ſolutum eſt.*] Hoc factum anno U. C. 667. quo ſeptimum Conſuli C. Mario, paucis diebus poſt honorem initum mortuo, ſuffectus L. Valerius Flaccus *turpiſſimæ legis auctor fuit, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſit*, ut loquitur Vellejus lib. 2. Salluſtius *argentum* ait *ære ſolutum*, id eſt, ſeſtertium aſſe, quia ſeſtertius argenteus erat, as æreus. Vellejus dicit, *quadrantem ſolutum creditoribus*: nam quarta pars ſive quadrans ſeſtertii erat as, unde pro portione qui pro ſeſtertio aſſem, idem pro aſſe quadrantem, pro dipondio ſemiſſem, pro victoriato dipondium, pro denario ſeſtertium, pro mille nummis ducentos quinquaginta, denique pro omni debito quartam ejus partem ſolvit, ita ut tres perirent creditori. Vide lib. 1. de pec. vet. cap. 5. *Gronov.*

4 *A patribus ſeceſſit.*] Tres enim ſeceſſiones factas legimus. Cic. in Bruto, & Val. Max. ſcribunt, hanc ſeditionem ſedatam fuiſſe à M. Valerio dictatore. Secunda facta eſt in Aventinum montem, propter luxuriam Ap. Claudii decemviri. Tertiam ſeditionem excitavit matrimoniorum indignitas, ut plebeii cum patriciis jungerentur. Qui tumultus in monte Janiculo, duce C. Canuleio tribuno exarſit. *Zanchius.*

„ mus, quonam modo, maxume ulti ſanguinem noſtrum,
„ [1] pereamus.

34 Ad hæc, Q. Marcius reſpondit: ſi quid ab Senatu petere vellent, ab armis diſcedant, Romam [2] ſupplices proficiſcan-

1 *Pereamus.*] Appoſite Seneca: *concitatiſſima in mortem rabies eſt: deſperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela omnia commordent, & ad mortis auctorem per vulnera ſua ruunt. Abſciſſa miſſione gladiator, quem armatus fugerat, nudus inſequitur. Præcipitati non quod impulit tantum trahunt, ſed quod occurrit.*

2 *Supplices.*] Supplicum ea antiquis fuere jura, ut eſſent inviolabiles. Verum hoc jus Gylippus Laco apud Diodorum Siculum lib. XIII. recte ita explicat: *qui initio jura iſta introduxerunt: infelicibus quidem miſericordiam, at his qui malo animo injuriam intulerunt, pœnam expectandam voluerunt.* Et poſtea: *hi vero ſi dolo malo, ſi injuſta alieni cupiditate in mala hæc inciderunt, ne accuſent Fortunam, ne ſupplicum ſibi nomen imponant. Id enim jure hominum illis debetur, quibus innocens eſt animus, irata Fortuna. Horum vero vita plena factis injuſtis, nullum ipſis locum reliquit, qui ad miſerationem & perfugium pateret. Supplices.*] Sicuti apud Judæos, ſupplex manum ſubjiciebat femori ejus cui ſupplicabat, ita apud Græcos Romanoſque oleaginas virgas ore manuque præferebant ſupplices, lana candida circumdatas: unde ἱκετήϱιοι κλάδοι apud Æſchylum ſupplices rami, & ἱκετηϱία olivæ ramum à ſupplicando Græci nominant, quem εἰρεσιώνην ceteri. Iſtud non fugit Virgilium, ubi ait:

Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

Hinc eſt quod Valerius Flaccus & Papinius *ſupplicem olivam* appellant, quippe per quam Lutatius pacem ſupplicando fieri dicit. Æneas item apud Virgil. l. 8. *ſupplex, Euandro vitta comtos prætendere ramos* legitur. Ita Plautus *velatas manus* dixiſſe videtur, ramis oleaginis inumbratas, ceu velamento quopiam, ubi inquit:

Poſtridie in caſtra ex urbe apud nos veniunt flentes principes,
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.

Niſi intelligamus manus velatas, quæ obtenderent atque ſponderent fidem, cui manu ad digitos uſque involuta & intecta divina res fiebat: quod Livius, Horatius & Servius innuunt. Ita Livius prodidit Locrenſes obtendiſſe ramos oleaginos, ſupplicum velamenta, lib. 5. quartæ decadis: *cum ſordida*, inquit, *veſte tenentes velamenta ſupplicum.* Apud Lucanum idem faciunt & Maſſilienſes obſeſſa urbe, ut ait:

Orant Cecropiæ prælata fronde Minervæ.

Legati quoque Rhodiorum deprecati peccatum, ramos oleæ ſupplices jactantes procidiſſe leguntur, Livianæ decadis quintæ libro 5. Apud Homerum, & mentum & dextram, & genua contingunt ſupplices: ac mentum quidem ut annueret, aut pro deprecante intercederet, ſi quid faciundum foret ex uſu: dextram vero, ut faceret: genua vero, ut ne ceſſaret, ſed pergeret. Hecuba Euripidis etiam illud Ulyſſi præfracto objicit, quod dextram occuluerat, præciſa ſpe veniæ omnis. De genibus, quod ea ſupplices attrectabant, multa fit apud auctores utriuſque linguæ mentio: certe miſericordiæ ſedem in genibus conſecratam fuiſſe à vetuſtate memorat Servius, quod diſertiſſime his verbis extulit lib. XI. cap. 45. Plinius: *Hominis*, inquit, *genibus ineſt & quædam religio, obſervatione gentium: hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, ſortaſſis quia ineſt iis vitalitas, quippe quorum inanitate perfoſſa, ceu jugulo, ſpiritus fugiat.* Priamus

ficiſcantur: ea manſuetudine atque miſericordia ſenatum, populumque Romanum ſemper fuiſſe, ut nemo unquam ab eo fruſtra auxilium petiverit. At Catilina ex itinere [1] pleriſque conſularibus, præterea optumo cuique litteras mittit: ſe, falſis [2] criminibus [3] circumventum, quoniam [4] factioni inimicorum reſiſtere nequiverit, fortunæ [5] cedere, [6] Maſſiliam in exilium proficiſci: non quo ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet; ſed uti reſpub. quieta foret; neve ex ſua contentione ſeditio oriretur. Ab his longe diverſas literas Q. Catulus in ſenatu recitavit; quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat. earum [7] exemplum infra ſcriptum eſt.

[8] L. Catilina Q. Catulo S. [9] Egregia tua fides, re cognita, „ 35

mus Iliad. ultimo jubetur à Mercurio itineris duce, Hectoris corpus redemturus advolvi ſupplex ad Achillis genua:

Γούνων ἀψάμενοι λιτανεύσομεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ.

Idem alibi Iliad. 6.

Λαβὼν εἰλίσιος γούνων.

Sic & Virgilius:

Et genua amplexus, genibuſque volutans.

Et iterum:

Et genua amplectens effatur talia ſupplex.

Hadr. Junius.

1 *Pleriſque conſularibus.*] Conſulares ii ſunt, qui aliquando conſulatum geſſerunt.

2 *Criminibus.*] Accuſationibus.

3 *Circumventum.*] Oppreſſum.

4 *Factioni.*] Potentiæ.

5 *Cedere fortunæ.*] Id eſt, adverſitati fortunæ.

6 *Maſſiliam.*] Quæ & Μασσαλία Ptolemæo & Euſtathio, perantiqua urbs, & non parum olim fortunata, in litore Galliæ ad mare mediterraneum poſita, origine Græca, à profugis ex Ionia Phocæenſibus dominatum Perſarum averſantibus inter barbaros Salyas condita, cum Cyrus rerum in Aſia potiretur. Remp. hanc egregie laudat M. Tullius Cicero variis in locis. In Orat. pro L. Valerio Flacco ſic ait: *neque vero te Maſſilia prætereo, cujus ego civitatis diſciplinam atque gravitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio, an cunctis gentibus anteponendam jure dicam: quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, diſciplinis linguaque diviſa, cum in ultimis terris cincta gallorum gentibus barbariæ fluctibus alluatur, ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes ejus inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari.* C. quoque Tacitus appellat *locum Græca comitate & provinciali parcimonia miſtum & bene compoſitum*, diſciplinæque quoque gravitatem, ſeveritatis in ea urbe cuſtodiam, denique priſci moris obſervantiam Valerius Maximus extollit. Vide Ubbonem Emm. in deſcript. Maſſiliæ.

7 *Exemplum.*] Id eſt, exemplar earum literarum.

8 *L. Catilina.*] Et hæc ſunt proprie verba Catilinæ. *Vall.*

9 *Egregia tua fides.*] Exorditur Catilina à fide Catuli, tum ut gratum animum teſtaretur, tum ut ejus benevolentiam captaret. Nam Catuli fidem expertus erat, cum accuſatus inceſti eſſet, quod cum Fabia Virgine Veſtali ſtuprum commiſiſſe argueretur, Catuli autem gratia fultus evaſit, inquit *Paulus Oroſius.*

1 *Quam-*

Digitized by Google

„ gnita, grata mihi, magnis in meis periculis, fiduciam
„ commendationi meæ tribuit. [1] quamobrem defensio-
„ nem in consilio novo [2] non statui parare: [3] satisfactionem
„ ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi: quæ
„ [4] medius fidius licet vera mecum [5] cognoscas. Injuriis,
„ contumeliisque concitatus, quod, fructu laboris in-
„ dustriæque meæ privatus, [6] statum dignitatis non obti-
„ nebam, publicam miserorum causam pro mea consue-
„ tudine suscepi: non, quin [7] æs alienum meis nominibus
ex pos-

1 *Quamobrem defensionem.*] Illud *quamobrem* alii ad superiora referunt, ut videlicet ibi incipiat ratio fiduciæ scribendi Catilinæ: ego autem potius ad inferiora pertinere existimo, ut sit ordo verborum: Decrevi proponere satisfactionem ex nulla conscientia de culpa, quamobrem non statui parare defensionem in novo consilio, id est, decrevi purgare me apud te, cum nullius mihi delicti conscius sim, cur Romæ causam non dixerim, meque defenderim ab inimicorum calumniis. *Cast.*

2 *Non statui parare.*] I.e. non statui me de hac re purgare, sed libere fateri, me arma sumpsisse: sed & juste, ut me aliosque in libertatem assererem. *Zanch.*

3 *Satisfactionem.*] Excusationem illarum rerum, quæ mihi ab adversariis objiciuntur. *Idem.*

4 *Medius fidius.*] Est juramentum per Deum fidei præsidem. Antiqui enim *Dius* pro *Deus* non semel dixerunt. Sicuti Cretenses Θῖος. Unde apud Plautum:

Per Deum Fidium credis jurato mihi.

Festus ita: *Mediusfidius compositum videtur, & significare Jovis filium, id est, Herculem: quod Jovem Græci Δία appellent, nos Jovem, ac fidium pro filio usurpent, quod sæpe antea pro L. litera D. utebantur.* Quidam existimant, jusjurandum esse per Divi fidem, quidam per diurni temporis, id est, Diei fidem. Sed prior proculdubio sententia vera est, ut Fidius sit Deus fidei.

5 *Cognoscas.*] Servius ita legit l. III. Æneid. (*Quæ mediusfidius vera licet mecum recognoscas*) sed nec hoc ignoro Grammaticos sæpe recedere ab ipsis auctorum verbis. *Grut.* Porro si sic legas, innuit hoc verbo Catilina, Catulum quoque aliquid ea de re sciviſſe, de qua ipse sese purgat. nam recognoscimus ea fere, quæ scimus. Cicero: *Non videtur hæc multitudo recognoscere.* Idem: *Declarat se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere.* Ego vulgatam hodie magis probo, quanquam Felicius Durantinus *Agnoscas* legisse videtur. *Riv.*

6 *Statum dignitatis.*] Hoc est, in dignitate mea vivere non poteram. *Zanch.*

7 *Æs alienum meis nominibus.*] Æs alienum, quod ego contraxi. nomen enim ponitur pro debito, cautione, item pro causis, negociis & personis, qui in conficiendis rationibus expensæ pecuniæ referuntur. *Meis nominibus.*] Nonnullis Mss. *æs alienum meis nominibus sumptum.* Gruterus. *Nomina.*] Sciendum *nomina* proprie dicta de hujuscemodi debitis dici, quæ sine usuris contraherentur. Ideo & parati proxenetæque interpositi, qui pecuniam mutuam quærentibus, quam sine usura acciperent, creditores conciliarent, qui sic dare vellent. Tabulæ igitur illæ, per quas nomina fiebant, & in quæ referebant nomina debitorum creditores, quibus sine usura crediderant, diversæ à Kalendario. Nam Kalendarium liber quo-

Digitized by Google

ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem; cum & [1] alienis nomi- „
nibus liberalitas Aureliæ Oreſtillæ, [2] ſuis, filiæque copiis „
perſolveret: [3] ſed, quod non dignos homines honore „
[4] honeſtatos videbam, meque falſa ſuſpicione alienatum „
eſſe ſentiebam: hoc nomine ſatis honeſtas pro meo „
caſu [5] ſpes reliquæ dignitatis conſervandæ ſum ſecutus. „
Plura cum ſcribere vellem, nunciatum eſt mihi vim „
parari. nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæque fidei „
trado. eam ab injuria defendas, [6] per liberos tuos roga- „
tus. [7] haveto.

Sed

quoque rationum ſive tabulæ, in quibus perſcribi ſolita nomina debitorum, ſed ſub uſura pecuniam debentium. quia enim Kalendis pecuniam fœnore occupare conſueverant fœneratores, & uſuræ penſiones erant menſtruæ, inde Kalendarium nomen. In Kalendarium autem regerebantur ipſa etiam inſtrumenta debitorum, qui non tantum de ſorte reddenda, ſed etiam de uſuris ſolvendis caverant, vid. l. uxor. de Legat. 3. & l. 1. ff. de Ann. Legat. Caeterum inde κυριολογικῶς apud auctores probatos nomen pro quolibet debito etiam uſurario poſitum paſſim legitur. *Salmaſ.*

1 *Alienis nominibus.*] Id eſt, cautione aliorum. nam ſuperius dixit pecuniam ſua fide aut amicorum ſumptam mutuam, Fæſulas ad Manlium quendam portare. Vel per *nomina aliena* intelligit, pro quibus fidejuſſerat.

2 *Suis & filiæ copiis.*] Id eſt, ſuis divitiis & filiæ. Hanc autem Oreſtillæ filiam fuiſſe intelligamus, quam poſtea Cornificius adoleſcens ſibi deſpondit, ut in libro Epiſtolarum famil. 8. Cælius ſcribit. *Zanch.*

3 *Sed, quod non dignos homines.*] Catilina hanc querelam in Ciceronem protulit, quaſi is conſulatu indignus eſſet. Idem cenſebat Q. Mutius Tribunus plebis. Hinc Cicero cont. Ant. & Catil. *Te tamen, Q. Muti, tam male de Rep. exiſtimare, moleſte fero, qui heſterno die me eſſe dignum Conſulatu negabas. Quid? populus Romanus minus diligenter ſcit ſibi conſtituere defenſionem quam tu tibi, qui, cum te furti L. Calenus ageret, me potiſſimum fortunarum tuarum Patronum eſſe, voluiſti, & cujus tu conſilium in tua turpiſſima cauſa delegiſti, hunc honeſtiſſimarum rerum defenſorem populus Romanus auctore te repudiare poteſt?*

4 *Honeſtatos.*] Aliter *honeſtos*, & utraque lectio eſt in manuſcriptis: poſteriorem tamen libentius amplector, quippe quæ ad Salluſtianum dicendi genus magis accedit, præſertim cum Plautus eadem dicendi forma utatur in Captivis:

Qui me honeſtiorem ſemper fecit, & facit. Caſt.

5 *Spes dignitatis conſervandæ.*] Oppido obſcurus hic eſt ſenſus: Commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle vehementer notat Catilina de falſa criminatione ad Populum, per quam videri vult repulſam paſſus, non conſcientia de culpa, ut paulo ante ipſe loquitur. Ergo innocenti ſibi id ab inimico factum Catulo conqueritur, ea ſpe, ſi quando populus reſciſcet ea innocenti facta, reſtituturus ſit eum in integrum. Hoc igitur nomine honeſtas ſpes ſecutus ſum, inquit, reliquæ dignitatis conſervandæ. *Glar.*

6 *Per liberos tuos.*] Id eſt, per ſalutem & charitatem liberorum tuorum. *Bad.*

7 *Haveto.*] Ita enim potius ſcribendum juxta antiquum morem, non vero *ave*, quod ex orientali lingua in Romanam defluxit. Idem enim eſt, atque ſi dicas,

Sed ipſe, paucos dies commoratus [1] apud C. Flaminium [2] in agro Reatino, dum vicinitatem ante ſolicitatam armis exornat, cum faſcibus, [3] atque aliis imperii inſignibus

dicas, vive, חיה *haja* enim eſt vivere. atque hinc Eva appellata, quaſi vivens vel potius mater viventium. hinc & antiqui *havo* pro ſaluto dixerunt. Plautus in Pœnulo:

Havo, cujates eſtis, aut quo ex oppido?
D. *Havo.* M. *Salutat.*

Atque iterum Punice *Haudoni*, denotat, vive Domine. אדון enim ſive *adon* dominum denotat. Unde idem Plautus:

AG. *Saluta hunc rurſum Pœnice verbis meis.*
M. *Haudoni.*

Atque hinc explicatur quoque tertio libro Anthologiæ epigramma in Meleagrum:

Ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐστὶ, σαλάμ· εἰδὲ Φοίνιξ
ἔνγε σὺ Φοίνιξ,
Αὐδονὶς· εἰ δ' Ἕλλην, χαῖρε, τόδ' αὐτὸ φράσον.

Id eſt:

Verum ſi quidem Syrus es, Salam: ſin vero Phœnix,
Audonis. At ſi Græcus, Chaire. Et hoc idem dicito.

Ubi Salam pacem denotat, Audonis autem, idem quod Plauti (Haudoni) id eſt, vive Domine. corrupte enim alii legunt χαῖρε δή. Vide *Scalig.*

1 *Apud C. Flaminium Flammam in agro, &c.*] Auſus ſum facinus mali exempli, unius ſolius Nazariani codicis fide introducta voce nova: ſed enim cum is ſit antiquitatis ultimæ, & omnibus literis id tueatur, nec ſolum, ſed adpictum habeat margini, *alias Flaccum*, nefas putavi derogare ævo tam priſco: præſertim cum neceſſario requiratur heic nomen tertium, ſi diſtinctum voluerit hunc Flaminium à mille aliis. *Flammam* inter cognomina; ſatis notum ex Inſcriptionibus, & Hiſtoriis. *Gruterus.*

2 *In agro Reatino.*] Reate opidum Sabinorum memoratur, cujus vetuſtiſſima eſt origo, quippe quod Aborigines, à Sabinis urbe ſua Liſta pulſos [illegible] ſe recepiſſe Dionyſius lib. 1. teſtatur, quod ante bellum Trojanum factum eſſe Cluverus oſtendit. Celebris itaque paſſim apud antiquos auctores ejus fit mentio. Cicero tamen ignobili voce Catilin. III. *Præfecturam* appellavit. *Præfecturæ autem*, ut Feſtus loquitur, *eæ appellabantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur: & erat quædam earum Reſpublica, neque tamen magiſtratus ſuos habebant. In quas legibus præfecti mittebantur quotannis.* Legitur & *Aretino.* Aretium autem erat civitas Etruriæ, quam in mediterraneum maxime recedere, & montibus (Apenninis ſcilicet) vicinam eſſe, à Roma mille ſtadia diſtare tradit Strabo lib. v. Plin. l. III. cap. v. tria eodem nomine recenſentur opida. *Aretini*, inquit, *Veteres, Aretini Fidentes, Aretini Julienſes.* Duo poſteriora loca, quæ, vel ubi fuerint, non liquet, niſi idem ſit opidum, & à variis coloniis ita dictum. Coloniam poſtea Romanorum huc deductam fuiſſe liquet ex Cicerone pro Muræna, & Frontino de Coloniis. hodie Arezzo dicitur. *Cluver.*

3 *Cum aliis imperii inſignibus.*] Inſignia præcipue Conſulum fuere veteri Rep. faſces duodecim cum lictoribus, ſella curulis, prætexta toga, eaque domi ſumpta primo magiſtratus die ante Deos penates (Livius lib. 22. in fin.) ſcipio eburneus in manu ſive ſceptrum. De quo ſcipione minus quidem vulgata res, magnis tamen auctoribus mihi certa. De quo loquitur Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 3. De Papyrii quoque ſcipione eburneo loquitur Livius lib. 3. & Valerius Max. de priſcis Coſſ. lib. 4. cap. 4. inquit, *nec eis fuit rubori, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem ſtivam aratri repetere.* Lipſ.

1 *Sino*

bus in caſtra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ 36
comperta ſunt; Senatus Catilinam, & Manlium hoſtes judicat; cæteræ multitudini diem ſtatuit, ante quam liceret [1] ſine fraude ab armis diſcedere, [2] præter rerum capitalium condemnatis. præterea, decernit, uti Conſules [3] delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam perſequi maturet; Cicero urbi præſidio ſit. Ea tempeſtate mihi imperium populi Romani multo maxume miſerabile viſum eſt: cui cum [4] ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita

1 *Sine fraude.*] Impune. nam pœnam veteres vocabant fraudem, ut Servius inquit; quod aſſeverat etiam Ulpianus Digeſtorum libro 20. *Capitalem*, inquit, *fraudem admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Veteres enim fraudem, pro pœna ponere ſolebant.* hæc ille. ſic etiam Livius Decadis 4. lib. 9. *Indicibus Ebutio ac Feceniæ ne fraudi ea res ſit*: id eſt, ne vitio detur, unde pœna luenda ſit. *Caſt.*

2 *Præter rerum capitalium condemnatis.*] Priſcianus lib. 17. & 18. vult præpoſitionem *Præter*, quando pro *ſine* accipitur, ablativo conjungi; quare interpretatur hunc locum, *Præter condemnatis*, id eſt, ſine condemnatis. ſed falſus eſt. hic enim *Præter* non eſt præpoſitio, ſed adverbium: nec *Condemnatis* eſt ablativus, ſed tertius caſus. ut ſi dicerem: Suffragarer omnibus, *præter* tibi, id eſt, *præterquam* tibi. *Idem.*

3 *Delectum.*] Modus delectus fuit talis, Conſules poſitis ſellis curulibus ſedebant, & ſummæ rei præſidebant: tribuni adminiſtrabant & exequebantur per partes. Ipſe delectus fiebat in Capitolio auguſtiſſimo loco. In campo delectum habitum tanquam novum notat Dionyſius: ſed eo factum, quo tribunitiæ interceſſiones vitarentur, quibus ibi non erat locus. Eligebantur ex tribubus & claſſibus, ducta ſorte: vel ut æmulatio tolleretur, ne hæc illi poſthabita videretur, vel querela de onere oriretur, ſi forte delectus non iret per omnes. Præſidentibus itaque Conſulibus, ſedentibus tribunis, tribus vocata in centurias ſuas ivit, exceptis ſenioribus. Ex ſingulis tum centuriis, & pro cenſu ac claſſe, milites citati nominatim. Itaque, tabulæ ad manum, in quibus nomina, ætates & opes ſcripta. Aliquando etiam ſorte capti, raro tamen, nec niſi in re tumultus. Quin & hoſte vicino aut repentino aliquo periculo imminente, militem confuſe ac raptim capiebant & educebant. Contumaces vel in vincula conjiciebantur vel damno affecti, bona eorum direpta & vendita, nonnunquam in ſervitutem rapiebantur, imo ad mortem. *Lipſ.*

4 *Ad occaſum ab ortu ſolis.*] Id eſt, cum ab occidente ad orientem, hoc eſt, univerſus orbis ab eo armis domitus eſſet. & eſt Synedoche, quia Romani ultra Taurum montem fines ſuos non extenderunt. *Zanch. Ab ortu ad occaſum.*] Eſt hæc hyperbolica locutio. Itaque & paſſim apud ſcriptores invenies maris & telluris dominium Romanis tribui. Ipſe Antonius in jure alibi civili ſe mundi dominum dixit. Ariſtides in Romæ Encomio dominium hoc Romanis, non (quemadmodum Athenienſibus) definitum eſſe ait, ſed ut cingulum eorum imperio circumfundi. Simili modo Themiſtius, Procopius, alii locuti ſunt. Et quis ferat hoc cadente imperio ab iis hæc dici? Magis ferendum Salluſtii hæc ætate dici, cum virile robur veluti conceperat Imperium Romanum, & vires atque lacertos uſque ad extrema terrarum movebat. Adeo ut non totum abjiciendum

domita armis parerent, domi otium, atque divitiæ, quæ [1] prima mortales putant, affluerent, fuere tamen cives, qui ſeque, remque publicam obſtinatis animis perditum irent. [2] namque, duobus Senati decretis, ex tanta multitudine, neque præmio inductus conjurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinæ quiſquam omnium diſceſſerat. tanta vis morbi, atque [3] uti tabes pleroſque civium animos in-
37 vaſerat. neque ſolum illis aliena mens erat, qui conſcii conjurationis fuerant, ſed omnino cuncta plebes, novarum rerum ſtudio, Catilinæ incœpta probabat. id adeo more [4] ſuo videbatur facere. [5] nam ſemper in civitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent; [6] turba, atque ſeditionibus [7] ſine cura aluntur: quoniam egeſtas facile habetur ſine damno. Sed urbana plebes ea vero [8] præceps ierat multis de cauſſis. Primum omnium, qui ubique probro, atque [9] petulantia maxume præſta-

jiciendum ſit, quod apud Principem Poëtarum, Venus ad Jovem de futuro Romanorum imperio canit, cum dicit:

Certe hinc Romanos olim volventibus annis,
Hinc fore ductores, renovato ſanguine Teucri, (rent,
Qui mare, qui terras omni ditione tene-
Pollicitus: quæ te, Genitor ſententia vertit?

Et huc pertinet Florus lib. IV. cap. I. *Jam pæne toto orbe pacato majus erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus extingui poſſet. Itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipſum illum in exitium ſuum armavit.* Paſſim legitur, Imperium populi Romani orbis terrarum terminis definitum: imo vero non terræ, ſed cœli regionibus terminatum, in orationibus Ciceronis.

1 *Prima.*] Id eſt, præcipua & excellentia.

2 *Namque duobus Senati decretis.*] Ita Chariſius lib. 1. legit. Alioquin & legitur, *Senatus. Duobus Senati decretis.*] Scilicet factis, quæ ſupra memoravit. unum, ſi quis conjurationem indicaſſet, ſervo libertatem: alterum, quod intra certum tempus, qui in exercitu Manlii & Catilinæ erant, impune ab armis diſcedere poſſent. *Zanch.*

3 *Uti tabes.*] Veluti quædam contaminatio atque contagio.

4 *Suo more.*] Id eſt, ex veteri conſuetudine.

5 *Nam ſemper in civitate.*] Hinc divinus ille Plato lib. 5. de Legibus dicit, In civitate, quæ ſeditionum expers futura ſit, & inopiæ, & divitiarum terminos eſſe ſtatuendos. *Caſt.*

6 *Turba.*] Turbatione rerum.

7 *Sine cura.*] Scilicet, rerum ſuarum: quia ipſi nihil poſſident. *Zanch.*

8 *Præceps ierat.*] Alii, *præceps erat.*

9 *Petulantia.*] *Petulantia*, auctore Feſto, à *petendo* dicta eſt. M. Tull. de Republ. libro 4. *Itaque à petendo, petulantia: à procando, id eſt, poſcendo procacitas nominata eſt.* eſt autem *petulantia*, ut Nonius ait, *improbitas.* Zanch.

1 Per-

præſtabant; item alii, [1] per dedecora, [2] patrimoniis amiſſis; poſtremo omnes, quos [3] flagitium, aut facinus domo expulerat, hi Romam, [4] ſicuti in ſentinam, confluxerant. dein multi, memores Sullanæ victoriæ, quod [5] ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu, atque cultu ætatem agerent, [6] ſibi quiſque, ſi in armis foret, ex victoria talia ſperabat. præterea juventus,

1 *Per dedecora.*] Qui rem à patribus relictam amiſerant vel conviviis ſumptuoſis, vel amoribus illicitis, vel condemnationibus, cum pœnas pecuniarias ſolvere coacti eſſent, propter ſcelus aliquod perpetratum. *Vall.*

2 *Patrimoniis amiſſis.*] Perditis divitiis, quas eorum patres teſtamento reliquerant. *Idem.*

3 *Flagitium aut facinus.*] Vide ſupra pag. 31. & 60.

4 *Sicuti in ſentinam confluxerant.*] Quemadmodum uſuvenire ſolet, ut quicquid humoris corrupti in corpore ſit, id totum ulcus ad ſe contrahat, quicquid aquæ in navi eſt, id ad ſentinam confluat: ita in civitate quotquot improbi ſunt, ad aliquem unum improbitate inſignem concurrunt. *Zanch. Sentinam.*] Sentina eſt fundus navis, ſive ima interior pars, nam ut carina eſt ima pars exterior, & quaſi ventet, ſic ſentina interior alvus, quæ, quia mali odoris eſſe ſolet, quod in eam ſordes omnes confluant, idcirco pro loco ſceleribus contaminato, vel etiam pro ipſis perditis hominibus ſumitur, ſicuti & pro ſordibus ſumpſit Valer. Maximus, lib. 2. cap. 7. cum dicit: *hac turpi & erubeſcenda carina vacuefactus exercitus noſter.* A Sentina dicti Sentinatores, quibus cura ſentinæ delegata in navi. Paulinus ad Macatium de naufragio: *unum ex omni numero nautarum ſenem ſentinando deputant.* hinc & ſentinare, id eſt, ſatagere ad ſentinam, periculum vitare, ut Feſtus docet, & Gellius lib. XIX. cap. 1. *Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies tandem illuxit, ſed nihil de periculo atque ſævitia remiſſum.* At in vulgatis Codicibus contaminatiſſimus fuit ille locus; ut notat Scaliger. Vide & Lil. Gyrald. de Navig. cap. XI. & Polluc. in Onomaſt.

5 *Ex gregariis militibus.*] *Gregarii milites* nonnullis dicuntur tumultuarie collecti, verum *gregarii milites* dicuntur, qui nullum ordinem ducunt, & nullum gradum dignitatis habent: quod ex ſubjectis exemplis maxime intelligimus. Salluſtius in Jugurth. *Namque edicto primo adjumenta ignaviæ ſuſtuliſſe dicitur, ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum ſequerentur: ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet.* Valerius Maximus libro 2. cap. 7. §. 2. hanc eandem rem narrans, ſic inquit: *Protinus namque lixas à caſtris ſummovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit: in agmine neminem militum miniſterio ſervorum jumentorumque (ut arma ſua & alimenta ipſi ferrent) uti paſſus eſt.* quod ſi gregarii milites ii eſſent (ut illi volunt) qui tumultuarie collecti ſunt, non dixiſſet Valerius, *Neminem militum, &c.* Zanch.

6 *Sibi quiſque, ſi in armis foret, ex victoria talia ſperabat.*] Ita in manuſcriptis rectius. Vulgo, *ſibi quiſque ſi victoria in armis foret, talia ſperabat.* Ita nimirum ſenſus ipſe poſtulat. Valde miror oſcitantiam impreſſorum, qui talia non advertant. Ego hic fidem antiquorum codicum, contra conſenſum recentiorum, ſequendam nobis puto. *Riv.*

ventus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis [1] atque publicis [2] largitionibus [3] excita, urbanum otium ingrato labori prætulerat. eos, atque alios omneis malum publicum alebat. quo minus mirandum eſt, homines egentes, malis moribus, maxuma ſpe, [4] reipubl. juxta ac ſibi conſuluiſſe. Præterea quorum, [5] victoria Sullæ, parentes proſcripti, [6] bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud ſane alio animo belli eventum exſpectabant. ad hoc, quicunque aliarum, atque Senatus, partium erant, conturbari rempublicam, quam [7] nimis valere, ipſi malebant. id adeo malum multos poſt annos in ci-
38 vitatem reverterat. Nam poſtquam [8] Cn. Pompejo, & M. Craſ-

1 *Largitionibus privatis.*] Scilicet, quas cives Romani faciebant, ad promerendum ſibi favorem & ſuffragia: & *largitio* fere in mala re ab auctoribus dicitur. *Zanch.*

2 *Atque publicis.*] Nam ſingulo quoque menſe donationes frumentariæ in populum fieri ſolebant. Tranquillus in Auguſto: *Romani populi cenſum vicatim egit, ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negociis avocaretur, ter in annum, quaternorum menſium teſſeras dare deſtinavit: ſed deſideranti conſuetudinem veterem conceßit rurſus, ut ſui cujuſque menſis acciperet.* Scribit quoque Pædianus, Clodium tuliſſe legem annonariam, valde popularem, ut ſcilicet frumentum populo daretur gratis. *Idem.*

3 *Excita.*] Provocata, commota.

4 *Reipubl. juxta ac ſibi conſuluiſſe.*] Quia, quæ ſibi utilia videbantur, ea quoque reipubl. utilia fore credebant. *Zanchius.* Atque ita per fas & nefas cuncta turbabantur.

5 *Victoria Sullæ.*] Sulla ter intra paucos dies proſcriptionum diverſas tabulas propoſuit, ſi credimus Plutarcho. *Coler.*

6 *Bona erepta, &c.*] Omnium enim quæ Sulla in proſcriptione fecit, id injuſtiſſimum æſtimatum eſt, quod proſcriptorum filios, ac nepotes honore privavit, & omnia bona publicavit. Livius lib. 89. *Sulla proſcriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit.* Romanis enim, ut Dionyſ. lib. 8. ſcribit, mos fuit liberare filios à pœna, quocunque patres crimine deliquiſſent, ſive filios tyrannorum, ſive etiam parricidarum, ſive etiam proditorum fuiſſe contingat. hunc morem Sulla diſſolvit, adimens filiis proſcriptorum facultatem gerendi honores, & ne Senatores eſſe poſſent: hos poſtea Cæſar admiſit ad honores. Plutarch. in Cæſaris vita: *Nam dictator à Senatu creatus exules reduxit, eorum etiam, qui Sullana tempeſtate proſcripti ſunt, filios admiſit ad honores.* Zanch.

7 *Nimis.*] Id eſt, quicunque ſenatoribus invidebant: ut tribuni plebis, plerunque ipſi malebant remp. conturbari, quam nimis valere, id eſt, incolumem eſſe cum damno ſuo. alii legunt, *minus*; ut ſit, Malebant remp. conturbari, quam ipſi minus valere. *Bad.*

8 *Cn. Pompejo.*] Cn. Pompejus Magnus, M. Licinius Craſſus, quando tribunitia poteſtas reſtituta eſt, conſulatum geſſerunt anno ab Urbe condita 683. Nam iterum Conſules fuerunt anno 698. *Caſtil.*

1 *Tribu-*

M. Craſſo Coss. [1] tribunitia poteſtas reſtituta eſt; [2] homines adoleſcentes, [3] ſummam poteſtatem nacti, quibus ætas;

1 *Tribunitia poteſtas reſtituta eſt.*] Scribit Appianus in 2. belli Civil. Pompejum, cum à Curione tribuno plebis Senatus fuiſſe diſſolutus, vehementer pœnituiſſe, quod tribunitiam poteſtatem à Sulla immutatam atque disjectam, denuo ipſe in priſtinum ſtatum redegiſſet. *Zanch. Tribunitia poteſtas.*] De reſtitutione Tribuniciæ poteſtatis ſupra diximus, ad quam rem indicandam, in denariis antiquis Roſtra Libertati ſacra impreſſa ſunt. *Urſin.*

2 *Homines adoleſcentes.*] Tribuni enim plebis adoleſcentes creabantur, quod & Vellejus Paterculus libro 2. teſtatur. *Zanch. Adoleſcentes.*] Ut fuit, C. Cornelius, qui poſtea reus majeſtatis à Cicerone defenſus eſt: item Rullus, qui Cicerone conſule Agrariam legem ferre conatus eſt, quo tempore etiam Labienus rempublicam perturbavit. Cicero, Aſconius, Dion. poſtea Curio & Antonius omnium ſeditioſiſſimi ſceleratiſſimique fuerunt. *Caſt.*

3 *Summam poteſtatem nacti.*] Decimoſexto anno poſt reges exactos, plebe à patribus in montem ſecedente, quinque tribunos, ut nonnulli tradunt, ſibi plebs creavit: ut vero Cic. & Liv. duos, treſque ab illis duobus collegas cooptatos fuiſſe: hos neque juri dicundo, nec querelis civium noſcendis, ſed auxilio ferendo adverſus conſules, & illos qui inſolenter in plebem inſurgerent, utque præſides libertatis, cuſtodeſque eſſent, creatos accepimus. Liv. *Brutus concionem congregans plebi conſuluit, uti ſacrum, inviolabilemque ſancirent eum magiſtratum, lexque in hunc modum lata eſt.* TRIBUNUM. INVITUM. TANQUAM. UNUM. E. MULTIS. NEMO. ILLUM. COGITO. AGERE. NEQUE. VERBERATO. NEQUE. ALTERI. UT. VERBERET. IMPERATO. NEQUE. OCCIDITO. NEQUE. OCCIDI. IUBETO. SI. QUIS. AUTEM. PROHIBITORUM. HORUM. ALIQUID. FECERIT. IMPIUS. EXECRABILISQUE. ESTO. BONA. EIUS. PUBLICANTO. AD. SACRA. CERERIS. ET. QUI. ALIQUEM. HAEC. AGENTIUM. OCCIDERIT. CAEDIS. EXPIATUS. ESTO. & infra: *Triceſimo deinde anno à primis tribunis plebis, decem creati ſunt, bini ſingulis claſſibus: itaque, cautum eſt, ut poſtea crearentur.* Plutarch. in Problem. contendit, hunc non eſſe magiſtratum: primum, quia purpurati non incedunt ut cæteri magiſtratus: & quia nec lictores habent, nec in ſella curuli ſedentes jus dicunt, nec initio anni, ſicut cæteri magiſtratum ineunt, ſed quarto ante idus Decembris, nec creato dictatore poteſtatem deponunt, ſed quum omnis poteſtas & imperium ad Dictatorem redeat, ſoli omnium magiſtratum retinent, quaſi imperium nudum gerentes, & alium quendam locum in repub. obtinentes, hique inter cæteros magiſtratus vocationem non habent, ſed tantum prehenſionem, ut Gellius ſcribit lib. 13. c. 12. Prehendere enim Tribuno pleb. licet, & in carcerem ducere conſulem, prætorem, cenſoremque, C. Curiatii exemplo, qui tribunus pleb. D. Brutum & P. Scipionem Coſſ. viros honeſtiſſimos in vincula conjecit, ut in 3. de Legibus Cicero tradit: & M. Druſi, qui Philippum Conſulem, quia ſe concionantem interpellare auſus fuerat, in carcerem præcipitem egit, ita ut multus ſanguis è naribus profunderetur, ut Valerius Max. lib. 9. cap. 5. ſcribit. Ipſique injuriam, quæ coram fieret, coërcere, & mulctam irrogare Dictatori, Conſuli, cæteriſque magiſtratibus poterant, ut ex Livio patet, & Tribunorum maxima erat in prohibendo poteſtas. uno enim prohibente, nihil alii, & ſi complures ſint, efficere poſſunt. id quoque animadvertendum eſt, quod tribunis pleb. intrare curiam non licebat, ſed ante valvas poſitis ſubſelliis decreta patrum attentiſſima cura examinabant, ut ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent: itaque veteribus

ætas, animuſque ferox erat, cœpere, [1] Senatum criminando, plebem exagitare; dein largiendo, atque pollicitando magis incendere; ita ipſi clari, potenteſque fieri. contra eos ſumma ope nitebatur pleraque nobilitas, [2] Senatus ſub ſpecie, [3] pro ſua magnitudine. namque, uti paucis

teribus Senatuſconſultis T. litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur, illa Tribunos cenſuiſſe, Valer. Max. lib. 2. tametſi poſteriori tempore, tribunum frequenti ſenatu de rebus ad populum pertinentibus Senatum conſuluiſſe, ibique ſubſellia habuiſſe, apud Livium, Ciceronem, Dionem legimus. Hique plebem conſulere, & rogationes ad populum, ac ſuper his leges promulgare, quæ plebiſcita appellantur, poterant, ut Gellius l. 15. ſcribit. *Zanch.*

1 *Senatum criminando exagitare plebem.*] Similia criminatur & apud Ciceronem III. de Legibus Quintus Frater: *Magnum dicis malum: nam iſta poteſtate nata gravitas optimatum cecidit, convaluitque jus multitudinis. Mihi quidem peſtifera videtur illa poteſtas: quippe quæ in ſeditione & ad ſeditionem nata ſit. Cujus primum ortum ſi recordari volumus, inter arma civium, & obſeſſis urbis locis, procreatum videmus: deinde cum eſſet cito ablegatus, tanquam ex XII. Tabulis inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore recreatus, multo quoque terrior & fœdior natus eſt. Quem enim ille non edidit: qui primum (ut impio dignum fuit) patribus omnem honorem eripuit: omnia infima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit: cum affixiſſet principum gravitatem, numquam tamen conquievit.* Hæc Cicero. Nam ſi quis legem ſuadeat, qua vel poteſtas ſenatus, quam more majorum obtinet, minuatur, vel aliqua dignitatis honorifve prærogativa Patribus adimatur, aut etiam opes ac rem familiarem ipſorum accidat; omnium hujuſcemodi rogationum accipiendi, aut non, jus habet populus: Polyb. lib. VI. Hac tamen opportunitate facile fuit tribunis Senatum criminando exagitare plebem; qualis ille apud Lucanum libro 1.

Venali Curio lingua
Vox quondam populi, libertatemque tueri
Auſus, & armatos plebi miſcere potentes. Graſw.

2 *Senatus ſub ſpecie.*] Simulantes ſe defendere Senatus auctoritatem. verum id agebant ſuæ potentiæ cauſa, ſicuti de Sulla legitur. *Zanch.*

3 *Pro ſua magnitudine.*] Pro ſua potentia. Auguſt. in 3. de Civitate Dei quædam ex Salluſtio recitat, quæ hunc locum mirifice declarant. *Plurimæ*, inquit, *turbæ, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt, dum pauci & potentes, quorum in gratiam plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum, aut plebis nomine dominationem affectabant; bonique & mali cives appellati, non ob merita in Rempub. omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſimus, & injuria validior, quia præſentia defendebat pro bono dicebatur.* Zanch. *Pro ſua magnitudine.*] Livius lib. III. 65. *Sed alter ſemper ordo gravis alterius modeſtiæ erat. Quieſcenti plebi ab junioribus patrum injuriæ fieri cœptæ. Ubi tribuni auxilio humilioribus eſſent, in primis parum proderat: deinde ne ipſi quidem inviolati erant, utique poſtremis menſibus, cum & per coitiones potentiorum injuria fieret, & vis poteſtatis omnis aliquanto poſteriore anni parte languidior ferme eſſet. Seniores, contra Patrum, ut nimis feroces ſuos credere juvenes eſſe, ita malle: ſi modus excedendus eſſet, ſuis quam adverſariis ſupereſſe animos. Adeo moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle ſimulando, ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt: cavendoque ne metuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt:*

paucis verum abſolvam, per illa tempora quicumque rempub. agitavere, honeſtis nominibus, alii, ſicuti jura populi defenderent, pars, quo Senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſque potentia certabant: [1] neque illis modeſtia, neque modus contentionis erat: utrique [2] victoriam crudeliter exercebant. Sed, poſtquam Cn. Pompejus ad [3] bellum maritimum, 39
[4] atque Mithridaticum miſſus eſt; plebis opes imminutæ;

pauco-

ficiunt: & injuriam à nobis repulſam, tanquam aut facere, aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis. Graſw.

1 *Neque illis modeſtia.*] Sic Curtius l. x. de plebe: *Nullum profundum mare, vaſtum fretum & procelloſum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, utique ſi nova & brevi duraturalibertate luxuriat.*

2 *Victoriam crudeliter exercebant.*] Memorat autem hujus & ſenatoriæ & tribunitiæ crudelitatis exempla Livius, libro 11.54. Cum Tribunus plebis Genutius L. Furium & C. Manlium Conſ. abeuntes reos feciſſet: *tandem qui obverſati veſtibulo tribuni fuerant, nunciant, domi mortuum eſſe inventum. Quod ubi in totam concionem pertulit rumor: ſicut acies funditur duce occiſo, ita dilapſi paſſim alii alio. Præcipuus pavor tribunos invaſerat, quam nihil auxilii juratæ leges haberent, morte collegæ monitos. Nec patres ſatis moderate ferre lætitiam. Adeoque neminem noxæ pœnitebat, ut etiam inſontes feciſſe videri vellent, palamque ferretur, malo domandam tribunitiam poteſtatem.* De plebe vero & tribunis lib. 111. 63. *Tum primum ſine auctoritate Senatus, populi juſſu triumphatum eſt. Hæc victoria tribunorum plebiſque prope in haud ſalubrem luxuriam vertit, conſpiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur, &c.* Idem.

3 *Bellum maritimum.*] Mithridates initio belli cum populo Romano ſuſcepti, aliquot homines in naves impoſuit, ne tam libera eſſet Rom. in Aſiam navigatio: cum vero bellum exarſiſſet, hi aucto numero, prædonum more, ut mare, ita inſulas & urbes maritimas, ipſam denique Italiam infeſtabant, qui annonæ commercia intercluſerunt. hi Cilices appellati ſunt: vel quia primi Cilices fuerunt, vel quia ſe in Ciliciam receptabant. in horum ſocietatem recepti ſunt prædones, exules, fugitivi, ſervi. eorum numerus ita crevit, ut naves amplius mille haberent, tam multa præda locupletati ſunt, ut inauratis rudentibus, purpureis velis, remis ſubargentatis uterentur. Cum igitur ſocios & provincias populi Romani, atque Italiam impotenter vexarent, omnibuſque mercatoribus mare clauſum eſſet, adverſus eos Cn. Pompejus lege Gabinia factus Imperator bellum incredibili celeritate confecit. de hoc bello ſcripſerunt amplius Florus, Appianus, Plutarch. in vita Pompeii. Livius lib. 9. *Cn. Pompejus lege ad populum lata, perſequi pyratas juſſus, qui commercium annonæ intercluſerant, intra 40. dies toto mari eos expulit: belloque cum his in Cilicia confecto, acceptis in deditionem pyratis, agros, & urbes dedit.* Zanch.

4 *Atque Mithridaticum miſſus eſt.*] Auctore Livio libro 100. *C. Manlius Tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompejo bellum Mithridaticum mandaretur.* Ibidem: *Cn. Pompejus ad gerendum bellum adverſus Mithridatem vicit.* & lib. 101. *Cn. Pompejus Mithridatem nocturno prælio coëgit Boſporon profugere. Tigranem in deditionem accepit, eique ademptis Syria, Phœnicia & Ciliciaregnum Armeniæ reſtituit.*

Digitized by Google

[1] paucorum potentia crevit. hi magiſtratus, provincias, alſaque omnia tenere: ipſi [2] innoxii, florentes, ſine metu ætatem agere, ceteroſque [3] judiciis terrere, [4] quo plebem in magiſtratu [5] placidius tractarent. Sed ubi primum dubiis rebus [6] novandis ſpes oblata eſt, vetus certamen animos eorum arrexit. quod ſi primo prælio Catilina ſuperior, aut [7] æqua manu diſceſſiſſet; profecto magna clades, atque calamitas rempubl. oppreſſiſſet; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuiſſet, quin defeſſis & [8] exanguibus, [9] qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret. fuere tamen extra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. [10] in his erat [11] Fulvius, Senatoris filius: quem retractum ex itinere [12] parens * necari juſſit. Iiſdem temporibus Romæ Lentulus,

Bellum autem Mithridaticum ſpacio annorum 40. confectum fuiſſe, Appianus & Florus ſcribunt. *Idem.*

1 *Paucorum.*] Nobilium. *Paucorum* dixit, quia in Repub. plebis major numerus eſſe ſolet, quam nobilitatis. *Idem*

2 *Innoxii.*] Tuti. *Innoxius* enim dicitur ſæpiſſime, qui non nocet, interdum etiam, cui non nocetur: ut hoc in loco, & apud Colum. libro 5. cap. 9. *Ut ſit innoxius ab injuria pecorum.* Caſt.

3 *Judiciis.*] Condemnationibus.

4 *Quo plebem in magiſtratu.*] Id eſt, terrebant judiciis Tribunos plebis, ne plebem in potentes exagitarent, atque in Senatum criminando accenderent. *Ciaccon.*

5 *Placidius.*] Id eſt, plebem non irritarent, ſed magis placide haberent.

6 *Novandis.*] Non inepte ora editionis mediæ, *Novandi*, id enim malim, quam ut inducatur vox, *dubiis*, ut viſum Fulvio Urſino. *Gruter.*

7 *Æqua manu.*] Pari: ut dubia adhuc eſſet fortuna, incertuſque exitus belli. *Caſt.*

8 *Exanguibus.*] Id eſt, ſpiritu deficientibus.

9 *Qui plus poſſet.*] Significat aut magnum Pompejum, ſive Craſſum, quorum opes maximæ erant in urbe Rom. *Vall.*

10 *In his.*] Valer. Max. l. 5. cap. 1. §. 5. *nec minus animoſe A. Fulvius, vir Senatorii ordinis euntem filium in aciem retraxit, quem Scaurus è prælio fugientem increpavit. Nam juvenem ingenio, & literis inter æquales nitentem in medio itinere abſtractum mortis ſupplicio affecit: præfatus, Non ſe Catilinæ illum adverſus patriam, ſed patriæ adverſus Catilinam genuiſſe.* Zanch.

11 *Fulvius.*] Aulus Fulvius: qui & ipſe Senator fuit, ut vult Dion lib. 37. *Caſt.*

12 *Parens.*] Romulus enim omnem poteſtatem, & per omne vitæ tempus patri in filium dedit, ſive coërcere, ſive verberare, ſive vinctum ruſtico operi detinere, ſive etiam mallet occidere: majorem quoque patri in filium poteſtatem, quam domino in ſervum. nam ſervorum, qui ſemel eſt venditus, poſtea libertatem inveniens, ſui deinde eſt juris: verum venditus à patre filius, ſi liber fiat, in poteſtatem iterum redit patris: idem ſi ſecundo fieret, manumiſſuſque eſſet, ſervus tantum erat patris, ut prius:

lus, ſicuti [1] Catilina præceperat, quoſcunque [2] moribus, aut [3] fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſollicitabat; neque ſolum cives, ſed cujuſcumque modi genus hominum, quod modo uſui bello foret. Igi- 40 tur P. [4] Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos [5] Allobrogum requirat; eoſque, ſi poſſit, impellat ad ſocietatem

ut prius: poſt tertiam autem venditionem, liber erat à patre. Auctor Dionyſius lib. 2. *Zanch.*

* *Necari juſſit.*] Antiquioribus temporibus eo rigor patriæ poteſtatis ſe extendebat, ut indicta cauſa filium morti tradere licitum eſſet. Quod abolitum l. ult. C. de Patr. Poteſt. Ita enim credebant prudentiſſimi mortales, legis hujus duritiem pietate plerunque paterna extingui. Nam, ut ille loquitur, pro magno peccato paulum ſupplicii ſatis eſt patri. Ex antiquo autem jure & hoc remanſit, quod filium contumacem pater Judici offerre poſſit, qui ex præſcripto patris pœnam infligeret, l. 3. C. de Patr. pot. Fuit & illud uſitatum, domeſtica patres in filios habere judicia. Solebant tamen vel Senatum, vel Principem, vel neceſſarios & propinquos conſulere. Moris autem erat eos, quos in conſilium advocaverant, domi expectare. T. Arrius, vel, ut nonnulli legunt, Tarrius filio parricidii intentati reo, Auguſtum conſilii judiciique participem fecit. Venit Princeps, neque erubuit intra privatos penetrare penates, quia patris non Principis erat cognitio. Sedit pater tanquam accuſator ſimul & judex, aſſedit quoque Princeps, rogavitque cæteros propinquos, ut ſententiam tabulæ committerent, ne Principis auctoritas reliquorum vota ad ſe traheret, atque diſſenſum impediret. Filius Maſſiliam relegatus eſt. Cum itaque dicit Salluſtius, *necari juſſit*; patriam oſtendit poteſtatem, quæ in filium patriæ hoſtem animadverti præcepit. Hæc etſi dura, tamen & juſta ſunt. Quippe *magnis ſceleribus*, ut alibi ſcribit Seneca, *jura naturæ pereunt.* Thyſ.

1 *Catilina præceperat.*] Diſcedens enim Catilina, Lentulo & Cethego negocium dederat, ut ea diligenter agerent, quæ ad conjurationem pertinere arbitrarentur. *Zanch.*

2 *Moribus.*] Scilicet, malis. nam hi ad flagitia facilius impelluntur. *Idem.*

3 *Fortuna.*] Quod pauperes eſſent, & inopes. *Idem.*

4 *Umbreno cuidam.*] Addidit *cuidam*, quoniam ignotus erat. fuit enim libertinus, ut ait Cicero, oratione 3. in Catilinam. *Caſt.*

5 *Allobrogum requirat.*] Plutarchus in Ciceronis vita: *Dum hæc aguntur, legati Allobrogum Romam venerunt: horum gens cum rebus nimis fecundis uteretur, graviter jugum Romanorum ferre viſa eſt, unde hoc conſiſi populares conjurationis, legatis rem omnem aperiunt, exiſtimantes Allobroges pronos & aptiſſimos fore ad concitandam, vertendamque Galliam. His legatis ad conciliabulum, quod illic erat, & pariter ad Catilinam literæ datæ, in primis libertas patriæ illis promittebatur, in reliquis Catilinam exhortabantur, ut ſervitiis manumiſſis quamprimum cum exercitu approperaret. Allobrogum.*] Strabo lib. 4. *Allobroges quidem*, inquit, *ſuperioribus annis militandi ſtudio, multis mortalium millibus tenebantur. Hac autem ætate rei ruſticæ dediti campos & Alpinas valles arant, reliqui ſane vicatim ætatem agunt: clariſſimi vero Viennam prius quidem vicum habitantes: Gentis tamen metropolin appellatam in formam civitatis apparavunt.* Cæſar in primo de bello Gallico: *Alterum per provinciam noſtram multo facilius atque expeditius iter, propterea quod inter fines Helvetiorum &*

tem belli; exiſtumans publice, privatimque ære alieno oppreſſos, præterea quod natura gens [1] Gallica bellicoſa eſſet, facile ad tale conſilium adduci poſſe. Umbrenus, quod in Gallis [2] negotiatus erat, pleriſque principibus civitatum

Allobrogum, qui nuper pop. Roman. pacati erant. Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumque Helvetiorum finibus Geneva, ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Zanch. *Allobroges.*] Sunt Galliæ Narbonenſis populi juxta Rhodanum. Hinc Ptolemæus: *poſtea à parte Orientali Rhodani fluvii ſeptentrionales ſunt Allobroges, quorum mediterranea civitas Vienna.* hæc ille. Romano autem imperio tum parebant, ut teſtatur Strabo l. IV. Geogr. *Allobrogum.*] Stephanus Ἀλλόβριγες ἔθνος δυνατώτατον Γαλατῶν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Interpres vetus Juvenalis: *Allobrogæ*, inquit, *Galli ſunt. Ideo autem dicti Allobrogæ, quoniam brogæ Galli agrum dicunt. Alla autem aliud.* Quod ſane verum eſſe noſtra vernacula lingua prodidit. nam & nos novalia (broeck) hodieque vocamus. Alla autem ſive (al) Gallicam, ſive Germanicam eſſe vocem teſtatur vox *Alemannus.* & Auſonius alibi dixit:

— *in his al*
Celtarum poſuit. Coler.

Vetus commentator Horatii: *Allobroges ſunt Galli rufi & Sequanici dicti, incolentes illum tractum Alpium, qui eſt à Veſontio in Germaniam, qui vehementer res novas affectant, unde & ducibus ſuis raro fidem ſervant, habentque flavum præcipue capillum.* Vide Strab. lib. 4. Cimbri autem hodie *Albrogit* rufos & in totum verſicolores appellant; ſed melior eſt prior ſententia. neque hic dicitur à rufo colore nomen accepiſſe. Allobrox quaſi Albroeck locum totum paludoſum denotat. dict. vet. Belg. Broeck; Venne, ollant, goir, palus. Vid. Gloſſ. Pontan.

1 *Gallica gens bellicoſa eſſet.*] Gallos inter ferrum & arma natos ferocesque ſuopte ingenio, tum adverſus Romanum populum, Livius teſtatur lib. 10. Idem in 1. Decad. 3. de Annibale loquens: *Trahere ſecum tot excitos Hiſpanorum populos, concitaturum avidas ſemper armorum Gallicas gentes.* Idem alibi: *Gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam, cum procul viſis Romanorum ſignis, ut extemplo prælium initura, explicuiſſet aciem.* D. Brutus in quadam epiſtola ad Ciceronem, *Gallos* dicit *omnium bellicoſiſſimos.* Juſtinus lib. 24. *Ex his portio in Italia conſedit, quæ & urbem Romanam captam incendit, & portio Illyricos ſinus ducibus avibus (nam augendi ſtudio Galli præter cæteros callent) per ſtrages Barbarorum penetravit, & in Pannonia conſedit. Gens aſpera, audax, bellicoſa.* Idem libro 25. *Denique neque reges orientis ſine mercenario Gallorum exercitu ulla bella geſſerunt, neque pulſi regno, ad alios, quam ad Gallos confugerunt: tantus terror Gallici nominis ſive armorum invicta fœlicitas erat, ut aliter neque majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur.* Gallorumquidem etiam corpora intolerantiſſima laboris, atque æſtus fuere, primaque eorum prælia, pluſquam virorum, poſtrema minus quam fœminarum eſſe, Livius & Florus ſcribunt. Apud Romanos nulli bello Gallico immunitas erat, ut ait Cicero pro M. Fonteio, & auctore Appiano lib. 2. In ſacerdotum & ſeniorum lege, quæ de immunitate lata eſt, exceptum fuit, niſi Celticum bellum inſtaret. eo enim inſtante ſacerdotes, ſenioreſque in armis eſſe oportebat. nam Gallica gente nulla Romanis formidabilior. *Zanch.*

2 *Negociatus.*] Id eſt, negocia geſſerat, vel mercatum fecerat in Gallia. *Bad. Negociatus.*] Umbrenus fuit libertinæ condi-

vitatum notus erat, atque eos noverat: itaque ſine mora, ubi primum legatos in [1] foro conſpexit, percunctatus pauca

conditionis. Nobilibus enim ſive patriciis apud Romanos interdicta erat mercatura. Teſtatur & Philoſophus l. 3. Polit. cap. 3. legem fuiſſe apud Thebanos, ut nemo Reipub. admoveretur, niſi qui per decem annos mercatura deſtitiſſet. Et Plato alibi vilibus miniſteriis annumerat mercaturam. Sed recte multum intereſſe inter vilem & magnificam negociationem reſpondit M. Tullius Cicero. Romanis certe Senatoribus quocunque modo indecora habita eſt omnis negociatio. Legem aliquando Claudiam adverſus Senatum latam legimus, ne Senator, quive Senatoris pater eſt, maritimam navim pluſquam trecentarum amphorarum haberet, eam enim ſufficere ad vectandos fructus ex agris. Quid ibi Livius florentiſſimus auctor? hoc ita conſtitutum tradit, quia omnis quæſtus patribus viſus eſt indecorus. Extat & in eam rem Impp. reſcriptum in l. 6. C. de Dignitat. ſed utique etſi hæc ita conſtituta à Romanis, honeſta proculdubio negotiatio etiam laudem meretur, fulcit Remp. dum opes variorum populorum in gremium patriæ veluti effundit, dum ſæpe immenſa maria metitur, ut votis & deſideriis noſtris ſatisfaciat, & tam diſſitas gentes commercii fœdere jungit. Ita ligatur ſibi invicem totus orbis. *Thyſ.*

1 *Foro conſpexit, &c.*] Romanum intelligit forum, quod & Latinum & vetus appellatur, inter Capitolium & Palatium ſitum, ubi Roſtra, ædes Saturni, Caſtoris ac Pollucis delubra fuere: ad illud populus frequens de Reipubl. negociis conſulturus veniebat, quemadmodum Senatores ad comitium. eodem in loco Romani magiſtratus, finito honoris tempore, imperii inſignia deponebant, ſpolia item ac trophæa, fractarum navium roſtra, & illiuſmodi alia affigebantur: erat præterea forum olitorium, piſtorium, piſcarium, cupedinis, Auguſti Cæſaris. Et ita porro. *Zanch. Foro.*] Forum Romanum incipit à Capitolii radicibus, ubi nunc Septimii arcus eſt, & ſecundum longitudinem ad S. Mariam novam, ubi Titi arcus, protenditur: ſecundum latitudinem à Palatini radicibus ad viam ſacram, & Saturni ædem. Variis nominibus appellatum fuit. Ut enim Poëtæ nomine apud Græcos Homerus, ita fori, in Urbe, Romanum accipitur. Ovid. de Ponto:

Te modo Campus habet, denſa modo Porticus umbra,
Nunc, in quo ponis tempora rara, Forum.

Per campum, Martius: per porticum umbroſam, Pompeia: per forum, Romanum his verſibus intelligitur. Romanum dictum à dignitate Urbis, quod præ cæteris eſſet ornatiſſimum propter ædificia, & frequentiſſimum propter judicia. Etiam forum Latium & forum Magnum à Victore & Ovid. III. Faſtorum dicitur. Ad extremum dicitur forum Vetus in vita M. Antonini apud Herodianum. Hoc in tres partes dividit & varia in eo hominum ſtudia deſcribit Plautus in Curculione:

In foro infimo boni homines, atque diles ambulant,
In medio propter Canalem, ibi oſtentatores meri,
Confidentes, garrulique & malevoli. Supra lacum,
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,
Et qui ipſi ſat habent, quod ipſis poſſit vere dicier.

Per lacum ſignificat Curtium, quem deſcribit VI. Faſtor. Ovid. prope eum fuerunt roſtra & ſtatua Marſyæ coronati, ad quam homines litigantes conveniebant. Horat.

Deinde eo dormitum, non ſollicitus mihi quod cras
Surgendum ſit mane, obeundus Marſya.

De qua re itidem Plin. l. XXI. cap. III.

pauca [1] de ſtatu civitatis, & quaſi dolens ejus caſum, requirere cœpit, quem exitum tantis malis ſperarent. Poſtquam illos videt queri de avaritia magiſtratuum, [2] accuſare Senatum, quod in eo auxilii nihil eſſet; miſeriis ſuis remedium [3] mortem exſpectare: At ego, (inquit) vobis: ſi modo viri eſſe vultis, rationem oſtendam, qua tanta mala iſta effugiatis. Hæc ubi dixit; Allobroges, in ſpem maxumam adducti, Umbrenum orare, uti ſui miſereretur: nihil tam aſperum, neque tam difficile eſſe, quod non cupidiſſume facturi eſſent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos [4] in domum D. Bruti perducit; quod [5] foro propinqua erat, neque aliena conſilii, propter [6] Semproniam. [7] nam tum Brutus [8] ab Roma aberat. Præterea Gabi-

Et regione Marſyæ alius locus erat, ad quem conveniebant fœneratores, quem Libonis puteal nominabant, inter porticum Juliam & arcum Fabianum, ut Perſii interpres ſcribit. Perſius:

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

G. Fabric.

1 *De ſtatu civitatis.*] Allobrogum potius quam Romanorum. *Bad.*

2 *Accuſare Senatum.*] Quod, cum apud Senatum de avaritia magiſtratuum conqueſti fuiſſent, nihil opis ſibi attuliſſet, & ob id eo neceſſitatis deveniſſe, ut calamitatibus ſuis nullum aliud remedium eſſet, niſi mors. *Zanch.*

3 *Mortem exſpectare.*] In Fabriciano eſt, *Mortem ſperare.* Riv.

4 *In domum D. Bruti perducit.*] Diſſentit Cicero à Salluſtio, quod in 3. Invect. in Catilinam ſcribit, ad Gabinium primum perductos fuiſſe. *C. Bruti.*] Decimi, vel Decii Bruti. D. enim, cum eſt prænomen, alii Decimum, alii Decium interpretantur. Sed falluntur, qui *Decimum* hac ratione utuntur, quod Decius eſt nomen, Decimus vero prænomen: quaſi vero in diverſis perſonis idem non poſſit eſſe & nomen & prænomen. quod contra eſt. Licinus enim & nomen & prænomen invenitur. ſic & Agrippa, & alia pleraque modo prænomina, modo cognomina ſunt. affirmant præterea ex Græcis auctoribus, apud quos plerunque integra eſt ſcriptura prænominum, facile cognoſci poſſe, D. Decimum, non Decium eſſe interpretandum. Ego tamen aliquot in locis apud Græcos *Decium* prænomen inveni: Apud Appianum ſemper Δέκιμον ſcribitur. hic eſt, fortaſſe D. Junius Brutus Albinus (nam male apud Dionem, Albium, & apud Plutarchum in Bruto Labienum ſcriptum legimus) qui poſtea cum M. Bruto, Caſſio, cæteriſq; conjuratis Cæſarem interfecit. *Caſt.*

5 *Foro.*] Vide ſupra pag. 105.

6 *Sempronia.*] Superius enim hanc nominavit inter illas mulieres, quæ conjurationis conſciæ erant: ſed in his erat Sempronia, quæ multa ſæpe virilis audaciæ facinora commiſerat. *Zanch.*

7 *Nam tum Brutus.*] Non enim vir ipſius (ſi modo fuit) D. Brutus conjurationis conſcius erat, quippe qui Reipubl. amantiſſimus erat, ſicuti poſtea ejus facinora declarant. *Idem.*

8 *Ab Roma aberat.*] In manuſcriptis eſt, *Roma aberat*, omiſſa præpoſitione. Sed prior lectio verior, id quod è Priſciano colligi lib. 15. poteſt. *Inveniuntur*

[1]Gabinium acceſſit, quo major auctoritas ſermoni ineſſet. eo præſente conjurationem aperit: nominat ſocios, præterea multos cujuſque generis [2]innoxios; quo legatis animus amplior eſſet: dein eos, pollicitos operam ſuam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incertum habuere, quidnam conſilii caperent. In altera parte erat [3]æs alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe victoriæ: at in altera [4]majores opes, tuta conſilia, [5]pro incerta ſpe, certa præmia. Hæc [6]illis volventibus, tandem vicit [7]fortuna reipublicæ. 41

tur tamen (inquit) *& cum præpoſitionibus nomina civitatum ſæpe prolata, & maxime apud hiſtoricos. Livius in* 8. *ab V. C.* Venerant & ab Lanuvio Antioque auxilia. *Salluſt. in Catilin.* Nam tum Brutus ab Roma aberat. *Cicero modo omittit præpoſitionem, ut in Epiſtolis*: Quod video omnes bonos abeſſe Roma. *Addit, ut in Verrinis*: Abeſſe à domo pauliſper maluit. *Riv.*

1 *Gabinium.*] P. Gabinium Capitonem. *Caſt.*

2 *Innoxios.*] Vide ſupra pag. 102.

3 *Æs alienum.*] Quia publice & privatim magnam pecuniam debebant. *Zanchius.*

4 *Majores opes.*] Nam major erat Reipub. potentia, quam horum paucorum, qui in ipſam conjuraverant. *Idem.*

5 *Pro incerta ſpe certa præmia.*] Nam Senatuſconſultum factum fuerat, ut ſi quis indicaviſſet de conjuratione, quæ contra Rempubl. facta erat, præmium ſervo libertatem, & ſeſtertia centum darent: libero impunitatem ejus rei, & ſeſtertiorum ducenta millia. *Idem.*

6 *Illis volventibus.*] Id eſt, animo hæc reputantibus.

7 *Fortuna Reipub.*] Ut Reipub. magis faverent, quam conjurationi. *Zanch. Fortuna reip.*] Legitur & *Fortuna P. R.* atque ita aliquando in nummis invenitur argenteis: FORT. P. R. *Urſinus. Fortuna.*] Veteres cuique ſuam Fortunam aſſignarunt, quæ curſum vitæ moderaretur. quin & Fatum & Fortunam ſæpe confudit antiquitas. Nam quod fatum eſt reſpectu Dei, reſpectu hominum non male Fortuna dicitur. Ita Fortunam ſenum & puerorum dixit Manilius lib. II. Aſtronom. Quid autem ſit ſors fortunæ explicat Scaliger in Manilium. Neque aliter hæc interpretatur ipſe Auguſtinus, cum dicit: *Fortuna intelligenda eſt, pro his rebus, quæ fortuito videntur accidere, cum hæc ipſa tamen, quæque fortuita videntur, cauſis occultis divinitus dentur.* Hinc & orientales aliquando Fortunam cum ipſo Deo confuderunt. Gad enim & Fortunam & ipſum Jovem denotat, ſive τῷ ἀγαθῷ τύχῃ, Rabbini, גד ſive Geda dixere, Perſæ Goda, quod & noſtro Germanico *Gods* ſimile eſt. Fortunam autem ſingulis rebus ingenitam credidere gentiles. Unde & Fortuna Primogenia dicta eſt. Genius enim & Fortuna eadem, ſicuti docet Soſipater Chariſius. Et ſicuti Fortuna & Genius ſingulis attribuebantur mortalibus, ita muris, civitatibus, Reipub. eadem erat ſuperſtitio. In Romana Urbe publice cultus fuit Genius ſive Fortuna Urbis, ut Seneca tradit. Vide & Dionem Caſſium l. XLVII. & L. Regni Genius laudatur à Claudiano. Genius Publicus ab Ammiano commemoratur, qui veluti anima erat imperii Romani. Atque Fortunam Reip. vel ut alii habent P. R. ſi ita hic intelligamus, abſurdum nequaquam erit. *Thyſ.*

publicæ. Itaque [1] Q. Fabio Sangæ, [2] cujus patrocinio [3] civitas plurimum utebatur, rem omnem, ut cognoverant, [4] aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium conjurationis vehementer simulent; ceteros adeant; bene polliceantur; dentque operam, ut
42 eos quam maxume manifestos habeant. [5] Iisdem fere temporibus, in [6] Gallia citeriore, atque ulteriore, item in agro

1 *Q. Fabio Sangæ.*] Appianus: *Legati ab id ipsum ambigentes, rem Fabio Sangæ annunciant (erat autem is Allobrogum patronus in urbe) ut cæteris populis olim Romæ adesse mos fuit: ab hoc Cicero certior factus, legatos ab Urbe discedentes, & cum illis Volturcium intercipit, eosque in Senatum subito inducit.* Zanch.

2 *Cujus patrocinio.*] Mos fuit priscorum, ut singulæ nationes, civitatis patronos Romæ peculiares haberent, in quorum essent clientela, ut Siculi patronos Marcellos & Ciceronem habebant, Lacedæmonii in tutela Claudiorum extiterunt: ita Fabius Sanga patronus fuit Allobrogum. *Idem.*

3 *Civitas.*] Allobrogum regnum tempore secundi Punici belli fuisse, Livius scribit libro 21. Quorum multas civitates fuisse auctores tradunt, sed una erat præcipua, unde appellabantur. Cicero quoque in 3. Invect. Allobrogum civitatem dicit: *quid vero, ut homines Galli ex civitate male pacata, quæ gens una restat, quæ popul. Rom. bellum facere posse, & non nolle videatur, spem imperii, & rerum amplissimarum ultro sibi à patriciis hominibus oblatam negligerent, vestram salutem suis opibus antepONerent, id nonne divinitus sacrum esse putatis?* Zanchius. *Civitas.*] Allobrogum, quorum metropolis erat Vienna. auctor Strabo Geogr. lib. 4. *Cast.*

4 *Aperiunt.*] Hujus Allobrogum proditionis, sciendum est, strictim meminisse Horatium Epod. oda 15.

Æmula nec virtus Capuæ nec Spartacus acer,
Novisque rebus infidelis Allobrox.

Ubi hoc ad illud tempus refertur, inquit Porphyrio, quo Catilinæ factio conjuravit, & pene legati Allobrogum illi consenserant. Sed Juvenalis quoque versus illi mire huc faciunt:

Quid Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus templisque parastis,
Ut braccatorum pueri Senonumque minores,
Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed vigilat consul: vexillaque vestra coërcet.
Hic novus Arpinas, ignobilis & modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis, & in omni ponte laborat.

Cic. lib. 1. epist. 1. ad Atticum adtestatur, se novam orationem (quas Consulares vocat) habuisse ad populum, quo die Allobroges involgarunt. Cic. lib. 2. de suo Consulatu:

At cladis patriæ, flamma ferroque parata,
Vocibus Allobrogum, patribus populoque patebat. Coler.

5 *Iisdem temporibus.*] Scilicet cum hæc ab Umbreno & Gabinio, & cæteris agebantur cum legatis. *Zanch.*

6 *Gallia citeriore atque ulteriore.*] Gallia vel est cisalpina, vel transalpina. Cisalpina togata dicta, finiturque Alpibus & amne Rubicone Italiæ antiquo limite: ita dicta quod more Romanorum toga

[1] agro Piceno, [2] Bruttio, [3] Apulia [4] motus erat. Namque illi, quos ante Catilina [5] dimiſerat, [6] inconſulte, ac veluti per

toga uteretur. Tranſalpina vel eſt Comata, vel braccata. Comata, ut volunt, à comam nutriendi ſtudio dicta eſt. Hæc rurſus in tres partes diſtinguitur: Belgicam, Celticam, Aquitanicam, ſub qua & Aremorica. A Scalde ad Sequanam Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica, inde ad Pyrenæi excurſum Aquitanica. Ptolemæus tamen in quatuor partes diſtribuit, Aquitaniam, Lugdunenſem, Belgicam & Narbonenſem. Quarum Aquitania à Pyrenæis montibus ad Ligerim uſque juxta eundem extenditur. Narbonenſis tamen Gallia à cæteris braccata dicitur, Plinio judice, Italia verius quam provincia. Narbonenſis autem provincia continebat, ut arbitror, totam Occitaniam, Provinciam, Delphinatum, & Sabaudiam, denique & Septimaniam. Magnitudinem ſitumque ita delineavit in urbibus Auſonius:

Inſinuant qua ſe Sequanis Allobroges oris,
Excludunt Italos Alpina cacumina fines,
Qua Pyrenæïcis nivibus dirimuntur Iberi,
Qua rapitur præceps Rhodanus genitore Lemanno,
Interiuſque premunt Aquitanica rura Cebennæ.
Uſque in Tectoſegas primævo nomine Volcas,
Totus Narbo fuit. Pontan.

1 *Agro Piceno.*] Vide ſupra p. 71.

2 *Bruttio.*] Bruttium Græcis βρεττία. & apud Athenæum lib. v. apud Diodorum Siculum in Eclogis, alioſque auctores βρεττιανία dicitur. Dionyſio Afro Brentii quoque appellantur. De iis ita Juſtinus lib. XXIII. cap. 1. ubi de Agathocle rege agit: *Primi igitur hoſtes illi Brutii fuere, qui & fortiſſimi tum & opulentiſſimi videbantur, ſimul & ad injurias vicinorum prompti: nam multas civitates Græci nominis Italia expulerant: auctores quoque ſuos Lucanos bello vicerant.* & mox, *Horum igitur* (Lucanorum ſcil.) *ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari ſoliti, confluente deinde multitudine, ſollicitati, præda, cum plures facti eſſent, infeſtas regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis ſociorum Dionyſius, Siciliæ tyrannus, ſexcentos Afros ad compeſcendos eos miſerat. Quorum caſtellum proditum ſibi per Bruttiam mulierem expugnaverunt: ibique civitatem, concurrentibus ad opinionem novæ urbis paſtoribus ſtatuerunt, Bruttioſque ſe ex nomine mulieris vocaverunt. Primum illis cum Lucanis originis ſuæ auctoribus bellum fuit. Qua victoria erecti, quum pacem æquo jure feciſſent, cæteros finitimos armis ſubegerunt, tantoſque opes brevi conſecuti ſunt, ut perniciosi etiam regibus haberentur. Denique Alexander rex Epiri, quum in auxilium Græcarum civitatum cum magno exercitu in Italiam veniſſet, cum omnibus copiis ab his deletus eſt.* Vide & Diodorum lib. XVI. qui & ideo Brettios appellatos ſcribit, quod ſervi eſſent & fugitivi Lucanorum. De iiſdem ſcribit Strabo lib. XVI. qui & peninſulam appellat Brutionum agrum. Limites autem ejus fuere ad Hetruſcum mare Laris amnis; ad Siculum mare & Tarentinum ſinum Sybaris fluvius. *Cluver.* Leopard. l. IV. Emend. cap. XIII.

3 *Apulia.*] Mari Adriatico contermina inter Dauniam & Calabriam, quæ & Japygia appellata fuit. Vide ſupra pag. 72.

4 *Motus.*] Id eſt, commotio belli, ut Flaccus:

Motum ex Metello conſule civicum,
Bellique cauſas, &c. Badius.

5 *Dimiſerat.*] In diverſas partes miſerat, ut cum opus foret, ſibi cum exercitu præſto eſſent. *Zanch.*

6 *Inconſulte.*] Quia harum rerum impe-

uti per dementiam cuncta simul agere: nocturnis consiliis, armorum, atque [1] telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor, ex S. C. [2] causa cognita, in vincula conjecerat; item in citeriore Gallia [3] C. Muræna, qui ei provinciæ, [4] legatus
43 præerat. At Romæ Lentulus cum cæteris, qui principes conjurationis erant, [5] paratis, uti videbatur, [6] magnis copiis, constituerat, uti, cum Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, [7] L. Bestia tribunus plebis concione habita,

imperiti erant, & ideo omnia inconsiderate agebant. *Idem.*

1 *Telorum portationibus.*] Quia nunc huc, nunc illuc arma portabant. *Idem.*

2 *Causa cognita.*] In quibusdam, ut & Merseburgensi, & Florentino, *ex sociis causa cognita.* quæ res misere interpretem torsit. Compendiaria illa per notas scribendi ratio, ansam errori præbuit. *Riv. Causa cognita.*] Sentient, inquit Cicero, in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem Senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. *Zanch.*

3 *C. Muræna.*] Non convenit Sallustio cum Cicerone. nam Cicero pro Muræna, hunc Murænam in Gallia transalpina collocat, ut inquit: *Gallia transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderat, eundem lugentem, mœrentem exulem videat, in ea porro provintia quo animo C. Murænam fratrem suum aspiciat? Muræna.*] Macrobius libro 3. cap. 15. Saturn. *Sed Liciniorum me admonuit, quos Murænas cognominatos, quod hoc pisce effusissime delectati sunt, satis constat. huic sententiæ M. Varro astipulatur, asserens eodem modo Licinios appellatos Murænas, quo Sergius Orata cognominatus est, quod ei pisces, quæ auratæ vocantur, charissimi fuerint. Zanch. C. Muræna.*] Fuit autem C. Muræna legatus frater L. Murænæ consulis designati. *R.*

4 *Legatus.*] Legati vel dicuntur ii qui à Senatu lecti in provinciam una cum Proconsule negotiorum publicorum administri mittuntur, qui tamen jurisdictionem non nisi à Proconsule mandatam habebant. quos Cicero appellat *nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii actores, muneris provincialis ministros*: vel dicuntur ii qui præsidibus in omni provinciali ac bellico munere adjutores dabantur. De quibus Cæsar lib. III. B. Gal. *aliæ sunt legati partes, aliæ Imperatoris: alter omnia agere ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet.* Et lib. II. officium legati fiduciariam operam obtinere tradidit. *Sigon.* Etiam ipsi Præsides tempore Cæsarum non semel legati appellantur. l. pen. ff. de Offic. Præs. & l. 4. ff. de Offic. Assess. Ita passim in jure.

5 *Paratis ut videbatur copiis.*] Nam Catilina jam ad viginti millia hominum contraxerat, & Lentulus multos Romæ sollicitaverat. *Idem.*

6 *Magnis copiis, constituerat.*] In Nar. & Com. apud Gruterum legi notatur, *constituerant.* Quod haud dubie verius. *Lentulus cum cæteris constituerant.* Ut apud Livium 21. 60. *Ipse dux cum aliquot principibus capiuntur.* Ubi plura hujusmodi congessimus. *Gronov.*

7 *L. Bestia tribunus plebis.*] Plutarchus in Cicerone hunc Bestiam anno sequenti, id est, Silano & Muræna consulibus, tribunum plebis fuisse tradit. quo modo igitur

habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam [1] optimo consuli [2] imponeret: [3] eo signo, proxuma nocte cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur: [4] Statilius, & Gabinius uti cum [5] magna manu [6] duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu

igitur Bestia tribunus plebis de Ciceronis tum consulis actionibus conqueri potuisset? ut rem hanc intelligamus scire oportet, quod Saturnalibus, hoc est, 14. Calend. Jan. (ut perhibent Plutarchus & Cicero) cædem facere, & urbem incendere decreverunt. Itaque pridie ejus diei Bestia concionem habiturus erat, cum paulo ante magistratum initurus esset: quod Plutarchus ostendit, cum ait, Bestiam magistratum iniisse paucis diebus ante Cal. Jan. quo die consulatus inibatur. Appianus Alex. civilis histor. lib. 2. hunc tribunum L. Sextium vocat. *Cast. L Bestia trib. pleb.*] Dissentit Appian. à Sallustio de nomine hujus tribuni. *L. vero*, inquit, *Sextium trib. pleb. concionem subinde advocare, palamque de Cicerone conqueri, qui assidue bellum quæreret, & urbem nulla ex causa in discrimen poneret: post Sextii orationem nocte insequenti reliquos ex conjuratis* XII. *in locis urbem incendere, prædari omnia, optimos quosque interimere decreverant.* Zanch.

1 *Optimo consuli.*] Sic appellat Ciceronem, imitatione fortasse Bruti, qui ita operi suo, quod de laudibus Catonis scripserat, intexuerat, cum forte ibi Senatusconsulti, quod Cicerone consule factum fuerat adversus Catilinam & ejus socios, mentio facienda fuisset. Sic enim scribit Cic. lib. 12. ep. 21. ad Atticum: *Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quod scripserit* OPTIMUM CONSULEM. *Quis enim jejunius dixit inimicus?* Coler.

2 *Imponeret.*] Non video quomodo hic *imponeret* pro *deciperet* accipiendum sit, sed quasi diceret, in humeros ipsius odium belli imponeret, & quod coactus fuerit arma contra patriam sumere, idque Ciceronis ipsius causa: utpote qui ipsum urbe exire coëgerit. *Zanch.*

3 *Eo signo.*] Videlicet concionis habitæ à L. Bestia, quia ita constituerant, ut die, quo L. Bestia conquestus est de actibus Cic. sequenti nocte omnia quæ sibi commissa fuissent, impigre exequerentur. *Vall.*

4 *Statilius & Gabinius.*] Dissentit hoc in loco Sallustius à Cicerone. nam ipse scribit in 3. Invect. in Catilinam, L. Cassium, quem Sallustius infra in Galliam profectum esse scribit, sibi procurationem incendendæ urbis depoposciisse, & in 4. *Hic*, inquit, *ad evertenda fundamenta Reipub. Gallos arcessivit, servitia concitavit, Catilinam evocavit, at tribuit nos trucidandos Cethego: cæteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilinæ.* & pro P. Sulla: *Hoc tempore, cum arderet acerrime conjuratio, cum Catilina egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeretur: Autronio, ut occuparet Hetruriam, præscriberetur, cum omnia ordinarentur.* Zanch.

5 *Magna manu.*] Magnis copiis.

6 *Duodecim simul loca.*] Dissentit Plutarch. à Sallustio & Appiano de numero locorum. ita enim in Ciceronis Vita scribit: *Ad hæc patranda noctem primam Saturnalibus designaverant, enses, stupæ, sarmenta, & sulphur clam in domo Cethegi abdita: centum deinde viros instruxerunt, totidem urbis loca sortitos, ut statutam sibi quilibet partem urbis incenderet, quo paucorum officio urbs undique conflagraret: alii aquarum ductus obsessuri, eorum*

[1] tumultu facilior aditus ad consulem, ceteroſque, quibus insidiæ parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis januam obsideret, eumque vi aggrederetur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum [2] ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent, simul, cæde, & incendio perculsis omnibus, ad Catilinam [3] erumperent. Inter hæc parata, atque decreta, [4] Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos, dubitando, & dies [5] prolatando, [6] magnas opportunitates corrumpere; [7] facto, non consulto, in tali periculo opus esse: seque, si pauci adjuvarent, [8] languentibus aliis, impetum * in curiam facturum. natura fe-

rum jugulationi collocandi fuerant, qui extinguendis incendiis incubuisset. Appian. duodecim & ipse urbis loca ponit. *Zanchius.*

1 *Tumultu.*] Cic. 8. Phil. *Quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major inde tumor oriatur?* Aliis *timor*, sed rectius *tumor* legitur. Ita idem Cicero libro 14. ad Atticum Epist. 5. *tumorem rerum* vocat, & ibidem Epist. 4. *negotia tument*. Simul & Propertius libro 2. & 6. *custodum tumor*, id est, densa corona dicitur, & *fretum illud turbæ* auctore Palmerio. *Becm.* Sicuti à tumeo tumulus etiam dicitur, ita & hinc *tumultus* dici potest, quod omnia confuso modo volvantur.

2 *Ex nobilitate maxuma pars erat.*] De his Cic. Orat. 11. in Catilin. *Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum suos milites eduxissent: qui si hic permanent, mementote, non tam exercitum illum esse vobis, quam hos qui exercitum deseruerunt, pertimescendos.*

3 *Erumperent.*] Uno impetu exirent.

4 *Cethegus semper querebatur.*] Cic. in Catil. *Hanc autem*, inquit, *cum cæteris controversiam fuisse dicunt, quod cum Lentulo & cæteris, Saturnalibus cædem fieri, atque urbem incendi placeret: Cethego nimium id longum videretur.* Zanch. *Cethegus semper querebatur.*] Cethego furiosam temeritatem adscribit Cicero, sed non admodum pertimescendam, III. in Catilin. *Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc videbam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. Lentuli somnum, nec L. Cassii adipem, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam.* Lucanus itidem lib. 11.

Exertique manus vesana Cethegi.

Grasw.

5 *Prolatando.*] Nonnulli, *protelando.*

6 *Magnas opportunitates.*] Magnas occasiones.

7 *Facto.*] Hunc Sallustii locum alibi expressit Tacitus lib. 1. Histor. *Nihil*, inquit: *in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis, quam consulto opus esset.*

8 *Languentibus aliis.*] Torpescentibus. *Languere herbas* dicimus, cum humore defectæ & cæsæ flaccescunt. Virg. Æneid. 9. de morte Euryali loquens:

Volvitur Euryalus letho, pulchroſque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro,
Langueſcit moriens, lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.

Hinc

ra ferox, vehemens, manu promptus erat: maxumum bonum in celeritate putabat. Sed [1] Allobroges ex [2] præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Caſſio poſtulant jusjurandum, quod [3] ſignatum ad cives perferant: aliter haud facile eos ad [4] tantum negotium [5] impelli poſſe. ceteri [6] nihil ſuſpicantes dant: Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiſcitur. Lentulus cum his T. [7] Volturcium quemdam Crotonienſem mittit; 44

Hinc *languere homines* dicimus eos, qui animi & corporis amiſſo vigore debilitantur. *Zanch.*

* *In curiam.*] In Senatum. apud Ciceronem, Livium, Tranquillum *curiam* pro Senatu accipi videmus. *Idem.*

1 *Allobroges*] Vide ſupra p. 103.104.

2 *Præcepto Ciceronis.*] Cicero, cum quid conjurati cum legatis egiſſent, per Sangam comperiſſet, ſtatim eis præcepit, ut ſtudium conjurationis ſimularent, darentque operam, ut cæteros quam maxime manifeſtos haberent: quare hi paulo poſt Gabinium convenerunt, & ab ipſo petierunt, ut ſibi poteſtas fieret alloquendi cæteros, qui conjurationis participes erant: à quibus literas ipſorum manibus ſignatas petierunt, ut ſui cives rem eſſe certam intelligerent. *Zanch.*

3 *Signatum.*] Seu annulis ipſorum. nam ſcripta rata & firma, ſigilla ſolebant habere, quibus magna fides habebatur, alioqui adulterari poſſent. *Idem.*

4 *Tantum negotium.*] Quantum erat ſuſcipere bellum contra ſenatum Romanum. *Bad.*

5 *Impelli poſſe.*] Id eſt, cives ſuos Allobroges. Quaſi dicerent: Niſi nobis ſignatas tabellas dederitis, non facile civibus noſtris perſuadere poterimus, rem eſſe veram. *Zanch.*

6 *Nihil ſuſpicantes.*] Cicero in Catilinam: *Ac inquit, ne longum ſit, Quirites, tabulas proferri juſſimus: quo à quoque dicebantur datæ. Primum oſtendimus Cethego, ſignum cognovit, nos linum incidimus, legimus, erat ſcriptum ipſius manu Allobrogum Senatui & populo, ſeſe; quæ eorum legatis confirmaſſet, eſſe facturum. orare ut item illi facerent, quæ ſibi illorum legati præcepiſſent.* Zanch.

7 *Volturcium.*] Vide Plutarchum in Ciceronis vita, Ciceronem in Oratione contra Catilinam 3. & Florum lib. 4. qui Vulturium hunc perperam vocat. In Appiani quoque quibuſdam Græcis codicibus impreſſis, corrupte legimus: βυρσάκιον ἀνδρὸς κροτωνιάτου: cum ſcribere debeamus, βυλτούρκιον. *Coſt. Crotonienſem.*] Croto urbs Brutiorum celeberrima. Livius lib. 24. cap. 3. *Urbs Croto murum in circuitu patentem* XII. *millia paſſuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum. Poſt vaſtitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur.* Fortitudinem & omnium rerum affluentiam ita prædicat Scholiaſtes antiquus Theocriti, ut in proverbium abiiſſe dicat nihil eſſe alias urbes, ſi cum Crotone conferantur. Quæ de ortu Crotonis Urbis prolixe à graviſſimis auctoribus atque poëtis traduntur, cum meras ſapiant fabulas, nihil iis auctores aliud voluerunt indicare, quam celebratiſſimæ urbis antiquitatem, locique ſalubritatem. Et eſt Etruriæ urbs Crotona, quæ & Croto ad ſimilitudinem hujus urbis dicta eſt. Unde apud Stephani Epitomatorem: Κρότων πόλις Τυρρηνίας μεγάπολις, οἱ πολῖται Κρωτωνιάται ἢ Κρωτώνιοι, id eſt,

mittit; ut Allobroges, prius quam domum pergerent cum Catilina, data atque accepta fide, ſocietatem confirmarent. Ipſe Volturcio litteras ad Catilinam dat: quarum exemplum infra ſcriptum eſt:

„ Qui ſim ex eo, [1] quem ad te miſi, cognoſces. Fac „ cogites, in quanta calamitate ſis, & memineris, te vi- „ rum eſſe: conſideres, quid tuæ [2] rationes poſtulent; auxi- „ lium petas ab omnibus, etiam ab [3] infimis.

Ad hoc, mandata verbis dat: cum ab Senatu hoſtis judicatus ſit, [4] quo conſilio ſervitia repudiet? in urbe parata
45 eſſe, quæ juſſerit: ne cunctetur ipſe propius accedere. His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, [5] L. Valerio Flacco, & [6] C. Pomptino prætoribus imperat, ut in [7] ponte Mulvio per

Croto urbs metropolis Etruriæ, opidani Crotoniatæ & Crotonii. Cluver. Sed prior hic urbs intelligi videtur.

1 *Quem ad te miſi.*] Cicero in 3. Invectiv. *Volturcium vero ſubito proferri litteras, atque aperiri juſſit, quas ſibi à Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat: atque ibi vehementiſſime perturbatus Lentulus, tamen ſignum cognovit, erant autem ſcriptæ ſine nomine, ſed ita: Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. Cura ut vir ſis, & cogita, quem in locum ſis progreſſus, & vide quid jam tibi ſit neceſſe: cura ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum.* Zanch.

2 *Rationes.*] Rerum ſtatus.

3 *Infimis.*] In his litteris intendit Lentulus Catilinæ perſuadere, ut cum judicatus ſit hoſtis Romanus, auxilium petat ab omnibus, etiam ab infimis. Auxilia enim ipſum refutare ſervorum audierat.

4 *Quo conſilio ſervitia repudiet.*] Repudiabat enim ſervos Catilina, ne videretur contra morem majorum facere, ſi ſervos civibus Romanis immiſceret. non enim ſervi, niſi prius libertate donati, ad militiam admittebantur. *Quo conſilio ſervitia repudiet?*] Interrogative legendum, non enunciative, quod tamen fere in codicibus neglectum videmus. *Glar.*

5 *L. Valerio Flacco, &c.*] Cicero in Catilinam: *Itaque heſterno die L. Flaccum, & C. Pomptinum prætores fortiſſimos atque amantiſſimos Reipub. viros ad me vocavi, rem omnem expoſui: illi autem qui omnia de Republ. præclara atque egregia ſentirent, ſine recuſatione ac ſine ulla mora negocium ſuſceperunt: & cum ad veſperàſcere, occulte ad pontem Milvium pervenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons interceſſet.* Zanch.

6 *C. Pomptino.*] Ita Cicero & Dio. ſed rectius habet V. C. *Pomptinio*, nam ita dicunt extare in veteribus numiſmatibus, & in Epitome Livianæ CIII. manuſcripta *C. Pomptinius* eſt, pro eo, quod mendoſe in vulgatis libris habetur *C. Politius.* Urſin.

7 *Ponte Mulvio.*] Milvius, vel Mulvius, pons, quem nunc molem vulgus vocitat, in via Flaminia ſitus, hodie plus minus duobus millibus paſſuum diſtat ab urbe. Ferunt autem hunc ſæpius everſum, ſæpiuſque inſtauratum nihil ex veteri ſtructura præter fundamenta reti-

Digitized by Google

per insidias, Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cujus gratia mittebantur: cetera, uti facto opus sit, ita agant. [1] Homines militares, [2] sine tumultu [3] collocatis præsidiis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsident. Postquam ad id loci legati cum Volturcio venere, simul utrimque clamor exortus est: Galli, cito cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Volturcius primo, cohortatus ceteros, gladio se à multitudine defendit; dein, ubi à legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat; postremo timidus, ac vitæ diffidens, velut hostibus, sese prætoribus dedit. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur. at illum [4] ingens cura atque lætitia simul occupavere. lætabatur intelligens conjuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse: porro autem anxius erat, in maxumo scelere [5] tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset; pœnam illorum [6] sibi oneri, impunitatem perdundæ reipub. fore. 46

ta retinere. De Ponte hoc meminit Plin. de viris Illust. & Ammianus. Is enim ait, à M. Scauro, qui fuit tempore Sullæ, in censura extructum. Marlian. topogr. Urb. lib. 5. cap. 18.

1 *Homines militares.*] Cic. in Catilin. *Eodem autem & ipsi sine cujusque suspicione multos fortes viros eduxerunt, & ego de præfectura Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera utor assidue in præsidio, cum gladiis miseram.* Zanch.

2 *Sine tumultu.*] Illud, *sine tumultu*, ambiguæ distinctionis est, ad priora ne referas, an ad posteriora. Vetustiores paulo codices ad priora referunt, & à *præsidiis collocatis*, novam ordiuntur lectionem. Alii malunt ad posteriora referre. Judicet Lector, mihi ambiguum relinquitur. *Glar.*

3 *Collocatis præsidiis.*] Dispositis militibus in ponte Milvio. *Zanch.*

4 *Ingens cura.*] Quia futurum erat, ut de multis supplicium sumeret. Plutarchus: *Eam ergo domum cum intrasset Cicero, parvo comitatu præsens secum agit, quid de comprehensis civibus statuendum esset. Supplicium quippe ultimum, quod illi dignissime laturi erant, expavescebat: partim pro miti ejus ingenio, partim, ne videretur potentia efferri, & crudeliter in tantos censere cives, qui & genere præcipui erant, & in urbe amicitia valida finebantur. contra, si molliter in eos animadverteret, horrebat discrimen ingens, quod hinc emanare posse videbatur, si enim lenius morte mulctarentur, existimabat eos non modo non quieturos, sed in omnem audaciam inflammandos, veterique nequitiæ iracundiam addituros: præterea, ne idem ipse mollis aut iners censeretur, qui tamen à plerisque audacissimus saluti publicæ habebatur.* Idem.

5 *Tantis civibus.*] Qui partim patricii, partim ex equestri ordine erant. *Idem.*

6 *Sibi oneri.*] In Ciceronem mox crude-

fore. igitur [1] confirmato animo, vocari ad ſeſe jubet [2] Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque [3] Ceparium [4] Terracinenſem; qui in Apuliam ad concitanda

crudelitatis calumnia conjecta eſt. Quod Oratio in Piſonem teſtatur: *Cum eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo, gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius, ſemi-Placentinus, Calventius, reſpondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem tibi non placere.* Hæc expertus, lib. 1. de Oratore: *Et Conſulatu*, inquit, *devenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen: & hoc tempus omne poſt conſulatum objecimus iis fluctibus, qui per nos in communi peſte depulſi in noſmet ipſos redundarunt.* Graſw. *Sibi oneri.*]Ut fuit, nam poſtea in exilium actus eſt. *Caſt.*

1 *Confirmato animo.*] Stabilito, & bene confirmato. nam primo incertus erat Cicero, puniretne conjuratos, an non: ſed tandem animum confirmavit, puniendos eſſe. *Zanch. Igitur confirmato animo.*] Contra invidiam ſcilicet, odium, ac calumniam. Hinc Cicero dicit: *Mihi quidem, ſi hæc conditio conſulatus data eſt, ut omneis acerbitateis, omnes dolores, cruciatuſque perferrem: feram non ſolum fortiter, ſed etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis, populoque Romano dignitas, ſaluſque pariatur.* Et rurſum paullo poſt: *Nunc, ſi hunc exitum Conſulatus mei Dii immortales eſſe voluerunt, ut vos P. C. populumque Rom. ex cæde miſera, conjuges liberoſque veſtros, virgineſque Veſtales, ex acerbiſſima vexatione: templa, atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrûm ex fœdiſſima flamma, totam Italiam ex bello, & vaſtitate eriperem: quæcunque mihi uni proponetur fortuna ſubeatur.* Et denique: *Ego, quanta manus eſt conjuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantum ad inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. Sed eam eſſe judico turpem, & infirmam, & contemptam, & abjectam. Quodſi aliquando ejus furore, & ſcelere concitata manus iſta magis valuerit, quam veſtra ac reip. dignitas: me tamen meorum factorum, atque conſiliorum nunquam P. C. pœnitebit.*

2 *Lentulum, &c.*] Cicero in Catilinam: *Atque horum omnium ſcelerum improbiſſimorum machinatorem Cimbrum Gabinium ſtatim ad me, nihildum ſuſpicantem vocavi: deinde etiam arceſſitur P. Statilius, & poſt eum Cethegus: tardiſſime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis præter conſuetudinem proxima nocte vigilaverat.* Zanch.

3 *Ceparium.*] Cui ad ſollicitandos paſtores Apuliam eſſe attributam, erat indicatum. *Zanch. Q. Ceparium.*] Tres libri calamo ſcripti, *Q.* non habent. in uno enim ſic legimus, *Item Ceparium:* in duobus reliquis, *Itemque Ceparium.* quæ utraque lectio melior eſt, quam vulgata. Cicero enim Oratione 3. in Catilinam, Marcum, non Quintum Ceparium vocat: obſervavimus etiam in quibuſdam vetuſtis codicibus impreſſis *Q.* non eſſe. *Caſt.*

4 *Terracinenſem.*] Scribe *Tarracinenſem.* Tarracina enim, non Terracina dicitur à Cicerone, Plinio, Mela, Paterculo, Ptolemæo, & aliis. Livius autem Tarracinas vocat Decadis primæ lib. 4. *Caſt. Terracinenſem.*] Tarracina urbs Volſcorum, quam antea ab aſperitate loci *Trachinnem* appellatam fuiſſe, Strabo lib. v. auctor eſt. Ovidio Trachas dicitur, ita enim loquitur:

Minturnæque graves, & quæ tumulavit alumnus,
Antiphataque domus, Trachaſque obſeſſa palude.

Ita & Livius urbem pronam in paludes dixit. Plinius *Tarracinam* lingua Volſcorum *Anxur* appellatum eſſe tradidit, quo vocabulo Poëtæ maxime utuntur: ubi & Jupiter ejuſdem nominis colebatur. Virgilius:

Qui

tanda ſervitia proficiſci parabat. ceteri ſine mora veniunt. Ceparius, paulo ante domo egreſſus, cognito indicio, ex urbe profugerat. Conſul Lentulum, quod prætor erat, ipſe manu tenens in Senatum perducit, reliquos cum cuſtodibus in ædem [1] Concordiæ venire jubet. eo ſenatum advocat, magnaque frequentia ejus ordinis [2] Volturcium cum legatis introducit: [3] Flaccum prætorem [4] ſcrinium cum litteris, quas à legatis acceperat, eodem adferre jubet.

Qui ſaltus Tiberinetnos, ſacrumque Numici
Litus arant, Rutiloſque exercent vomere colles
Circæumque jugum; queis Jupiter Anxurus arvis
Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco.

Coloniam quoque illuc deduxiſſe Romanos Livius auctor eſt. *Cluver.*

1 *Concordiæ.*] Templum Concordiæ Camillum voviſſe, Ovidii carmina quæ ſequuntur, oſtendunt:

Furius antiquus populi ſuperator Hetruſci
Voverat, & voti ſolverat ille fidem.
Cauſa quod à Patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus, & ipſa ſuas Roma timebat opes.

Hoc templum in foro fuiſſe, refert Plutarchus. Varro autem inter Capitolium & forum, cui adſtipulatur S. Pompejus. Erat enim aut in foro aut foro proximum. nam & Valerius Max. commemorat Sempronium Aſelionem pro æde Concordiæ ſacrificium facientem ab ipſis altaribus à creditoribus fugere extra forum coactum. Octo ingentes columnæ hodieque extant in radice Capitolini montis. In pronao ejuſdem templi fuit Victoria. Ejuſdem templi etiam Cic. meminit Philip. 5. Habebantur præterea in hoc templo Senatus & orationes, ut idem pro Sextio & Lampridius teſtantur. Ita enim Lampridius inquit: *Cum Senatus frequens in curiam, hoc eſt, in ædem Concordiæ, templum auguratum convenisſet.* Varii alioqui fuere conventus in curia Hoſtilia, in Capitolio, alibi pro ratione temporum. S. Pompejus ex Nicoſtrato memoriæ prodidit, *ſenacula Romæ tria fuiſſe: unum,* inquit, *ubi nunc ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus cum ſenioribus deliberare: alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis quos in urbem admittere nolebant ſenatus dabatur.* Marlian. libro 2. capite 10.

2 *Volturcium cum legatis introducit.*] Hic rurſum Cicero à Salluſtio diſſentit. Nam Cicero tradit, ſe Volturcium in Senatum ſine legatis introduxiſſe. *Introduxi*, inquit, *Volturcium ſine Gallis.*

3 *Flaccum prætorem.*] Cic. pro Flacco: *Cum ego te Flacce, cœlum noctemque conteſtans, flens flentem obteſtabar, tu tu Flacce prætor communis exitii nuncios cepiſti, tu incluſam in literis Reipub. peſtem deprehendiſti, tu periculorum indicia, tu ſalutis auxilia ad me & ad Senatum attuliſti.* Zanch.

4 *Scrinium cum literis, &c.*] Scrinia ſunt plutei & armaria, quibus libelli, litterariaque commentaria concludi ſolent. Plin. libro 7. cap. 25. *Idem. Scrinium.*] Scrinium capſæ & loculi ſervandis libris vel epiſtolis idonei. Horatius primo Sermonum:

——— *Non me Criſpini ſcrinia lippi*
Compilaſſe putes, verbum non amplius addam.

Libris, inquit Ulpianus Jctus, *legatis, neque armaria, neque ſcrinia, neque cæ-*

47 bet. Volturcius interrogatus [1] de itinere, de litteris, poſtremo [2] quid, aut qua de cauſſa, conſilii habuiſſet; primo fingere [3] alia omnia, diſſimulare de conjuratione; poſt, [4] ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit: ſe paucis ante diebus à Gabinio, & Cepario ſocium [5] accitum: nihil amplius ſcire, quam legatos: tantummodo audire ſolitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser.

cera in quibus libri conduntur, contineri ſatis notum eſt. Græcis χαρτοφυλάκιον. Ita & ſcrinia dicuntur in jure, in quibus Principis acta, quæ ad jus pertinent, aſſervantur, qua de cauſa in l. omnium 10. C. de teſtam. totum jus in ſcriniis Principum conſtitutum dicitur. Hinc & ſcriniariorum officium publicum, qui & chartophylaces appellabantur, & dicebantur militare in ſacris ſcriniis. Hinc ſcrinium aureæ maſſæ, canonum, tabulariorum, largitionum, & rerum privatarum principis, atque ita porro. Vide *Cujac. ad poſt. lib. eod.*

1 *De itinere.*] Cur hoc tempore ex urbe diſcederet? *Zanch.*

2 *Quid aut qua de cauſa conſilii.*] Ordinem puto, quid conſilii, aut qua de cauſa habuiſſet. Vetus codex Gothicus habebat: *Poſtremo quid conſilii, aut qua de cauſa abiiſſet.* Eſt tamen dicendi hoc genus notandum. *Glar.*

3 *Alia omnia.*] Ex antiqua formula Salluſtius poſuit pro contraria & diverſa. *Nam*, ut Feſtus ait, *cum Conſules ſententiam ſenatores rogarent, ominis gratia, ne dicerent, qui non cenſetis, præibant, his verbis: qui alia omnia, in hanc partem; cum prius dixiſſent, qui hoc cenſetis, illuc tranſite.* Urſin.

4 *Ubi fide publica.*] Hoc eſt, cum polliciti eſſent, id ſibi impunè futurum, ſi verum aperuiſſet. *Vall. Poſt ubi fide publica dicere juſſus eſt.*] Cic. pro Cn. Rabirio: *Conſuli fidem publicam licere ſine auctoritate Senatus dare negat, nec violata fides publica eſt, cæde L. Saturnini, cui eam C. Marius Coſ. ſine Senatuſc. dederat.* Idem in 3. Invect. *Introduxi Volturcium ſine Gallis. fidem ei publicam juſſu Senatus dari, hortatus ſum, ut ea quæ ſciret, ſine timore indicaret: cum ſe ex magno timore recreaſſet, dixit P. Lentulo ſe habere ad Catilinam mandata & literas, ut ſervorum præſidio uteretur, & ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo conſilio, ut cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum, diſtributumque erat, incendiſſent: cædemque infinitam civium feciſſent, præſto ille eſſet, qui eos fugientes exciperet, & ſe cum his urbanis ducibus conjungeret.* Zanchius. *Fide publica.*] Indulgentia principis extra controverſiam perimit crimen, cum is per adnotationem ſuam, vel ſpeciali reſcripto pœnæ gratiam reo facit, plenamque ſecuritatem ſupplici promittit l. pen. C. de Prec. Imp. offer. Itaque & impunitas alicui ſæpe concedi ſolet, quo ex ſuis latibulis prodeant homines ſcelerati & nefarii, quique Reip. quæſiverunt interitum: bene Seneca 1. de Clem. XXII. *In vindicandis injuriis hæc tria lex ſecuta eſt, quæ Princeps quoque ſequi debet, ut aut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut ſublatis malis ſecuriores cæteri vivant.* Cum autem ad ſecuritatem Reip. pertineat prodire in lucem ſceleratorum machinationes, etiam ipſis Conjurationis participibus recte impunitatem concedit Princeps. Utilitas enim Reip. ſemper præpollet & nocentem aliquando dimittere, vel impunitatem polliceri, Politicæ conſiderationis eſt.

5 *Accitum.*] Vocatum.

1 *Ser-*

Digitized by Google

[1]Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in ea conjuratione eſſe. [2]eadem Galli fatentur: at Lentulum diſſimulantem [3]coarguunt, præter litteras, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat, [4]ex libris Sibyllinis, regnum Romæ

1 *Servium Sullam.*] De hoc meminit & Cicero pro P. Sulla: *Quis noſtrum*, inquit, *Ser. Sullam? quis P. Lentulum? quis M. Leccam? quis Cornelium defendendum putavit?* Idem.

2 *Eadem Galli fatentur.*] Cicero in Catilinam: *Introducti autem Galli jurejurandum ſibi, & literas à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt, atque ita ſibi ab his, & L. Caſſio eſſe præſcriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent, pedeſtres ſibi copias non defuturas.* Idem.

3 *Coarguunt.*] Convincunt. Cicero in Catilinam: *Tum oſtendi tabellas Lentulo, & quæſivi, cognoſceretne ſignum, annuit. eſt vero, inquam, ſignum quidem notum, imago avi tui clariſſimi viri, qui amavit unice patriam & cives ſuos, quæ quidem te à tanto ſcelere etiam muta revocare debuit. leguntur eadem ratione ad Senatum Allobrogum, populumque literæ. Sed quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem: atque ille quidem primo negavit, poſt autem aliquanto, toto indicio expoſito atque edito ſurrexit, quæſivit à Gallis, quid ſibi eſſet cum his, quamobrem domum ſuam veniſſent: itemque à Volturcio, qui cum illi breviter conſtanterque reſpondiſſent, per quem ad eum, quotieſque veniſſent, quæſiviſſemque ab eo, nihil ne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus: tum ſubito ille ſcelere demens, quanta vis conſcientiæ eſſet, oſtendit. nam cum id poſſet inficiari, repente præter opinionem omnium confeſſus eſt.* Idem.

4 *Ex libris Sibyllinis.*] Auctore Dionyſio libro 4. *Romani nihil ita cuſtodiunt neque ſanctum, neque ſacrum, quemadmodum Sibyllina divinitus miſſa oracula: utuntur autem eis, quando Senatus decernit, ſeditione occupante civitatem, ac infelicitate magna aliqua, bello incidente, aut prodigiis aliquibus, & magnis, & inexplicabilibus, ipſis apparentibus, qualia ſæpe eveniunt. hæcque permanſere oracula uſque ad bellum Marſicum, ſub terra poſita in templo Capitolini Jovis, in arca lapidea ab hominibus decem cuſtodita, poſt centeſimam autem & ſeptuageſimam tertiam Olympiadem incenſo templo, ſive ex inſidiis (ut putant aliqui) ſive caſu, ſimul cum aliis Deo repoſitis iſta quoque corrupta ſunt igni.* Zanch. *Sibyllinis.*] Nugæ ſunt & deliria Grammaticorum, qui Sibyllam quaſi σὶς βυλλὼ dictam exiſtimant. Neque enim, ut volunt, σὶς Deos appellant Æoles, ſed Lacones, ut Heſychius docet. Præterea nulla Sibylla Æolica, ut hoc nomen ex Æolicis vocibus componi debuerit. Poſtremo βύλλα pro βυλὴ neque Æolicum, neque Græcum eſt. Plures Sibyllæ, unam tamen innuit Plinius, per quam Cumanam intelligit, quam cum Erythræa confundit, cujus Strabo meminit lib. XIV. Cumana autem fuit, quæ libros tres Tarquinio obtulit. Hallucinatur autem Solinus qui Cumanam diverſam ab Erythræa fecerit, quod Plinii, quem ſequitur, menti eſt contrarium, qui unicam tantum Sibyllam agnovit. Erythræa fuit origine, Cumana poſtea habitatione. Sibylla autem tantæ fuit apud Romanos auctoritatis, ut tres Sibyllæ ſtatuas fuiſſe prope roſtra ſcribat Plinius, illiuſque libris maxima habita auctoritas. Sueton. in Auguſto: *quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus ferebatur, ſupra duo millia contracta undique cremavit, ac ſolos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi.* Salmaſ. Porro uti in Sibyllinis oraculis, quæ hodie extant, pleraque Sibyllam non redolent, & à Chriſtianis contexta ſunt, ita quædam

Romæ tribus Corneliis portendi: [1] Cinnam, atque Sullam antea;

tamen quæ ex iis citant antiqui patres, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Tertullianus, in hodiernis quoque inveniuntur, quæ tamen ipsa an γνήσια sint Sibyllæ, dubitare licet, hoc utique apparet habita fuisse pro Sibyllinis veris, quandoquidem patres iis utuntur ad refutandas gentes. Unde vero Sibyllarum nomen promanaverit Græci admodum nugantur. Ego certe vocem esse Orientalem, non dubito, & deflexam esse à סבל, id est, *portare*. Ita & Heliogabalus quasi *portator Dei* dictus. Habebant autem incolam Pythium, unde & Græcis ideo ἐνθουσιαστικοὶ vocantur. Talis erat quoque species vatum, qui Euryclitæ appellati fuere, in quibus fatidicus spiritus inerat, ita dicti ab Eurycle, cujus meminit Aristophanes in Comœdia, cui titulus Σφῆκες, & Plato in Sophista. Apparet autem Orientalem vocem esse, quod antiquissima Sambethe appellata fuerit, à Saba, unde Bacchus quoque oriundus fuit, & plures ἐνθουσιαστικοί. Hinc etiam Bacchantium clamor, δεῦτε σαβοῖ, ὗης ἄττης, καὶ ἄττης ὗης, ut testatur Strabo: adde quod Pausanias in Phocicis dicat, ὑπὸ τῶν Λιβύων λίγυσιν ὀνομασθῆναι, & Justinus Martyr Babyloniam esse docet, quæ postea Cumæa appellata est. & postea, ut testatur Hermeas Philosophus in scholiis in Phædrum, omnes mulieres τὸν μανικὸν ἐλθοῦσαι βίον dictæ fuere Sibyllæ. Sibyllam igitur ἐνθουσιαστικὸν fuisse credidit antiquitas, & inde nomen accepit. Quamvis pauciores tales fuerint, quam vulgo creditum est. Plurimas enim melancholicas vel furore correptas fuisse existimo. Pleraque etiam quæ de vatibus & oraculis dicuntur, melancholiæ ascribimus. Impostura quoque hic maxime locum habuit. Ideoque cum minus creduli esse homines inciperent, oracula & vates defecerunt. De Ethnicis vatibus loquor. Divinos enim ex instinctu Dei Prophetas certissima oracula effudisse ex eorum scriptis apparet. Reliqua vaticinia aut impostura, ut dixi, aut melancholiæ ascribo. Impostura autem quæstus occasionem dedit. Non nego tamen dæmonem aliquando se immiscuisse. Sed dicat quis, maximi scriptores Cicero & Plutarchus refragantur. Cicero hanc vim quandam, ut ipse inquit, diffundere Deos longe lateque voluit, quam cum terræ cavernis includant, tum hominum natura implicent. *Nam terræ*, inquit, *vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.* Prius Plutarchus quoque docet, quando oracula telluris vaporibus ascribit. Sed velim mihi ostendant, quo pacto res inanima & rationis expers, qualis est terra, præsentium aut futurorum cognitionem habere possit. Introduxerunt igitur gentiles tales præcipue mulierculas, quæ furorem arte simulare norant, vel quæ atra bile laborarent. Quæ quidem intemperies quantos sæpe motus agitet, alibi ostendimus. *Thysius.*

1 *Cinnam, atque Sullam antea.*] Cornelius Cinna cum pernicioſas leges per vim ferret, pulsus urbe à Cn. Octavio collega cum sex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum Appii Claudii exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit, accersito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa: quibus conjunctis, cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter segniciem & perfidiam, & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant: Cinna & Marius in urbem recepti sunt, qui velut captam cædibus & rapinis vastaverunt, Cn. Octavio Cos. occiso, & omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonius eloquentissimus vir, & C. Cæsar, quorum capita in rostris posita sunt. auctor Liv. lib 79. & 80. de Sulla alibi scripsimus. *Zanch. Cinna.*] Cornelius Cinna Consul cum de revocandis

antea; ſe tertium eſſe, cui [1] fatum foret urbis potiri; [2] præterea, ab incenſo Capitolio [3] illum eſſe vigeſimum annum, quem ſæpe ex prodigiis [4] haruſpices reſpondiſſent bello civili

candis exulibus legem ferret, & ab optimatibus urbe pulſus corrupto exercitu, qui circa Nolam erat, ac revocato Mario urbem occupavit, tandem in quarto conſulatu à militibus ſuis interemptus eſt. Livius, Oroſius, Paterculus, Florus, Auctor de viris illuſtribus, Appianus, Plutarchus. *Zanch.*

1 *Fatum.*] De fato vide Gell. lib. 6. cap. 2. & lib. 83. cap. 1. & Macro, de ſom. Scipionis. *Idem.*

2 *Præterea ab incenſo Capitolio.*] L. Scipione & Norbano Coſſ. ante Sullæ dominationem, Capitolium, quod à Regibus plus quadringentos annos manſerat, exuſtum eſt, cujus incendii cauſa omnes latuit. Scribit App. lib. 1. & paulo poſt: *Eiſdem diebus Capitolium igne conflagravit, quod opus nonnulli Carbonis fuiſſe dicebant, alii, conſulum, aut Sulla mittente patratum: veruntamen incerta, nec ipſe de ea re, à quo confecta fuerit, ſatis habeo quod dicam. ter enim Capitolium everſum eſt, & ter inſtauratum.* Plutarch. in Publicolæ vita: *Primum*, inquit, *ut diximus, à Tarquinio exædificatum dedicavit Horatius, bellis autem civilibus igni conſumptum eſt. at ſecundum inſtauravit Sulla. Dedicationi autem Catulus inſcriptus eſt, Sulla morte intercepto: hoc autem rurſus in Vitellii ſeditionibus everſum ac dirutum. Tertio Veſpaſianus ea, qua in cæteris felicitate uſus de integro reficere aggreſſus opus perfecit: ſed inſtructi deinde à ſe templi everſionem non vidit. ſed tanto Sullæ fortuna præſtitit, quod illum mors ante conſecrationem eripuit, hic ante deſolationem deceſſit. una enim cum Veſpaſiani interitu inflammatum Capitolium, incenſumque eſt. Hoc autem quartum à Domitio perfectum & conſecratum eſt. Dicitur autem Tarquinius in fundamentis templi quadraginta millia argenti librarum impendiſſe, & in ultima inſtauratione 12. millia talentorum impenſa exceſſit.* Idem in vita Sullæ: *in Sylvio ſervum Pontii numine afflatum, ſibi obviam veniſſe ſcribit, qui diceret ſe à Bellona miſſum, ut belli potentiam atque victoriam nunciaret. Quod ſi non maturaret, Capitolium incendio periiſſe, quod ipſum, & qua die prædictum ab homine fuerat, obvenit: ea vero fuit pridie nonas Quintilis, quas nunc Julias vocamus.* vide & Corn. Tacitum, lib. 9. vide & ſupra p. 44. *Zanch.*

3 *Illum eſſe* xx. *annum.*] Cic. in Catil. fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem, poſt Capitolii autem incenſionem vigeſimus. *Idem.*

4 *Haruſpices.*] Haruſpex dicitur qui ex harugis, id eſt, hoſtiis inſpectis futura prædicit. Terent. in Phormione: *Haruſpex vetuit ante brumam aliquid novi negocii incipere.* Hunc locum exponens Donatus, inquit, *Haruſpex ab haruga derivatur, quæ eſt hoſtia: & hara, in qua concluditur & ſervatur.* Haruſpices, auctore Auguſtino, lib. de Civitate Dei, ſunt, qui exta pecudum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt: & haruſpices quoque illi nuncupantur, qui haras in agendis negociis operibuſque cuſtodiunt. Haruſpicium primus invenit Delphus, ut ait Plinius libro 8. cap. 56. Haruſpicinam irridet Cicero in 2. de Divinatione, ubi dicit alios alio modo exta interpretari, nec eſſe omnium unam diſciplinam. Cato mirari ſe ajebat, quod non ridebat haruſpex haruſpicem, cum vidiſſet. *Zanch. Haruſpices.*] Apud Romanos ſi quid inſueti accidiſſet, nunciatumve eſſet, ad haruſpices mox veteri more inſtitutoque referebatur, qui docerent, quid dii præmonſtrarent, quidve poſcerent: veteri autem lege ſancitum erat, ut priuſquam augurandi ſcientia Romanis innotuiſ-

civili cruentum fore. Igitur, perlectis litteris, cum prius omnes [1] signa sua cognovissent, senatus decernit, [2] ut, abdicato

set, hæc ad Hetruscos deferrentur. Verba legis sunt: PRODIGIA. ET. PORTENTA. AD. HETRVSCOS. HARVSPICES. SI. SENATVS. IVSSERIT. DEFERVNTO. HETRVRIAEQVE. PRINCIPES. DISCIPLINAM. DISCVNTO. QVIBVS. DIVIS. DECREVERINT. PROCVRANTO. IISDEM. TVLGVRA. ET. OSTENTA. PIANTO. AVSPICIA. SERVANTO AVGVRI. PARENTO. Ex hac lege decreto senatus sex optimatum filios Hetruscis in disciplinam tradi solitos, ut augurandi artem addiscerent, proditum est. Qua quidem arte Fesulæ claruerunt, ubi & domicilium & collegium augurum fuit. Et initio ita à Romulo constitutum fuisse legimus, ut in tribus centuriis Ramnensi, Tatiensi, & Lucerum singuli essent augures, qui sacris cæremoniis prædictionibusque & explanationibus eorum, quæ dii monuissent, præessent: postea duobus adjectis, collegii numerus in quinarium excrevit (imparem enim esse debere numerum arbitrati sunt) donec tandem ne ultra novem augurarentur, Senatusconsulto cautum fuit. Sulla demum collegium, quindecim adjectis, ad viginti quatuor usque propagavit. Semel collatus auguratus, viventi non adimebatur, etiam gravissimis intercedentibus causis. In mortuorum loca legebantur alii comitiis Curiatis, quæ pontificis maximi dicebantur, non à populo universo, sed minore parte, & iis, quibus sacerdotia conferre & demandare curæ erat. nonnunquam à duobus unus nominari, & à toto deinde collegio acciri & cooptari poterat. Munus erat augurum & haruspicum præcipuum, auspicia captare & contemplari, id est, signa rerum futurarum Deorumque monita: & lætane essent illa, an piacularia, quidve apportarent, prosperane, an calamitosa expiandaque sacrificiis, & luctu publico, scrutari ac præmonere. Dignitas eorum tanta fuit ut velut internuncios & interpretes Deorum eos coluerit antiquitas. Quippe & Romulum haruspicinam fecisse, & ne quid, quod decretum esset, haberetur ratum, sine auguriorum consensu & suffragatione, constituisse annotatum. neque comitia haberi sine iis poterant. *Pucer.* de Divinat. Vide & Camerar. de Divinat. & Borsardum.

1 *Signa sua.*] Id est, sigilla ipsius Lentuli, ut nunc vulgo dicitur: in annulis virorum clarissimorum capita insculpebantur, hisque literas obsignabant. Valer. Max. lib. 3. cap. 5. scribit, è manu Scipionis detractum esse annulum, in quo caput Africani patris insculptum erat. Tranquillus in Augusto: *In diplomatibus libellisque & epistolis signandis sphynge usus est: mox imagine Magni Alexandri, novissime sua, Dioscuri manu sculpta, qua signare insecuti quoque principes perseveraverunt.* Zanch. *Signa.*] Signa multum differunt à sigillis. Signa quæ epistolis, quæ contractibus qua publicis, qua privatis olim imponebantur, annulo fiebant signatorio. Sicuti & nunc epistolas claudimus. Sigilla vero posterioris ævi appenduntur funiculis, non ab annulis signatoriis imprimuntur, sed ab impressis grandioribus & ad hoc factis. Tympana vocat Robertus Montensis in supplemento Sigeberti: Græci extremo imperio τυπωτήριον & βυλωτήριον appellarunt, antiquiores σφραγιστήριον. Latini signaculum, quin & ipsa instrumenta βύλλας sive bullas dixere. Ita enim vocavit infima Latinitas hujusmodi dependentia sigilla bullarum nomine, quia & bullæ formam haberent, & eodem modo penderent ex chartis, ut illæ apud Romanos ex pectore prætextatorum. *Salmas.*

2 *Ut abdicato magistratu Lentulus.*] Plutarch. in Cicer. vita: *Quare*, inquit, *redargutus Lentulus magistratu, quo fungebatur (erat enim prætor) se abdicare coactus est, moxque purpuream vestem, qua erat*

dicato magiſtratu, Lentulus, itemque ceteri in [1] liberis cuſtodiis habeantur. [2] itaque Lentulus, [3] P. Lentulo Spintheri, [4] qui tum ædilis erat, Cethegus * Q. Cornificio, Statilius

erat amictus, in Senatu ponens, atram fortunæ ſuæ congruam induit: deinde is, & qui cum eo deprehenſi erant, in liberam cuſtodiam prætoribus traditi. Zanchius. *Abdicato magiſtratu.*] Magiſtratus, quamdiu in magiſtratu erant, non poterant accuſari. Quid igitur? ſi olim magiſtratus conſpiraret contra Remp., non potuiſſet perduellionis accuſari? ſi male Rempub. adminiſtraſſet, ſi infœliciter pugnaſſet, nihilominus Remp. gereret? Jubebatur ſe abdicare. Adeo perpetuum erat, qui in imperio & poteſtate eſſet, tamdiu in judicium non venire. Sed quid ſi nolit ſe abdicare? aut carcere cogebatur, aut lege, hoc eſt, ſi ea de re Tribunus ad populum tuliſſet: qualiter Bibulus in Marcellum. Nam quo modo quis creatus cum imperio eſt, eo erepto poterat deſtitui. Ergo ſine accuſatione damnabatur minime. Non enim magiſtratus abrogatione pœna: ſed immunitas irrogabatur. Poteſtas male agendi adimebatur, non conditio. Via erat ad accuſandum, non accuſatio aut damnatio aliqua. Quod & hic legitimo & ſolenni more contigit. *Erodius.*

1 *Liberis cuſtodiis.*] Liberas vocat ſine vinculis. Ambroſ. in epiſt. Pauli: *Habebantur in libera cuſtodia.* Tradebantur autem viri illuſtriores magiſtratui, ut ex hoc loco videre licet, & Dione lib. 2. *Coler.*

2 *Itaque Lentulus.*] Hinc deprehenditur error Plutarchi & Appiani, qui dicunt, deprehenſos conjuratos Prætoribus in cuſtodiam datos eſſe. nam nemo ex iis qui infra ab Salluſtio nominantur, tunc (quod ſciam) Prætor erat. hos autem eo anno Prætores fuiſſe comperimus, Q. Metellum Celerem, Q. Pompeium Rufum, L. Valerium Flaccum, C. Pomptinium, Lentulum Suram, C. Sulpitium, de quo ſupra, cum de Cethego loqueremur, mentionem fecimus, C. Coſconium, de quo Cicero in Orat. pro Sulla. Appianus addit Cethegum; ſed (ut ſupra diximus) decipitur. *Caſt.*

3 *P. Lentulo Spintheri.*] Valer. Max. lib. 9. cap. 15. *Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit, qui ambo in ſcena propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectati ſunt. Sed alter ex quodam aſſectatum cognomen Spintheris traxit: alter niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili vetiarii, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.* Zanch. *P. Lentulo Spintheri.*] Id eſt, P. Cornelio Lentulo, qui poſtea Spinther in conſulatu, quod Spintheri hiſtrioni ſimillimus erat, cognominatus eſt, ut referunt Valer. libro 9. cap. 15. & Plinius libro 7. cap. 12. Conſul autem fuit cum Metello Nepote, anno poſt Urbem conditam 696. in quo magiſtratu maximam gloriam adeptus eſt, quod Ciceronem reduxit. Cicero & Dion libro 9. in Civilibus bellis Pompejanas partes ſecutus eſt, ut diſcimus cum ex aliis, tum maxime ex Cæſare. *Caſt.*

4 *Qui tum ædilis erat.*] Seu curulis. Plin. lib. 9. cap. 39. *hic P. Lentulus Spinther ædilis curulis, primus in prætexta uſus dibapha improbatur: qua purpura quis non jam, inquit, triclinaria facit?* Spinther ædilis fuit, Urbis conditæ anno ſeptingenteſimo, Cicer. Conſule. *Qui tum ædilis erat.*] Poſtquam tribuni plebis creati fuerunt, plebs periit à Senatu, ut permitteret ſibi binos viros quotannis plebeios creare, qui omnia tribunis ſubminiſtrarent, quæ eis opus eſſent: & ut judicarent eas cauſas, quas ipſi eis permitterent, ac ſacrorum publicorumque locorum, & affluentiæ forenſis curam haberent: quod cum à Senatu conceſſum foret, viros duos creavere, quos miniſtros tribunorum, & collegas judiceſque vocaverunt, hi-

que

tilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Ceparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio ſenatori
48 traduntur. [1] Interea plebes, conjuratione patefacta, quæ primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutata mente Catilinæ conſilia exſecrari, Ciceronem ad cœlum [2] tollere, velut ex ſervitute erepta, [†] gaudium atque læti-

quæ ædiles plebei dicti ſunt: deinde cum iterum plebs contentione maxima cum Patribus certaviſſet, ac tandem ut alter ex conſulibus plebeius fieret, obtinuiſſet, patres pro communicato plebi conſulatu, ædilitatem ſimul & præturam vindicarunt. primum ædiles curules Cn. Quintium Capitolinum & P. Cornelium Scipionem, ex patribus creaverunt: poſtea cum Julius Cæſar rerum potiretur, tunc primum ſex ædiles creati ſunt: duo patricii, qui Cereales dicti, quia curam gererent annonæ forenſis, copiæque cibariorum: quatuor vero ex plebe, ut Dion lib. 42. his verbis meminit: καὶ ἐν μὲ τῷ πρώτῳ ἔτει ἀγορανόμοι καὶ ἀγοραστάμοι τότε ἐκαλοῦντο, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ οὐκ ἔλαττους, ὧν οἱ δύο καὶ τοῖς δήμοις ἐπίκλησιν φέρουσιν. horum præcipuum munus erat, urbis, ædium ſacrarum, publicarum, curam agere, ad eoſque abſentibus vel impeditis conſulibus ſumma rerum, & majeſtas conſularis imperii ſæpe delata eſt: hi præcipue curabant, ut ædificia publica privataque fierent, ut templa, theatra, fora, porticus, curiæ & baſilicæ, atque mœnia magnificis operibus reficerentur & ornarentur, quod Cic. in 3. de Legibus oſtendit: *Sunto ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque, illiſque ad honoris amplioris gradum, prius acceſſus eſto.* Idem in 7. Verr.: *Nunc ſum deſignatus ædilis, ſcio mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia, Cereri, Libero, Liberæque faciundos: mihi Floram matrem populi plebiſque Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos: mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam.* Hique eis, qui plus quam lege definitum erat, agri poſſiderent, diem dicere, matronas adulterii accuſare, fœneratores coërcere, & obſonia inhibere, atque in exilium mittere poterant, itemque ad ipſos Senatuſconſulta in ædem Cereris deferebantur. *Zanch.*

* *Q. Cornificio.*] Hic eſt, qui petiit conſulatum cum Cicerone, & repulſam tulit. Cicero epiſtolarum ad Atticum libro 1. & Aſconius in expoſitione Orationis in Toga candida. *Caſt. Q. Cornificio.*] Hic, ut opinor, in veteri denario dicitur, Q. CORNIFICIVS. AVG. IMP. Imperator ſcil. ex Africa Provincia, in Conſulatu Ciceronis competitor, & in auguratu collega, ut in Epiſtolis Ciceronis ad eum ſcriptis intelligimus. *Urſin.*

1 *Interea plebes.*] Nunc vulgi mobilitatem oſtendit, quæ prius lætabatur, quod Catilina bellum pararet, eo quod res novas optaret: nunc vero quia Catilinæ res non proceſſerant ex ſententia, auctorem belli execrabantur, & præcipue quod incendere urbem conſtituerant conjuratores. *Vall.*

2 *Tollere.*] Pro *tollebant*, hoc eſt, extollebant, & laude efferebant. Plut. in Cic. vita: *Cæterum deinceps non ſolito ſilentio civium agi, non eo comitantium ordine, feſtivo clamore ac omnium plauſu, qui obviam fierent, liberator & conditor appellatus eſt. Funalia præterea per urbis vicos elucere, lampades, faceſque, tedæque in foribus fixi, è ſpeculis paſſim prodire mulieres*

lætitiam agitabat. Namque alia belli facinora prædæ magis, quam detrimento fore, incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxume calamitosum putabat; quippe cui [1] omnes copiæ [2] in usu quotidiano, & cultu corporis erant. Post eum diem [3] quidam L. Tarquitius ad senatum adductus erat: quem, ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum ajebant. Is cum se diceret de conjuratione indicaturum, si fides publica data esset; [4] jussus à consule, quæ sciret, [5] edicere, eadem fere, quæ Volturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium, senatum edocet: præterea, [6] se missum à M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne eum Lentulus, &

Cethe-

mulieres in præconium spectaculumque viri singulari quâdam optimorum pompa domum elate repetentis. Horum plerique qui maxima etiam bella confecerant, triumphis ornati, ac non parum maris terræque potiti, aperte invicem fassi sunt, populum multis tempestatis suæ Imperatoribus ducibusque ex divitiis, spoliis, & potentia partis, finibusque propagatis obnoxium, nunc suæ libertatis, suæque salutis gratias soli Ciceroni deberi, qui ex tam ingenti periculo urbem eripuisset. Zanch.

† *Gaudium atque lætitiam.*] Lætitia, ut ait Festus, demonstratur gestu corporis: gaudium est in animo sine gestu aliquo exteriore. Cicero lib. 4. Tusculanar. quæst. inquit: *Nam cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem & inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest. quam ita definiunt, sine ratione animi elationem.* & paulo ante: *ut sit lætitia præsentium bonorum, libido futurorum.* Idem.

1 *Omnes copiæ.*] Omnes facultates. *Idem.*

2 *In usu quotidiano.*] Quia in dies opera manuum suarum vivunt. *Vall.*

3 *Quidam L. Tarquinius.*] Post expulsos reges, Tarquiniorum nomen adeo Romanis invisum fuit, ut eo nomine nemo, quod apud scriptores extet, fuerit appellatus. nam quod ex Sallustii historiarum libro 3. à Servio Nonioque adducitur (medius inter Tarquinium & dominum Perpennam) in antiquo libro Farnesiano *Tarquinium* legitur. Et hic igitur *Tarquinius* legendum videtur. Apud Tacitum quoque Annal. 12. ubi in vulgato est: *Statilium Taurum opibus illustrem, hortis ejus inhians pervertit, accusante Tarquinio Prisco.* legitur in scripto libro *Tarquitio.* Coler. Quin & vetustissimus liber hic ita se habet. Nec item aliter in argenteis denariis appellatur. *Ursin.*

4 *Jussus à consule.*] Alibi scripsimus, quod consuli non licebat cuiquam fidem publicam dare sine jussu Senatus. *Zanch.*

5 *Edicere.*] Id est, manifeste dicere ea quæ sciret. *Bad.*

6 *Se missum esse à M. Crasso.*] Plut. ipsius vita: *Conjurationis ejus*, inquit, *quæ, Catilina auctore, cœpta, omnem pene funditus evertit rempub., consciam, atque participem fuisse Crassum non parva suspicio fuit. nam ex conjuratis quidam magna voce Crassum compellans auditus est, attamen ejus verbis nemo fidem habuit.* & M. Cicero conjurationis vindex aperte satis in oratione quadam in Crassum & Cæsarem conjurationis illius

non

Cethegus, aliique ex conjuratione deprehenſi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quo & ceterorum animos [1] reficeret, & illi facilius è periculo eriperentur. Sed, ubi Tarquinius Craſſum nominavit, hominem nobilem, [2] maxumis divitiis, ſumma potentia; alii rem incredibilem rati; pars, tametſi verum exiſtumabant, tamen, quia in tali tempore [3] tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur, plerique Craſſo ex negotiis privatis obnoxii, conclamant, indicem falſum eſſe; deque ea re poſtulant, [4] uti referatur. [5] Itaque, conſulente Cicerone, [6] frequens ſenatus decernit: Tarquinii indicium falſum videri, eumque in vinculis retinendum; [7] neque amplius poteſtatem faciundam, niſi de eo in-

non minima ex parte cauſam refert: eam tamen orationem nunquam, niſi poſt utriuſque mortem edere eſt auſus. *Zanchius.*

1 *Reficeret.*] Recrearet. *Idem.*

2 *Maximis divitiis.*] Plut. in Craſſi vita, inquit: *Nam cum trecenta ſolum talenta ex paterna hæreditate accepiſſet, prius tamen, quam adverſus Parthos exercitum ducere, ſeptem millium & centum talentorum ſummam coëgiſſe tradunt, tum etiam decimam facultatum ſuarum partem Herculis conſeraſſet, & publicum epulum populo dediſſet, ac tres minas in ſingula civium capita contuliſſet.* Idem.

3 *Tanta vis hominis.*] Id eſt, tanta potentia. nam præterquam, quod dives erat, gratiſſimus quoque populo habebatur, propterea quod facilis ad opem ferendam indigentibus erat. nam ſumma in appellandis civibus, ac ſalutandis humanitas gratiſſimum illum populo faciebat. nemini enim tam ſordido tamque humili Romanorum occurrebat, cui ſalutatus ipſe ſalutem non redderet, ac proprio nomine compellaret. *Plutarch.*

4 *Uti referatur.*] In conſultationem ponatur, an, quod index de Craſſo dixerat, pro vero habendum eſſet. nam referre ad Senatum, eſt in conſultationem Senatus ponere. *Zanch.*

5 *Itaque conſulente Cicerone.*] Scribit Livius lib. 3. nemini jus eſſe habendi ſenatum, qui ipſe magiſtratus non ſit: omnibus autem magiſtratibus id jus non eſt. Scribit Gell. cap. 7. lib 14. M. Varronem in commentario ad Pompeium ſcripſiſſe, qui fuerunt, per quos more majorum Senatus haberi ſoleret: eoſque nominat Dictatorem, Conſules, Prætores, Tribunos pleb., Interregem, Præfectum urbis: neque aliis, præter hos, jus dicit fuiſſe Senatuſconſultum faciendi. Quoties autem uſuveniebat, ut omnes iſti magiſtratus eodem tempore eſſent, tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent, qui eorum prior alio eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi jus fuiſſe: qui autem Senatum habebat, idem ad Senatum referebat. cum igitur Dictator non eſſet, ſi erant Conſules, illi ad Senatum referre ſolebant. *Idem.*

6 *Frequens Senatus.*] Id eſt, fere omnes Senatores. *Idem.*

7 *Neque amplius poteſtatem faciundam.*] Scilicet, dicendi nonnulla. *Idem.*

eo indicaret, cujus consilio tantam rem [1] esset mentitus. Erant eo tempore, qui existumarent, indicium illud [3] à P. Autronio [3] machinatum; quo facilius, appellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia [4] tegeret. Alii Tarquinium [5] à Cicerone immissum ajebant, [6] ne Crassus, more suo, suscepto malorum patrocinio, remp. conturbaret. [7] Ipsum Crassum ego postea [8] prædicantem audivi, tantam illam [9] contumeliam sibi à Cicerone [10] impositam. [11] Sed iisdem temporibus [12] Q. Catulus, & C. Piso 49 neque

1 *Esset mentitus.*] Gellius lib. 11. cap. 11. ex verbis P. Nigidii inter mendacium dicere & mentiri differentiam ponit: *Qui mentitur*, inquit, *ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur.* item hoc addit: *Qui mentitur, fallit quantum in se est: & qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.* Idem.

2 *A P. Autronio.*] Puto enim *Autronio*, non *Antronio* legendum. *Idem.*

3 *Machinatum.*] Inventum, confictum, excogitatum. *Idem.*

4 *Tegeret.*] Defenderet. *Idem.*

5 *A Cicerone ajebant.*] Scribit Dion libro 37. nonnullos censuisse, talem de Crasso suspicionem non esse habendam: alios vero id à consulibus confictum credidisse, ne scilicet conjurati opem ab ipso, qui plurimum poterat, implorarent, & magis Rempub. turbarent. *Idem.*

6 *Ne Crassus, more suo.*] Plutarch. in Crassi vita inquit; *Cumque Pompeius persæpe, ac Cæsar, Cicero etiam nonnullas à se causas quasi parum se dignas rejicerent, ipse earum patrocinium suscipiebat: quamobrem à populo maximam gratiam consequi meruit, quod in causis accuratus & diligens, præterea facilis ad opem indigentibus ferendam haberetur.* Idem.

7 *Ipsum Crassum ego postea.*] Refert Plut. Crassum Ciceronis inimicum habitum fuisse, propterea quod diceret quendam ex conjuratis à Cic. subornatum, qui eum inter conjuratos nominaret: quod vero palam non insectaretur, filius impedimento fuit: qui cum studiorum ac disciplinæ amantissimus esset, vehementer Ciceronem diligebat ejusque congressu ac familiaritate plurimum utebatur, adeo, ut cum exilio damnatus esset Cicero, P. Crassi filius una cum eo vestem mutaret, atque alios adolescentes complures idem facere compulerit, tandem vero patrem etiam Ciceroni conciliavit. *Idem.*

8 *Prædicantem.*] Palam dicentem.

9 *Contumeliam.*] Injuriam.

10 *Impositam.*] Sic etiam quidam codex manuscriptus habet: rectius, quam *paratam*, ut ego sentio. *Zanch.*

11 *Sed iisdem temporibus.*] Videtur hoc loco quasi defendere Ciceronem Sallustius. dicit enim, Non videtur verisimile falso à Cicerone accusatum fuisse, cum nobilissimi Rom. cives eum nulla conditione inducere potuerint, ut Cæsarem in conjuratione falso nominari faceret. *Valla.*

12 *Q. Catulus.*] Q. Lutatius Catulus omnium confessione Senatus princeps, qui consul fuerat cum M. Æmilio Lepido anno ab Urbe condita 675. hic (ut narrat Paterculus) cum dissuadens Gabinii legem, qua maritimum bellum Pompeio mandabatur, in concione dixisset, esse quidem præclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium jam libere imperare reipublicæ: neque omnia esse in uno reponenda, adjecisseque: *Si quid huic acciderit, quem in ejus locum substituet is?*

neque gratia, neque precibus, neque precio Ciceronem impellere quivere, uti per Allobroges, aut alium indicem C. Cæsar [1] falso nominaretur. Nam uterque cum illo graveis inimicitias exercebant; Piso, [2] oppugnatus in judicio [3] repetundarum, * propter cujusdam transpadani supplicium

tuetis? succlamavit universa concio: *Te Quinte Catule.* Cicero in Pisonem sic de hoc Catulo locutus est: *M. Q. Catulus princeps hujus ordinis, & auctor publici consilii frequentissimo Senatu parentem patriæ me nominavit.* quæ verba adscripsi, quoniam Plutarchus & Appianus dicunt, Catonem, non Catulum, parentem patriæ Ciceronem appellasse: verum cum Cicero, Livius, Sallustius, Plinius, Tranquillus, Paterculus, Florus, Valerius, Eutropius, & alii hunc *Q. Catulum* vocent, unus (ut puto) Appianus *C.* appellat. *Cast. Q. Catulus, & C. Piso neque gratia.*] Refert Tranquillus Cæsarem inter conjuratos in Senatu nominatum fuisse, sed credo id factum horum subornatione. *Recidit*, inquit, *rursus in discrimen aliud inter socios Catilinæ nominatus, & apud Novium Nigrum Quæstorem à L. Vettio indice, & in Senatu, à Q. Curio, cui quod primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice præmia. Curius è Catilina se cognovisse dicebat. Vettius etiam chirographum ejus Catilinæ datum pollicebatur: id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans, cum implorato Cicer. testimonio, quædam se de conjuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit.* Zanch. *C. Piso.*] Et si eo tempore quidam Cn. Pisones Romæ fuerunt, ut ex Hircio & Valerio cognoscimus: tamen non dubito, quin hic legendum sit *C. Piso.* is enim consul fuerat cum Acilio Glabrione, & postea Galliam administravit, ut ex Cicerone ad Atticum libro 1. & Dione libro 36. notum est. inde reus factus, à Cicerone tum consule defensus est, & quoniam consul fortis constansque fuerat, incolumis est reipublicæ conservatus, ut ipse refert Cicero in oratione pro Flacco. quæ omnia conveniunt cum iis, quæ infra Sallustius ait: *Piso oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum propter cujusdam transpadani supplicium injustum,* accedit præterea auctoritas vetusti codicis, in quo *C. Piso* legitur. *Cast.*

1 *Falso nominaretur.*] Plutarchus in Cæsare aliter scribit: ὅθεν καὶ Πείσωνα τὸν Κάτηλον ὑπατεύοντα Κικέρωνος φεισάμενον Καίσαρος, ἐν πεῖς καὶ Κατιλίναν λαθὼν συνδιαφθείρας. Sed quicquid dicat Sallustius, pro certo creditur, quod Cæsar fuerit conjurationis particeps. Vide Plutarch. in Crasso, App. Bel. civil. lib. 2. & Tranquillum in Cæsare. *Idem.*

2 *Oppugnatus in judicio.*] Cum enim Piso præfuisset Galliæ citeriori, & injusto judicio Transpadanum quendam damnasset, Romam reversus repetundarum accusatus fuit: quo in judicio à Cæsare oppugnatus est, & ob id inter ipsos graves intercesserant inimicitiæ. *Zanch.*

3 *Repetundarum.*] De pecuniis repetundis multæ leges latæ sunt. Primam tulit L. Calpurnius Piso trib. pleb. de qua Cicer. 11. de Offic. *nondum centum & decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata lex est, nulla cum antea fuisset.* Post Calpurniam latæ fuerunt aliæ complures, Junia, Servilia, Acilia, Cornelia, de quibus consulendus Sigonius 2. de Judic. 27. Novissime lata est Julia, à C. Julio Cæsare. Lege autem repetundarum tenetur, qui in magistratu, potestate, ratione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico quid acceperit, quo magis, aut quo minus officium faceret,

uti

cium injuſtum; [1] Catulus, ex petitione pontificatus odio incen-

uti eſt in l. 1. 3. 4. 6. 7. ult. D. h. t. Magiſtratum autem cum dicimus, imprimis Provinciales magiſtratus intelligimus, quorum cauſa lex lata eſt. Unde Cicero in divin. *Quaſi vero dubium ſit, quin tota lex de pecuniis repetundis ſociorum cauſa conſtituta ſit. nam civibus cum ſunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione & privato jure repetuntur.* Hæc lex ſocialis eſt, hoc jus nationum exteratum eſt. vid. Ant. Matth. de Crim.

* *Propter cujuſdam Tranſpadani ſupplicium injuſtum.*] Hoc eſt, quod illum ſupplicio injuſte affecerat. Tranſpadanus, à regione. Strabo lib. 5. inquit, *Ante omnia de ſubjecta Alpibus regione dicemus, eſt autem fœlix admodum campus, & fructuoſis collibus varius: hunc medium fere Padus dividit, eaque regio hinc Ciſpadana, hinc Tranſpadana dicitur. Ciſpadana quidem montibus adjacet, atque Liguriæ; reliqua vero Tranſpadana eſt.* Zanch.

1 *Catulus ex petitione Pontificatus.*] Plutarch. in Cæſaris vita: *Interea defuncto Metello pontifice maximo, cum Pontificatum ſtudio & diſceptationibus plenum Iſauricus, & Catulus clariſſimi viri, & in Senatu potentiſſimi peterent: haud propterea Cæſar (quin & ipſe candidatus deſcenderet) ceſſit. cæterum pari undique favore ac ſtudio apparente Catulus, quo amplior erat dignitas, eo magis eventus incertitudinem reformidans, miſit qui grandi pecunia Cæſarem, ut ab ea contentione deſiſteret, inducerent: quibus ille grandiorem ſe mutuaturum, certatimque enixius petiturum eſſe reſpondit. Inſtante comitiorum die, cum mater eum ad fores uſque lachrymis proſequeretur, illam complexus dixiſſe fertur: Mater, hodie aut Pontificem, aut exulem videbis filium. Euntibus igitur certatim in ſuffragia tribubus, ſuperior declaratus, non parum ſenatui & optimatibus terroris incuſſit, tanquam ad omne audaciæ genus redactus. Quapropter Ciceronem Piſo & Catulus incuſabant, qui inter Catilinarios tumultus occaſionem nactus, neci Cæſaris pepercifſet. Pontificatus.*] Romæ fuit collegium pontificum honoratiſſimum, quod Numa Pompilius primus inſtituit, qui pontificem Marcium, Marci filium, ex patribus elegit, eique ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit: quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde ſumptus, pecunia erogaretur, cæteraque omnia publica privataque ſacra pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet, quo conſultum plebs veniret, ne quid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo turbaretur: nec cœleſtes modò cærimonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque manes, ut id Pontifex edoceret. Liv. l. 1. Pontifices auctore Dionyſio, l. 2. ſunt rerum maximarum domini, mulctareque conſueverunt, quos viderint juſſis ſuis minime obſequentes: ipſi vero neque Senatui, neque pop. Rom. rationem reddere coguntur. defuncto autem eorum aliquo, alius in demortui locum ſubſtituitur, non à populo electus, ſed ab eis ipſis, quicunque maxime idoneus ex civibus videtur: iſque ita ſacerdotium probatus accipit, ſi bonorum eidem civium auguria eveniant. *Zanch. Pontificatus.*] Pontifex in honore, in officio, procuratione eſſe dicitur; in magiſtratu, in poteſtate, in imperio non eſſe dicitur. Pontifices privatam, Conſules aliique magiſtratus publicam perſonam ſuſtinebant. Ita Cicero lib. IV. Tuſc. Scipionem Pontificem maximum hominem privatum appellavit. Extra ſacra religioneſque cum privatas tum publicas, quas Pontificibus Romani commendaſſent, nulla eorum functio fuit, nec fere alia animadverſione utebantur, quam ut mulctam indicerent, ſacerdotioque abdicarent, excepto Veſtalium inceſtu, de quo itidem non tam publico jure, quam privata quadam poteſtate, ut patria aut dominica, cognoſcebant. Veruntamen Pontificum digni-

incenſus; quod, extrema ætate, [1] maxumis honoribus uſus, ab [2] adoleſcentulo Cæſare [3] victus diſceſſerat. Res autem opportuna videbatur; [4] quod is, privatim egregia libe-

tas hæc maxima dicebatur eſſe, & ne ex inferiore hominum conditione vilior inferiorque redderetur, eos in collegia iſta cooptabant duntaxat, qui vel in ſummo magiſtratu eſſent, vel antea fuiſſent, hoc eſt, ampliſſimos, ornatiſſimos, præclariſſimos quoſque. Excipio Cæſarem, qui, ut Vellejus Paterculus refert, ante præturam Pontifex Maximus fuit. Quod ægerrime Catulus tulit, homo ſupremis dignitatibus functus. Quin tanta Pontificatus erat dignatio, ut Liv. lib. xxv. cap. 5. ita ſcribat: *ante Licinium Craſſum intra centum annos & viginti, nemo præter P. Cornelium Calluſſam Pontifex maximus creatus fuerat, qui ſella curuli non ſedifſet.* Tribuni, triumviri, quæſtores, & ſi qui alii erant minores magiſtratus, qui non in tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſiderent, excludebantur. Sic conjunctis invicem religione & imperio, ſingulos tantum majeſtatis adipiſci credebant, ut ea nihilominus æquo jure, æquaque dignitate eſſe & haberi viderentur. *Ærod. Pontificatus.*] Suetonius Julio c. 13. Ovidius lib. III. faſtorum. Quo Cæſar ſtrenue defunctus Pontificales libros ſcripſit, qui citantur alibi à Feſto, Varronemque bibliothecæ præfecit, qui ei libros ſuos rerum Divinarum inſcripſit. Lactantius libro I. cap. VI. *Marcus Varro quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæſarem Pont. Max. ſcripſit.* Putſch.

1 *Maximis honoribus.*] Nam ædilis, prætor & conſul fuerat cum M. Lepido, ut Livius lib. 9. ſcribit; *& præterquam quod maximis honoribus functus eſſet, maxime quoque eloquens habebatur.* de quo Cicero in Oratore lib. 3. *Quid jucundius auribus noſtris unquam accidit hujus oratione Catuli? quæ eſt ita pura, ut Latine loqui pene ſolus videatur: ſic autem gravis, ut in ſingulari dignitate, omnis tamen adſit humanitas ac lepos. quid multa? iſtum audiens equidem ſic judicare ſoleo, quidquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitioſius aut deterius futurum.* Zanch.

2 *Adoleſcentulo Cæſare.*] Anno ætatis 36. Pontifex enim maximus nominatus, & poſt ædilitatem creatus eſt: quæ cum biennio diſtet à quæſtura, & quæſturam Cæſar geſſerit anno ætatis 33. quod Suetonius declarat, pontificatum conſequi non potuit ante annum 36. Sic Cicero Curionem lib. II. Famil. Ep. I. *adoleſcentem*, & Ep. XII. lib. II. ad Attic. *juvenem* nominat, cum ea epiſtola ſeptem annis ante illam ad Curionem ſcripta ſit. nam in ea, Clodii tribunatum petentis, mentio fit, ex vero ad Curionem omnes, præter ultimam gratulationis officio fungentem, Calvino & Meſſalla Coſſ. ſcriptæ ſunt; quo certe anno videtur Curio major annis 30. fuiſſe, cum biennio poſt trib. pleb. fuerat, Sulpitio & Marcello Coſſ. ut patet ex Ep. VII. lib. II. Fam. In oratione etiam pro Muræna vocatur *adoleſcens Ser. Sulpitius*, cum minor annis 30. certe non eſſet. Habita enim oratio illa à Cicerone Conſule: Sulpitius autem poſt annos 11. conſulatum geſſit. Et lib. II. de Orat. cum dixiſſet Cicero de L. Craſſo, non multa eum, quæ quidem exſtarent, & ea ipſa adoleſcentem, ſcripta reliquiſſe, poſtea in lib. de Claris Orat. ejus orationem quam habuit pro Servilia lege, annos natus 34. exſtare ſignificat. *Putſch.*

3 *Victus diſceſſerat.*] Hinc patet lapſum eſſet Dionem, qui l. 37. ſcripſit: Cæſarem poſt ſupplicium conjuratorum petiiſſe pontificatum. *Caſt.*

4 *Quod is privatim egregia liberalitate.*] Id eſt, excellenti quadam liberalitate. Plutarch. in Cæſaris vita: *Ad impenſas autem*, inquit, *profuſior, brevem ac momentaneam ſibi gloriam tam magnis opibus*

liberalitate, [1] publice maximis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi Conſulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipſi ſingillatim circumeundo, atque ementiendo, quæ ſe ex Volturcio, aut Allobrogibus audiſſe dicerent, magnam illi [2] invidiam conflaverant; uſque adeò, uti nonnulli equites R. qui præſidii cauſa cum telis erant circum ædem [3] Concordiæ, ſeu periculi magnitudine, ſeu [4] animi mobilitate impulſi, quo ſtudium ſuum in remp. clarius eſſet, [5] egredienti ex ſenatu Cæſari gladio minitarentur.

opibus permutare videbatur: cum re tamen vera parvis ampliſſima compararet, antea vero, quam ullum iniret magiſtratum, mille trecentorum talentûm æs alienum conflaſſe dicitur: commiſſa deinde illi Appiæ viæ cura, ingentem prodegit pecuniam, & pontificatum maximum petiit, non ſine profuſiſſima largitione: in qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur domum ſe non niſi Pontificem reverſurum. Tranquillus. *Zanch. Egregia liberalitate.*] Salluſtius hic ad voluntatem loqui videtur, non ad veritatem, ut multis aliis in locis, cum de Cæſare loquitur; Cæſar enim, cum largitionibus pararet ſibi viam ad tyrannidem, nullo pacto vere liberalis vocari poterat, ut docet Ariſt. Moralium ad Nicom l. 4. cap. 1. *Caſt.*

1 *Publice maximis muneribus grandem pecuniam debebat.*] Plutarch. in Cæſaris vita: *Ædilis*, inquit, *viginti ac trecenta gladiatorum paria exhibuit circa ſpectacula, pompas atque convivia profuſiſſimis utens ſumptibus, univerſas ſuperiorum munificentias obliteravit: quas ob res affectam ſibi adeo plebem reddidit, ut unuſquiſque novas dignitates, novoſque excogitaret honores, quibus illi pares gratias referrent; & cum ædilitium munus edere magnificentiſſime inſtituiſſet, conflatas clam Marii ſtatuas, triumphaliaque ſigna noctu in Capitolio erexit: ut primum illuxit, cuncta auro micantia, ac magnificis inſtructa artificiis cernebantur.* Plin. libro 33. cap. 3. *Cæſar*, inquit, *qui poſtea Dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo uſus eſt, feraſque argenteis vaſis inceſſere tum primum viſum.* Multa quoque Tranquillus, ubi de ædilitate ipſius loquitur, ex quibus ingentes impenſas eum feciſſe conjectare poſſumus. & App. lib. 2. refert, Cæſarem à creditoribus retentum juraſſe duobus millibus & quingentis myriadibus ſibi opus eſſe, ut nihil haberet. quæ ſumma ex Budæi ſupputatione, ære noſtro inſtar eſt ſexcentorum vigintiquinque millium aureorum. *Zanch.*

2 *Invidiam conflaverant.*] Concitaverant, paraverant. *Idem.*

3 *Concordiæ.*] Vide ſupra pag. 117.

4 *Animi mobilitate.*] In quibuſdam codicibus legitur, *nobilitate.*

5 *Egredienti Cæſari gladio minitarentur.*] Plut. in Cæſaris vita: *Egredienti deinde Cæſari curiam, magna juvenum manus, qui Cic. præſidii cauſa circumſtabant, occurrere, nudos intentantes gladios: tum Curio objecta togæ complexus eum eduxiſſe traditur. Cic. quoque aſpectantes deterruit adoleſcentes, ſive ob plebis metum, ſive quod impiam ac iniquam eam cædem duceret.* Zanch. *Minitarentur.*] Suetonius autem ait: *In ſenatu Cæſari, cum Catonis ſententiam impedire non deſiſteret, Romanos equites ſtrictos jam gladios uſque eo intentaſſe, ut ſedentes una proximi eum deſeruerint, vix pauci complexu togaque objecta protexerint.* Caſt.

50 minitarentur. Dum hæc in ſenatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Volturcio comprobato eorum indicio, [1] præmia decernuntur: [2] liberti, [3] & pauci ex clientibus Lentuli, diverſis itineribus, opifices, atque ſervitia in [4] vicis ad eum eripiendum ſollicitabant: partim exquirebant [5] duces multitudinum, qui [6] precio rempub. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios [7] familiam, atque

1 *Præmia decernuntur.*] Cic. in Catilin. *Poſtremo*, inquit, *heſterno die præmia legatis Allobrogum, Titoque Volturcio dediſtis; quæ ſunt ampliſſima, quæ ſunt omnia ejuſmodi, ut ii qui in cuſtodia nominatim dati ſunt, ſine ulla dubitatione à vobis damnati eſſe videantur.* Zanch. *Præmia decernuntur.*] Pridie Non. Decembris indices, Volturcius, & Allobroges maximis præmiis affecti ſunt, ut ex Cicerone cognoſcimus. 3. enim Non. deprehenſi ſunt conjurati, & in cuſtodiam traditi: pridie Non. indicibus præmia decreta ſunt, Nonis vero de conjuratis ſupplicium ſumptum, ut infra docebimus. *Caſt.*

2 *Liberti.*] Legitur & *Libertini.* Libertos olim & libertinos diſtinguebant, Appii quippe Cæci Cenſoris temporibus, & deinceps aliquamdiu libertini dicebantur, non ipſi qui manumittebantur, ſed ingenui ex his procreati, ut teſtatur Suetonius in Claud. cap. 24. Liberti autem ſunt, qui deſierunt eſſe ſervi. Eorum tria genera fuiſſe refert Ulpianus Inſtit. nam alii cives Romani, alii Latini Juniani, alii dedititiorum numero erant. Et cives Romani quidem ſunt (ut idem ſcribit) qui vindicta, cenſu aut teſtamento nullo jure impediente manumiſſi ſunt. Latini qui ex L. Junia inter amicos manumiſſi ſunt. Dedititiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibuſque ſtigmata inſcripta fuerunt: qui propter noxam torti nocenteſque inventi ſunt, deinde quoquo modo manumiſſi ſunt: quive traditi ſunt ferro, aut ut cum beſtiis pugnarent: vel in cuſtodiam conjecti fuerunt. Libertorum quoque ordinem fuiſſe obſervat Turnebus adv. lib. 18. cap. 3. cum autem liberti & clientes patronis operam & fidem deberent, non eſt mirum libertos & clientes Lentuli eum vi eripere conatos fuiſſe.

3 *Et pauci ex clientibus Lentuli.*] App. Lentuli præterea ac Cethegi ſervi, libertique magni opificum manu in unum comparata, prætorum domus diverſo itinere invaſerant, eorumque dominos per vim liberare, conabantur: qua re percepta Cicero è ſenatu egreditur, & opportunis præſidiis ubique appoſitis, in ſenatum, ut exquireret, accurrit. *Zanch.* Vide ſupra.

4 *Vicis.*] De vicis vide Onuphrium. Ex multiplicatis domibus fit vicus. Ex vicis urbs. Urbani autem vici à via dicuntur, teſte Varrone, quod ex utraque parte viæ ſunt ædificia. Vicus extra urbem pluribus connexis ædificiis pagus dicitur l. 198. de V. S.

5 *Duces multitudinum.*] Id eſt, factioſorum capita.

6 *Precio.*] Mercede, præmio. nam cum hujuſmodi homines conſueviſſent precio Remp. vexare, liberti Lentuli rati ſunt, eos eſſe idoneos ad hanc rem: quare ſtatim exquiſiverunt, ut eis dato precio patronum ſuum liberarent. *Zanch.*

7 *Familiam.*] Familiæ nomen vel de ipſa ſtirpe intelligitur, vel liberi, uxor, & omnes, qui ſub unius poteſtate in eadem domo, natura vel jure vivunt, intelliguntur, unde paterfam. dicitur l. deteſtatio, §. familia, ff. de V. S.

familia

que libertos ſuos, lectos, & exercitatos in audaciam, orabat, uti, [1] grege facto, cum telis ad ſeſe irrumperent. Conſul, ubi ea parari cognovit, [2] diſpoſitis præſidiis, uti res atque tempus monebat, [3] convocato ſenatu refert, quid de his fieri placeat, qui in cuſtodiam traditi erant. ſed eos paulo ante frequens ſenatus judicaverat [4] contra rempub. feciſſe. tum D. Junius [5] Silanus, primus ſententiam [6] rogatus, * quod eo tempore conſul deſignatus erat, de his,

familia quoque pro hæreditate ſumitur. Hinc familiæ emptor in jure dicitur. Nonnunquam & ii dicuntur, qui in miniſterio noſtro ſunt, etiamſi liberi eſſe proponantur, vel alii bona fide nobis ſervientes, l. 2. §. familiæ, ff. vi bon. rapt. l. 1. §. familia, ff. de vi & vi armat. ubi etiam familiæ appellatione ſervos duos contineri Paulus lib. 5. Sent. tit. 7. ſcribit. In uno enim ſervo familiæ nomen non valere Cic. in orat. pro Cæcinna dixit; ſed ſi rationem juris interdictique vim & prætorum voluntatem inſpiciamus, ſi unus ſervus dejecit, tota familia dejeciſſe intelligenda eſt. huc pertinet l. 1. ff. de vi & vi armat. ſicuti autem per familiam ſervi plures intelliguntur, ita & familiam publicam dixit JC. in l. 1. ff. de off. Præf. vig. ſervos publicos, qui præſto ædibus erant.

1 *Grege facto.*] Id eſt, multitudine facta. *Vall.*

2 *Diſpoſitis præſidiis.*] Id eſt, militibus armatis circa ædes, ubi conjurati ſervabantur. *Zanch.*

3 *Convocato ſenatu.*] Alibi ſcripſimus, non cuicunque vocandi ſenatum, vel conſultum faciendi jus poteſtatemque fuiſſe: ſed his tantum magiſtratibus, qui vocationem & reprehenſionem habebant, ut Dictatori, Conſuli, Prætori, Tribuno plebis, aut Tribuno militari, vel urbis præfecto, aut interregi convocandi Senatus jus poteſtaſque fuit. *Idem.*

4 *Contra remp. feciſſe.*] Senatus multis indiciis eos contra rempublicam feciſſe judicavit. Primum, quod Ciceroni gratias egit ſingularibus verbis, & ejus virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam eſſe conjurationem decrevit: deinde, quod P. Lentulum, ut ſe abdicaret prætura, coëgit: tum quod eum & cæteros, de quibus judicavit, in cuſtodiam dandos cenſuit: maximeque quod Ciceronis nomine ſupplicationem decrevit. Poſtremo, quod præmia legatis Allobrogum, Titoque Volturcio dedit ampliſſima. hæc ex 4. Ciceronis orat. contra Cat. ſumpſimus. *Caſtil.*

5 *Sullanus.*] Nos, *Silanus*, ex vetuſtis lapidibus, item Dione, Plutarcho & Appiano ſcripſimus. huic nupſit Servilia Catonis ſoror, M. Bruti mater. quare Cicero de Claris orat. eum ſcribit fuiſſe vitricum Bruti. *Idem.*

6 *Rogatus.*] Cum jus relationis penes magiſtratum eſſet, nemo ſenatorum niſi rogatus ſententiam dicere poterat. Cum autem rogatus eſſet, etiam de aliis rebus, quam de quibus relatum erat, ſermones ſerere poterat, ut Gellius lib. IV. refert. Quandoque enim non haberi ſenatum, quandoque non eſſe dicendi facultatem. Interdum poſſe aut per imprudentiam, aut dolo malo ejus rei relationem omittere, de qua eſſet admonitus. quin & licitum erat, orationem protrahere, ne quid concluderetur: vulgare illud eſt de Catone, quem Cæſar Coſ. quia finem dicendi non faceret (nolebat enim rem perfici quæ conſulebatur) prehendi loquentem & in carcerem duci juſſit, ſenatum vero

de his, qui in cuſtodiis tenebantur, & præterea de L. Caſſio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, ſi deprehenſi forent, ſupplicium ſumendum decreverat: [1] iſque poſtea permotus oratione C. Cæſaris, [2] pedibus in ſententiam Ti. Neronis iturum ſe dixerat; quod de ea re, præſidiis
51 [3] additis, referendum cenſuerat. Sed [4] Cæſar, ubi ad eum ventum

conſurrexiſſe, & Catonem quo duceretur voluiſſe proſequi. Agi enim in univerſum ſenatum, quod in Catonem ageretur, à quo jus de Rep. dicendi per conſulem adimeretur. Gell. lib. 4. c. 10.

* *Quod eo tempore conſul deſignatus erat.*] Ordo rogandi ſententias varius fuit. alias primus rogabatur, qui à Cenſoribus princeps in ſenatu lectus fuerat: alias qui deſignati conſules erant. quidam è conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia extra ordinem ſententiam primum rogabant. obſervatum tamen eſt, cum extra ordinem fieret, ne quiſquis quenquam ex alio, quam ex conſulari loco ſententiam primum rogaret. Hæc Gellius lib. 4. cap. 10. Dionyſius autem Halicarn. multis in locis teſtatur, olim apud Romanos morem fuiſſe, ut primi ſeniores ſententiam rogarentur, deinceps minores natu: idque ita intelligendum eſt, ut ſecundum magiſtratuum ordinem ſententiam dicerent. conſulares enim primo, prætorii ſecundo, ædilitii tertio, tribunitii quarto, quæſtorii quinto loco ſententiam dicebant: Sed quiſpiam fortaſſe quæret, cum Silanus & Murena conſules deſignati eſſent, cur prior Silanus ſententiam interrogatus eſt? Ego hanc cauſam fuiſſe exiſtimo, quod Silanus priore loco conſul renunciatus fuerat. *Caſt.*

1 *Iſque poſtea permotus oratione C. Cæſaris.*] Suetonius in Cæſare dicit, Silanum ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione leniiſſe, veluti gravius, atque ipſe ſenſiſſet, exceptam. affirmabat enim (quod Plutarchus & in Catone, & in Ciceronе docet) ſe, cum diceret extremum ſupplicium, non mortem, ſed carcerem intellexiſſe. ἔφασκον γὰρ εἰδέναι Γ' ἀμείνω τῶν πρόσθεν ἀποφαίνων. *Idem.*

2 *Pedibus in ſententiam Tiberii Neronis iturum ſe dixerat.*] Senatuſconſulta duobus modis fieri ſolita, Agell. l. 14. c. 7. ex Varrone docet, aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur, aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas. In ſenatuſconſultis autem per diſceſſionem faciendis moris fuit, ut magiſtratus, qui de aliqua ad ſenatum retulerat, diceret: qui hoc cenſetis illuc tranſite, qui alia omnia, in hanc partem, quibus verbis præibat ominis cauſa, ut diceret, qui non cenſetis.

3 *Abditis.*] Hoc optimis codd. attribuit Gruterus: alios *additis*, *additus*, *abdicatis* exhibere ait: nec ſibi expeditum, quid voluerit auctor, cum non ſatis ſubveniant Cicero, Plutarchus, &c. Voluit autem non prius hanc relationem faciendam, quam conſules jure SC. cujus ſupra meminit, militem conſcripſiſſent, & ſtatione armata curiam muniviſſent ob metum tumultus. Idque ſolitum fieri, teſtantur Clodius & Milo. de illo Cicero l. 1. ad Atticum. *Clamare præclari Areopagitæ ſe non eſſe venturos, niſi præſidio conſtituto.* De hoc Suetonius Julio: *ut ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo circumpoſitis armatis cauſam apud judices diceret.* Non potuit igitur aliter ſcripſiſſe quam *additis*. Tacitus 16. annal. *Additum & præſidium, mille legionarii, tres ſociorum cohortes, duæque equitum alæ.* Gronov.

4 *Cæſar.*] Is tum erat, ut oſtendunt Suetonius in Cæſare, & Dion lib. 37. prætor deſignatus, quare Cicero Epiſt. ad At-

ventum eſt, rogatus ſententiam à conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt.

[1] Omnis homines, P. C. qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet. haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt, neque quiſquam omnium [2] lubidini ſimul & uſui paruit. ubi intenderis ingenium, valet. ſi lubido poſſidet, ea dominatur; animus nihil valet. Magna mihi copia eſt memorandi P. C. qui reges, aut qui populi, ira, aut miſericordia impulſi, male conſuluerint: ſed ea malo dicere, quæ majores noſtri contra lubidinem animi ſui, recte atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege [3] Perſe geſſimus, [4] Rhodiorum civitas, magna,

ad Atticum lib. 12. ait eum loco prætorio ſententiam dixiſſe. *Caſt.*

1 *Omnis homines.*] Haud ego ſcio, an hæc ipſa ſit oratio, quam habuit Cæſar. ſcribit enim Plutarchus in Catonis vita, cum de conjuratorum pœna ageretur à Cicerone, celerrimos quoſdam ſcriptores diſpoſitos, qui ſignis quibuſdam, & notis brevibus, multarum literarum vim habentibus, dicta omnia colligerent, unde factum initium eſt notariorum eorum, qui in foro judiciali ſcribebant quam celerrime: à quibus poſtea acceptam brevem Ciceronis defenſionem Milonis, Pedianus auctor eſt. Sed ſolam Catonis orationem, ut ait, ſervatam ferunt, mihi vero non liquet cur Catonis potius quam Cæſaris, aliorumque ſervata ſit ſententia, cum ipſe Cic. pro P. Sulla dicat: *Cum de conjurationis indicio ſuperiore Senatu ageretur, conſtitutos à ſe ſcriptores ſumma virtute, memoria, ſcientia, conſuetudine & celeritate ſcribendi facillime, quæ dicerentur, qui omnium judicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent: id indicium in tabulas publicas relatum, ab omnibus librariis idem deſcribi juſſit, pervulgavit, ediditque P. R. toti Italiæ: atque in omnes provincias dimiſit, ut ejus indicii nemo ignarus eſſet.* Idem de Senatorum ſententia factum arbitror. Sed contra me movet, ut non credam, hanc Cæſaris orationem eſſe: primum, quod è Repub. viſum non ſit, illam orationem ſervari, & Catonis ſolius ſervatam, cujus ex ſententia in conjuratos animadverſum eſt. Deinde, quod nonnulla Cicero in 4. Invect. in Catilinam, quæ non ſunt in hac Cæſaris oratione, dicit. *Zanch.*

2 *Libidini.*] Id eſt, affectibus.

3 *Perſæ.*] Perſes ſive Perſeus vigeſimus, ut placet Livio (nam Juſtinus & Euſebius numerum augent) & ultimus rex Macedonum, cum juventute, opibus regni, & ætate florens hæreditarium à patre relictum contra Romanos bellum moliretur, hoſtis judicatus eſt: & tandem à Paulo Æmilio Romam ad triumphum ductus, cum regnaſſet annos undecim, ut leges apud Liv. Decade 4. & 5. & apud Florum l. 2. cap. 12. quadriennio poſt in libera cuſtodia Albæ deceſſit, ut ſcribunt Paterculus in priore volumine, Val. Max. lib. 5. cap. 1. & Oroſius lib. 4. cap. 30. Plutarch. autem in Æmilio diverſas opiniones affert. *Caſtil.*

4 *Rhodiorum civitas.*] Romani devicto Antiocho Syriæ rege Lyciam & Cariam uſque ad Mæandrum amnem præter

„ magna, atque magnifica, [1] quæ populi R. opibus creverat,
„ [2] infida, atque advorſa nobis fuit: ſed poſtquam, [3] bello
„ confecto, [4] de Rhodiis conſultum eſt, majores noſtri, ne quis

ter Telmeſſum (ut docet Liv. Decadis 3. lib. 7. & 1.) Rhodiis dedere, qui tamen poſtea beneficii immemores bello Macedonico 2. Perſeo potius quam Romanis favere viſi ſunt: ideo cum multi cenſerent, bellum eſſe inferendum Rhodiis, M. Porcius Cato plurimum Rhodiorum cauſam adjuvit: ita tamen reſponſum iis eſt, ut nec hoſtes fierent nec ſocii permanerent, juſſique ſunt ante certam diem ex Lycia & Caria deducere præfectos, poſtea tamen ſocietas cum iis deprecantibus juncta eſt. *Caſt. Rhodiorum civitas.*] Rhodus inſula eſt in mari Carpathio: & Soli hæc inſula ſacra eſt, Coloſſoque nobilis. *Zanchius.* Rhodios per XIII. annos maris dominium obtinuiſſe veterum teſtantur monumenta. Atque eorum hinc ſtudium circa rem nauticam laudat Strabo, qui de Rhodo, ἐθαλασσοκράτησε, inquit, πολλὼ χρόνον καὶ τὰ λῃστήρια ἀφεῖλεν, domina erat maris diu & pyratas ſuſtulit. Celeberrimi autem ſunt omnium maris dominorum veteres Rhodii; inde imprimis quod eis acceptæ feruntur leges nauticæ in Pandectas à Juſtiniano relatæ, quæ in utroque imperio obtinere ſolebant. Antoninus Imperator ad Eudæmonem Nicomedienſem in l. 9. ad L. Rhod. inquit: *lege Rhodiorum decidantur lites nauticæ.* De hiſce ll. vide etiam Baſil. lib. 53. tit. 8. Et ſunt legum omnium nauticarum, quæ non interciderunt, vetuſtiſſimæ, ut teſtatur Conſtantinus Harmenopulus. Et à Tiberii uſque tempore in mores Romanorum ſunt receptæ. *Seld.*

1 *Quæ pop. Romani opibus creverat.*] Livius libro 37. victo deinde Antiocho ab L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege, Attali Pergameni filio, pax data ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet Eumeni: quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum: Rhodiis quoque, qui & ipſi juverant, quædam civitates conceſſæ.

2 *Infida atque advorſa nobis fuit.*] Livius lib. 41. C. Martius Philippus per ſaltus penetravit in Macedoniam compluresque urbes occupavit. Rhodii miſere legatos Romam, minantes, ut Perſeo eſſent auxilio, niſi pop. Roman. cum eo pacem atque amicitiam conjungeret: indigne id latum. cum id bellum L. Æmilio Paulo ſequentis anni conſuli iterum mandatum eſſet, Paulus in concione precatus eſt, ut quicquid diri pop. Rom. immineret, ſupra domum ſuam converteret; & in Macedoniam profectus Perſeum vicit, univerſamque Macedoniam in poteſtatem redegit, Perſeumque Romam in triumphum duxit. De hoc bello plura Plut. *Zanch.*

3 *Bello confecto.*] Id eſt, finito. Dicimus *conficere* bellum, pacem, exercitum, pecuniam, ſtipendia, tabulas. exempla apud Cic. crebra ſunt. *Idem.*

4 *De Rhodiis conſultum eſt.*] Liv. lib. 4. *Legationes*, inquit, *gratulantium populorum ac regum in ſenatum admiſſæ. Rhodiorum, quia eo bello contra Pop. Rom. fuerant excluſi, poſtero die, cum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur, cauſam in Senatu patriæ ſuæ legati egerunt: nec tanquam hoſtes, nec tanquam ſocii dimiſſi.* Gellius vero non refert, ipſos Perſeum in bello juviſſe: ſed id tantum in cœtibus agitaſſe. *At*, inquit lib. VII. cap. 3. *ubi Perſes victus captuſque eſt, Rhodienſes pertimuêre ob ea, quæ compluries in cœtibus populi acta dictaque erant: legatos Romam miſerunt, qui temeritatem quorundam popularium ſuorum deprecarentur, & fidem conſiliumque publicum expurgarent. Legati poſtquam Romam venerunt, & in Senatum intromiſſi ſunt verbiſque ſuppliciter pro ſua cauſa factis, è curia exceſſe-*

runt:

quis divitiarum magis, quam injuriæ bellum inceptum „
diceret, impunitos eos dimisere. item [1] bellis Punicis „
omni-

runt: sententiæ rogari cœptæ, quumque partim Senatorum de Rhodiensibus quererentur, maleque eos fuisse animatos dicerent, bellumque eo illis faciundum censirent: tum M. Cato exurgit, & optimos fidissimosque socios (quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti infestique erant) defensum conservatumque pergit. Idem.

1 *Bellis Punicis omnibus.*] Tria enim Romani cum Carthaginiensibus bella gesserunt. Primum bellum susceptum fuit, quia Messana, Siciliæ civitas pop. Rom. socia quereretur de impotentia Pœnorum: quare popul. Rom. Appio Claudio Cos. primum fretum ingressus est, fabulosis infame monstris, æstuque violentum: sed adeo non exterritus est, ut ipsam ruentis æstus violentiam pro munere amplecteretur: statimque ac sine mora Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate vicit, ut ipse ille se prius victum, quam hostem videre fateretur: & deinde Duillius consul in Sicilia adversus classem Pœnorum pugnavit, primusque Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. ob hanc causam ei perpetuus honos habitus, ut revertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Polyb. libro 1. scribit, L. Lutatium consulem in Sicilia quoque pugnasse contra Carthaginienses, duce Amilcare, Carthaginiensiumque naves quinquaginta fractas vel submersas: septuaginta plenas captas fuisse, reliquas fugisse ferunt. è Carthaginiensibus vivi capti, præter eos qui inter certandum perierant, ultra decem millia hominum. Inde ab Lutatio cum Amilcare fœdus percussum est. de quo late Polybius eod. lib. Duravit id bellum annos quatuor & viginti, quod & Livius lib. 9. primæ Decadis testatur. Secundi vero belli Punici causa Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum transitus fuit, à quo Saguntus sociorum pop. Rom. civitas, octavo mense capta est: de quibus injuriis missi legati ad Carthaginienses, qui quererentur, cum satisfacere nollent, bellum eis indictum est. Annibal superato Pyrenæo saltu per Gallias, fusis, qui obsistere ei conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot prœliis repulisset, descendit, ibique sexdecim annos contra Romanos prospere pugnavit: tandem à Scipione Africano, qui primus victæ à se gentis cognomen invenit, bello finis impositus est. de quo multa Livius, Plutarch. & Florus tradunt. Tertii Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab Urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, consummatum omnino est: inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Nasicam, quorum alterum sapientissimum virum in civitate habebant, alter vir optimus à Senatu judicatus erat, diversis certatum est sententiis, Catone suadente bellum, & ut omnino deleretur Carthago, Nasica dissuadente: placuit nihilominus, eo quod contra fœdus naves haberent, & extra fines exercitum duxissent, quodque socio populo Romano & amico Masanissæ arma intulissent: & quod filium ejus Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum minime recepissent, bellum eis indici, priusquam ullæ copiæ in naves imponerentur. Uticenses legati Romam venerunt, se suaque dedentes: ea legatio veluti maximum belli omen grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. Legati triginta Romam venerunt, per quos Carthaginienses se dedebant. Catonis sententia pervicit, ut decreto perstaretur, & ut Consules quamprimum proficiscerentur ad bellum. Macrino igitur consule, terra marique fervebat obsidio: operis portus nudatus: & primus sequens jam murus, tantum Byrsa, quod nomen-

„ omnibus, cum ſæpe Carthaginenſes & in pace, & [1] per
„ inducias multa nefanda facinora feciſſent, [2] numquam
„ ipſi per occaſionem talia fecere: magis, quod ſe dignum
„ foret, quam quod in illos jure fieri poſſet, quærebant.
„ Hoc item vobis providendum eſt P. C. ne plus valeat
„ apud vos P. Lentuli, & ceterorum ſcelus, quam veſtra
„ dignitas; neu magis iræ veſtræ, quam famæ, conſulatis.
„ Nam ſi digna pœna pro factis eorum reperitur, [3] novum
„ conſilium approbo: ſin magnitudo ſceleris omnium in-
„ genia exſuperat; iis utendum cenſeo, [4] quæ legibus com-
„ parata ſunt. Plerique eorum, qui ante me ſententias
„ dixerunt, compoſite atque magnifice [5] caſum reipubl.
miſe-

arci fuit, quaſi altera civitas reſiſtebat, quamvis profligato urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem converſa Reſpubl. finem belli repoſcebat. Hunc Paulo Macedonico procreatum, Africani illius magni filium, in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut quam urbem concuſſerat avus, nepos everteret. *Idem.*

1 *Per inducias.*] Ut cum onerarias Romanorum naves paſſim tempeſtate disjectas Carthaginem traxerunt, legatoſque interficere voluerunt: quibus rebus etſi non inducierum modo fidem, ſed etiam jus gentium in legatis Carthaginienſes violarant, Scipio tamen Romanorum Imperator, cum illorum legatos in manibus haberet, dixit ſe nihil, nec inſtitutis populi Romani, nec ſuis moribus indignum in iis eſſe facturum. *Caſtil.*

2 *Numquam ipſi per occaſionem talia fecere.*] Auctore Valerio Maximo libro 6. capite 6. *Specioſa illa quoque Romana fides, ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam devicta, duces ejus fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum dux Hamilcar ire ſe ad conſules negabat audere; ne eodem modo catenæ ſibi injicerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinæ conſuli fuerant injectæ. Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: apud quos cum de fine belli ageret: & tribunus militum ei dixiſſet, poſſe illi merito evenire, quod Cornelio accidiſſet: uterque Coſ. tribuno tacere juſſo: Iſto te, inquit, metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat. Adverſus eoſdem hoſtes parem fidem in jure legationis tuendo P. C. exhibuere. M. enim Æmilio Lepido, C. Flaminio Coſſ. L. Minucium, & L. Manlium, Carthaginenſium legatis, quia manus his intulerant, per feciales dedendos curarunt.* Zanch.

3 *Novum conſilium.*] Ut conjurati morte multentur, quod pœnæ genus novum erat, propter legem Porciam & Semproniam. *Caſt.*

4 *Quæ legibus comparata ſunt.*] Non enim leges permittebant civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri: ſed ſi deprehenſus foret, perpetuo carcere mulctabatur: ſin extra urbem fuiſſet, ita ut deprehendi non poſſet, exilio puniebatur. *Zanch.*

5 *Caſum Reipûblicæ miſerati ſunt.*] Qualis Tullius in IV. Catilin. *Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, ſubito uno incendio concidentem: cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos acervos civium: verſatur mihi ante*
oculos

miſerati ſunt: quæ belli ſævitia eſſet, quæ [1] victis acci- „
derent, enumeravere, rapi virgines, pueros; divelli li- „
beros à parentum complexu, [2] matres familiarum pati, „
quæ victoribus collibuiſſent; [3] fana, atque domos ex- „
ſpoliari;

oculos adſpectus Cethegi, & furor in veſtra cæde bacchantis. Cum vero mihi propoſui regnantem Lentulum, purpuratum eſſe hunc Gabinium, cum exercitu veniſſe Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium, perhorreſco: & quia mihi vehementer hæc videntur miſera, atque miſeranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me ſeverum vehementemque præbeo, &c. Graſw.

1 *Victis accederent.*] Occidere victos paſſim jus belli appellatur. Alcon ad Saguntinos apud Livium: *Sed hæc patienda cenſeo potius, quam trucidari corpora veſtra, rapi trahique ante ora veſtra conjuges, ac liberos belli jure ſinatis.* Et eleganter Cyprianus: *Homicidium, cum admittunt ſinguli, crimen eſt; Virtus vocatur, cum publice geritur; impunitatem ſceleribus acquirit, non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo.* Plus dicit Seneca: *Quodcunque libuit facere, victori licet.* Quin & ſacra, & profana eripere militare jus erat: Belli legem appellavit Cic. pro Servilio, & Plautus in Amphitr.

Deduntque ſe, divina humanaque omnia.

Et de ſacris profana facere poſſe JC. innuit in l. inter ſtipul. §. ſacrum. & l. continuus. §. cum quis. ff. de V. O. In quantum cætera licita ſint, id eſt, impunitatem habeant, vid. Grot. lib. III. cap. IV. & V. de jur. bell.

2 *Matresfamiliarum.*] Auctore Boëtio libro Commentariorum in Topica Ciceronis ſecundo, tribus modis uxor habebatur: uſu, farre, coëmptione. ſed confarreatio ſolis Pontificibus conveniebat. quæ autem in viri manum coëmptione convenerant, hæ matresfamilias vocabantur: quæ vero uſu vel farre, minime; coëmptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, ut ſeſe in communicando invicem interrogarent. Vir ita, An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet? reſpondebat, velle. itaque mulier in viri manum conveniebat, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem: & erat mulier materfamil. viro loco filiæ. quam ſolennitatem in ſuis inſtitutis Ulpianus ponit: ex ſententia vero Gellii, materfamilias appellata eſt ea, quæ in mariti manu mancipioque eſſet, quando non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Materfamilias non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamilias hoc nomine dictus eſſet. nec poſſunt plures hoc nomine in una familia præter unam appellari: ſed nec vidua, nec quæ ſine filiis appellari poteſt. Feſt. Matrona vero, ut obiter & id dicamus, dicta eſt, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ſibi liberi nondum nati forent: dictaque eſt non à matris nomine adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo. unde & ipſum matrimonium dicitur. Gellius. Feſtus ait: *Matronas appellabant eas fere, quibus habendi ſtolas jus erat: & matronæ à magiſtratibus non ſubmovebantur, ne pulſari, contrectarique viderentur, neve gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum, ſedentes cum uxoribus in vehiculo, deſcendere cogebantur.* Zanch.

3 *Fana.*] Varro lib. 6. de Lingua Latina ait: *Hinc effata dicuntur, quod augures finem auſpiciorum cæleſtium extra urbem agris ſunt effati, hinc effari templa dicuntur, cum ab auguribus effantur, qui in his fines ſunt. hinc fana nominata, quod ante fanum, id eſt, conjunctum fano. hinc profanatum, quod in ſacrario pollutum.* Idem.

1 *Infe-*

„ ſpoliari, cædem, incendia fieri; poſtremo armis, cada-
„ veribus, cruore, atque luctu omnia compleri. Sed, per
„ Deos immortalis, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos
„ [1] infeſtos conjuratione faceret? ſcilicet, quem res tanta,
„ atque tam atrox non permovit, eum oratio [2] accendet.
„ Non ita eſt: neque cuiquam mortalium injuriæ ſuæ par-
„ væ videntur: multi eas gravius æquo [3] habuere. ſed alia
„ aliis licentia eſt, P. C. qui [4] demiſſi in obſcuro vitam
„ agunt, ſi quid iracundia deliquere, pauci ſciunt; [5] fama,
„ atque fortuna eorum pares ſunt: qui, magno imperio
„ præditi, in [6] excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti
„ mortales novêre. Ita in maxuma fortuna minuma li-
„ centia eſt. neque ſtudere, neque odiſſe, ſed [7] minume
„ iraſci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in impe-

1 *Infeſtos.*] *Infeſtum* dicitur, ſacro lætoque contrarium & inimicum.

2 *Accendet.*] In vetuſtis, *non accenderet*: quomodo & Badianum exemplar. Quoddam è manuſcriptis, *accendat*: ut δυνατὸν ponatur, ſeu modo potentiali, ut vocant, pro *accendere poſſit*. Riv.

3 *Habuere gravius.*] Moleſtius paſſi ſunt.

4 *Demiſſi in obſcuro.*] Id eſt, humiles homines, ignobiles, qui in humili loco ac ignobili collocati ſunt.

5 *Fama atque fortuna pares.*] Fortuna eſt humilis: ergo fama eſt obſcura & ignobilis. In maxima fortuna poſiti, exornati magno imperio, id eſt, in locupleti & nobili, præſtantiſſimoque fortunæ ſtatu poſiti, poſſunt pauca licenter facere, iplis neque odio quicquam facere licet. *Vall.*

6 *Excelſo ætatem agunt.*] Plinius Paneg. *Habet hoc primum fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: Principem vero non modo, ſed domus, ſed cubicula ipſa, intimoſque receſſus recludit, omniaque arcana noſcenda famæ proponit atque explicat.* Ibidem rurſus: *Ut quiſque factus eſt princeps, extemplo fama ejus, incertum bona an mala, æternum æterna eſt. Non ergo perpetuo principi fama, quæ invitum manet, ſed bona concupiſcenda eſt.* Eoque vere etiam Seneca Agamemn.

Perlucet omne regiæ vitium domus.

Juvenalis item:

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

Qui ergo in excelſo vitam agunt, perpendant *in omnibus rebus, quas ſtatuent, quas decernent, quas agent, quid tantis hominum opinionibus, tantis de ſe judiciis, tantis honoribus debeant. Cum permagni hominis eſt, & ipſa natura moderati, tum vero etiam doctrina atque optimarum artium ſtudiis eruditi, ſic ſe adhibere in tanta poteſtate, ut nulla alia poteſtas, ab iis quibus præſit, deſideretur:* Cic. ad Q. Frat. *Graſw.*

7 *Minime iraſci.*] Cic. de offic. *Prohibenda atque vitanda quam maximè ira in puniendo; nunquam enim qui iratus accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum. Illa omnibus in rebus repudianda eſt, optandumque, ut qui præſunt Reipub. legum ſimiles ſint, quæ*

Digitized by Google

imperio ſuperbia, atque crudelitas appellatur. Equidem ego ſic exiſtumo, P. C. omnis cruciatus minores, quam facinora illorum, eſſe. ſed plerique mortales, [1] poſtrema meminere; & in hominibus [2] impiis, ſceleris eorum obliti, de pœna diſſerunt, ſi ea paulo ſeverior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque ſtrenuum, certe ſcio, quæ dixerit, ſtudio reipub. dixiſſe, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere. eos mores, eamque modeſtiam viri cognovi. Verum ſententia ejus, mihi con crudelis, (quid enim in talis homines crudele fieri poteſt?) ſed [3] aliena à rep. noſtra videtur. Nam profecto aut metus, aut injuria te ſubegit, Silane, conſulem deſignatum, genus pœnæ novum decernere. [4] De timore, ſupervacaneum eſt diſſerere, cum præſenti diligentia clariſſimi viri conſulis, tanta præſidia ſint in armis. De pœna, poſſum equidem dicere id, quod res habet; in luctu, atque miſeriis, mortem ærumnarum requiem, [5] non cruciatum, eſſe; eam cuncta mortalium mala

quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate ducuntur. Graſw.

1 *Poſtrema.*] Id eſt, pœnam. Semper enim præcedit culpa, & ſequitur pœna. *Omnib.*

2 *Impiis.*] Id eſt, ſceleratis, qui arma contra patriam ferre voluerunt. *Zanch. Impiis.*] Quædam crimina ita gravia erant ut expiari nequirent. Hinc Cic. 1. de LL. *at vero ſceleruin in homines, atque impietatum nulla expiatio eſt.*

3 *Aliena à Rep.*] Crimina nonnunquam impunita manere ipſius Reip. intereſt. majus aliquando periculum in pœna, quam in crimine. Suprema ſalutis publicæ lex eſſe debet. Nemo membra urit, ſecat, ut perniciem toti corpori inferat. Multi morbi quiete ſanantur, agitatione recrudeſcunt. Sæpe humores non movere purgando, via ad ſanitatem eſt. Præcipue aliquando reos non punire Politicum eſt, ſi principem locum in Rep. teneant, magnas & validas clientelas habeant, inde metuenda ſit præſens ſeditio. Heracleenſes, ut Ariſtot. Polit. lib. v. cap. tradidit, cum de crimine quodam pronunciaſſent, ſeditione ingenti tota concuſſa eſt Reſp. Aliquando unius effuſus ſanguis ſanguine totam regionem involvit. Satius itaque ſæpe eſt crimina declinare, quam vindicare. Hippias, Themiſtocles apud Græcos, Coriolanus, Marius, Cinna, Cæſar, Antonius hoſtes appellati; verè hoſtes effecti ſunt, maximumque poſtea Reip. intulere detrimentum. Ita autem abſolvere, ut poſtea quis dolo perimatur, Politicæ conſiderationis eſt. *Thyſ.*

4 *De timore, &c.*] Cum duo propoſuiſſet metum & injuriam, & de metu dicere ſupervacaneum eſſe dixerit; aliam partem de injuria omiſit, niſi librarii vicio deeſt, ut exiſtimo. *Ciaccon.*

5 *Non cruciatum eſſe.*] Cic. in 4. Invect. *Alter,* inquit, de Cæſare loquens, *intelli-*

„ mala diſſolvere; [1] ultra neque curæ, neque gaudio lo-
„ cum eſſe. Sed, per Deos immortalis, quamobrem in ſen-
„ tentiam non addidiſti, uti prius verberibus in eos anim-
„ adverteretur? an, quia [2] lex Porcia vetat? at [3] aliæ le-
„ ges item condemnatis civibus non animam eripi, ſed
„ exilium permitti [4] jubent. an quia gravius eſt verberari, quam

intelligit mortem à Diis immortalibus, non eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam: ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum, ac miſeriarum quietem eſſe: ita eam ſapientes ſemper in vita fortes, etiam ſæpe libenter appetiverunt, eam cuncta mortalium mala diſſolvere. Zanch.

1 *Ultra neque curæ, neque gaudio locum eſſe.*] Impia eſt hæc Cæſaris ſententia. ſignificat enim, animum interire cum corpore: & ut corporis, ita animi ſenſum morte eripi. In eadem ſententia eſt Cicero, in oratione pro Cluentio; inquit enim: *Nam nunc quidem, quid tandem illi mali mors attulit? niſi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre, ac plures illic offendiſſe inimicos quam hic reliquiſſe: à ſocrus, ab uxorum, à fratris, à liberorum pœnis actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem atque regionem, quæ ſi falſa ſunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter ſenſum doloris?* Sed id Ciceronem dixiſſe arbitror, ut cauſæ inſerviret, cum aliter in Lælio, & in prima Tuſculana tradat. *Idem.*

2 *Lex Porcia.*] Hanc legem tulit M. Porcius Cato Tribunus plebis Valerio & Apuleio Coſſ. anno DCLIV. ne quis magiſtratus civem Rom. virgis cæderet, necaretve: ſed damnato exilium permitteret: cum antea nudorum cervix inſereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur. Liv. lib. 10. Cic. pro Rabir. Suet. in Neron. *Lex Porcia.*] Romani enim veteres, morem Græciæ imitati, verberibus animadvertebant in cives, quin & de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant: poſtea lata lex Porcia eſt, quæ gravi pœna ſanxit, ſi quis verberaſſet necaſſetve civem Romanum; ut Livius lib. 10. ſcribit. Lex Porcia libertatem civium lictori eripuit, virgas enim ab omnium civium Romanorum corpore amovit, ut ait Cic. pro C. Rabirio, perduellionis reo. *Zanch.*

3 *Aliæ leges.*] Sempronium intelligit, quam tulit M. Sempronius tribunus plebis, ne de capite civis Romani injuſſu populi judicaretur, qui indicta cauſa in civem Romanum animadverteſſet, de eo populi quæſtio conſtitueretur: quod propter P. Popillium latum eſt. Cic. pro Rabirio, pro Cluentio, de Leg. 3. item Plutarch. in Gracch. C. quoque Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. injuſſu pop. Ro. judicaretur, ut in eadem oratione ſcribit. *Aliæ leges.*] Ita legendum ex antiquis Mſſ. non vero, *an quia lex Porcia vetat, ac aliæ leges*; item, *condemnatis civibus non animam eripi, ſed exilium permitti jubent.* Prius manuſcripta habent, & ſenſus ipſe poſtulat: modo & ſequentia ſpectes, & locum accurate totum excutias. *Caſt.*

4 *Jubent.*] Valerius Publicola legem tulit (ut Dionyſius Antiquitatum lib. 5. & Livius lib. 2. ſcribunt) quæ eum qui provocaſſet, virgis cædi, ſecutique necari vetuit: ſed cum plus paucorum opes, quam libertas plebis poſſent, ſæpius ab eadem familia eſt renovata, ſed ſi quis adverſus eam feciſſet, nihil ultra, quam improbe factum, adjectum eſt. quare Porcia lex ſola pro tergo civium lata videtur. quæ gravi pœna ſi quis verberaſſet necaſſetve civem Romanum, ſanxit. hæc Livius Dec. primæ lib. 10. Vide præterea Ciceronem in Ver-

quam necari? quid autem acerbum, aut nimis grave eſt „
in homines tanti facinoris convictos? ſin, quia levius eſt; „
qui convenit in minore negotio legem obſervare, cum „
eam in majore neglexeris? At enim quis reprehendat, „
quod in parricidas reipubl. decretum erit? tempus, dies, „
fortuna; cujus lubido gentibus moderatur. illis merito „
accidet, quidquid evenerit; ceterum vos P. C. quid in „
alios ſtatuatis, conſiderate. [1] omnia mala exempla ex bo- „
nis initiis orta ſunt: ſed, ubi imperium [2] ad ignaros, aut „
minus bonos pervenit; novum illud exemplum ab di- „
gnis, & idoneis ad indignos, & non idoneos transfertur. „
Lacedæmonii, devictis Athenienſibus, [3] triginta viros „
impo-

in Verrem, oratione 7. & pro Rabirio. ſunt qui putent, auctorem Porciæ legis fuiſſe M. Porcium Catonem Cenſorium. *Caſt.*

1 *Omnia mala exempla.*] Arguit à conſequentibus. fieri enim poteſt, ut aliquis bonus aliquem improbum ſupplicio afficiat, & ex Reipub. utilitate: deinde ſubſequatur alius qui ira, aut alia quadam cauſa commotus, cives perdat exemplo illius boni civis. *Zanchius.*

2 *Ad ignaros.*] Vetus codex habet, *ignavos.*

3 *Triginta viros impoſuere.*] Fracti diuturno bello Athenienſes, (quippe amplius 21. annos duraverat) ad hoc etiam fame confecti pacem petivere: quæ an dari deberet, diu inter Lacedæmonios ac ſocios conſultatum eſt. Corinthii, & maxime Thebani, aliique complures, Athenienſium nomen delendum eſſe cenſebant: Lacedæmonii vero negabant Græcam civitatem, quæ in maximis Græciæ periculis maximo omnibus uſui fuiſſet, eſſe tollendam: tandem pax his conditionibus data eſt, ut longos muros atque Piræum diruerent, omnes naves præter duodecim traderent, Lacedæmonios terra marique in expeditiones ſequerentur, triginta viris curam reipublicæ committerent. at Xenophon lib. 2. Rerum Græcarum, apud quem hanc hiſtoriam latius ſcriptam videbis, non ſcribit in conditionibus fuiſſe, ut triginta viri, qui præeſſent reipubl., crearentur: ſed placuiſſe populo Athenienſi, Triginta viros eligere, qui patrias leges conſcriberent; idque illos minime feciſſe, ſed tyrannidem occupaſſe: primo peſſimum quemque de medio ſuſtuliſſe, poſtea impetrato ab Lacedæmoniis præſidio, hac ſpecie, ut malos punire poſſent, in optimum quemque graſſari cœpiſſe. Vide præterea Plutarch. in Alcibiade, Juſtinum lib. 5. Oroſium lib. 2. *Caſt. Triginta viros.*] Quomodo everſa fuerit Democratia Athenienſium prolixe Lyſias orat. contra Agoratum. Lacedæmonii victores pacem nolebant, niſi ad decem ſtadia muri Athenienſium diruerentur. Theramenes Lacedæmona miſſus fraudibus eo rem perduxit, ut univerſi muri longi ſubverterentur, naves traderentur Lacædemoniis, Piræei quoque muri ſubruendi erant, Triginta viri inſtituti. Conſtitutis autem Triginta, ſtatim de iis qui illorum machinationibus reſtiterant, ſententia in ſenatu lata eſt: quamvis ex populo etiam bis mille ſuum tribunal, judicandique auctoritatem haberent. Judicii modus hic fuit: Triginta ſedebant

„ impoſuêre, qui rempub. tractarent. Hi primo cœpêre
„ peſſumum quemque, & omnibus inviſum, indemnatum
„ necare. eo populus lætari, & merito dicere fieri. poſt,
„ ubi paullatim licentia crevit; juxta bonos & malos lu-
„ bidinoſe interficere, ceteros metu terrere. ita civitas,
„ ſervitute oppreſſa ſtultæ lætitiæ gravis pœnas dedit.
„ Noſtra memoria victor Sulla, [1] cum Damaſippum, &
„ alios hujuſmodi, qui malo reipubl. creverant, jugulari
„ juſſit, quis non factum ejus laudabat? Homines ſcele-
„ ſtos, & factioſos, qui ſeditionibus remp. [2] exagitaverant,
„ merito necatos ajebant. Sed ea res magnæ initium cla-
„ dis fuit. Namque, uti quiſque domum, aut villam, po-
„ ſtremo aut [3] vas, aut veſtimentum alicujus concupive-
„ rat, dabat operam, ut is in [4] proſcriptorum numero eſſet.

Ita

ſedebant ſubſelliis. Duæ autem menſæ ante ipſos erant collocatæ: non enim in urnas calculum, ſed in menſam omnium conſpectui mittere oportebat. Ita ex metu nemo habuit liberum judicium. Ut autem uno verbo dicam, quotquot ad ſenatum judicii cauſa vocati ſunt, quo tempore ipſi Triginta imperabant, capitis omnes condemnati ſunt præter unum Agoratum. Ipſis itaque initiis, ſecus atque Salluſtius exiſtimat, Triginta illi Remp. male adminiſtrarunt. Quam enormia poſtea eorundem crimina fuerint, ut ne majora fingi potuerint, vel oratione comprehendi, docet Lyſias contra Eratoſthenem. Privata ſimultas pro crimine erat. Locupletes cives occidebantur, ut opes eorum ſibi vindicarent tyranni, pauperes duos cum divitibus prehenderunt, ne divitiarum cauſa feciſſe viderentur, tota Reſp. innocentium ſanguine, tumultu, factionibus turbabatur. *Thyſ.* factum id anno urbis 347. teſtatur Gell. l. XVII. c. XXI.

1 *Cum Damaſippum.*] Damaſippus hic civis Romanus fuit, nulla virtute præditus, nulla laude clarus, qui in Mariano imperio & ipſe ſupra modum ſæviit: quippe qui nobiliſſimos cives Sullani nominis defenſores tanquam belluas crudeliter necavit, quem poſtea victor Sulla ſupplicio affecit. De hujus crudelitate Livius libro 86. meminit. *L. Damaſippus*, inquit, *prætor ex voluntate C. Marii conſulis cum Senatum contraxiſſet, omnem quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit: ex cujus quidem numero Q. Mutius Scævola pontifex maximus fugiens, in veſtibulo ædis Veſtæ occiſus eſt.* Val. Max. lib. 9. cap. 2. §. 3. *Damaſippus nihil laudis habuit, quod corrumperet: itaque memoria ejus licentiore accuſatione perſtringitur, cujus juſſu principum civitatis capita hoſtiarum capitibus permixta ſunt.* Appian. lib. 1. quoque meminit. *Zanch. Damaſippum.*] Hunc Livius lib. 86. L. Damaſippum vocat, Appianus autem modo Brutum, modo Damaſippum: quare fortaſſe L. Junius Brutus, Damaſippus dictus eſt. *Caſt.*

2 *Exagitaverant.*] Turbaverant. *Zanchius.*

3 *Vas.*] Aureum vel argenteum. *Idem.*

4 *Proſcriptorum.*] Vide ſupra pag. 55.

1 *Trahé-*

Ita illi, quibus Damaſippi mors lætitiæ fuerat, paulo poſt ipſi [1] trahebantur: neque prius finis jugulandi fuit quam Sulla omnis ſuos divitiis explevit. Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magna civitate multa & varia ingenia ſunt. poteſt alio tempore, alio conſule, cui item exercitus in manu ſit, falſum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo, per ſenatus decretum, conſul gladium [2] eduxerit; quis illi finem ſtatuet, aut [3] quis moderabitur? Majores noſtri P. C. neque conſilii, neque audaciæ umquam eguere: neque ſuperbia obſtabat, quo minus inſtituta aliena, ſi modo proba erant, imitarentur. [4] Arma atque tela militaria [5] à Samnitibus, * inſignia magiſtratuum à Tuſcis plera-

1 *Trahebantur.*] Tranquillus & alii *ducebantur* dicerent, nempe ad ſupplicium.

2 *Eduxerit.*] Perſtrinxerit.

3 *Quis moderabitur.*] Ab ipſo conſule periculum imminere poteſt. ſi nimirum ſenatus videat, quem ſe cum auctoritate defenſorem habiturum ſperaverat, armatum eſſe imperio adverſus ipſam Rempubl. ſi cum imperio qui præeſt, ultra recordari nolit, exercitum, cui imperat, Senatus populique atque univerſæ Reip. eſſe, non ſuum, ſi mulieres illius auctoritatem, imperium ac nomen ſecutæ, ſibi ab illo imperari velint; ducem depoſcant ipſum, eoque res ſint cardine, ut imperium belli neceſſitas, faſces ſenatus contuliſſe videatur. *Graſw.*

4 *Arma atque tela militaria.*] Quod Romani arma atque tela militaria à Samnitibus ſumpſerunt, alibi non memini legere. *Zanchius. Arma atque tela militaria.*] Hunc locum quidam ſuſpectum habent, & me diu hæſitaſſe fateor. nam Plutarchus in Romulo ſcribit Romanos à Sabinis arma ſumpſiſſe: id quod & mihi vero propius eſſe videbatur, cum Samnites longius abeſſent. inveni tandem apud Athenæum lib. 6. Romanos ſcutum à Samnitibus ſumpſiſſe. ſic enim inquit, de Romanis loquens: ἢ ἀπὸ Σαμνιτῶν ἦ ἔμαθον θυρεῦ χρῆσιν. *Caſt.*

5 *A Samnitibus.*] Samnites ſunt populi Italiæ, qui inter Picenum, Campaniam & Apuliam jacent. Sabinos cum Samnitibus forte confudit: nam è Sabinis originem trahunt Samnites. Hinc Strabo libro v. ἐσὶ δὲ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι, ἢ αὐτόχθονες, τέτταρα δ' ἀπόικοι Σαμνῖται, id eſt, *Sabinorum antiquiſſima eſt gens & indigena, ab his originem duxere Samnites.* Varro de Lingua Latina lib. VI. *hoc enim à Sabinis orti Samnites tenuerunt.* Eidem & Sabelli Virgilio, Horatio, Livio, Plinioque dicuntur. *Thyſ.* Neque mirum eſt arma & tela militaria à Samnitibus ſumpſiſſe, cum totius Italiæ fuerit bellicoſiſſima natio. De qua Florus libro I. cap. XVI. *Populus Romanus Samnitas invaſit, gentem, ſi opulentiam quæris, aureis atque argenteis ornatam armis, & diſcolori veſte uſque ad ambitum: ſi inſidiarum fallaciam, ſaltibus fere & montium fraude græſſantem: ſi rabiem & furorem, ſacratis legibus humaniſque hoſtiis in exitium urbis agitatam: ſi pertinaciam, ſenies rupto fœdere;*

„ pleraque ſumſerunt: poſtremo, quod ubique apud ſo-
„ cios, aut hoſtis idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio
„ domi exſequebantur: imitari, quam invidere bonis,
„ malebant. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imi-
tati,

dere; cladibuſque ipſis animoſiorem. Hos tamen L. *annis per Fabios & Papyrios patres eorumque liberos ita ſubegit Populus Romanus, ac domuit, ita ruinas ipſarum urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur.* Poſterioribus quoque temporibus, bello ſociali & in Civili Mariano ingens eorum apparuit in arma ardor. Quod Strabo lib. v. oſtendit. vide *Cluv.* Ital. libro III. cap. 8. Quin & ipſi Samnites ab haſta nomen accepere: Feſtus, *Populis Samnitibus nomen impoſitum ait Verrius propter genus haſtarum, quæ Saunia appellant Græci.* Paulus tamen Diaconus lib. 2. cap. 20. Samia non Saunia haſtas illas fuiſſe dictas ſcribit: *quarta decima*, inquit, *Samnium intra Campaniam & mare Adriaticum, Apuliam, à Piſcaria incipiens habetur. In hac ſunt urbes Theate, Anſidena, Hiſernia, & antiquitate conſumpta Samnium, & ipſa harum provinciarum caput ditiſſima Beneventus.* Porro Samnites nomen accepere olim ab haſtis, quas ferre ſolebant, quaſque Græci Samia appellant. Ubi vides diverſum ſentire à Feſto. Sane Samia magis Latina vox quam Græca videtur. Hinc *Samiare* antiquum verbum acuere, & *Samius* acutus. Tutius igitur eſt ex Feſto reſtituere Diacono *Saunia*. Heſychius: σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικόν. quam lectionem Plinius confirmat libro III. c. 12. Samnitium, quos Sabellos & Græci Saunitas dixere. Coronidem faciat Livii locus de armis Samnitum: *Samnites præter ceteros apparatus, ut aciei ſua fulgeret, novis armorum inſignibus fecerunt. Duo exercitus erant, ſcuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. Forma erat ſcuti, ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur faſtigio æquali: ad imum cuneatior, mobilitatis cauſa. Spongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocrea tectum, galeæ criſtatæ.* Col. Hanc armaturam poſtmodum mutaſſe, Græcanicam autem aſſumpſiſſe magnus auctor Polyb. lib. 6. teſtatur.

* *Inſignia magiſtratuum à Tuſcis pleraque.*] Dionyſius lib. 3. *Poſt paucos*, inquit, *dies aderant, non verba tantum ei afferentes nuda, ſed etiam inſignia principatus, quibus ipſi reges ſuos adornabant, apportantes coronam auream ſellamque eburneam, & ſceptrum, habens ſuper caput Aquilam, tunicamque purpuream cum ſignis aureis, & amictum purpureum varium, quales Lydorum reges, & Perſarum ferebant, præterquam quod non eſt figuræ quadrangulari, ut ſunt illi, ſed ſemicirculari, talia autem veſtimenta togas Romani, Græci τήβεννον vocant, unde dicentes neſcio. tulerunt etiam & duodecim illas ſecures, ſumptas ex ſingulis urbibus ſingulas. Etruſcus enim mos videbatur uniuſcujuſque urbis Regi lictorem unam anteferre ſecurim, ſimul cum virgarum faſce: ſi vero fieret communis omnium civitatum exercitus, duodecim illas ſecures uni tantum tradi, ei ſcilicet qui imperium in omnes accepiſſet.* Florus: *Neque pace Tarquinius, quam bello promptior. duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit, inde faſces, trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta, inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet.* Idem ſcribit Livius. Macrob. lib. Saturnal. 1. cap. 6. ſcribit, quod Tullus Hoſtilius rex Romanorum tertius debellatis Hetruſcis ſellam curulem, lictores, togamque pictam atque prætextam (quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant) primus inſtituit, ut Romæ haberentur. Vide quoque Strab. lib. 5. *Zanch.*

1 *Anim-*

tati, verberibus [1] animadvertebant in civis, [2] de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant. Poſtquam reſpub. adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuſcemodi fieri cœpere; tunc [3] lex Porcia, aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus [4] exilium damnatis permiſſum eſt. Hanc ego cauſſam, P. C., quo minus conſilium novum capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus, atque ſapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? minume: ſed ita cenſeo; [5] publicandas eorum

1 *Animadvertebant.*] Id eſt, puniebant cives virgis. nam animadvertere in aliquem, eſt eum legitime punire, quaſi adhibita animadverſione, ne quid temere fiat. *Idem.*

2 *De condemnatis.*] De crimine capitali. Scribit Dionyſius, morem fuiſſe apud Romanos, ut hominem morti damnatum quæſtores ad eminens foro præcipitium ducerent, & inſpectantibus omnibus eum de petra dejicerent. *Idem.*

3 *Lex Porcia.*] Hic legem Porciam nominat, & Valeriam deſignat Cæſar, ex qua Porcia nata eſt. Nam lex Valeria de provocatione lata eſt A. U. C. CDLIII. cum M. Valerius Corvus, & Q. Appulejus Panſa Conſules eſſent. Hanc pulcre Livius lib. x. Hiſt. cum Porcia confert his verbis: *Eodem anno*, inquit, *M. Valerius Conſul de provocatione legem tulit diligentius ſanctam.* Tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt, ſemper à familia eadem. Cauſſam renovandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur. Quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſetve civem Rom. ſanxit, (*ut ſupra dictum eſt*) Valeria lex, cum eum qui provocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit. At lex Porcia, quæ A. DLVI. C. Cornelio Cethego, & Q. Minutio Rufo Coſſ. [illegible] Porcio Lecca lata eſt. *Benn. Lex P[illegible]aliæque leges paratæ.*] Quibus legibus de cive Rom. ſi quis capitis inquireretur, populi judicium erat, quod fuerat duodecim Tabularum lege ſancitum, ut de capite civis, niſi comitiis centuriatis, decerni nihil poſſet. Sed nec tolli de civitate, nec à ſolo patrio relegari, aut in exilium mitti, niſi dicta cauſa, & centuriatis comitiis poterat. *Zanch.*

4 *Exilium, &c.*] De hoc jure Polyb. lib. VI. quo in genere mos apud eos viget laude & commemoratione cum primis dignus, qui capitis accuſatis poteſtatem facit, dum ipſorum celebratur judicium, abeundi palam, & in ſpontaneum ſecedendi exilium, licet è tribubus, quæ ad peragendum judicium convenerunt, una etiam reſtet, quæ ſuffragia necdum tulerit. Exulibus autem impune degere licet Neapoli, Præneſte, Tibure, item aliis in urbibus, quibus hoc jure fœdus intercedit cum Romanis. *Graſw.*

5 *Publicandas.*] Ante Cæſarem conſtat publicationes bonorum in criminibus in uſu non fuiſſe, ut ex Suetonio in

„ eorum pecunias, ipſos [1] in vinculis habendos [2] per municipia,

Cæſ. liquet, ſalviſque nummis exulaſſe, quibus aqua & igni interdictum erat. Cæſar, cum videret eo facilius locupletes ſcelere ſe obligare, Parricidas, inter quos & Patriæ proditores, omnibus bonis, reliquos dimidia parte bonorum multavit. Hanc Cæſaris legem non ſanctiſſime obſervatam à ſucceſſoribus indicio eſt Satyr. Juvenal. 1. cum inter alia ſeculi vitia, damnationes quoque reorum inanes exagitat. *Quid enim*, inquit, *ſalvis infamia nummis?* Verum non tulere diutius hanc Reip. injuriam, qui ſecuti ſunt Imperatores, eoque tandem deventum, ut pœnam capitalem etiam tacite ſequeretur bonorum publicatio, l. 1. & 2. de Bon. damn. Juſtinianus autem noviſſima lege cavit, ut in ſolo crimine majeſtatis veteres leges obſervarentur, in cæteris publicatio bonorum non præcederet. *A. Matth[illegible]ublicandas pecunias, &c.*] Salluſt[illegible]ba expreſſit Dio. libro 37. at Plutarchus quam diverſe? ut per Italiæ urbes, quas Cicero ipſe elegiſſet, cuſtodirentur ad devictum uſque Catilinam: quo poſtea ſenatus per otium de cauſa cognoſceret. vides nullum hujus ſententiæ caput eodem modo eſſe conceptum, atque apud ſuperiores ſcriptores. Appianus, ut ſolet, Plutarchum ſequitur. *Caſaub. Pecuniæ.*] Pecuniæ ſignificatio ad ea refertur, quæ in patrimonio noſtro ſunt, ut ait Paulus Juriſconſultus libro Digeſtorum 50. tit. de Verborum & Rerum ſignificatione. Auctore Ulpiano eodem in loco: *Pecuniæ verbum non ſolum pecuniam numeratam complectitur, verum etiam omnem omnino pecuniam; id eſt, omnia corpora. nam corpora quæcunque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt qui ignoret.* Hermogene eodem loco auctore: *Pecuniæ nomine non ſolum pecunia numerata, ſed omnes res tam ſolidæ quam mobiles, & tam corpora quam jura continentur.* Zanch.

1 *In vinculis.*] Jure alioquin civili carcer erat manſio reorum, non vero pœna. Ita enim loquitur JC. Ulpianus in l. 8. §. ſolent. ff. de Pœn. *ſolent præſides in carcere continendos damnare, ut in vinculis contineantur: ſed id eos facere non oportet: nam hujuſmodi pœnæ interdictæ ſunt, carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.* Eadem repetit Calliſtratus JC. in l. mandatis 35. eod. verumtamen hoc ſupplicii genus nonnunquam uſitatum fuiſſe Livius docet lib. IX. cum inquit: *Qui ſe Hernicum civem dixerat, ſeorſim in cuſtodia habitus: eos omnes Fabius Romam ad Senatum miſit: & cum quæſitum eſſet, delectu an voluntarii pro Samnitibus adverſus Romanos bellaſſent, per Latinos populos cuſtodiendi dantur.* Item libro XXVI. *trecenti fuerunt nobiles Campani in carcerem conditi, alii per ſociorum Latini nominis urbes in cuſtodias dati variis caſibus perierunt. Vinculis.*] Pro cuſtodia hic ſumitur: alioquin rei vinciebantur. Vinculorum autem nomine complexi ſunt compedes, manicas, catenas, nervos, Boiam. Compedes, vinculum eſt quo pedes irretiri ſolent, ab impediendo dicti, teſte Nonio. Pedica vinculum, quo pedes, manica quo manus vinciuntur. Nervo & pedes auctore Feſto, & etiam cervices devinciebantur. Boia tam ligneum, quam ferreum vinculum. Scaliger & collare veteri Gloſſario dici aſſerit. Eſſe autem Gallicam vocem nullus dubito.

2 *Per municipia.*] Obſerva morem Populi Romani in reorum cuſtodia. Nam quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus vel fidejuſſoribus, vel etiam ſibi committebant, ut ait l. 1. ff. de Cuſtod. reor. vel eos magiſtratibus cuſtodiendos tradebant: vel per oppida Italiæ dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achæis quos bello Perſei confecto Romani in Italiam acciverunt. Quemadmodum autem ad magiſtratus, ſive privatos fidejuſſores aut vades periculum ex evaſione cuſtodiarum ſpectavit, ſic

ad ur-

nicipia, quæ maxume opibus valent: [1] neu quis de his „
poſtea ad ſenatum referat, [2] neve cum populo agat: qui „
aliter fecerit, ſenatum exiſtumare, eum contra rem- „
publ. & ſalutem omnium facturum.

Poſtquam Cæſar dicendi finem fecit; ceteri [3] verbo, 52
[4] alius alii varie aſſentiebantur: [5] at M. Porcius Cato, rogatus ſententiam, [6] hujuſcemodi orationem habuit.

Longe

ad urbes ſive municipia, quibus rei fuerant traditi, ita ut oppidani pro hoſtibus & perduellibus haberentur, ſicuti à Dione obſervatum eſt. *Caſaub.*

1 *Ne quis poſtea ad Senatum de his referat.*] Cicero in Catilinam: *Vincula vero, & ea ſempiterna, certe ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt, itaque municipiis diſpertiri jubet: adjungit gravem pœnam municipiis, ſi quis eorum vincula ruperit, horribiles cuſtodias circundat: & digna ſcelere hominum perditorum ſancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum levare poſſit, eripit etiam ſpem, quæ ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet: bona præterea publicari jubet, vitam ſolam relinquit nefariis hominibus; quam ſi eripuiſſet, multas uno dolore animi & corporis, & omnes ſcelerum pœnas ademiſſet.* Zanch.

2 *Neve cum populo agat.*] *Agere cum populo*, eſt rogare populum, ut ſuis ſuffragiis jubeat aliquid aut vetet. & Fufia & Ælia leges erant, quam Fufius & Ælius tribuni tulerunt, ne agi cum populo liceret, niſi de cœlo prius ſervatum eſſet, hoc eſt, niſi prius captatis auſpiciis. *Idem.*

3 *Verbo.*] Quia & pedibus aſſentiebantur. *Idem.*

4 *Alius alii varie aſſentiebantur.*] Viri docti mendoſum hunc locum putant. Ego in tanta codicum convenientia, inſuper accedente Diomedis accuratiſſimi ſcriptoris auctoritate nihil quicquam mutandum duxerim. Plures dixiſſe ſententiam, quam hic à Criſpo commemorantur, docet Tullius lib. duodecimo, Epiſtola ad Atticum XXII. & Flavius Vopiſcus in Aureliano. Itaque vult Salluſtius propter varias ſententias, varium variorum fuiſſe aſſenſum. *Putſchius.*

5 *At M. Porcius Cato.*] Is eſt qui poſtea Uticenſis dictus eſt, erat tum deſignatus tribunus plebis, ut oſtendunt Cicero pro Sextio, & Paterculus in poſter. volumine, ſed ante Catonem Cicero orationem habuit, quæ eſt quarta in Catilinam: verum Salluſtius multa, quæ ad Ciceronis laudem pertinebant, ſeu invidia, ſeu negligentia omiſit. *Caſtil.* *At M. Porcius Cato.*] Hic Tribunus plebis deſignatus erat, cum hanc Orationem haberet, & pæne inter ultimos à Conſule rogatus eſt. Hinc Vellej. Paterc. libro II. cap. XXXV. *Hic tribunus plebis deſignatus admodum adoleſcens, cum alii ſuaderent, ut per municipia Lentulus, conjuratique cuſtodirentur, pæne inter ultimos rogatus ſententiam, tanta vi animi, atque ingenii, invectus eſt in conjurationem, ut ardore oris, orationem omnium, lenitatem ſuadentium, ſocietate conſilii ſuſpectam fecerit.* Et Cicero pro Sext. cap. XXVIII. *Conſule me, cum eſſet deſignatus Tribunus plebis, obtulit in diſcrimen vitam ſuam, dixit eam ſententiam, cujus invidiam capitis periculo ſibi præſtandam videbat.*

6 *Hujuſcemodi habuit orationem.*] Plutar. in Catonis vita inquit: *Hanc ſolam orationem Catonis ſervatam ferunt Cicerone conſule velociſſimos ſcriptores deponente atque docente, ut per ſigna quædam & parvas breveſque notas multarum litterarum vim habentes, dicta colligerent.*

„ [1] Longe mihi alia mens eſt [2] P. C. cum res, atque perí-
„ cula noſtra conſidero, & cum ſententias nonnullorum
„ mecum ipſe [3] reputo. [4] illi mihi diſſeruiſſe videntur [5] de
„ pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris, [6] atque fo-
„ cis ſuis bellum paravere. res autem monet, çavere ab
„ illis magis, quam, quid in illos ſtatuamus, conſultare.
„ Nam cetera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt:
„ hoc, niſi provideris, ne accidat; ubi evenit, fruſtra judi-
„ cia implores. Capta urbe, nihil fit reliqui victis. Sed,
„ per Deos immortales, vos ego appello, qui ſemper do-
„ mos, villas, [7] ſigna, tabulas veſtras pluris, quam remp.
„ feciſtis: ſi iſta, [8] cujuſcumque modi ſint, quæ amplexa-
mini,

nondum enim reperti erant, qui notarii appellantur: ſed tunc primum hujus rei veſtigium ferunt extitiſſe. Vicit itaque Catonis ſententia, aſſenſuſque eſt illi Senatus, ut de conjuratis ſupplicium ſumeretur. *Zanch.*

1 *Longe.*] Ex Plutarchi verbis cognoſcimus, hanc non eſſe Catonis orationem, quam Ciceronis beneficio ſervatam ferunt. *Caſt.*

2 *Patres Conſcripti.*] Patres Conſcripti proprie ii dicuntur, qui in ſenatum allecti ſunt à Junio Bruto & Publio Valerio Publicola Coſſ. poſt ejectos reges, ſicut Livius, Plutarchus & Tacitus nos docent.

3 *Reputo.*] Duo è manuſcriptis, *mecum ipſe repeto.* Nec aliter Florentinum. *Riv.*

4 *Illi mihi diſſeruiſſe videntur.*] Propoſitio: & de Sullano arbitror intelligendum. nam Plut. in Catonis vita ait: *Facta igitur tanta ſententiarum converſione, omnibuſque in mitiorem & humaniorem ſententiam inclinantibus, ſurrexit Cato: & in principio orationis ſuæ M. Sullani oratione reprehenſa, adverſus Cæſarem ſuſpicionem induxit, quaſi ſub populari & miti ſententia rempublic. everteret vellet, & ſenatui formidinem incuteret: cum timere ipſe deberet, & bene ſecum agi putare, ſi impune talia patraſſet, non inſuper tanta imprudentia parricidas defenderet.* Zanch.

5 *De pœna eorum.*] Quaſi dubium ſit, nunquid puniendi ſint conjurati. *Idem.*

6 *Atque focis ſuis.*] Domibus ſuis. *focus* enim proprie locus eſt, ubi ignis ſervaretur: & diis Penatibus ſacer erat. unde Cato in libro de Re Ruſtica ait: *Focum purum circum verſum quotidie, priuſquam cubitum eat, habeat: calendis nonis feſtus dies cum erit, coronam in focum indat.* per eos itaque dies Lari familiari pro copia ſupplicet. nam Lar eſt ipſe focus. *Zanch. Focis.*] Lares focis præerant, Lar autem ſive Lars eſt Hetruſca vox & Principem denotat. Auſonius:

Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Lari.

Quia autem antiquiſſimis temporibus in ædibus defuncti ſepeliebantur, hinc & pro diis familiaribus culti. Hinc & Latrones, Larunes, Arunes, & in pejorem poſtmodum partem latrones. Vide Geſner. Mithridat.

7 *Signa.*] Vide ſupra p. 23.

8 *Cujuſcunque modi.*] Seu bona, ſeu mala, & loquitur Cato ſecundum Stoicos. nam & ipſe Stoicus erat, & Stoici hæc externa nullo pacto bona appellanda eſſe putabant. nam Cicero pro Muræna ait: *At enim agit mecum auſtere & Stoice*

mini, retinere, ſi voluptatibus veſtris ocium præbere „
vultis: expergiſcimini aliquando, & capeſſite remp. „
[1] Non nunc agitur de vectigalibus, non de ſociorum in- „
juriis: libertas, & anima noſtra in dubio eſt. Sæpenu- „
mero P. C. multa verba [2] in hoc ordine feci: ſæpe de „
luxuria, atque avaritia noſtrorum civium queſtus ſum; „
multoſque mortalis ea cauſſa advorſos habeo: qui mihi, „
atque animo meo nullius unquam delicti gratiam feciſ- „
ſem, haud facile alterius lubidini [3] malefacta condona- „
bam. ſed, ea tametſi vos parvi pendebatis; tamen reſp. „
firma erat: opulentia [4] negligentiam tolerabat. Nunc „
vero non id agitur, boniſne, an malis moribus vivamus; „
neque, quantum, aut quam magnificum imperium po- „
puli Rom. ſit: ſed, hæc cujuſcumque modi videntur, „
noſtra;

Stoice Cato: negat verum eſſe allici benevolentiam cibo, negat judicium hominum in magiſtratibus mandandis, corrumpi voluntatibus oportere. Zanch.

1 *Non nunc agitur de vectigalibus.*] Id eſt, tributis. nam ſi vectigalia, vel ſocii expilarentur, tamen reſpub. ſtaret: at de conjuratione non ita eſt. *Vectigal* enim, tributum eſt, quod reipub. penditur: & vectigales appellamus provincias, agros & homines, qui vectigal & tributa perſolvunt. alio nomine *Stipendiarii* dicuntur. Livius: *Utrum Annibal hic ſit itinerum Herculis, ut ipſe fert, an vectigalis, ſtipendiarius, & ſervus pop. Roman. à patre relictus.* Publica autem vectigalia intelligere debemus, ut inquit Ulpianus, ex quibus vectigal accipit fiſcus. interdum vectigalia reditus privatos ſignificant, cum publicos quidam tantummodo ſignificare tradiderunt, ſicuti docet Porphyrion, enarrans illud Horatianum:

—— *Ego vectigalia magna,*
Divitiaſque habeo tribus amplas regibus.

2 *In hoc ordine.*] Scilicet ſenatorio. Erant enim tres ordines apud Romanos, Senatorius, Equeſtris & Plebeius. Plinius lib. 33. *Sed annuli plane medium ordinem, tertiumque plebi & patribus inſervere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ judices tribuunt. nec pridem id factum, Divo Auguſto decurias ordinante, major pars judicum in ferreo annulo fuit: iique non equites ſed judices vocabantur. equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum.* His verbis Plinius ſignificat, Equeſtrem ordinem annulum aureum pro inſigni habere cœpiſſe, ut diſtingueretur à plebe: ex Equeſtri autem ordine ad Senatorium tranſitus erat. unde Alexander Imperator Romanus dicere ſolebat, ſeminarium Senatorum, Equeſtrem ordinem eſſe. *Idem.*

3 *Male facta.*] Recte enim dicit Cic. in Q. Cæcilium: *nihil eſt enim, quod minus ferendum ſit, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere.* Et quidem gentilis hæc & vera laus Catonum fuit, ſicuti & de Porcio Livius libro XXXIV. loquitur. *Graſw.*

4 *Negligentiam tolerabat.*] Id eſt, patiebatur nos erga Rempub. negligentes eſſe: quia illius opes negligentiam noſtram ſuperabant. *Zanch.*

„ noſtra, an, nobiſcum una, hoſtium futura ſint. Hic mihi
„ quiſquam manſuetudinem, & miſericordiam nominat?
„ jam pridem equidem nos vera [1] rerum vocabula amiſi-
„ mus. quia, [2] bona aliena largiri, liberalitas; malarum re-
„ rum audacia, fortitudo vocatur; eo reſp. in extremo ſita
„ eſt. Sint ſane, quoniam ita ſe mores habent, liberales
„ ex ſociorum fortunis; ſint miſericordes [3] in furibus æra-
„ rii: [4] ne illi ſanguinem noſtrum largiantur; &, dum pau-
cis

1 *Rerum vocabula.*] Similiter Thucydides in corruptiſſimi totius Græciæ ſtatus deſcriptione lib. III, καὶ τὰ εἰωθυῖαν ἀξίωσιν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλαξαν τῇ δικαιώσει, τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιςος, ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη id eſt, *quin & conſuetam vocabulorum dignationem ad res immutaverunt ex ſuo arbitrio, audacia enim inconſiderata, fortitudo amicorum ſtudioſa habita fuit.* Graſw. Imitatur itaque Thucydidem hic Salluſtius.

2 *Bona aliena largiri.*] Cic. lib. 1. Offic. ita de hoc vitio diſſerit: *ſunt autem multi, & quidem cupidi ſplendoris & gloriæ, qui eripiunt aliis, aliis quod largiantur: hique arbitrantur, ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacunque ratione.* Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Quare L. Sullæ, C. Cæſaris pecuniarum tranſlatio à juſtis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil enim liberale, quod non idem ſit juſtum. *Graſw.*

3 *In furibus ærarii.*] In illis qui pecunias publicas furantur, de pœna autem furum multa Gellius libro II. cap. 18. *Ærarii.*] Pecunia enim publica uno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur, quam Tribuni ærarii, cum opus erat, promebant. erat autem ærarium in æde Saturni, ut Macrobius lib. 1. cap. 8. Saturnal. ſcribit, cujus rei hanc rationem affert; *Ædem vero*, inquit, *Saturni, Romani ærarium eſſe voluerunt, quod tempore, quo incoluit Italiam, fertur in ejus finibus nullum eſſe furtum commiſſum: aut quia ſub illo nihil erat cujuſque privatum, nec ſignare ſolum, aut partiri limite campum fas erat, in medium quærebant omnia.* Plutarch. autem in Problem.: *Quam cauſam eſſe dicemus, quamobrem ædem Saturni pecuniæ publicæ ſacrarium eſſe voluerunt; nam ærarium eſt, & tabulas publicas in eo ſervabant, & ex eo tabularium dicunt.* Ibidem: *Primus autem omnium Valerius Publicola exactis regibus ædem Saturni ærarium declaravit, loci opportunitate ductus, quem & apertum, & ab inſidiis tutum, & in primis munitum animadvertit.* Zanch. *Furibus ærarii.*] Peculatus crimen intelligit. Quod auctore Polyb. 6. hiſtor. apud veteres Romanos, cum adhuc Reſp. à priſtinis moribus non deſciviſſet, rarum erat. Creſcente poſtea perfidia, ut aliis quæſtionibus, ita huic quoque exercendæ peculiaris prætor conſtitutus eſt: non lege Julia, ſed ante Legem Juliam, ut Sigonius obſervat. 2. de Jud. c. 28.

4 *Ne illi ſanguinem.*] Et ſi hæc eſt vulgata receptaque lectio, multorum quoque veterum Codicum auctoritate comprobata, non celabo tamen perantiqui cujuſdam libri ſcripturam, *ſint miſericordes in furibus ærarii; cæveant, ne illis ſit periculum, dum ſanguinem noſtrum largiantur, & dum paucis ſceleſtis parcunt, bonos omnes perditum eant.* Popma.

Sangui-

cis ſceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant. Bene, & compoſite C. Cæſar paulo ante in hoc ordine de vita & morte diſſeruit, credo [1] falſa exiſtumans ea, quæ de inferis memorantur, [2] diverſo itinere malos à bonis loca

Sanguinem noſtrum.] Id eſt, vitam noſtram. nam anima hominis in ſanguine eſſe nonnullis creditur. Ita Empedocles & Critias cenſebant animam eſſe cordi ſuffuſum ſanguinem, quaſi animæ eſſentia ſit ſanguis ipſe, quod falſum. Ita tamen & loquitur nobiliſſimus Poëta, cum dicit:

Purpuream vomit ille animam.

Quanquam & illud defendi poteſt, *animam* dixiſſe pro *ſanguine* ſummum Poëtam, nam ubi corpus ſanguinis miniſterio deſtitutum eſt, anima foras erumpere, ſuumque involucrum deſerere cogitur. Quod autem nonnulli crediderunt, ſanguinem eſſe ipſam animam, hinc polluere ora cruore illicitum crediderunt, unde Pythagor. apud Ovid. conqueritur:

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen,
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

Atque eadem inculcant Porphyrius & Plutarch. Ratione myſtica quoque eſus ſanguinis Judæis prohibitus fuit. *Thyſ.*

1 *Falſa exiſtumans.*] Cato rigidæ virtutis exemplar meliorum Philoſophorum ſententiam amplexus eſt, animi immortalitatem, & poſt mortem cœleſtia gaudia vel inferorum ſupplicia eſſe. Egregie Seneca: *tunc animus noſter habebit, quod gratuletur ſibi, cum emiſſus tenebris, quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit, & redditus cœlo fuerit, cum receperit locum, quem occupavit ſorte naſcendi: ſurſum illum vocant initia ſua.* In eadem ſententia fuere Thales Mileſius, qui animum φύσιν ἀεικίνητον ἢ αὐτοκίνητον, naturam ſemper aut per ſe mobilem definiit, & antiquiſſimus Philoſophus Pherecydes, atque ejus diſcipulus Pythagoras, & divinus ille Plato in Phædone inquit: καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι, καὶ ὃν τρόπον τεθνεῶτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι, καὶ τοὺς τεθνεῶτων ψυχὰς εἶναι, καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι, ταῖς κακαῖς κάκιον. Id eſt, *& reviviſcere homines, atque ex mortuis viventes fieri; mortuorumque animas ſupereſſe, atque bonis quidem melius, malis vero deterius eſſe.* Et antiquiſſima magorum ſententia & revicturos homines & immortales fore adſtruit, ut teſtatur Diog. Laërt. Immortalitatis patroni plurimi occurrunt apud veteres Ethnicos Hiſtoricos, Oratores, & Poëtas. Tacite itaque carpendo Cæſarem, invidiam illi creat Cato. *Idem.*

2 *Diverſo itinere.*] Etſi fabulis hæc involvit ſuperſtitioſa antiquitas, malos tamen manere ſupplicia apud inferos, bonos præmia in Elyſio ſuo, quem finxere campo, non male ſenſit. Inferis Plutonem præpoſuit. Locus deſtinatus impiorum ſuppliciis modo Acheron, quo ultima terrarum Orientales deſignant, vel etiam ipſam tellurem, unde Heſychius: Ἀχερών· Ὠκεανός, καὶ Ἑλλὶ (Belgæ eodem vocabulo adhuc utimur) καὶ γῆρυς, ἡ γῆ, ἡ Δημήτηρ, ἡ αὐτή. modo Orcus, Ὄρκος autem Græci vocant conditorium mortuorum, teſte Scaligero. modo Erebus, quod locum caliginoſum denotat. עֶרֶב, id eſt, Ereb, veſperam enim Hebræis denotat. Unde & ἐρεβεννὸς Græcis tenebricoſum denotat. Elyſius autem campus, qui in Fortunatis inſulis ponitur, idem eſt, atque ſi locum voluptatis quis dicat, quod & Euſtathius recte obſervavit, qui ab ἐλύω, χαίρω, id eſt, gaudeo derivat. Quo & alluſit Princeps Poëtarum, cum lib. Æneid. ita loquitur:

„ loca tætra, inculta, [1] fœda, atque formidoloſa [2] habere.
„ itaque cenſuit, pecunias eorum [3] publicandas, ipſos per
„ municipia in cuſtodiis habendos; videlicet, ne, ſi Romæ
„ ſint, aut [4] à popularibus conjurationis, aut à multitudine
„ conducta, per vim eripiantur. Quaſi vero mali, atque
„ fceleſti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam
„ ſint; aut non ibi plus poſſit audacia, ubi ad defenden-
„ dum opes minores ſunt. Quare vanum equidem hoc
„ conſilium eſt, ſi periculum ex illis metuit. [5] ſin in tanto
„ omnium metu ſolus non timet; eo magis refert, me mi-
„ hi, atque vobis timere. Quare cum de P. Lentulo, cete-
„ riſque ſtatuetis; pro certo habetote, vos ſimul de exer-
„ citu Catilinæ & de omnibus conjuratis [6] decernere.
„ quanto vos attentius ea agetis, tanto illis animus infir-
„ mior erit. ſi paullulum modo [7] vos languere viderint,
„ jam omnes [8] feroces aderunt. Nolite exiſtumare, majo-
„ res noſtros [9] armis remp. ex parva magnam feciſſe. Si
„ ita res eſſet; multo pulcherrumam eam nos haberemus.

quippe

Devenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

Item:

—— *Exinde per amplum*
Mittimur Elyſium, & pauci lætæ arva tenemus.

1 *Fœda.*] Turpia, deformia.

2 *Habere.*] Non. Marcel. locum hunc Salluſtii citat. *Habere*, tenere, occupare. Virgil.

Hoſtis habet muros —— Idem.

3 *Publicandas.*] De publicationibus bonorum vide ſuprà p. 147. 148.

4 *A popularibus.*] A militibus ac conjuratis. Recte Gloſſarium vetus: *populares, σπαλιάρται. Coler.*

5 *Sin in tanto.*] Eſt pulchra complexio, Aut timet, aut non timet. Si timet, vanum eſt conſilium ſuum: videlicet quod per municipia melius diſtribuantur. ſi non timet, nobis multo magis timendum eſt. & hic latenter innuit, eum hujus conjurationis conſcium eſſe. *Vall.*

6 *Decernere.*] Judicare, & ſententiam ferre. *Idem.*

7 *Vos languere.*] Animo deficere, torpeſcere ad eos puniendos qui in cuſtodiis habentur. *Zanch.*

8 *Feroces aderunt.*] Nihil cuiquam dari debet, quod male cogitantibus exemplo aut præſidio ſit. Vincit inanem clementiæ ſpeciem ſalutaris ſeveritas. Ita præbenda eſt demum clementia & manſuetudo, ut altera illa, ſine qua regnum adminiſtrari nequit, adhibeatur Reipub. cauſa. Itaque ut Lucanus libro II.

Dum trepidant nullo firmatæ robore partes,
Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis. Graſw.

9 *Armis.*] Id eſt, tantummodo armis. *Vall.*

1 *Demi*

quippe ſociorum, atque civium, præterea armorum, atque equorum major copia nobis, quam illis, eſt. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere; quæ nobis nulla ſunt; [1] domi [2] induſtria, foris juſtum imperium; animus in conſulendo liber, neque delicto, neque lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam; [3] publice egeſtatem, [4] privatim opulentiam: laudamus divitias, ſequimur inertiam: inter bonos & malos diſcrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio poſſidet. Neque mirum; ubi vos [5] ſeparatim ſibi quiſque conſilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ, [6] aut gratiæ ſervitis, eo fit, ut impetus fiat * in vacuam

1 *Domi induſtria, foris juſtum imperium.*] Induſtria in Rep. & domi, hinc Cic. pro Roſcio Amerino: *Etenim, qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Attilium quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant convenerunt, hominem turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum judicares. At Hercule majores noſtri longe aliter & de illo, & de cæteris talibus viris exiſtimabant. Itaque ex minima tenuiſſimaque Republica maximam & florentiſſimam nobis reliquerunt. Suos enim agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant: quibus rebus & agris, & urbibus, & nationibus Remp. atque hoc imperium & Populi Romani nomen auxerunt.* Iterum Cicero pro Cælio: *ego, ſi quis hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut reſpueret omnes voluptates, omnemque vitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi contentione conficeret: quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectarent, nihil in vita expetendum putaret niſi quod eſſet cum laude & cum dignitate conjunctum: hunc mea ſententia divinis quibuſdam bonis inſtructum atque ornatum puto. Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror, Camillos, Fabricios, Curios, omneſque eos, qui hæc ex minimis tanta fecerunt.* Graſw.

2 *Induſtria.*] Donatus *induſtriam* interpretatur ſcientiam & providentiam. eſt autem *induſtria*, ingenium ſive vis, qua ad aliquid ſtruendum ſumus idonei. *Zanch.*

3 *Publice egeſtatem.*] Idem queritur Cicero de Haruſpicum reſponſis: *ærarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas Principum cecidit: conſenſus ordinum divulſus: judicia perierunt: ſuffragia diſtricta tenentur à paucis.* Publicam egeſtatem & privatam opulentiam tanquam periculoſam Reipub. improbat quoque Thucydides lib. 12.

4 *Privatim opulentiam.*] Quia dummodo nos divites ſimus, parum curamus quomodo ſe Reſpubl. habeat. *Vall.*

5 *Separatim.*] Ubi non in commune conſulitis, ſed privatim ſibi quiſque provident. *Vall. Separatim.*] Hoc mali civis indicium ſtatuit Hala Servilius Tribunus militum apud Livium lib. 1v. Indicia ſunt factionis iſta, reſpectuſque rerum privatarum, quæ ut apud eundem lib. 11. Appius dicit, ſemper offecere, officientque publicis conſiliis. Inde diſcordia, & porro Rerumpubl. interitus. &, ut eleganter eodem libro Livius loquitur: *Id unum venenum, ea lues civitatibus opulentis reperta, ut magna imperia mortalia eſſent.* Graſw.

6 *Aut gratiæ.*] Favori. ſi quis enim gratia

„ cuam remp. Sed ego hæc omitto. Conjuravere [1] nobi-
„ liſſumi cives patriam incendere. [2] Gallorum gentem, in-
„ feſtiſſumam nomini Romano, ad bellum arceſſunt: dux
„ hoſtium cum exercitu [3] ſupra caput eſt. Vos cunctamini
„ etiam nunc, [4] & dubitatis, quid, intra [5] mœnia depre-
„ henſis hoſtibus, faciatis? Miſereamini, cenſeo. Deli-
„ quêre homines adoleſcentuli per ambitionem: atque et-
„ iam armatos dimittatis. næ iſta vobis manſuetudo, &
„ [6] miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam [7] ver-
tet.

gratia apud nos valet, facile quod vult obtinet. *Zanch.*

* *In vacuam Remp.*] Derelictam: quia defenſoribus nuda eſt. *Idem.*

1 *Nobiliſſumi.*] Quaſi dicat: ſi homines humilis conditionis hoc feciſſent, fortaſſe veniam dandam eſſe cenſerent. *Vall. Nobiliſſumi.*] Nobilitate crimina augentur, ſi tale ſit crimen, quod extinguit ſplendorem ſanguinis, & maximum Reip. adfert detrimentum. Unde alibi Cæſares Valentinianus & Theodoſius l. un. Cod. de conductor. l. 11. *Gravior*, inquiunt, *pœna conſtituenda, in hos qui noſtri juris ſunt, & noſtra debent cuſtodire præcepta.* & alibi Theodoſius, multo majore pœna eos eſſe dignos dixit, quibus plurimum honoris delatum ſit. Ordinaria alioqui crimina in nobilibus mitius puniebantur apud Romanos. Quod apparet ex l. 9. §. iſtæ fere l. 15. l. 28. §. non omnes & §. generaliter l. 38. §. actores & §. ſeq. l. ult. §. 1. ff. de Pœnis. aliiſque multis in locis. Atque in pœnis proportionem Geometricam ſervari oportere, magnus ille ſapientiæ dictator Ariſtoteles aſſeruit, atque adeo proportionem harmonicam excogitavit Bodin. lib. VI. de Rep. quanquam & hic ſimplex & qualis in numero æqualitas dici poteſt ut loquitur Grotius, meriti ad pœnam, ſicuti in contractibus mercis ad nummos, quanquam alibi merx eadem plus, alibi minus valet, itemque nummi. *Thyſ.*

2 *Gallorum gentem infeſtiſſimam Romano nomini.*] Nam & Livius ait: *Unam ſibi ſpem reliquam in Hetruſcis reſtare, ſcire gentem opulentiſſimam armis, viris, pecunia eſſe: habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces cum ſuopte ingenio, tum adverſus populum Rom., quem captum à ſe auroque redemptum haud vana jactantes memorant.* Ita ille. Galli enim bellicoſiſſimi erant, & ob id imperatores Romani, eos refutandos potius, quam bello laceſſendos cenſebant, ut ſcribit Cicero. vid. pag. 166. 167. *Zanch.*

3 *Supra caput eſt.*] Imminet cervicibus noſtris. nam in Hetruria erat. *Idem.*

4 *Et dubitatis.*] Juxta quædam Mſſ. hanc vocem expungit Gruterus, & nupere natam exiſtimat.

5 *Mœnia.*] Pro muris accipi ſolent & pro ædificiis ipſius Urbis. *Mœnia* à mœniendo, id eſt, ut nunc loquimur, à muniendo dicta. Ita Plautus dixit in Captiv. *circummœniti.* Et *mœne* ſingulari numero apud Ennium. atque munus hinc proprie dictum, onus muris reficiendis, ubi primum unum in locum conveniſſent, ad oppidum.

6 *Miſericordia.*] Non male ſimili in cauſa Q. Curtius de Philota: *Ille enim ſemper inſidiari tibi poterit, tu non ſemper Philotæ poteris ignoſcere, nec eſt quod exiſtimes, eum, qui tantum auſus eſt, venia poſſe mutari; ſcit eos qui miſericordiam conſumpſerunt, amplius ſperare non poſſe.* Graſw.

7 *Vertet.*] Ita exemplar Fabricianum, non *convertetur*. idque cum verius multo,

Digitized by Google

tet. Scilicet res ipſa aſpera eſt; ſed vos non timetis eam. „
immo vero maxume; ſed inertia & [1] mollitia animi, „
alius alium exſpectantes, cunctamini, videlicet diis „
immortalibus confiſi, qui hanc rempubl. [2] in maximis „
ſæpe periculis ſervavere. Non [3] votis, neque [4] ſuppli- „
ciis

multo, tum elegantius, pro, vertetur & commutabitur. Tacitus: *Aſtuſque hoſtium in perniciem ipſis verterat.* Idem: *Seu temere lapſa vox in præſagium vertit.* Rivius.

1 *Mollitia animi.*] Cicero pro Sextio: *majoribus præſidiis & copiis oppugnatur Reſp. quam defenditur, propterea quod audaces homines & perditi nutu impelluntur, & ipſi etiam ſua ſponte incitantur: boni neſcio quomodo tardiores ſunt, & principiis rerum neglectis ad extremum ipſa denique neceſſitate excitantur; ita ut nonnunquam cunctatione & tarditate, dum ea volunt etiam ſine dignitate retinere, ipſi utrumque amittant.* Graſw.

2 *In maximis ſæpe periculis.*] Scilicet, quæ ex omnibus bellis Gallicis, Punicis extiterunt maxima. *Zanch.*

3 *Votis.*] Solebant veteres vota jam ſuſcepta ſcriptis ſubſignatiſque tabulis confirmare, atque ipſas ſæpe tabulas Deorum, quibus voverant, genibus cera affigere. Unde Juvenalis Sat. x.

Ergo ſupervacua, aut perniciosa petuntur,
Propter quæ fas eſt genna incerare Deorum.

Plinius Epiſtola ad Trajanum: *Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus Domine, & ſolvimus, precati Deos, ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque ſignari.* Adde tot veterum Numiſmatum inſcriptiones, VOTA PVBLICA, VOTA SVSCEPTA, VOTA SOLVTA. *Torrent.* Solennia autem Vota Publica in Capitolio concipiebantur. Unde Florens Tertullianus de Corona, *Annua votorum nuncupatio quid videtur, prima in Principiis, ſecunda in Capitoliis, accipe poſt loca & verba, hunc tibi Jupiter bovem cornibus auro deco-*

ratis vovemus eſſe futurum. Et Suet. in Nerone cap. XLVI. *votorum nuncupatione magna jam ordinum frequentia vix reperta Capitolii claves.* Votis quoque caput obligare dixit Horatius, ſed ibi pro devotione atque imprecatione magica ſumitur. Ita & Virgilius dixit:

—— *Colchiacis animum defigere votis.*

4 *Suppliciis.*] Id eſt, precibus in Deos immortales. Supplices velatis manibus incedere moris erat. Hinc Plaut.

Poſtridie in caſtra ex urbe ad nos veniunt flentes
Principes, velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.

Sicuti & genua tum deorum, tum mortalium ſupplices attingere moris erat, ut teſtatur Plin. libro 11. cap. 45. Vide Hadr. Junium lib. III. Animadv. cap. XI. In cultu autem divino aut ora Deorum oſculabantur, ut teſtatur Cic. in Verrem libro 5. quod tamen rarius contigit, aut eorum dextras. Hinc Lucretius:

—— *tum portas propter, aëna*
Signa, manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpe ſalutantem tactu præterque meantum.

Aut denique ipſos pedes. Appuleius: *Exoſculatis veſtigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ſuos diſcedunt Lares. Verum quia verebantur plerunque Deos ipſos profano ore ſuo tangere, ſæpe etiam eminus oſculabantur porrecta manu, quam verenter ad os ſuum referebant & ſuaviabantur.* Hieronymus in Rufinum: *qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere.* Idem & Orienti in uſu. Unde Job. cap. XXXI. *Si vidi ſolem, cum fulgeret, & Lunam incedentem*

tem

„ ciis muliebribus auxilia deorum parantur. [1] vigilando,
„ agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt. ubi
„ [2] ſocordiæ tete, atque ignaviæ tradideris; nequicquam
„ Deos implores, irati infeſtique ſunt. Apud majores no-
„ ſtros [3] A. Manlius [4] Torquatus [5] bello Gallico filium
ſuum,

tem claram, & oſculatus ſum manum meam ore meo. id eſt, ſi Lunam aut Solem adoravi. Hinc & formatum adorandi verbum, quia manum ad ora admovebant; non ab ador, quod frumenti genus eſt, ut cenſet Grammaticorum vulgus. Ita autem admovebant oribus ſuis dextras, primo digito in erectum pollicem reſidente, ut expreſſit Apulejus lib. v. Mileſiarum. Frontem quoque aliquando tangebant precantes, unde Servius: *auris, Memoriæ ſacra, frons Genio. atque hinc venerantes Deum, tangimus frontem.* Oſcula quoque januis & poſtibus templorum impertiebantur, unde Tibullus:

Non ego ſi merui, dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

Quin & crinibus paſſis templa verrebant in ſuppliciis. Livius libro 3. *ſtratæ paſſim matres templa verrentes, veniam irarum cœleſtium expoſcunt.* Ita Polybius, Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum, Appulejus, Lucanus, aliique locuti ſunt. *Lipſ.*

1 *Vigilando.*] Servius ita hunc locum legit, *vigilando, laborando, proſpere omnia cedunt.*

2 *Socordiæ.*] *Socors* dicitur quaſi ſine corde. Credebant enim plurimi ex antiquis cor rationis fontem eſſe. Unde Cicer. Tuſcul. 1. *Aliis cor ipſum anima videtur; ex quo excordes, vecordes, concordeſque appellantur.* Neque vero hic vulgaris error, ſed ipſe Hippocrates lib. de corde ita loquitur: γνώμη δ' ἀνθρώπῳ πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίῃ, καὶ ἀρχὴ τ' ἄλλης ψυχῆς. Id eſt, *mens hominis in ſiniſtro cordis ventriculo ſita eſt, ac reliquæ animæ imperat ac præeſt.* quanquam auctor l. de morbo ſacro, qui & Hippocrati aſcribitur, rectius cerebro ſapientiam tribuat. Etiam Chryſippus inter Stoicos maximi nominis, in libro, quem de Anima ſcripſerat, principatum cordi tribuit. Cor eſſe facultatum animæ principium non male dicitur, nec abſque ratione Ariſtoteles etiam cap. x. libro III. de Part. anim. cordi prudentiam tribuit. Et Ciceroni lib. II. de Fin. cor ſapere dicitur. Quicquid ſit, tum eruditorum, tum vulgi hæc fuit antiqua opinio. Unde Ennius:

Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.

3 *A. Manlius.*] Mira eſt confuſio prænominum in Romana hiſtoria. ego tamen hoc in loco pro *Aulus*, cenſeo ſcribendum *Titus*, nam hunc Manlium Cicero lib. 3. de Officiis, Livius lib. 7. & 8. ab Urbe condita, Gellius lib. 9. cap. 13. Auctor de Viris illuſtribus, cap. 28. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Eutropius lib. 2. & Caſſiodorus in Conſulibus *Titum* vocant. facit cum his etiam Diodorus Siculus, cujus auctoritas vehementius nos movere debet, quod apud Græcos non ita facile prænomina corrumpi ſoleant. *Caſt. A. Manlius.*] Valerius Maximus libro 2. de Diſciplina militari, de utroque eandem ſcribit hiſtoriam. *Glar.*

4 *Torquatus.*] *Torquatus* dicitur à *torque*, quo uſus eſt quidam Gallus, quem ipſe ſingulari certamine interfecit, & ſibi aſſumpſit.

5 *Bello Gallico.*] Livius, Gellius, Valerius, Auctor de Viris illuſt. Oroſius l. 3. cap. 9. & Florus lib. 1. cap. 14. ſcribunt, Manlium bello Latino ſecuri filium percuſſiſſe. Dionyſius tamen Antiq. lib. 8. facit cum Salluſtio. bello enim

ſuum, quod is [1] contra imperium in hoſtem pugnaverat, necari juſſit, atque ille egregius adoleſcens, immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Vos, de crudeliſſumis parricidis quid ſtatuatis, cunctamini? videlicet [2] vita cetera eorum huic ſceleri obſtat. Verum parcite

enim Gallico id factum aſſerit. illud notandum, quod Frontinus Strat. libro 4. huic Manlio poſtea Imperioſo cognomen fuiſſe tradit. At Seneca de Beneficiis libro 3. cap. 37. item Livius lib. 7. ab Urbe condita ajunt, L. Manlium patrem hujus ab oſtentatione ſævitiæ, ſibi imperioſi cognomen adſciviſſe, & ut Diodorum Siculum miſſum faciamus, qui idem ſentire videtur: fragmenta etiam vetuſtiſſimorum marmorum, quæ Romæ paucis abhinc annis effoſſa ſunt, ſatis indicant, primum L. Manlium hujus patrem Imperioſum cognominatum. *Caſtil. Bello Gallico.*] Sicuti Livius Bello Latino id factum ſcribit, ita Plutarchus in Parallelis à Torquato contra Samnites hoc anno pugnatum ſcripſit contra Hiſtoriæ fidem. *A. Manut.*

1 *Contra imperium.*] Extra ordinem ſine ſupremi magiſtratus juſſu manus cum hoſte conſerere illicitum: T. Manlius Torquatus filium ſuum, quod ſine ejus juſſu in certamen veniſſet cum Geminio Metio Duce Tuſculanorum, vita privavit, ut in cæteris confirmaret imperium. Neque ingenita charitas liberorum, non tam arcta ſanguinis neceſſitudo, non flos primæ ætatis, non denique virtutis grande teſtimonium à tam atroci exemplo patrem deterruit. Neque mirum dictu, ut Frontinus commemorat, ipſe filius tam rigidæ diſciplinæ reſtitit, verum cum pro eo intercederet militaris pubes, ſeditionum tubam accenderet, negavit ſe tanti eſſe, ut propter ſe diſciplina vetus Romanorum corrumperetur, obtinuitque tandem, ut mortis pœna beneficii loco ſibi infligi poſſet. Idem Poſthumium Tiburtum in filium eadem de cauſa factitaſſe legimus. Et quid Fabius? Fuſis Samnitibus, parta victoria vix Papyrii Dictatoris manus evaſit, niſi populus precibus idem efflagitaſſet, pater & adoleſcens ad genua Dictatoris procubuiſſent. Et vicit tamen imperii majeſtas, noxæ enim damnatus, conceſſus eſt populi Rom. precibus. Teſimbrotus cum contra Lacedæmonios feliciter pugnaſſet, victoriæ præmium coronam filio Epaminondas conceſſit, ſpreti imperii gladium, quo cervicem tam propinqui ſanguinis amputavit. Mandati cauſa potior eſt rebus geſtis. Præſtat patrem filio orbari, quam patriam diſciplina militari. Victoriam quis Imperatoris injuſſu obtinuit? Major victoria ſeipſum vincere, neque in pugnam prorumpere, ubi pugnandum non eſt. Et quid ſi victus fuiſſet? Incerta, vitrea eſt cruenti Martis alea, & quæ tum ſæpe, cum maxime ſplendet, exiguo negotio frangitur. Præſtat victum eſſe, quam victorem, modo anima Reip. conſtet, diſciplina militaris, qua polluta, cuncta militaria officia turbantur, idem Ducis militiſque munus erit. *Thyſ.*

2 *Vita cetera.*] Id eſt, præter hoc ſcelus, in omni reliqua vita modeſtiſſimi ac temperantes fuerunt. *Vall. Vita cetera eorum huic ſceleri obſtat.*] Appoſite Cicero pro Sulla: *circumſpicite paulliſper mentibus veſtris, ut alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Catilina contra Rempubl. conjuravit. Cujus aures hoc unquam reſpuerunt, conatum eſſe, hominem à pueritia non ſolum intemperantia & ſcelere, ſed etiam conſuetudine & ſtudio in omni flagitio, ſtupro, cæde verſatum? Quis eum contra patriam pugnantem periiſſe miratur, quem ſemper omnes*

„ cite dignitati Lentuli, ſi ipſe pudicitiæ, ſi famæ ſuæ, ſi
„ [1] diis, aut hominibus unquam ullis pepercit: ignoſcite
„ [2] Cethegi adoleſcentiæ, niſi iterum jam [3] patriæ bellum
„ fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario lo-
„ quar? quibus ſi quidquam [4] penſi unquam fuiſſet, non
„ ea conſilia de republ. habuiſſent. Poſtremo, P. C. ſi
„ mehercle peccato locus eſſet, facile paterer vos ipſa re
„ corrigi, quoniam verba contemnitis; ſed undique cir-
„ cumventi ſumus: Catilina [5] cum exercitu in faucibus ur-
get:

omnes ad civile latrocinium natum putaverunt? Quis Lentuli ſocietates cum indicibus, quis inſaniam libidinum, quis perverſam atque impiam religionem recordatur, qui illum aut nefarie, aut ſtulte cogitaſſe miretur? Quis de C. Cethego, atque ejus in Hiſpaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius pœnam carcer ædificatus eſſe videatur? Ipſum illum Autronium non ſua conſuetudo ac vita convincit? ſemper audax, petulans, libidinoſus: quem in ſtuprorum defenſionibus non ſolum verbis uti improbiſſimis ſolitum eſſe ſcimus, ſed etiam pugnis & calcibus: quem exturbare homines è poſſeſſionibus, cædem facere vicinorum, ſpoliare fana ſociorum, vi, conatu, & armis diſturbare judicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non fortunæ ipſi cedere, non Reip. ſuccumbere? Hujus ſi cauſa non manifeſtiſſimis rebus teneretur, tamen eum mores ipſius ac vita convincerent. Graſw. Recte Seneca Ep. LXXXI. *mala exempla recidunt in auctores, nec ulla miſeratio contingit his, qui patiuntur injurias, quas poſſe fieri faciendo docuerunt.* Similia quoque Thucyd. lib. III.

1 *Diis.*] Videlicet, ne pejeraret per Deos. *Vall.*

2 *Cethegi adoleſcentiæ.*] Hunc enim Cethegum Plutarch. in Luculli vita ſcribit obſcœna vita, libidinum, flagitiorum, vitiorum, ſcelerum plenum fuiſſe. *Zanch.*

3 *Patriæ bellum.*] Hic enim Cethegus (ni fallor) Marianas partes ſecutus cum Mario, Cinna, & aliis urbem obſedit: ut leges apud Appianum bellorum Civilium libro primo: poſtea tamen urbe pulſus ad Sullam confugit. nec illud nos perturbare debet, quod hic Cethegus conjurationis tempore dicatur adoleſcens, cum Cicero in oratione pro Mil. ſcribat Domitium jam ab adoleſcentia documenta maximæ dediſſe, quam contemneret populares inſanias, ſignificans (ut exponit Aſcon.) conſtantiam Domitii, quam in prætura præſtitit. quo vero ætatis anno prætores per leges fieri poſſent, jam ſatis notum. *Caſt. Niſi iterum jam bellum fecit.*] Arbitror enim, Salluſtium his verbis innuere, hunc fuiſſe in conjuratione, quæ facta fuit cum Piſone adoleſcente, in qua magnum contra patriam parabatur periculum. *Zanch.*

4 *Penſi.*] Vide ſupra p. 25. & alibi.

5 *Cum exercitu faucibus urget.*] Variant hic codices ſcripti, alii enim habent: *Catilina cum exercitu in Italiæ faucibus urget.* quæ lectio etſi planior, eadem tamen eſt ſenſu cum vulgata. ut Salluſtius Hetruriam, ubi tunc erat Catilina, fauces quodammodo vocarit Italiæ, cum hinc mari, hinc Apennino claudatur. Sed ſi priorem ex noſtris ſequi volueris, idem fortaſſe erit faucibus urgere, quod faucibus premere: id eſt, anguſtiis ac difficultatibus. *Coſtil. In faucibus urget.*] Id eſt, tam prope eſt, ut jam in faucibus urgere videatur. nam etiam

get: alii intra mœnia, atque in ſinu urbis ſunt hoſtes. „
neque [1] parari, neque conſuli quidquam occulte poteſt: „
quo magis properandum eſt. Quare ita ego cenſeo; cum „
[2] nefario conſilio ſceleratorum civium, reſp. in maxuma „
pericula venerit, hique indicio T. Volturcii, & legato- „
rum Allobrogum convicti, confeſſique ſint, cædem, „
incendia, aliaque fæda atque crudelia facinora in civis, „
patriamque paraviſſe; [3] de confeſſis, ſicuti de manifeſtis „
rerum capitalium, [4] more majorum ſupplicium ſumen- „
dum.

Poſtquam Cato [5] aſſedit: [6] conſulares omnes, itemque 53
ſenatus magna pars, [7] ſententiam ejus laudant, virtutem
animi

etiam paulo ante dixit: *Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt.* Zanchius. *Faucibus.*] Per fauces ipſum ingreſſum in urbem Romam intelligit. Idemque Salluſtius noſter ſinum urbis, paulo poſt mediam urbem vocat. *Coler.*

1 *Parari neque conſuli.*] Nam ſi quid occulte facere voluerimus, continuo conjuratores in urbe ſunt, qui conſilia noſtra palam faciant Catilinæ. *Vall.*

2 *Nefario conſilio.*] Pædianus: *Nefandum*, inquit, *eſt, non fandum: nefarium, quod polluit ſacra, farre pio ſolita celebrari. ergo nefarii, ſacrilegi.* Zanch.

3 *De confeſſis.*] Non opus eſt hic ex jure civili in eam rem leges concumulare. Notum eſt enim, quod is qui crimen in judicio interrogatus fatetur, pro convicto habeatur, niſi non appareat crimen, quod reus confeſſus eſt. Atque ita intelligo Divi Severi reſcriptum, in l. 1. §. D. Severus. ff. de Quæſt. quo prohibemur confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus habere. Hic vero conjurati non ſolum confeſſi erant, ſed & certiſſimis indiciis convicti.

4 *More majorum.*] Antequam lex Porcia ferretur. nam lex fuit, ut cives qui contra rempub. quicquam patraviſſent, capite punirentur. ſicut Brutus duos filios virgis cædi, & ſecuri percuti juſſit, quod conſilia prodendæ urbis ſumpſerant. Valerius lib. 5. cap 8. de ſeveritate parentum in liberos: *Brutus quoque gloria par Romulo (quia ille urbem, hic libertatem Rom. condidit) filios ſuos dominationem Tarquinii à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proque tribunali virgis cæſos, & ad palum religatos, ſecuri percuti juſſit: & pater, ut conſulem ageret, orbus vivere, quam publicæ vindictæ deeſſe maluit.* Vall.

5 *Aſſedit.*] Senatores ſententiam rogati, ſtantes dicebant. *Zanch.*

6 *Conſulares.*] Conſulares dicuntur qui aliquando functi conſulatu.

7 *Sententiam ejus laudant.*] Vellejus Paterculus libro ſecundo de Catone loquens: *Hic Trib. plebis deſignatus adhuc admodum adoleſcens, cum alii ſuaderent, ut per municipia Lentulus, conjuratique cuſtodirentur, pene inter ultimos interrogatus ſententiam, tanta vi animorum atque ingenii invectus eſt in conjurationem, & ardore oris orationem omnium lenitatem ſuadentium, ſocietate conſilii ſuſpectam fecit: ſic impendentia ex minis, incendiiſque urbis, & conjuratione ſtatus publici pericula expoſuit: ita conſiliis virtutem amplificavit, ut univerſus Senatus in ejus ſententiam tranſiret, animadvertendumque in eos, quos prædiximus, cenſerent, majorque pars*

animi ad cœlum ferunt: alii alios increpantes timidos vocant: Cato clarus atque magnus habetur: [1] ſenati decretum fit, ſicut illé cenſuerat. Sed mihi, multa legenti, multa audienti, quæ populus R. domi, [2] militiæque, mari, atque terra præclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quæ res maxume [3] tanta negotia ſuſtinuiſſet. Sciebam ſæpenumero [4] parva manu cum magnis [5] legionibus hoſtium contendiſſe: cognoveram, parvis copiis bella geſta

ordinis Catonem proſequeretur domum. Idem.

1 *Senatus decretum fit.*] *Senati*, locum hunc citans Priſcianus legit. *Zanchius. Senatus decretum.*] Sicuti jus relationis ad ſolum magiſtratum pertinebat, ita neque alia de re invitus faciebat Senatuſconſultum, quam de qua ad ſenatum relatum erat, niſi ſi infinite de Rep. non finite de ſingulis rebus retuliſſet. Itaque Valerius fruſtra à decemviris poſtulavit, ut dictis omnibus ſententiis, quibus à majore parte exercitus decernebantur, id proponerent conſulendum, FORMANE REIPVB. PLACERET: aut VT RVRSVS SENTENTIAE EXIGERENTVR. Dixit enim Claudius, ſemel omnium ſententiis abſolutis, rem pro judicata haberi. Nihil ſupereſſe, quam ut ſententiæ numerentur. Ut novi aliquid agatur non poſſe, niſi iterum à magiſtratu relatio fiat. Quid vero? Indicat Halycarnaſſenſis, ex his qui dixiſſent frequentes, ac fere univerſum ſenatum Valerio acclamaſſe. Numerus porro Senatorum, ut ratum ac legitimum eſſet Senatuſconſultum, requirebatur. Unde apud Feſtum, NVMERA SENATVM. *Divus poſtea Auguſtus numerum determinavit, pro ſingulis Senatuſconſultorum cauſis ac formulis. Certe SCtum à paucioribus, quam quadringentis fieri non poſſe inſtituit; cum proximis temporibus numerus ille non foret neceſſarius. Itaque & pœnas auxit adverſus eos, qui nullam ob juſtam cauſſam in ſenatum non veniſſent. Antea enim nihil erat ultra pignus & multam.* Rod. Vincere quoque dicebatur, ſententia ea, cui plures accedebant. Cic. Philip. VIII. *Victa eſt igitur propter verbi aſperitatem, te auctore, noſtra ſententia: Vicit L. Cæſaris amplißimi viri, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit quam ſententia lenior.* Formulæ decernendi hæ fuere: PLACERE SENATVI, SENATVM VELLE, ET AEQVVM CENSERE, SENATVM EXISTIMARE, ARBITRARI, SENATVI VIDERI. Primis etiam Senatuſconſultorum, quæ libera Rep. fiebant, verſibus poni ſolebant nomina eorum, qui ad ea conſcribenda adhibiti erant, qua in re uſu recepta erant verba hæc, SCRIBENDO AFFVERE. Etiam veteribus Senatuſconſultis, ut Valer. Max. lib. II. cap. II. auctor eſt, T litera ſubſcribi ſolebat, eaque nota ſignificabatur, etiam Tribunos ita cenſuiſſe, at quotieſcunque SCta interceſſionibus impediebantur, auctoritate perſcribi ſolebant. Auctoritatum perſcribendarum rationem Dio explicat lib. LV. *Briſſon.*

2 *Militiæ.*] In bello.

3 *Tanta negotia ſuſtinuiſſet.*] Eodem modo dixit in bello Jugurthino: *Quantum negotii ſuſtineam.* Et Horatius illo verſu:

Cum tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus.

Hic tamen videtur Salluſtius, *Suſtinere*, uſurpaſſe, pro gerere, patrare. Ut in Bello Jug. *At non perinde habeantur, ut eorum, qui ea ſuſtineant, virtus eſt.* Urſin.

4 *Parva manu.*] Parvo exercitu.

5 *Legionibus.*] Vide ſupra p. 85. 86.

1 *For-*

gesta cum opulentis regibus: ad hoc, sæpe [1] fortunæ violentiam toleraſſe: facundia Græcos, gloria belli [2] Gallos ante Romanos fuiſſe. Ac mihi, multa [3] agitanti, conſtabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patraviſſe; eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas ſuperaret. Sed, poſtquam luxu, atque [4] deſidia civitas corrupta eſt; rurſus reſp. magnitudine ſua imperatorum, atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat; [5] ac, ſicuti effœta parentum, multis tempeſtatibus haud ſane quiſ-

1 *Fortunæ violentiam toleraſſe.*] Ut adverſus Pyrrhum, adverſus Gallos, & maxime adverſus Annibalem. *Zanch. Fortunæ violentiam.*] Polyb. lib. III. *Quippe Romani, qua publice, qua privatim, tum maxime ſunt terribiles, quando præſenti alicujus periculi metu acri terrentur.* Florus quoque hanc animi magnitudinem ſummam Romanis tribuit libro I. cap. 13. ubi de adverſis eorum rebus ſic loquitur: *Quod tempus populo Rom. neſcio utrum clade funeſtius fuerit, an virtutum experimentis ſpecioſius. Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, ſcire volentibus immortalibus Diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.* Item lib. II. cap. 11. *Hic paululum circumacta fortuna eſt: tantum ut plura eſſent Romanæ virtutis inſignia, cujus fere magnitudo calamitatibus approbatur.* Graſw.

2 *Gallos.*] Quia, ut Iuſtinus dicit, olim in Africa & Aſia nullum bellum ſine Gallo milite feliciter gerebatur. *Bud. Gallos ante Romanos fuiſſe.*] Livius lib. XLIII. etiam aliquanto clarius: *Non me præterit, Milites, omnium, quæ Aſiam incolunt, gentium, Gallos fama belli præſtare, inter mitiſſimum hominum genus ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit. procera corpora, promiſſæ & rutilæ comæ; vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta, in patrium quendam morem, horrendus armorum crepitus, omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Quin Lucanus etiam I. VIII. & reliquis ſeptentrionalium partium populis belli gloriam tribuit:

Omnis in Arctois populus quicunque pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & Martis amator.

Idem.

3 *Agitanti.*] Cogitanti.

4 *Deſidia.*] Inertia. Nam deſes dicitur qui à labore deſiſtit. *Vall.*

5 *Ac ſicuti effœta parentum.*] Alias *parente.* Senſus enim hic eſt: neminem multis temporibus Romæ virtute præſtantem & egregium extitiſſe civem, tanquam jam exhauſta viribus urbe Roma, quæ eſt quaſi parens civium Romanorum. eſt enim ducta tranſlatio à fœminis, quæ continuo partu, aut ægro ventre non amplius pariunt. *Zanchius. Sicut effœta parentum.*] Hæc eſt concors lectio omnium Mſſ. niſi quod Palatinus decimus, *ſi effœta parentum.* Dictum autem eodem modo, quo infra in Bello Jugurth.: *loca nuda gignentium.* Grut. *Ac ſicuti effœta parentum.*] Locus in hunc diem fruſtra tentatus, & intellectus nemini. Nos quoque diu in eo operam luſimus. ſed quod peccavit prior editio obſervationum, poſterior correxit, monſtravitque τὸ *effœta* reſpectum habere ad *virtute*, & in illa hanc vocem ſubaudiendam, & quaſi bis poſita eſſet, accipiendam. Et quaſi illa virtus, quæ in parentibus & majoribus illuſtrium domorum fuit, laſ-

quiſquam Romæ virtute magnus fuit. ſed, memoria mea, ingenti virtute diverſis moribus fuere viri duo, M. [1] Cato, & C. [2] Cæſar: quos, quoniam res obtulerat, ſilentio præterire non fuit conſilium, quin utriuſque naturam, & mo-
54 res, quantum ingenio poſſem, [3] aperirem. Igitur his [4] genus, [5] ætas, * eloquentia prope æqualia fuere: magnitudo

ſata & effæta provenire ac propagari deſiiſſet, longo tempore nemo appa ruit eadem, qua majores, virtute magnus. *Gronovius.*

1 *Cato.*] Virtutis rigidæ ſingulare exemplar: unde & virtutis exactos ſatellites Catones appellavit antiquitas; hinc Juvenalis:

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Hinc & Dionyſius ille, quiſquis eſt, qui diſticha conſcripſit, Catonis egregii morum Cenſoris ſibi nomen aſſumpſit, ut à tanto viro carmina ſua lucem acciperent. Cujus alioquin nemo antiquorum, quod ſciam, meminit niſi Vindicianus in epiſt. ad Imp. Valentinianum. Vide *Scalig.*

2 *Cæſar.*] Scipionem Africanum priorem primum Cæſarem vocatum tradidere, quod excitus utero matris fuerit. Sed hoc falſum eſt. nam ante bellum Samniticum Claudius quidam Cæſar extitit. Falſa etiam nominis ratio: nec enim Cæſar, à cæſo utero dictus: Id de Cæſone potius verum eſſet. Sed Cæſar antiqua vox Latina, qua τὴν κεφαλὴν significat, unde Cæſaries, vel Cæſaria κόμη κεκαρῶσθαι. *Salmaſ.* Appoſite hic Feſtus: *Cæſar, quod eſt cognomen Iuliorum, à Cæſarie dictus eſt, quia ſcilicet cum Cæſarie natus eſt.* Ab occiſo Elephanto, qui Cæſar Maurorum lingua appellatur, tanquam aciei perruptor كشر id eſt, *caſſara*, enim Arabibus perrumpere) deducere, nimis longe petitum eſt.

3 *Aperirem.*] Patefacerem.

4 *Genus.*] Catonis genus principium dignitatis & gloriæ ſumpſit à proavo Catone, in primis claro, magnæque auctoritatis. Plutarch. *Cæſaris vero genus fuit ex Venere. nam Venus ex Anchiſa genuit Æneam, patrem Iuli Aſcanii, à quo gens Julia ducitur.* Unde Suetonius Cæſarem ipſum in laudatione amitæ ſuæ, hæc dixiſſe ait: *Nam ab Ancо Martio ſunt Martii reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulii, cujus gentis familia eſt noſtra.* Zanch. *Genus.*] Cæſar ad Iulum Æneæ filium genus ſuum referebat. Virg. Æn. lib 1.

Naſcetur pulchra Trojanus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris:
Julius à magno demiſſum nomen Iulo.

Eutropius autem, item Dionyſius Ant. lib. 1. ſcribunt, Julios dictos eſſe à Julo Aſcanii filio. ſed quo pacto, & quando Julia gens Alba Romam tranſlata fuerit, docet idem Ant. lib. 3. At Cato pronepos fuit M. Porcii Catonis Cenſorii, qui ortu Tuſculanus fuit. Vide Gellium lib. 13. cap. 19. Plinium libro 7. cap. 14. Cornelium Tac. libro 13. Ciceronem libro 2. de Legibus. Æmilium Probum, Plutarchum in utriuſque vita, & Meſſalam Corvinum in libello ad Cæſarem Auguſtum. *Idem.*

5 *Ætas.*] Plutarchus, Appianus & Tranquillus ſcribunt, Cæſarem quinquageſimo ſexto ætatis anno occiſum fuiſſe. quod ſi ita eſt, Cicerone conſule Cæſar trigeſimum ſeptimum agebat annum. Nam Cicero conſul fuit anno ab Urbe condita ſexcenteſimo nonageſimo: Cæſar vero interfectus eſt anno ſeptingenteſimo nono. verum ſi Cæſar quinquageſimo ſexto ætatis anno periit, neceſſe, ante legitimum tempus conſul fuerit. tempus enim legitimum petendi

tudo animi par, item gloria, ſed alia alii. Cæſar beneficiis, ac [1] munificentia magnus habebatur; [2] integritate vitæ Cato. Ille manſuetudine, & [3] miſericordia clarus factus: huic ſeve-

petendi conſulatum, erat annus quadrageſimus tertius: quod patet, tum ex Ciceroné Phil. 5. tum etiam ex annorum numero à natali die Ciceronis ad conſulatum: quem ſuo ſe anno aſſecutum eſſe ſcribit ipſe Oratione ſecunda contra Rullum. conſtat enim ex Gellio, Ciceronem Serrano & Cœpione conſulibus anno ab Urbe condita 647. ante diem tertium Non. Ian. natum eſſe. patet igitur, Cæſarem ante tempus legibus conſtitutum conſulem fuiſſe. quod affirmat etiam Appianus Bellorum civilium lib. 3. verum is pugnantia loquitur. ſi enim, cum interfectus eſt, 56. annos habebat Cæſar, ἀδυνάτον eſt, ut decem annis ante legitimum tempus conſul fuerit. quod ſi quis annos computaverit, facile cognoſcet. geſſit enim conſulatum Cæſar anno Urbis conditæ 694. hæc adnotare libuit, ne quis ex Cæſaris conſulatu ætatis conjecturam faceret. nam legibus ſolutus eſt. Cæſar igitur Cicerone conſule 37. annos natus erat, Cato vero plus minus 32. anno enim ab Urbe condita 707. Cato ſibi mortem Uticæ conſcivit, annos natus vel 48. ut vult Plutarchus, vel 49. ut Livius, vel ut Appianus circiter quinquaginta. *Caſt.*

* *Eloquentia.*] Ambo enim fuerunt eloquentes. Quintil. l. 11. c. 1. Catonem eloquentem Senatorem fuiſſe dicit. Idem libro 10. de Cæſare ita inquit: *C. vero Cæſar, ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira ſermonis, cujus proprie ſtudioſus fuit, elegantia.* Cicero ad Brutum oratores enumerans negat, ſe videre, cui Cæſar debeat cedere: aitque eum elegantem, ſplendidam quoque ac magnificam ac generoſam quodammodo rationem dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcripſit: *Quid? oratorum, quem huic anteponas eorum, qui nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior aut uberior? quis verbis aut ornatior aut elegantior?* Vide quoque Tacitum in Dialogo de Oratore. *Zanch.*

1 *Munificentia.*] Largiendo. de liberalitate ipſius hæc refert Tranq. in Dictatore: *Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras: trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diviſit, & hoc amplius centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ uſque ad bina millia nummûm, in Italia, non ultra 500. ſeſtertios remiſit: dedit epulum, & viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia.* Idem.

2 *Integritate vitæ.*] Cicero pro domo ſua: *Bello gerendo M. Catonem præfeciſti, dices, quem virum? Sanctiſſimum, prudentiſſimum, fortiſſimum, amiciſſimum reip., virtute, conſilio, ratione vitæ mirabili ad laudem, & prope ſingulari.* Item pro Muræna: *In M. Catone hæc quæ videmus divina & egregia ipſius ſcitote eſſe propria: quæ nonnunquam requirimus, ea ſunt omnia non à natura, ſed à Magiſtro. fuit enim quidam ſummo ingenio vir, Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur.* Hujus ſententiæ ſunt & præcepta ejuſmodi: ſapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujuſquam delicto ignoſcere, neminem miſericordem eſſe, niſi ſtultum & levem: viri non eſſe neque exorari, neque placari. *Cic.* Severitatem hanc à Stoicorum diſciplina acceptam, ut nimiam culpat Cicero: cum quo facit & Seneca Controv. XII. cum ait: *Nemo ſine vitio eſt. in Catone moderatio, in Cicerone conſtantia deſideratur.* Graſw.

3 *Miſericordia.*] Quia ſecundum

ſeveritas dignitatem addiderat. Cæſar, dando, ſublevando, ignoſcendo; Cato, nihil largiendo, gloriam adeptus eſt. in altero miſeris perfugium erat; in altero malis pernicies. illius [1] facilitas, hujus [2] conſtantia laudabatur. poſtremo Cæſar [3] in animum induxerat, laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, ſua negligere; nihil denegare, quod dono dignum eſſet; [4] ſibi magnum imperium, exercitum, [5] bellum novum exoptabat, ubi virtus [6] enitescere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiæ, [7] decoris, ſed maxume ſeveritatis erat. Non divitiis cum divite, neque factione

Plinium erat uſque ad pœnitudinem clemens, illis enim pepercit, à quibus poſtea interfectus eſt: unde inter funebres ludos de eo cantatum dicit Suetonius, ex Pacuvii armorum judicio: *Men' ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent?* Badius.

1 *Facilitas.*] Nam Cæſar facilis erat ad ignoſcendum, ex hoc enim apparet, quam facilis fuerit: quia cum potitus fuiſſet rerum, cunctis adverſarum partium in Italiam redire permiſit, magiſtratuſque & imperia capere. Lege Dionem ſub finem lib. 42. *Zanch.*

2 *Conſtantia.*] Val. Max. lib. 2. cap. 3. *Hic*, inquit, *ſpiritus ne quidem Catonis pueritiæ defuit, nam cum in domo M. Druſi avunculi ſui educaretur, & ad eum Tribunum tunc plebis, Latini de civitate impetranda convenissent, à Q. Popedio Latinorum principe, Druſi autem hoſpite rogatus, ut ſocios apud avunculum adjuvaret, conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. iterum, deinde & ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Tunc Popedius in excelſam ædium partem elevatum, abjecturum ſe inde eum, niſi precibus obtemperaret, minatus eſt: nec hac re ab incœpto moveri potuit. expreſſa eſt itaque vox illa hominum: Gratulentur nobis Latini & ſocii, hunc eſſe puerum, quo ſenatore ne ſperare quidem nobis civitatem licuiſſet.* hoc & multa alia conſtantiæ Catonis exempla apud Plutarchum leges. *Idem.*

3 *In animum induxerat.*] Inducere animum, & inducere in animum cum infinitivo, eſt putare, arbitrari, velle, perſuadere. *Idem.*

4 *Ubi magnum imperium, exercitum.*] Quod autem Cæſar magni imperii ac novi exercitus cupidus fuerit, facta ipſius declarant. nam cum eſſet quæſtor in Hiſpania, atque juſſu pop. Romani jure dicundo conventus circuiret, Gadeſque veniſſet, ac ibi in Herculis templo magni Alexandri imaginem animadvertiſſet, ingemuiſſe fertur, & ſtatim miſſionem efflagitaſſe, ad captandas quamprimum majorum rerum occaſiones. *Idem.*

5 *Novum bellum exoptabat.*] Quod tandem obtinuit. nam poſt conſulatum ſocero, generoque ſuffragantibus, ex omni provinciarum copia, Gallias potiſſimum elegit: cujus emolumento & opportunitate idonea eſſet materia triumphorum. & initio quidem Galliam Ciſalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum Comatam quoque, veritis patribus, ſi negaſſent, quod populus & hanc daret: quo gaudio elatus non temperavit, quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret invitis ac gementibus adverſariis ſe adeptum eſſe, quod concupiſſet. Tranquillus. *Idem.*

6 *Enitescere.*] Id eſt, effulgere cum gloria.

7 *Decoris.*] Seu honorum.

1 *Abſti-*

factione cum factioso; sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente [1] abstinentia certabat; esse, quam videri, bonus malebat; ita, [2] quo minus gloriam petebat, eo magis illum adsequebatur. Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam [3] discessit; consul optumum factu ratus, noctem, quae instabat, [4] antecapere, ne quid eo spatio novaretur, [5] triumviros, [6] quae ad supplicium postulabat, 55

1 *Abstinentia.*] Quam autem Cato abstinens fuerit testis fuit Epirus, Achaia, Cyclades insulae, maxuma pars Asiae provinciae, Cyprus: unde cum pecuniae deportandae ministerium sustineret, tam aversum animum ab omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima utriusque intemperantiae materia versatus. nam & regiae divitiae potestate ipsius continebantur, & fertilissimae deliciarum totius Graeciae urbes, necessaria totius navigationis diverticula erant: atque Munatius Rufius Cypriacae expeditionis fidus comes, scriptis suis signat, (cujus testimonium non amplector, proprio enim argumento laus ista nititur) quod ex eodem naturae utero & continentia nata est & Cato. haec ex Val. Max. Plut. & in ipsius vita ait: Ab rege Deiotaro, ut filios & filiam suam eidem commendaret, vocatus, cum ipse Rex dona egregia protulisset, usque adeo super ea re commotus est, ut cum vespere ad eum venisset, postridie circiter horam tertiam abiret: & in itinere, cum ei majora dona misisset, epistola ipsum rogavit, uti si ea dona capere nollet, amicis saltem habere sineret. sed nec ipse accipere voluit, nec amicos capere permisit, affirmans, omnem largitionem velamen honestatis facile reperire posse: amicos vero ejus habituros ex iis, quae ipse juste possideat. *Zanch.*

2 *Quo minus gloriam petebat.*] Contra loquitur Seneca de Constant. Sap. c. 1. *Nuper cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas (sicut es iniquitatis impatiens) quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios & Caesares surgentem infra Vatinios posuisset.*

3 *Discessit.*] *Discedere in sententiam*, est alterius sententiam approbare. Antiquorum enim mos fuit, cum in tanto senatorum numero, longum foret, singulorum sententias audire, ut illi tantum, qui caeteros dignitate antecellebant, sententiam dicerent. Deinde duabus tribusve dictis sententiis, reliqui ad eos, quorum judicio sententias approbabant, transibant. Vide Gell. lib. III. Noct. Att. cap. XVIII.

4 *Antecapere.*] Praevenire, anticipare.

5 *Triumviros.*] Triumviros, scilicet capitales: qui, postquam Curius Dentatus de Samnitibus triumphavit, tunc primum Romae creati sunt, qui de criminibus pariter cognoscerent: & in facinorosos, si quid scelere ac perfidia deliquissent, animadverterent: qui vigilias per urbem disponere, & ne qui nocturni coetus fierent, observare, neu qui militares novarum rerum cupidi hostilia auderent, prospicere debebant, quae posterioribus temporibus ad praefectum vigilum translata sunt: his quoque, ut carceribus latomiarum interior cura ageretur, carcerisque custodiam haberent, utque destinatis fasces, securis, & supplicii instrumenta omnia praesto forent, cura procuratioque impendebat, ut cum in reos animadverti oporteret, ipso interventu fieret. *Zanch.*

6 *Ad supplicium postulabat.*] In Ms. quodam Palatino habetur: *Triumviros, quae ad supplicium sumendum postulabat, parare jubet.* Grut.

ſtulabat, parare jubet: ipſe, præſidiis diſpoſitis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per prætores. Eſt in carcere locus, quod [1] Tullianum appellatur, ubi paululum eſcenderis ad [2] lævam, circiter XII. pedes humi depreſſus. eum muniunt undique parietes, atque inſuper [3] camera lapideis fornicibus * vincta: ſed incultu, tenebris, odore

1 *Tullianum appellatur.*] Carcerem Tullianum, cujus auctor Ancus rex, in capite fori ſub Capitolio ſitum fuiſſe ſic innuit Cicero: *cum de foro currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent.* Et Livius, *Fecit carcerem media urbe imminentem foro ad terrorem creſcentis audaciæ.* Quod Vitruvii præceptis conſentaneum eſt, qui ait ærarium, carcerem, curiam foro eſſe conjungendam. Unde autem carcer, & unde Tullianum diceretur, docent Varronis hæc verba: *Carcer à coërcendo, quod exire prohibentur: in hoc pars, quæ ſub terra, Tullianum: ideo, quod additum à Tullo Rege, quod Syracuſis, ubi hæc de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiæ, & de Latomia tranſlatum.* Latomias vero, de quibus Varro meminit, Cic. in Verrem ſic deſcribit: *Latomias Syracuſanas omnes audiſtis, plerique noſtis: opus eſt ingens, magnificum regum ac tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſum, & multorum operis penitus exciſum. Nihil tam clauſum ad exitus: nihil tam ſeptum undique: nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt.* Extat autem etiam nunc camera non abſimilis ei, quam à Cicerone deſcriptam attulimus, ad cujus lævam per gradus in Tullianum erat deſcenſus, extatque ibi in fronte titulus ſequens: C. VIBIVS. C. FILIVS. RVFINVS. M. COCCEIVS M. F. NERVA. COS. EX SC. Ex quo conficimus hunc carcerem poſt Anci & Tulli Regum tempora inſtauratum, ampliatumque fuiſſe. Eſt autem hodie D. Petro cognomento in carcere dicatus. *Marlian.*

2 *Lævam.*] Id eſt, ſiniſtram partem.

3 *Camera.*] Cameras appellarunt ſola culmina arcuata, ſive ex lapide, ſive ex contignatione facta eſſent. Vitruvius lib. v cap. x.: *concamerationes vero, ſi ex ſtructura factæ fuerint, erunt utiliores: ſin autem contignationes fuerint, figlinum opus ſubjiciatur.* Vocat ſtructuram, quod ex lapide ſtructum eſt. Sic apud Hirtium de Bello Alexandrino: *incendio fere tuta eſt Alexandria, quod ſine contignatione ac materia ſunt ædificia, & ſtructuræ, atque fornicibus contignentur.* Lacunaria autem proprie erant, quæ lacubus quadratis diſtincta erant. Et hæc lacunaria vel laquearia tabulis tecta erant, quæ Vitruvius à cameris diſtinguit, cum dicit: *tunc autem machinis comparatis camerarum diſpoſitiones in conclavibus expediantur, niſi lacunaribus ea fuerint ornata.* Ubi lacunaria tecta plana tabulis laqueata, & lacubus diſtincta. *Salmaſ.* De cameris Iſidorus ita loquitur: *Cameræ ſunt volumina introrſum reſpicientia, appellatæ à curvo.* Καμπυλον enim Græcis curvum. ſed an non ſit peregrina Gallica vox dubito, cum hodieque apud noſtrates iſtud vocabulum uſurpetur. atque incurvum etiam camuſum Belgæ appellemus, quo vocabulo & uſus princeps Poëtarum Virgilius Georg. 3.

Et camuris hirtæ ſub cornibus aures.

Thyſ. Diverſa ſunt camerarum diſcrimina, quæ nos inquirere diligenter oportet, quibus lineis terminiſque præfiniantur, etenim fornix eſt, & camera, & hæmiſphærium, & arcus illi, qui ſunt harum quotæ partes. Hemiſphærium, quod mediæ pilæ ſpeciem habet, ſuapte natura ex circinatione, veſtigiis, ichnographia circulari provenit: camera quadratis

odore fœda atque terribilis ejus facies. In eum locum poſtquam demiſſus Lentulus, [1] vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo [2] gulam fregêre. Ita ille patricius, ex gente clariſſima [3] Corneliorum, qui [4] conſulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factiſque

quadratis areis convenit, ſicuti fornices quadrangularibus. Fornix excavati montis ſimilitudinem refert: eſt enim in arcum flexa & protenſa curvitas. Imaginemur parietem amplum, qui à ſummo ſinuetur, & flectatur per porticus latitudinem tranſverſam: camera vero arcum refert à meridie in ſeptentrionem ſe flectentem, qui & alium habeat tranſverſum ab oriente in occaſum; cornua enim flexa, præter hemiſphærium eſt concurſus multorum arcuum æqualium in centrum medii culminis: ſunt & plura curvationum genera, alia delumbata ad circinum, vel quæ lunulata vocantur, & ſi quo alio modo teſtudinata ſint, quæ multorum angulorum figuras oſtendunt, quorum omnium incurvandorum ratio una eſt. *Barbarus in Vitruvium.*

* *Vincta.*] Aliter *juncta.* ac ſi dixiſſet: eum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus conſtructa. *Caſt.*

1 *Vindices rerum capitalium.*] Ita potius legendum, non *judices.* Rivius exponit *Judices rerum capitalium*, pro Triumviri capitales: quæ quidem expoſitio non admodum mihi placet. nonne conſentaneum eſt, quod Triumviri, quamvis pararent quæ ad ſupplicium pertinerent, ut ipſi poſtea id tam leviſſimum munus exercerent, ſcilicet ut cujuſpiam laqueo vitam finirent? & quod id affirmem, facit Plutarchus in Ciceronis vita, qui ſic ait: *Forum egreſſus conſul, cum ad carcerem ventum eſſet, tradit lictori Lentulum, eumque ſtrangulari juſſit:* hocque pacto intelligemus judices vel vindices, id eſt, lictores: quorum munus hoc erat, ut morte damnatos ſtrangularent, vel alio quodam genere mortis afficerent. *Zanch.*

2 *Gulam fregêre.*] *Frangere* hic eſt ſuffocare. neque enim gula frangitur, ſed ſpiritus intercipitur. Gulam οἰσοφάγον Græci dicunt. Eſt autem intra collum, cui comes arteria jungitur. *Ariſtot. l. 1. de Animal. c. 16.*

3 *Corneliorum.*] Ampliſſima omniumque gentium nobiliſſima Cornelia ab antiquis eſt habita, & quidem jure ac merito. ſive enim dignitatem ſpectes familiarum, ſive etiam præclara in remp. merita, rerumque geſtarum magnitudinem conſideres, omnes certe omnium gentium virtutes, præclariſſimæ hujus gentis ſplendore intereunt & obſcurantur. ac de origine quidem gentis nihil mihi quamvis diligentiſſime inveſtiganti occurrit. familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginenſium eſt, altera Scipionum, Rufinorum tertia, poſtrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & ſi qui ſunt alii, plebeios potius quam patricios crediderim. Qua equidem in re veterum auctorum diligentiam requiro, qui cum in aliis, tum in Corneliis nobis deſcribendis valde mihi videntur errare. &, ut omittam Florum, Eutropium, Oroſium. Plinius certe antiquitatum auctor cæteroquin bonus & diligens, hac in re quam maxime lapſus videtur cap. 3. libri vigeſimi. *Strein.*

4 *Conſulare imperium Romæ habuerat.*] Vellejus Paterculus libro 2. *Lentulus conſularis & prætor iterum.* Vall. Lentulus cum propter malos ipſius mores ſenatu ejectus fuiſſet, ei neceſſe fuit, ut iterum præturæ magiſtratum gereret, ſi ſenatoriam dignitatem recuperare voluit. Plutarch. in Ciceronis

que ſuis exitum vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario eodem modo ſupplicium ſumtum eſt.

56 Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipſe adduxerat, & Mallius habuerat, [1] duas legiones inſtituit; [2] cohortes [3] pro numero militum complet, dein [4] uti quiſque voluntarius, aut ex ſociis in caſtra venerat, æqualiter diſtribuerat; ac brevi ſpatio legiones numero hominum expleverat; cum initio non amplius duobus millibus habuiſſet. Sed [5] ex omni copia circiter pars quarta erat [6] militaribus armis inſtructa; ceteri, uti quemque caſus armaverat, [7] ſparos, aut * lanceas, alii præacutas ſudes

vita: *Cæterum*, inquit, *ex iis, qui à Catilina imbuti Romæ ſupererant, Cornelius Lentulus Sura, vir claro genere ortus, ſed qui luxui deditus nuper ob molliciem è Senatu fuerat ejectus, cæteros convenire, audaciam ſpemque cœpit præbere. Hic tum erat prætor: ſed ut mos oppreſſorum eſt, ut meliora exoptent, ad cæteras ſenatoris dignitates mentem adjecerat.* Zanch.

1 *Duas legiones.*] Vide ſupra pag. 85. 86.

2 *Cohortes.*] Et eſt cohors, auctore Varrone libro de Lingua Latina, quod, ut in villa, ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum: ſic his ex manipulis pluribus copulatur cohors, quæ in villa dicta, quod circa eum locum coërcetur. tametſi cohortem in villa Hyſicrates dicit eſſe Græce cohortem apud Poëtas dictam. *Zanch.* Vide pag. 177.

3 *Pro numero militum.*] Unaquæque cohors quingentos quinquaginta quinque continet pedites, equites ſexaginta ſex, excepta prima, quæ reliquas numero militum & dignitate præcedit, pedites mille centum quinque, equites loricatos, centum triginta duos, & appellatur cohors milliaria, inquit *Vegetius* lib. II. cap. VI.

4 *Ut quiſque voluntarius.*] In ſcripto noſtro legitur: *ut quiſque voluntarius ex agris in caſtra venerat.* Putſchius.

5 *Ex omni copia.*] Ex viginti millibus. tantam enim copiam militum habebat Catilina: hinc Appianus lib. II. Bell. civil. *Jam Catilina*, inquit, *ad viginti millia circa ſe habebat, quarum quartam partem armaverat.* Benn.

6 *Militaribus armis inſtructa.*] Quo genere armorum uſi ſint antiqui, Vegetius lib. I. docet: *Ab urbe*, inquit, *condita uſque ad tempus divi Gratiani, & cataphractis & galeis muniebatur pedeſtris exercitus: ſed cum campeſtris exercitatio, interveniente negligentia deſidiaque, ceſſaret, gravia videri arma cœperunt, quæ rari milites induebant: ſagittarii inſuper ſiniſtra brachia manicis muniebant, pedites ſcutati præter cataphractas & galeas, etiam ocreas ferreas in dextris cruribus cogebantur accipere: & miſſilia, quibus utebatur pedeſtris exercitus, pila vocabantur, ferro ſubtili trigono præfixa novem unciarum, ſive pedali, quæ in ſcuto fixa non poſſint abſcindi.* Zanch.

7 *Sparos.*] Alii Codices *ſpathas* habent. Sed illud verius eſt. A. Gellius libro X. cap. XXV. eadem tela conjunxit. *Coler. Sparos.*] *Sparus eſt* (inquit Servius) *ruſticum telum, in modum pedis curvum.* Feſtus autem aſſerit, *ſpara* minimi generis jacula eſſe, à ſpargendo dicta. & ſane *ſparus* & *ſparum* idem eſt, ut teſtatur Nonius. *Caſt. Sparus.*] Alibi *ſparum* Gallicum eſſe vocabulum docet Feſtus,

[1] fudes portabant. Sed poſtquam Antonius cum exercitu adventabat. Catilina per montis iter facere; modo ad urbem, modo in Galliam verſus caſtra movere; hoſtibus occaſionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias ſe habiturum, ſi Romæ ſocii incepta [2] patraviſſent. Interea ſervitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus conjurationis fretus; ſimul alienum ſuis [3] rationibus exiſtimans, videri cauſſam civium cum [4] ſervis fugitivis communicaſſe. Sed, poſt- 57
quam

ſtus, cum dicit; *Rumex genus teli ſimile ſpari Gallici, cujus meminit Lucilius:*

Tum ſpara, tum rumices, portantur tragula porro.

Item Virgilius:

Agreſteſque manus armat ſparus.

Ubi *ſparus* videtur ſudem denotare nos hodie *een Sparre* appellamus. Nam Nonius ſuperiori Salluſtii loco inductus, videtur negare eſſe telum bello proprie aptum. ait enim: *Sparus, lancea, tela ſunt non bellica.* Si tamen pro militari telo vel lancea libet accipere, accommodabimus huc illud Siſennæ ex tertio Hiſtoriarum: *ſparis ac lanceis eminus peterent hoſtem.* Atque ita *ſparus* noſtratium erit, Germanorumque *een Speer*, quod alias lanceam poſſis dicere. *Joh. Pontan.*

* *Lanceas.*] Haſta oblonga, à λόγχη derivat Feſtus. argute, haud vere. Et eſt Hiſpanica ipſa vox, ut Varro & Gellius libro XV. cap. XX. teſtantur. Vel Gallica potius, ut Diodorus. De Gallis enim ſcribit libro VI. σφοδάλλοντες λόγχας, ἃς αὐτοὶ λαγχίας καλοῦσι, id eſt, *jaciunt haſtas, quas ipſi lanceas appellant.* Vox quidem *lanceare*, quod eſt jacere, mittere, ipſis Hiſpanis Galliſque & hodie eſt in uſu. Quo vocabulo uſus quoque fuit Tertullianus adverſus Marcion. lib. III. cap. XIII. aliud eſt, ſi penes Ponticos, infantes in prælium irrumpunt, qui ante norunt lanceare quam lancinare. *Lipſ.* De Lancea quoque agit Caſaubonus in lib. IV. Strabonis. Siſenna tamen Hiſtoriarum libro III. apud Nonium in *Lancea* non Hiſpanis, non Gallis, ſed Suevis hoc vocabulum tribuit.

1 *Sudes.*] Perticas acutas. *Zanch.*

2 *Patraviſſent.*] Id eſt, effeciſſent.

3 *Rationibus.*] Id eſt, inſtitutis.

4 *Servis fugitivis.*] Servi enim, neque infantes jus militiæ habebant. Itaque cum ex eo numero Equitum, quos Deiotarus ad Julium Cæſarem miſiſſet, unus ſervus inventus eſſet: hæc ei accuſatio objiciebatur. Et hanc ægre excuſat Cicero. At vero Antonio, Octavio, Lepido Triumviris, de ſervo inter numeros deprehenſo ita ſupplicium exactum eſt, ut de rupe Capitolina dejiceretur: manumiſſione tamen prius intercedente, quo magis cum dignitate aliqua condemnatus eſſe videretur. Quinetiam, etſi ſponte ſe obtulerint non ignari ſuæ conditionis, quamquam in numeros nondum relati eſſent, capitali ſupplicio afficiendos Trajanus Plinio reſcripſit. Atque hoc jus valuit uſque ad Juſtiniani tempora, ut patet ex lib. XII. Cod. tit. XXXIII. obſervatum aliter tamen bello Punico II. *aliam formam novi delectus* (ait Livius) *inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit. Octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, priùs ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare* (*unde Volones appellati, quia ſinguli* VOLO *reſpondiſſent*) *empta publice armaverunt. Hi omnes cum ſtrenue fecciſſent, à Sempronio Graccho ſunt manumiſſi: &*

bello

quam in caſtra nuncius pervenit, Romæ conjurationem patefactam, de Lentulo, & Cethego, ceteriſque, quos ſupra memoravi, ſupplicium ſumptum: plerique quos ad bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum ſtudium illexerat, [1] dilabuntur: reliquos Catilina per montis aſperos magnis itineribus in agrum [2] Piſtorienſem abducit, [3] eo conſilio, uti per [4] tramites occulte profugeret [5] in Galliam Tranſalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus [6] in agro Piceno præſidebat, [7] ex difficultate rerum eadem illa exiſtumans, [8] quæ ſupra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ut iter ejus ex perfugis cognovit, caſtra propere movit, ac [9] ſub ipſis radicibus [10] montium conſedit,

bello confecto, pretia dominis ſoluta. Ærod. ſub tit. Qui & quand. mil. poſſ.

1 *Dilabuntur.*] In diverſas partes fugiunt.

2 *Piſtorienſem.*] Etruriæ hoc opidum dicitur *Piſtorium.* Ptolemæo vero Πιστωρία. Unde etiam nunc vulgo vocatur *Piſtoia.* Antonino videtur fuiſſe *ad Piſtores.* In tabula vero itineraria *Piſtoris* vocatur. Neſcio vero an *e* corruptum ſit in *i*, an vero pluralis numerus intelligendus ſit, *Piſtoris*, pro *Piſtoriis*; à recto caſu generis neutri *Piſtoria.* Oppidani inde dicuntur Plauto in Captivis *Piſtorienſes*, ſicuti & hic Salluſtius noſter *agrum Piſtorienſem* appellat, & Jul. quoque Obſequens libr. de prodigiis Catilinam ibi victum narrat. *Cluver.*

3 *Eo conſilio.*] Bongarſius hæc delet ex Cod. Manuſcr., neque forſan ſpernendum eſt. *Grut.*

4 *Tramites.*] Sunt loca ſaltuoſa, & virgultis obſita. Propertius:

Et ſi forte meo tramite quæris avem.

Ibi exponit Scaliger Propertii ſoſpitator ſilvam tramitem. *Coler.*

5 *In Galliam Tranſalpinam.*] Sine dubio locus hic corruptus eſt. non enim volebat Catilina in Galliam Tranſalpinam fugere, ſed in Ciſalpinam: ut infra docebimus, auctoritate maxime Ciceronis. quam rem etiam ex Salluſtii verbis percipere poſſumus. nullo enim pacto occulte per tramites perfugere potuiſſet in Galliam tranſalpinam, quæ longe ab agro Piſtorienſi diſtat: eſt enim *Piſtorium*, teſte Ptolemæo, urbs mediterranea Tuſciæ. quare vel expungenda eſt dictio illa *Tranſalpinam*, vel legendum *Ciſalpinam*, pro *Tranſalpinam*, ut Rivius in quodam manuſcripto ſe reperiſſe teſtatur. *Zanch.*

6 *In agro Piceno.*] Julius Obſequens: *C. Antonius cum in agro Piceno Catilinam deviciſſet, laureatos faſces in Provinciam tulit.* Caſſiodorus tamen in Chronico diverſus abit. ſic enim ſcribit: *M. Pupio & M. Valerio Coſſ. Catilina in Piſtoricenſi à C. Antonio bello peremptus eſt.* Coler. Vide ſupra pag. 71.

7 *Ex difficultate rerum.*] Ex anguſtiis, quibus obſitus erat Catilina. *Vall.*

8 *Quæ ſupra diximus.*] Ex gloſſemate in textum irrepſiſſe videtur.

9 *Sub ipſis radicibus.*] Id eſt, ad pedes Apennini. nam pedes, montium ſunt radices, ut ait Strabo. *Zanch.*

10 *Montium.*] Apennini. Appianus vero & Sabellicus ajunt, pugnam, de qua poſtea, commiſſam eſſe ſub Alpium radicibus, quod repugnat Salluſtio, Ciceroni, Dioni, Julio Obſequenti, & aliis. *Caſtil.*

1 *Æquio-*

Digitized by Google

dit, qua illi deſcenſus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius longe aberat, utpote qui magno exercitu locis [1] æquioribus [2] expeditos in fugam ſequeretur. Sed 58
Catilina, poſtquam videt montibus, atque copiis hoſtium ſeſe [3] clauſum, in urbe res adverſas, neque fugæ, [4] neque præſidii ullam ſpem; optumum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quam primum [5] confligere. Itaque [6] concione advocata, hujuſcemodi orationem habuit.

[7] Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem non addere; neque ex [8] ignavo ſtrenuum, neque fortem ex [9] timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujuſque animo audacia [10] natura, aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam hortere: [11] timor animi au-

1 *Æquioribus.*] Planioribus.

2 *Expeditos in fugam.*] Id eſt, paratos in fugam.

3 *Clauſum.*] Catilina undique obſeſſus erat: non poterat enim in Galliam aufugere. Metellus radices montium occupaverat: Antonius vero ab Urbe venerat. Hinc Dion Caſſius lib. xxxvii. Hiſt. Rom. Antonius autem & Metellus, Fæſulis circumſeſſis, nullam ei progrediendi copiam faciebant. *Benn.*

4 *Neque præſidii.*] Id eſt, protectionis.

5 *Confligere.*] Hinc Dion Caſſius loc. cit. Ibi demum in caſum devenire coactus, ad Antonium (diverſis enim locis Romani caſtra habebant) ſe convertit: quanquam is Metello & auctoritate præſtantior, & copiis inſtructior eſſet. Catilinam vero movebat, quod eum participem conjurationis, de victoria ſibi dedita opera conceſſurum ſperabat. *Ben.*

6 *Concione.*] *Concio* à conciendo dicta, quaſi congregata & convocata multitudo. Hinc cæteræ ſignificationes dependent. Ut cum concio pro oratione ad Populum dicitur. *Concione.*] Multitudine. *Zanch.*

7 *Compertum ego habeo.*] Oratio hæc aut revera à Catilina ad milites eſt habita, aut nimium graphice ab auctore excogitata: exprimit enim penitus animum talis hominis, in tali caſu conſtituti, ita ut animum virilem ſine felicitate & prudentia in eo cognoſcas, pluſque loquentiæ quam ſapientiæ. Nititur autem milites ſuos ex deſperatione ſalutis ad ſalutem manu quærendam inducere: quaſi dicat illud Æneid. 2.

Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Zanch.

8 *Ignavo.*] Ad corpus.

9 *Timido.*] Ad animum.

10 *Natura aut moribus.*] Duæ virtutum cauſæ apud Philoſophum: Plato, Ἥρακλεον καὶ οὐ πεφαμμένον ἦθος. *Coler.*

11 *Timor auribus officit.*] Id eſt, nocet auribus: quia, ſi cui pericula, in quibus verſetur, exponuntur, ipſe ſit magis timidus. *Zanch.*

1 *Sed*

Digitized by Google

„ mi auribus officit. [1] Sed ego vos, quo pauca monerem,
„ advocavi; simul uti causſam consilii mei aperirem. Sci-
„ tis equidem, milites, [2] socordia, atque ignavia Lentuli,
„ quantam ipsi, nobisque [3] cladem attulerit; quoque modo,
„ dum ex urbe præsidia opperior, in Galliam proficiscī
„ nequiverim. Nunc vero, quo in loco res nostræ sint,
„ [4] juxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium
„ duo, [5] unus ab urbe, [6] alter à Gallia obstant: diutius in
„ his locis esse, [7] si maxume animus ferat, frumenti atque
„ aliarum rerum egestas prohibet. Quocunque ire placet,
„ ferro iter aperiundum est. Quapropter vos moneo, uti
„ forti, atque parato animo sitis; &, cum prælium inibi-
„ tis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præter-
„ ea libertatem, atque patriam [8] in dextris vestris porta-
„ re. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: [9] commeatus
„ abunde, [10] municipia, atque [11] coloniæ patebunt. sin me-
tu ces-

1 *Sed ego vos.*] Occupatio, qua occurrebat: si nihil proficit oratio Imperatoris ad milites adhortandos, cur nos advocasti? *Vall.*

2 *Socordia.*] Vide supra p. 158.

3 *Cladem.*] Ab Agricultura desumptum est vocabulum, utpote cum res veterum Romanorum in agrorum præcipue cultu consisterent. *Clades* enim dicebatur proprie surculorum detritio, κλάω enim ramus. Sic calamitas, calamorum, strages stratarum arborum. *Scaliger.*

4 *Juxta.*] Æque, pariter.

5 *Unus ab urbe.*] Scilicet exercitus Antonii.

6 *Alter à Gallia.*] Metelli scilicet.

7 *Si animus maxime ferat.*] In manuscriptis est, *Si maxime animus ferat*, ordine vocum immutato. id, ni fallor, mollius est. *Riv. Si animus maxime ferat.*] Id est, si maxime vellemus, quia utrinque intercluſi sumus. *Zanch.*

8 *In dextris.*] Imitator Sallustii Curtius ut aliis in locis, lib. IV. ita loquitur: *In dextris vestris, jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis.* Virgil.

In manibus Mars ipse viri.

Goler.

9 *Commeatus abunde.*] *Commeatus* nomine intelliguntur præcipue, cibaria, quæ ad alimoniam exercitus pertinent, qua in significatione hoc loco dicitur. præterea *commeatus* dari dicitur, ut ait Festus, id est, tempus, qua ire quis redireque possit: à commeando, quod ultro citroque ire significat. auctor ad Herennium lib. I. *Ut ille*, inquit, *qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ intercluſissent.* aliisque in locis. *Zanch.*

10 *Municipia.*] Municipes, erant cives ex municipiis suo jure & legibus utentes, muneris tantum honorarii cum populo Romano participes, nullis necessitatibus, aut alia lege, vel fœdere astricti. *Idem.*

11 *Coloniæ.*] *Post septem annos, quam Galli ceperunt, Sutrium deducta colonia est, & post annum Setina, novemque interjectis annis Nepe: deinde interpositis duobus & triginta, Aricini in civitatem recepti.*

tu ceſſerimus, eadem illa advorſa fient; neque locus, neque amicus quiſquam teget, quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis, & illis neceſſitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis [1] ſupervacaneum eſt, pro potentia paucorum pugnare. quo audacius aggredimini, memores priſtinæ virtutis. [2] Licuit vobis cum ſumma turpitudine in exſilio ætatem agere. potuiſtis nonnulli Romæ, amiſſis bonis, alienas [3] opes exſpectare. quia illa [4] fœda, atque intoleranda [5] viris videbantur, hæc ſequi decreviſtis. Si hæc [6] relinquere vultis, [7] audacia opus eſt. [8] Nemo, niſi victor, pace bellum mutavit. Nam, in fuga ſalutem ſperare, [9] cum arma, quîs corpus tegitur, ab hoſtibus averteris; ea vero dementia eſt. Semper in prœlio

recepti. hæc Vell. Patercul. libro 1. ubi coloniarum ducendarum tempus diffuſe ponit: cœperunt poſtea & extra Italiam coloniæ duci, primaque extra Italiam colonia Carthago conducta eſt, ut idem eodem libro ſcribit. & animadvertendum eſt, plura fuiſſe genera coloniarum. namque aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum dictæ ſunt, aliæ ex utriſque; nonnullæ ex peditibus, vel equitibus, cum in agrum bello captum, ſtirpis augendæ cauſa mittebantur. *Zanch. Coloniis.*] Moris erat iis, qui coloniam ducerent, arattrum circumducere, ut Cic. teſtatur.

1 *Supervacaneum.*] Recte alibi quoque Livius dixit, ferociorem eſſe dolorem in libertate ſua vindicanda, quam cupiditatem in injuſta dominatione.

2 *Licuit vobis.*] Scribitur *nobis*, non in membranis modo, ſed & editis libris ante Pomponium Lætum, & recte, ut ſequentia indicant. *Gruter.*

3 *Opes ſpectare.*] Nempe ut Seneca Controv. VI. loquitur, orbos ſenes captare, ſuas ſpes in alienas mortes diffundere, excutere teſtamenta, ſcrutari cenſus. Quæ turpitudinis habent ſpeciem. *Graſw.*

4 *Fœda.*] Turpia.

5 *Viris.*] Id eſt, iis qui ſua ſponte virtutem habent. *Bad.*

6 *Relinquere.*] Id eſt, ab iis cœptis deſiſtere. Atqui haud ſcio, num ſatisfaciant ſtudioſo lectori. Hoc etiam apud me maxime dubium, quid hæc ſibi verba velint: *Audacia opus eſt:* ſi quidem recte expoſitum eſt, *relinquere*, id eſt, ab iis incœptis deſiſtere, quæ nullus Commentatorum attingit. Lector ipſe diſpiciat. *Glar.*

7 *Audacia opus eſt.*] Quo vi hoſtium copias, quæ nos obſident, perrumpatis: atque ita ſecure ab armis deſiſtatis. nam alioquin nunc vita veſtra ſummo verſatur periculo. *Thyſ.*

8 *Nemo, niſi victor pace bellum mutavit.*] Pacem ſi vultis, vincatis neceſſe eſt. arbitrio enim victoris pace bellum mutatur, non victi. & hoc eſt, quod ait in Jugurthino: *Omne bellum ſumi facile, cæterum ægerrime deſinere: non in ejuſdem poteſtate initium eſſe, & finem ejus: incipere, cuivis etiam ignavo licere: non deponi, niſi cum victores velint.* Caſt.

9 *Cum arma ab hoſtibus averteris.*] Hoc eſt, cum arma in aliam partem, quam adver-

„ prœlio iis maxumum eſt periculum, qui maxume ti-
„ ment: [1] audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero,
„ milites; & cum facta veſtra æſtumo: magna me ſpes vi-
„ ctoriæ tenet. Animus, ætas, [2] virtus veſtra me hortan-
„ tur: præterea [3] neceſſitudo, [4] quæ etiam timidos fortis
„ facit. nam, multitudo hoſtium ne circumvenire queat,
„ prohibent anguſtiæ loci. Quod ſi virtuti veſtræ [5] for-
„ tuna inviderit, cavete, inulti animam amittatis; neu
„ capti potius, ſicuti pecora, trucidemini, quam virorum
„ more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam
„ hoſtibus relinquatis.

59 Hæc ubi dixit; paullulum commoratus, [6] ſigna canere jubet;

adverſus hoſtem converteris, id eſt, fugeris. *Zanch.*

1 *Audacia pro muro habetur.*] Id eſt, fortitudo maximum eſt præſidium.

2 *Virtus.*] Fortitudo.

3 *Neceßitudo.*] Id eſt, neceſſitas. Appoſite Paulus Æmilius dixit, perraro nimis, bonum Imperatorem ſignis collatis decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei occaſio data eſſet. & optime Tacitus: *in rebus aſperis & tenui ſpe, fortißima quæque conſilia tutißima ſunt.* vulnera morientium ſerpentum quam maxime letalia ſunt. Et extrema conſilia ſæpe victoriam extorſerunt. Unde Livius lib. IX.: *locis*, inquit, *anguſtis militem deprehenſum, niſi quam victoria viam patefecerimus, viam nullam habemus.* & eleganter Q. Curtius, *ignaviam quoque neceßitas acuit; & ſæpe deſperatio, ſpei cauſa eſt. Neceßitudo.*] Magna certe neceſſitudo conjuratis incubuit, ubi nulla ſpes veniæ erat Efficacior autem in adverſis neceſſitas quam eſt ratio, ut Curtius alibi loquitur. *Graſw.*

4 *Quæ etiam timidos fortis.*] Quod & Ariſtides declaravit, cum Themiſtocles eum tentandi cauſſa compellavit, dicens ſtatuiſſe ſe deductis in Helleſpontum navibus pontem ſolvere, ut (inquiens) in Europa Aſiam capiamus. quod cum improbaret Ariſtides, diceretque: Nunc quidem cum barbaro luxuria diffluenti conſeruimus prælium: quod ſi in Græcia concluſerimus hominem tot viribus fretum, ac metu periculi neceſſitate compulſum, audebit omnia: & ob periculum omnibus præſto ſe offerens, quæ prolapſa contempta que erunt, corriget atque emendabit, & omnino de ſumma rerum ſanius conſilium capiet. non igitur nobis hinc pons, ô Themiſtocles, evertendus eſt: ſed alio, ſi fieri poteſt, conſtructo, homo ex Europa celeriter exigendus. Plutarch. *Zanch.*

5 *Fortuna inviderit.*] Conatur iram addere, quæ non parum ſecundum Ariſtotelem tertio Moralium, fortitudinem refert. fortes enim & hi videntur, qui ira feruntur. Idem: *Ira*, inquit, *ſubminiſtrat bilem fortitudini.* Qui autem propter hæc agunt, pugnaces quidem ſunt, & non fortes. non enim ob honeſtatem agunt, aut ut ratio præſcribit. *Bad.*

6 *Signa canere jubet.*] Unaquæque enim legio tubicines, cornicines, buccinatoreſque habebat. Tubicines ad bellum vocabant milites, & rurſum receptui canentes revocabant. Cornicines, buccinatores, erant ornamentum totius legionis in ingreſſu conflictus, & ejus

jubet; atque [1] inſtructos ordines [2] in locum æquum deducit: dein, remotis [3] omnium equis, quo [4] militibus, exæquato periculo, animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitum pro loco, atque copiis inſtruit. Nam, uti planities erat inter ſiniſtros montes & ab dextera rupes aſpera, octo [5] cohortes [6] in fronte conſtituit; *reliqua ſigna †in ſubſidiis arctius

ejus reditu: & quotieſcunque ad aliquod opus exituri ſunt ſoli milites, tubicines canunt, & ſoli milites ad ſigna eorum obtemperant: quotieſcunque ſigna movenda ſunt, cornicines canunt: quotieſcunque pugnatur, & tubicines, & cornicines canunt claſſicum. Vegetius. *Zanch. Signa canere.*] Fuere apud veteres tubæ, cornua, buccinæ. tubas & cornua Tyrrhenorum inventum eſſe dixit Athenæus. σάλπιγξ Græcis proprie, quæ Latinis tuba. Hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo & in ſe recurvo, ad ſimilitudinem veri cornu, vel quod olim revera ex cornu bubulo fierent, quæ poſtea ex ære facta ſunt. Ovid.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Formam autem oblongam & directam & concavam Latini tubum dixerunt, à Græco τύπος, atque hinc tuba. Unde forma in aquæ ductibus, pro tuba. *Salmaſ.* Vocantur & tubicines æneatores. Romæ autem & in caſtris longe diverſiſſimus tubæ & cornu uſus, vel æneatorum & Cornicinum. Romæ æneatores comitia tributa convocabant, Cornicines centuriata. In caſtris ad tubicinem milites tantum movebantur, ad Cornicinem etiam ſigna. Et cum in militem animadvertebatur, extra portam decumanam, ut & Romæ exercitus, ſeu comitia centuriata convocabant, cum in caput civis Romani animadvertebatur, deducebaturque reus per Eſquilinam portam. Unde claſſicum dictum, quod non niſi claſſes & exercitus per cornua evocarentur. Gloſſarium, *Claſſicarii* σαλπιγκταί, *qui ſunt cornicines & tubicines.* Latini quoque vocant buccinatores. *Scal.*

1 *Inſtructos ordines.*] Scilicet totius aciei. hoc eſt, centuriones, primipilos, qui aquilæ præerant. Item primum & ſecundum haſtatum, & alios centuriones. nam in unaquaque legione erant centuriones quinquaginta quinque. *Zanch.*

2 *In locum æquum.*] Planum.

3 *Omnium equis.*] Id enim Catilina ex militari Romanorum diſciplina fecit; nam in conflictu equites, peditum ordinibus periclitantibus opem ferre ſolebant, relictis equis. *Zanch.*

4 *Militibus.*] Eſt & in quibuſdam, *Quo peditibus:* velut in Veneto, Argentoratenſi, & aliis pleriſque. Nos hoc in medio relinquemus. *Riv.*

5 *Cohortes.*] Ex manipulis conficitur cohors. Ea vox Græcanica, quod clauſum vel ſeptum in anteriore domo vel villa χόρτον illi dixerunt. Latini cohortem vel chortem. nam & ſic ſcribebant. Martialis *raucæ cohortis aves* inde dixit. Cohors autem habuit tres manipulos, Haſtatos, Principes, Triarios; adde & Velites, qui manipulos ſolebant comitari. Fuit igitur juſta & plena cohors legionaria homines 420. ſi pleniores manipuli & legiones, plenior & ipſa; & inde cohortes quingenarias & ſexcenarias legimus. Græci cohortem vulgo vocant σπεῖρον, ut & Ennius uſurpavit. Suidas *ſpiras* interpretatur numeros. Cohortes in legionibus omnes erant numero æquales, quia & manipuli tales. Sed quia primæ dignitas aliqua attribuitur, id non à numero, ſed à ſplendore & primatu fuit, quod primi in ea centuriones generis cujuſque, & forſan flos aliquis & electio virorum. *Lipſius.*

6 *In fronte.*] Frons in exercitu dici-

arctius collocat. Ab his [1] centuriones omnis lectos & [2] evocatos, præterea ex gregariis militibus [3] optumum quemque armatum in primam [4] aciem ſubducit. C. Manlium in dextra,

tur, quæ adverſum hoſtem ſpectat. Livius lib. 1. ab Urbe condita, & Vegetius de Re militari lib. 3. *Caſt.*

* *Reliqua ſigna.*] Auctore Vegetio libro de Re militari ſecundo: *Tria Romani in exercitu ſignorum genera habebant: Aquilam, dracones, & vexilla. Aquila, totius legionis ſignum eſt, quam portat Aquilifer. Dracones, ſunt ſingularum cohortium. Legio enim in decem cohortes dividitur, quos qui ferunt, Draconarii dicuntur. Cohortes vero in centurias dividebantur, ſingulis centuriis erat ſuum vexillum: in vexillis ſingulis notatum erat, ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne qui milites à ſuo ſigno aberrarent*; quod & Dion lib. 41. declarat, *Zanch. Reliqua ſigna.*] Codices quidam habent, *reliquarum ſigna*: ut ad cohortes reliquas referatur. Vetus codex, *Reliquorum.* Glar.

† *In ſubſidiis.*] Ut ſi pedites, qui in prima acie collocati erant, retro cederent, ii ſubſidium afferrent. *Zanchius. In ſubſidiis.*] Subſidium eſt (inquit Feſtus) quod poſtponitur ad ſubveniendum laborantibus, dictum, auctore Varrone, à ſubſidendo. *Caſtil. In ſubſidiis.*] Hi ut plurimum triarii erant, & poſt primam aciem ponebantur. Hinc Veget. de Re Mil. lib. 1. cap. XVI. ubi ſcribit: *poſt omnes autem acies triarii cum ſcutis, cataphractis, & galeis, ocreati cum gladiis, ſemiſphatis plumbatis, & binis miſſilibus locabantur, qui genu poſito ſubſidebant, ut ſi prima acies vi vinceretur, ab his quaſi de integro reparata pugna, poſſet ſperari victoria.* Benn.

1 *Centuriones.*] Centuriones Conſulum juſſu aut permiſſu à tribunis electi, ex ſuo quiſque genere, ſæpe tamen virtutis cauſa è genere in genus ad honeſtiores ordines transferebantur. His aſſignabantur ordines per eoſdem tribunos. Electio Centurionum duplex: prima electione eligebantur 30. totidem altera, nempe ex quoque numero, genere, ſitu, ſeu manipulo decem. Qui primo electus, nempe primopilus, eminuit; etiam eo, quod more & jure ad conſilium militare veniret, in quod primo omnium Legati veniendi jus habebant, & tribuni; igitur parte quadam iſtis æquabatur. Interdum plerique omnes centuriones advocati in conſilium, ſed pro tempore, ac arbitrio Ducis magis, quam more. Interdum Equites admixti, digniores ſcil. militum, & Centurionibus æquandi. *Lipſ.*

2 *Evocatos.*] *Evocati* dicebantur, qui ex provinciis ſociiſque civitatibus, æquo jure & fœdere junctis, non Latini nominis, militiæ munere fungebantur: qui non milites, ſed pro militibus habebantur: auctore Servio in 8. Æneidos commentario: *Evocatio*, inquit, *militaris fiebat, cum ad diverſa loca diverſi propter cogendos mittebantur exercitus.* Evocatos autem fuiſſe honoratioris loci teſtantur Hiſtorici. Cæſar: *Erat Craſtinus evocatus in exercitu Cæſaris, qui ſuperiore anno apud eum primipilum duxerat in legione decima.* Zanch.

3 *Optimum quemque armatum in primam aciem ſubducit.*] Hunc locum Clariſſimus Lipſius in antiquitate Romana verſatiſſimus ita interpretatur lib. IV. de milit. Rom. Dial. IV. Ecce, inquit, Centuriones omnes lecti & evocati in fronte ſtatuuntur, ſed præter morem ſunt. Niſi eſſet, cur Salluſtius ſignanter narraret? Sed factum, ut robur omne illic haberet, & vi perrumperet ac laceraret. Non ergo omnes ibi de more Centuriones, imo tantum haſtatorum: ſed nec evocati omnes, duntaxat qui & ſponte vellent, aut qui manipulo pro Centurione eſſent.

4 *Aciem.*] Græcis ἀκὶς, ἀκὴ, eſt cuſpis, acies ferri. hinc acies, & quia ferro res

tra, Fæſulanum quemdam in ſiniſtra parte curare jubet, ipſe cum libertis, & [1] colonis propter [2] Aquilam adſiſtit; quam

ro res agitur in bello prò armato exercitu, cujus ordines ad pugnandum conſtituti ſunt. Livius univerſum exercitum in tres partes diſtribuit. Primam aciem haſtatos facit, id eſt, leves milites, ac ſcutatos, in eamque pubeſcentes ad militiam omnes conjicit, alteram Principes una cum ſcutatis, quos antepilanos vocabant: tertiam ex quindecim ordinibus conſtituit, quorum unuſquiſque tres partes haberet, earum unamquamque primum pilum vocabant: ex tribus vexillis conſtabat Triariorum, Rorariorum, Accenſorum, quorum rorarii inter antipilanos primo procurrebant, deinde etiam accenſi eo procedebant, ut tum denique viribus hoſtium vel exhauſtis, vel debilitatis, integri & recentes triarii pugnam capeſſerent. Polybius lib. 6. eundem fere ordinem, ſed clarius deſcribit. Legionem quadrifariam dividit, in pilarios, minimos natu, haſtatos, ætate iis proximos, principes florentiſſimis annis, & triarios maximos natu, pilanos quidem, haſtatoſque & principes millenos ducenos, triarios autem ſexcentos. Si major fiat legio, proportione partes augeri dicit, exceptis triariis, quos ſemper efficiant pares. Porro non uno ſemper modo acies inſtructa fuit, ſed diverſis, quod videre eſt tum apud Cæſarem, in ipſius Commentariis, tum apud Ælianum in libro ſingulari de inſtruenda acie, ad quos harum rerum ſtudioſum lectorem remitto. Gellius lib. 10. c. 9. aliquot vocabula militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſoleat, recenſet: qualia ſunt, frons, ſubſidia, cuneus, globus, forfices, ſerta, alæ, turres, eaque dicit inveniri in libris eorum qui de militari diſciplina ſcripſerunt. atque ea de re egit Cincius l. 6. de Re mil. citante Gellio l. 16. c. 4. *Roſin.*

illud *colonis* non ſit nauci: pro quo nonnulli codices *coloniis*, *colimis*, *conlocationis*: itaque neſcio quid de cohorte prætoria ſuſpicatur. Salmaſius probat *colonibus* ad Hiſt. Aug. & *colones* interpretatur clientes. Sed quicquid dicant, verum eſt *colonis*, quod nos quoque in membranis aliquot ſcriptum vidimus. Hi ſunt veterani Sullæ poſiti ab eo in coloniis militaribus, civili præda ſubito locupletes, & ea per luxum ac dedecus conſumpta novo motu novam proſcriptionem quærentes. Hos ita deſcribit Cicero ſecunda in Catilinam: *exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis & decoctoribus.* Et rurſus: *Tertium genus eſt ætate jam confectum, exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ille Manlius, cui nunc Catilina ſucceſſit. Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Fæſulis Sulla conſtituit, quas ego univerſas civium eſſe optimorum & fortiſſimorum virorum ſentio: Sed tamen hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque jactarunt.* Pro Muræna: *Catilinam inflatum cum ſpe militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis, circumfluentem colonorum Aretinorum & Fæſulanorum exercitu.* Gronovius.

1 *Cum libertis & colonibus.*] Sic ex Cujaciano Putſchius, & ſecutus eſt Gruterus, quia in Naz. & alio *colonibus*,

2 *Aquilam.*] Illud notabile, quod Dio ſcribit, templo parvo Aquilam impoſitam, vel, quod potius, ipſum aquilæ impoſitum. In columna Trajani quæ conſpicitur Aquila, quadratum illud, quod Aquilæ imponitur, effigiem ſacelli quadrati non male refert, vel etiam aræ. atque heic etiam licet argutari Aquilam fulguris eſſe miniſtram. Nam Jovi eam fulmen ferre fabulantur veteres. Hæc itaque inter ſigna militaria recepta & ſacrata. Quemadmodum autem fulguri, quod in terras ceciderat, eo loco, quo condebatur, ſolebat veluti ſacellum imponi vel ara in ſummo foraminata, ita etiam Aquilæ fulminis miniſtræ & ſignorum ſacratiſſimæ hujuſmodi

quam [1]bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte [2] C. Antonius, pedibus æger, quod

imponebatur ædicula, ad testandam ejus divinitatem quandam, & ad religionem sanciendam. Quod in aliis signis non fiebat, quamvis & ipsa sacrata haberentur. Fallitur autem Lipsius, qui locum Dionis de Sacello castrorum exponit, in quo signa reponebantur. *Salmas.* Signa militaria apud antiquos fuere Aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ rufæ, pinnæ. Quocunque enim hæc ferri jusserit Ductor, necesse est signum suum comitantes milites pergant. Plin. lib. 10. c. 4. etiam Lupi, Minotauri, Equi, Apri meminit, quæ singulos ordines anteibant. Factum autem postea, ut sola Aquila in acie portaretur, reliqua signa in castris relinquerentur. Donec tandem C. Marius, is qui septies consulatum gessit, in secundo consulatu, reliquis signis omnino abolitis, Aquilam proprie Romanis Legionibus dicavit.

1 *Bello Cimbrico.*] Cimbros Teutonosque è Germania veteri in Galliam transiisse bonitate agri illectos arbitror. nam illos avitarum sedium ad Germanicum mare prope Saxonas jam tædebat. Proinde facto per Chaucos & Frisios itinere trans Rhenum, in ultimis Galliarum oris ad Septentrionalem Oceanum consedere. inde per Gal liam errabundi ad Rhenum usque vene re, ibique sedes figere constituerant. Dum autem vagarentur in Gallia, conjunxerant se illis Tigurini Ambronesque Gallicæ nationes, & ipsæ regnis suis pulsæ novas sedes quæritantes. Ita que ferociores facti virium incrementis, cum terram à Romanis tanquam stipendium dari sibi postulassent, & repellerentur, contra legatos armis insurrexerunt, Sullanoque & Servilio Cæpione ac M. Manlio fugatis, castrensi præda, & quidem ingenti potiti sunt. Hos postea vicit C. Marius, partim in tractu Cottiarum Alpium ad Aquas Sextias, partim in Italia, in Campo Raudino, uti ex historiis notum est. Tacitus quoque veterem Germaniam describens: *Eundem*, inquit, *Germaniæ finum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens, veterisque famæ late vestigia manent, utraque ripa castra ac spacia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, & tam magni exitus fidem. Sexcentesimum & quadragesimum annum urbi nostræ agebat, quum primum Cimbrorum audita sunt nomina.* Etiam Ptolemæus & Pomponius Cimbrorum ac Teutonorum maritimarum nationum in descriptione Germaniæ meminerunt. Etiam eorundem, ne cæteros nominem, D. Hieronymus eodem modo in Epistola ad Gerontiam meminit. *B. Rhenanus.* Cimbri autem & Cimmerii à Gomer nomen accepisse putantur. Festus tamen ita scribit: *Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.* Quod à vero profecto non alienum videtur. *Kemper* enim nostrati lingua pugnatorem denotat. Sic & Sicambros quasi pro victoria dimicantes appellatos fuisse, Aventinus observavit. *Sych* enim nostratibus victoriam denotat, quinetiam ipsis hodieque Cimbris. Quod autem Cimbros Gallis latrones dictos affirmat, idem est, atque si dixisset, viro militares, bellatores. Ita apud Nonium Gracchus: *qui apud regem in latrocinio fuisti & stipendia acceptasti.* Itaque non in totum admittendus est Scaliger, cum dicit: *Cimbri λῃστρικὴ καὶ πολέμιοι fuerunt: sed non magis Cimber latronem significat, quam Isaurus pyratam, Ambro dissolutum ac voracem, Opicus obscœnum. Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus qui tales sunt.* Vid. Scal. in Festum. *Joh. Pontan.*

2 *C. Antonius, pedibus æger.*] Quod ipsum finxisse scribit l. 37. Dio. *Zanch.*

1 *M. Pe-*

quod prælio adeſſe nequibat, [1] M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, [2] quas tumulti cauſſa conſcripſerat, in fronte, poſt eas ceterum exercitum in ſubſidiis locat. [3] Ipſe [4] equo circumiens, unumquemque

1 *M. Petreio.*] Is eſt, (ut puto) qui poſtea legatus Pompeii in Hiſpania à Cæſare exercitu ſpoliatus eſt: ut apud Cæſarem ipſum, Dionem, & alios leges. Vir prætorius fuit, quod ſcribit Paterculus in poſteriori volumine ejus mors non uno modo refertur. Livius lib. 114. & Oroſius lib. 6 c. 16. dicunt ſe ipſum in Africa deſperatione rerum interemiſſe: Appianus autem Bellorum civilium lib. 2 & Dion lib. 43. item Seneca de Divina provid. Jubam & Petreium mutuis vulneribus concidiſſe. his adſtipulatur Hircius de Bello Africano: niſi quod ait, tantum Petreium à Juba ferro interfectum, cum deſperata ſalute inter ſe depugnaſſent. illud te monitum velim, perperam apud Livium libro 110. *C. Petreium* legi. nam Cicero, Hircius, Tranquillus, Oroſius, Eutropius & Dion, Marcum, non Caium appellant. Corrigendus eſt etiam locus in Epitome Xiphilini, ubi Πέτρειον, pro Πίσωνα ſcriptum eſt. *Caſt.*

2 *Quas tumulti cauſa.*] Sic etiam Nonius Marcellus legit. *Tumulti*, inquit, *pro tumultus.* Ennius: *Hectoris lyris, quod hoc hic clamoris? quid tumulti eſt? nomen quis uſurpat meum?* Turpilius Pædio: *Progredior foras, viſere, quid hic tumulti ante fores.* Salluſt. in Bello Catilinæ: *Ille cohortes veteranas, quas tumulti cauſa conſcripſerat, in frontem poſitas, ceterum exercitum in ſubſidio locat.* Hæc ille, apud quem multo aliter hæc periodus, quam in omnibus exemplaribus legitur. *Tumulti cauſa.*] Apud majores tria erant militiæ genera. namque aut legitima erat militia, aut conjuratio, aut evocatio. Legitima erat militia eorum, qui ſinguli jurabant pro republ. militaturos, nec diſcedebant, niſi completis ſtipendiis, & ſacramento vocabantur: aut ſi eſſet tumultus, id eſt, ſi eſſet bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus, unde nomen *tumultus* derivatum, tum ſingulos interrogare non vacabat; qui erat ducturus exercitum, ibat in Capitolium, & inde proferens duo vexilla, unum roſeum, quod pedites vocabat: & unum cæruleum, quod erat equitum, dicebat; Qui vult Rempub. ſalvam eſſe, me ſequatur. & qui conveniſſent, ſimul jurabant. & dicebatur iſta militia Cōnjuratio. Erat & tertium militiæ genus evocatio. de tumultu Virgilius:

——— *Simul omne tumultu*
Conjurat trepido Latium. ———

Cicero Philippica 8. ſcribit, bellum Gallicum aut Italicum appellari tumultum, quod in eō timor tumultus eſſet; quibus in bellis ne ſacerdotibus quidem aut ſexagenariis vacatio erat. Cum igitur bellum hujuſcemodi impendebat, tumultum eſſe decernebat Senatus, ut vacationes tollerentur. id ſignificat Cicero in Philipp. 5. cum cenſet M. Antonium, qui Brutum Mutinæ obſidebat, hoſtem patriæ judicandum. *Zanch.*

3 *Ipſe.*] Antonius. ſed me quæ poſtea ſequuntur, verba maxime movent, ita ut hic ſignificari Petreium, non Antonium putem. fuit enim Petreius homo maxime militaris, de cujus ſumma auctoritate apud milites, & mirifico uſu in re militari auctores meminerunt. Sed hæc alii viderint. *Caſt.*

4 *Ego circumiens.*] Mirum quam hîc hæſitent Commentatores, ac contraria & ſentiant, & exponant in re non admodum difficili. Ego per *ille*, Petreium, intelligo: per *Ipſe*, Antonium: quod Lector ipſe, ſimul atq; priora cum ſequentibus conferet, facile intelliget. *Glar.*

que nominans, appellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annos triginta [1] tribunus, [2] aut præfectus, [3] aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat; ea commemorando, militum animos accendebat. Sed, ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat, cohortes paulatim incedere jubet. idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum est, unde à [4] ferentariis prœlium committi posset; maxumo clamore, [5] infestis signis concurrunt; [6] pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani,

1 *Tribunus.*] Militum, scilicet. & Tribunorum militarium duo erant genera. primum eorum qui Rufuli dicebantur: hi in exercitu creari solent, quod & Livius lib. 7. Decad. 1. scribit: *Et cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipsi faciebant) sunt comitati, qui Romæ comitiis designabantur.* Jurisconsultus in titulo de Re militari sic scribit: *Officium tribunorum est, milites in castris continere, & ad exercitationem producere, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere: & equites, ordinumque ductores omnes oriente luce accedunt ad tribunorum tentoria, Tribuni ad Consulum, ille quod instat agendum tribunis edicit: tribuni equitibus, ordinumque ductoribus: hi multitudini promunt tempore opportuno.* Zanch.

2 *Aut præfectus.*] Præfectus legionis absentis legati vicem tenebat. Parebant ei tribuni hastati, pilati, centuriones, & denique totius exercitus arma. *Idem.*

3 *Aut legatus.*] Unus enim quisque consul legatum habebat, quo præcipuo consultore ac ministro consiliorum in rebus gerendis, delectuque habendo, totaque administranda provincia utebatur, quorum consilio & auctoritate vel prælia suscipiebant, vel bello abstinebant: qui etiam decreta consulum, & arcana consilia sæpissime exequebantur cum fide & cura, ut supra dictum. *Idem.*

4 *Ferentarii.*] Qui levi sunt armatura milites instructi ad bellum, ut fundis & lapidibus, ense, telis & his armis quæ feruntur, non quæ tenentur: hos Varro à ferendo etiam dictos putat; verum eodem teste equites dicti sunt ferentarii, qui eo modo habebant arma, quo feruntur, ut jaculum, ejusmodique equites pictos vidisse se inquit in Æsculapii æde vetere, & ferentarios ascriptos. Cato autem eos *referentarios* dixit, quod tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. *Valtur.*

5 *Infestis.*] Adversis.

6 *Pila.*] Missilia, quibus utebatur pedestris exercitus, Pila vocabantur. *Zanch. Pila.*] Pili telum ligneum habet longitudine plerunque bicubitali, crassitudine digitali, spiculum unius spithamæ sive palmi majoris, eo usque attenuatum & acutum, ut mox primum post actum necessario flectatur, sitque inhabile ad remittendum. Alioqui commune fieret telum. *Polyb.* Ferrum trigonali figura novem unciarum fuisse Vegetius auctor est. erant autem pila Romanorum, sicuti *Gæsa* Gallorum, auctore

ni, priſtinæ virtutis memores, cominus acriter inſtare, illi haud timidi reſiſtunt: maxuma vi certatur. Interea Catilina [1] cum expeditis in prima acie verſari: [2] laborantibus ſuccurrere: integros pro ſauciis [3] arceſſere: omnia provi-

auctore Varrone. Servius ad illud Virgilii Æneid. 8.

—— Duo quiſque Alpina coruſcat
Gæſa manu, ſcutis protecti corpora longis.

Gæſa interpretantur haſtas viriles. nam etiam viros fortes Galli *Gæſos* appellant. Quod vocabulum etſi hodie per contemptum de homine vappa & mendicante dicatur, antiquis tamen in alio uſu fuit. Sed ad rem. Obiter addendum ab his pilis pilatum agmen veteribus dici, quaſi pilis confertum, denſumque. Erat enim juxta Varronem duplex agmen: quadratum, quod immiſtis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſidere. Pilatum alterum, quod ſine jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur. Veruta porro & Pila conjunxit Ammianus lib. XXVII. & Vegetius lib. II. cap. XV. duplex Romanis eſſe Pilum docuit, majus & minus. quorum illud pilum vulgo, illud inquit, tunc verriculum, nunc verutum dicitur. Forſan ibi legendum *verruculum*, qua voce Plinius uſus. Vide *Becman. Pila.*] Duo Pila militi erant, unum majus, idque rotundum, diametri palmaris, vel etiam quadrangulum, magis crebrum & vulgarius: alterum minus, ſimile venatoriis haſtis. Sibuna vel Sibyna huic minori ſimilis. Fuit autem Sibuna venaculum ſive jaculum venatorium, κυνηγετικὸν βέλος explicat Heſychius, id eſt, telum figendis apris. Pilorum iſtorum longitudo in ligno fere tres cubiti, totidem in ferro, quod habebat hamatum, ſive uncinatum, retro mucronem hamo ſatis lato: ne telum ſemel impactum facile eſſet evulſu. Erat pilum ponderoſum & lentum, quia ferri pondus & gravitas talia faciebant, præſertim nullis adjutum pennis. Inerat & vis telo tanta, ut obvia quæque perfringeret, & arte directum ſcutatos pedites, & loricatos equites ſæpe tranſverberaret. Sed notandum, ferrum in pilo non extitiſſe ſeorſim, ac totum prominuiſſe, ſed partem ejus circiter dimidiam fuiſſe infixam vel affixam ligno. Eminuit ergo in mucronem & manſit cubitus & ſemis, alter ille modus periit in ligno. Itaque juſta magnitudo pili totius fuit IV. cubitorum, & ſemis, id eſt, pedum VII. paulo minus. Superavit ergo menſuram hominis, ideoque Silius niti in ea milites facit. Sed hic pilum forma & magnitudine decrevit in ferro ævo inferiori: ferrum enim trigonum non tetragonum fuit. Idemque non niſi pedale. Et vox ipſa alio ivit, & videntur haſtæ ſic dictæ. Apud Belgas tamen hodie adhuc vox perſeverat, qui ſagittam vocant *pijl*. Ferrum autem ligno aſtringebatur crebris fibulis, non enim tubum vel auliſcum tam grandem habuit ferrum, in quem lignum immitteretur; ſed potius duas utrinque alas ferreas, quas fibulæ iſtæ comprehenderent, & firmarent. *Lipſ.*

1 *Cum expeditis.*] Id eſt, cum militibus levis armaturæ. *Zanch.*

2 *Laborantibus.*] Cedentibus, inclinatis. *Idem.*

3 *Arceſſere.*] Exiſtimat Priſcianus, *arceſſo* idem ſignificare, quod *accerſo*, dicique ab *arcio*, quod nunc *accio* dicimus, quod & locus hic declarat: ſed *arceſſere* ſignificat accuſare, & ab *arceo* naſcitur: namalium accuſare, à maleficiis arcere eſt. inde à Cicerone dictum eſt, *arceſſitur majeſtatis*: id eſt, accuſatur crimine majeſtatis. *Arceſſere* vero, evocare, vel ire ad vocandum. *Idem.*

providere: multum ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire: ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi contendere; [1] cohortem prætoriam in medios hoſtis inducit; eoſque perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes, interficit: deinde utrinque ex [2] lateribus ceteros aggreditur. Mallius, & Fæſulanus in primis pugnantes [3] cadunt. Poſtquam [4] fuſas copias, ſeque cum paucis relictum videt Catilina; [5] memor generis, atque priſtinæ

1 *Cohortem Prætoriam.*] Erat & quædam cohors prætoria veluti extra ordinem edecumata, & grandis, quæ à Prætore non diſcederet, à Scipione Africano inſtituta. In hoc fere adoptati & adſcripti amici & voluntarii, etſi alii fortibus potius viris implebant. Hi dicti Prætoriani, eorum arma, thoraces ſquamei, & ſcuta imbricata. Veteres unam ſolam habebant cohortem Prætoriam; poſtea per bella civilia auctæ. Auguſtus Romæ circa ſe habuit novem cohortes prætorias, firmamentum imperii & poſtea peſtem. Talis fuit apud Macedonas cohors regia. *Lipſ.*

2 *Lateribus.*] Id eſt, cornibus. Acies fere duplex aut triplex. Duplex, cum tota acies in cornua duo ſecta, dextrum & lævum. Ea ſæpiſſime obtinuit in exercitu conſulari, cum duæ legiones, & ſingulis ſua auxilia adjuncta. Hæc ſectio vetus & aliis quoque gentibus uſurpata. Triplex autem eſt, cum præter cornua, alia etiam media exurgit. Id quoque crebrum, non ſolum ubi plures legiones, ſed & cum duæ, iſtis ſcilicet in medio poſitis, ſociis ad utrumque cornu. Sed eſt & alia ratio duplicis tripliciſque aciei, cum præter ſimplicem illam diviſionem, à tergo etiam ſectio fit & diſcrimen: ut ſi quatuor legiones habeam, duas in fronte cum ſociis ſuis pono, totidem à tergo ſuppono. Hæ præcipuæ ac receptæ Romanis inſtructiones, quas tamen leviter variabant promovendo, aut retrahendo. *Idem.*

3 *Cadunt.*] Occidunt & oppetunt mortem.

4 *Fuſas copias.*] Stratas, cæſas.

5 *Memor generis.*] Familia Sergia à Sergeſto Trojano, Æneæ comite, originem duxiſſe creditur. Quemadmodum teſtatur Virgilius v. Æneid.

Sergeſtuſque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magnâ.

Ex hac prodiit M. ille Sergius, qui Quæſtor fuit A.V.C. CCXCII. & Decemvir A.V. CCCIII. L. Sergius C. F. C. N. Quæſturam geſſit, A. CCCIX: Conſulatum vero A. CCCXVI. Hic Fidenas appellatus, à bello credo, quod deinde geſſit, ut inquit Liv. l. IV. Hiſt. Sed A. CCCXX. Trib. Mil. Cos. Pot. At A. CCCXXIV. Conſul II. & rurſus A. CCCXXIX. Trib. Mil. Cos. Pot. Tertio autem eodem magiſtratus honore idem decoratus fuit, A. CCCXXXV. tandemque Cenſor CCCXLII. L. Sergius L. F. Hunc Titum Sergium Livius vocat l. IV. Hiſt. N Fidenas Quæſtor fuit. A. CCCXI, Hic pater M. Sergii dicitur, atque Ubboni, Marcii eſt frater, & alter fratris filius M. Sergius L. F. L. N. Fidenas A. CCCXLII. Quæſt Mil. At A. CCCXLIX. Trib. Mil. Cos. Pot. Et rurſum A. CCCLI. eundem Magiſtratum geſſit, coactus, quo ſe abdicavit, quod ob illorum diſcordiam ad Vejos male pugnatum eſſet. Sequenti vero anno Tribuni pleb. eundem denis millibus gravis æris, populi ſuffragiis, condemnarunt. Hæc Livius v. Hiſt. L. Sergius L. F. C N. Fidenas. A. CCCLVI. Trib.

ſtinæ dignitatis ſuæ, in [1] confertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnans [2] confoditur. Sed, confecto prælio, tum vero cerneres quanta audacia, quantaque animi vis fuiſſet in exercitu Catilinæ. Nam fere, quem quiſque vivus pugnando locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios [3] cohors prætoria disjecerat, [4] paullo diverſius, ſed omnes tamen adverſis [5] vulneribus, conciderant. Catilina vero longe à ſuis [6] inter hoſtium 61

Trib. Mil. Cos. Pot. C. Sergius Tricipitinus C. F. C. N. Fidenas Quæſt. Mil. A. CCCLXII. At A. CCCXXXVI. Trib. Mil. Cos. Pot. Denique A. CCCLXXIV. eundem Magiſtratum tertio geſſit. M. Sergius M. F. L. N. Fidenas A. CCCCXCI. Quæſt. prov. Hujus M. Varro Romanorum doctiſſimus meminit, eumque Manii filium tradit his verbis lib. v. de L. L. *Sergii, Manii filii, Quæſtoris, qui capitis accuſavit Trogum.* M. Sergius, F. N. Plancus Quæſtor Provinc. A. IↃXLVIII. Hunc poſtea Trib. Mil. P. Scipione Proconſule fuiſſe, teſtatur Livius XXIX. Hiſt. M. Sergius. F. N. Silus. A. IↃL. Quæſt. Prov. At A. IↃLVI. Præt. Urb. Hic militari fortitudine clariſſimus fuit. Elogium ejus habet C. Plinius lib. VII. cap. XXVIII. ac proavum Catilinæ fuiſſe, aſſerit Cn. Sergius, F. N. Plancus, A. IↃLVII. Præt. Urb. & anno ſequenti Propr. Et poſt anni ſuperioris Præturam, huic datum imperium, ut militibus, qui in Hiſpania, Sicilia, Sardinia, per multos annos ſtipendia feciſſent, agrum adſignandum curaret: ut inquit Livius initio lib. XXXII. M. Sergius L. F. N. Silus A. IↃLXXXII. Quæſt. prov. Præfectus deinde fuit ſociûm turmis, & aliquot cohortibus in prælio contra Perſen. Ita Livius l. XLIV. M. Sergius M. F. N. Silus A. IↃCV. Quæſt. Prov. Avus fuit L. Sergii Catilinæ. M. Sergius M. F. M. N. Silus A. IↃXLVII. Prætor fuit Prov. C. Sergius M. F. M. N. Silus Orata. *Ita dictus*, ut vult Macrobius, *quod ei piſces, qui Oratæ vel auratæ vocantur, in deliciis fuerint.* Hæc ille lib II. Saturn. cap XI. Hic anno IↃCXLVIII. Quæſt. Prov. At A. IↃCLVI. Præt. Et A. IↃCLVII. Præt. Prov. Hic etiam in Baiano oſtrearum vivaria invenit primus ætate L. Craſſi oratoris, ante Marſicum bellum, ut inquit C. Plinius lib. IX. Hiſt cap. LIV. Q. Sergius Q. F. Nep. Senator fuit. Eum inter ſicarios poſtea damnatum dicit Cicero pro A. Cluent cap. VII. L. Sergius L. F. M. N. Catilina. A. IↃLXXVI. Quæſt. Peracta Quæſtura, Legatus in Macedoniam cum C. Curione Proconſule abiit. At A. IↃCLXXXVII. Africam Prætor obtinuit, & inde deceſſit Conſulatum petiturus A. IↃCLXXXIX. ſed à Clodio repetundarum accuſatus, à petitione deſtitit: anno vero ſequenti denuo Conſulatum petiit; cumque repulſam tuliſſet, contra Rempub. conjuravit. Cicero hanc conjurationem induſtria ſua patefecit, Antonius eam manu oppreſſit. Hanc Geneal. Hic inſerere viſum fuit. *Bennius.*

1 *Confertiſſimos.*] Denſiſſimos.

2 *Confoditur.*] Vellejus Paterculus: *At Catilina non ſegnius vitam obiit, quam ſceleris conandi conſilia inierat, quippe fortiſſime dimicans, quem ſpiritum ſupplicio debuerat, prælio reddidit.* Zanch.

3 *Cohors prætoria.*] Vide ſupra pag. 184.

4 *Paulo diverſius.*] In manuſcriptis non eſt *jacebant*, & citra detrimentum ſenſus omitti poterit. *Caſt.*

5 *Vulneribus adverſis.*] Id eſt, vulneribus in anteriore corporis parte, & non à tergo acceptis. *Zanch.*

6 *Inter hoſtium cadavera repertus eſt.*]

hoſtium cadavera repertus eſt, paululum etiam ſpirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Poſtremo, [1] ex omni copia, neque in prœlio, neque in fuga quiſquam [2] civis [3] ingenuus captus eſt. Ita cuncti ſuæ hoſtiumque vitæ [4] juxta pepercerant. [5] Neque tamen exercitus populi R. lætam, aut incruentam victoriam adeptus erat. Nam ſtrenuiſſumus quiſque aut [6] occiderat in prælio, aut graviter vulneratus diſceſſerat. Multi autem, quid è caſtris viſundi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant, vol-

Florus lib. IV. *Quamvis*, inquit, *parte conjurationis oppreſſa, tamen ab incœpto Catilina non deſtitit: ſed infeſtis ab Hetruria ſignis patriam petens, obvio exercitu opprimitur; quam atrociter dimicatum ſit, exitus docuit: nemo hoſtium bello ſuperfuit; quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima, corpore tegebat.* Idem.

1 *Ex omni copia.*] Ex omni multitudine.

2 *Civis ingenuus captus eſt.*] Omnes enim ad internecionem deleti ſunt. Hinc Appianus lib. II. Bell. Civil. *Attamen nec ipſe Catilina*, inquit, *nec quiſquam ex nobilibus, qui tum aderant, fugere dignatus, ſed, in medios hoſtes ſeſe injicientes, occubuerunt.* Benn.

3 *Ingenuus.*] *Ingenuus* eſt, qui ex matre libera natus eſt, vel is, qui ſtatim, ut natus, liber eſt. Antiquitus ingenui dicebantur, qui patrem ciere poſſent, hoc eſt ex legitimo matrimonio ſuſcepti, qui iidem & patricii dicebantur. Livius lib. 10. *An Romæ unquam fando audiiſtis, Patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil ultra quam ingenuos?* Hæc Livius, qui non obſcure ingenuos iis opponit, quos poſterior ætas ſpurios, recentior vulgo conceptos appellavit. Feſtus autem ſub voce *patricios*, locum illum Livii dilucide confirmat: *Patricios*, inquit, *Cincius ait in lib. de Comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocantur.* Hotom. Illud obiter notandum, ab antiquo γίνομαι vel γένεω fieri antiquum *geno* pro *gigno*, g interjecto, ut etiam apud Græcos γίνομαι, γίγνομαι, γίνομαι. *Geno* quoque dicitur apud Varronem & Ulpianum: *ſi qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato.* Hinc ingenuus, ingenitum, propriè, natura inditum. Ita Lucretius *ingenuos fontes*, & Auſonius *ingenuam aquam* dixit. *Beemann.* Atque hinc *ingenuus* dicitur, qui ex meliori natura, ex parentibus liberis natus eſt.

4 *Juxta pepercerant.*] Id eſt, non minus volebant ſe interfici, quam hoſtes. *Badius.*

5 *Neque tamen exercitus.*] Hinc Dion Caſſius loc. cit. *Petrejus confecto prælio, Catilinam, cumque eo tria millia hominum pugnantes, haud incruenta victoria cecîdit.* Benn.

6 *Occiderat in prælio.*] Triſtis ſemper belli civilis exitus. Nam vincere & vinci Reipublicæ calamitoſum eſt. Illa enim victoria non externo, ſed domeſtico ſanguine paratur. Unde Lucanus lib. I. Bell. Civil.

Uſque adeo miſerum eſt, civili vincere bello.

Et Cicero Epiſt. lib. IV. Epiſt. IX. *Omnia ſunt miſera in bellis civilibus, quæ majores noſtri, ſemel quidem; noſtra ætas ſæpe jam ſenſit. Sed miſerius nihil quam ipſa victoria.* Et idem l. X. Epiſt. 6. *Extremum malorum omnium eſt civilis belli victoria.* Idem.

1 *Hoſpi-*

volventes hoſtilia cadavera, amicum alii, pars [1] hoſpitem, aut cognatum repericbant. Fuere item, qui inimicos ſuos cognoſcerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabantur.

1 *Hoſpitem aut cognatum reperiebant.*] *Inſtructi exercitus*, inquit M. Seneca Controv. lib. 11. Controv. 1. *ſæpe civium cognatorumque conſerituri manus, conſtiterunt, & colles equis utrimque complentur, & ſubinde omnis regio trucidandorum corporibus conſternitur, illatorum multitudine cadaverum vel ſpoliantium. Si quæſierit aliquis, quæ cauſſa hominem adverſus hominem in facinus coëgit? nam neque feris inter ſe bella ſunt; nec ſi forent, eadem hominem deceant. Placidum, proximumque divino genus, quæ tanta vos fert ira, cum una ſtirpe, ejuſdemque ſanguinis ſitis; vel quæ furiæ in mutuum ſanguinem egere? Quod tantum malum humano generi, vel ſorte vel fato invectum? An, ut convivia poculis exſtruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit?* Unde Lucanus hanc civilem calamitatem his verſibus deploravit l. 4. Bell. Civil.

—— *Poſtquam ſpatio languentia nullo*
Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres natoſque ſuos videre patreſque,
Deprenſum eſt civile nefas. Idem.

Hoſpitem.] Sciendum eſt, antiqui moris fuiſſe, ut hoſpitii neceſſitudo non modo inter privatos, ſed etiam inter populos contraheretur. Conjungendi autem hoſpitii mos inter privatos hic fuit, cum quis peregre proficiſceretur, ut è ſervis aliquot præmitteret ad urbem eam, ubi diverſurus eſſet, qui inquirerent, an domini hoſpes amicuſve paternus ibi quiſquam eſſet. Si nullus erat, quærebant diverſorium: ſi nullum erat, magiſtratum adeuntes, hoſpitalitatem poſtulabant: ſibi vero quamque à magiſtratu datam capiebant: nonnunquam tamen uſuveniebat, ut utriuſque hoſpitis voluntate hoſpitium jungeretur, cum uterque alterius virtute illectus hanc hoſpitalitatem poſtulabat, & hujus privati hoſpitii nota pignuſque erat teſſera hoſpitalis: ut ille apud Plautum ait in Pœnulo:

Deum hoſpitalem & teſſeram mecum fero.

Livius lib. 5. de Tiſimatheo Liparenſi loquens: qui legatos Romanorum hoſpitio exceptos ad Delphos uſque deductos, retro in urbem hoſpites reduxerat. *Hoſpitium*, inquit, *cum Senatuſconſulto factum eſt, donaque publice data.* Cæſar in Commentariis de Heduis loquens: *Quibus prœliis calamitatibuſque fractos, qui & ſua virtute, & populi Romani hoſpitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare.* hoſpes autem dicitur tam qui recipit, quam qui recipitur. Unde Ovidius:

—— *Non hoſpes ab hoſpite tutus.*

Arctum autem neceſſitudinis hujus fuit olim vinculum, atque etiam divinâ reverentiâ ſanctum, quod juris hujus diſceptationi præfecit antiquitas, Jovem hoſpitalem, eum appellans & invocans, quaſi hoſpitii præſidem & vindicem. *Zanchius. Hoſpitem.*] Fuit antiqui moris teſſeram hoſpitibus dari dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquam amicus & vetus hoſpes. Hoc autem jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat; propterea teſſeram hoſpitalem diligenter aſſervabant, uti ex Plauto in Pœnulo patet. Atque is teſſeram hoſpitalem fregiſſe dicebatur, qui jus hoſpitii violaverat, hoc eſt, ut ait Eraſmus, qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſerat.

FINIS BELLI CATILINARII.

COROL-

COROLLARIUM DE SALLUSTIO,

Quædam diſſimulante in CATILINÆ hiſtoria.

MUlta de Cicerone Salluſtius in hiſtoria Catilinæ ſilentio prætermiſit, eaque cum primis, quæ præcipue ad eximiam & ſingularem Ciceronis gloriam ſpectarent, conſultone, ut qui ejus eſſet inimicus, an vero imprudens, haud facile dixerim. Eo tamen potius inclinat animus, ut dedita opera Salluſtium hæc de induſtria omiſiſſe credam, & illam hiſtoriæ legem, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis, in his prætermittendis neglexiſſe, quæ nequaquam fuerint ſilentio prætereunda. Eorum hic aliqua ſubjicienda eſſe duxi.

I. Primum igitur Ciceroni gratiæ ſunt ampliſſimis verbis actæ, quod virtute, conſilio, prudentia ſua Remp periculis maximis liberaſſet: idque ſine cæde, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, tanta pace, tanto ocio, tanto ſilentio, ut ipſemet Cicero 3. Invectiva in Catilinam. De hoc verbum nullum Salluſtius.

II. Dein Pater patriæ eſt à Q. Catulo, ac M. Catone frequentiſſimo ſenatu nominatus. nec de hoc Salluſtius quicquam. Juvenalis vero,

—— *Roma parentem,*
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Et in 7. Plinius. *Salve*, inquit, *primus omnium Parens Patriæ appellate, primus in togâ triumphum, linguaque lauream meruite.*

III. Præterea ejus nomine decreta diis immortalibus ſupplicatio eſt: quæ honos ante Ciceronem togato contigit nemini. *Atque his decreta verbis eſt*, (ut ipſemet inquit) *quod urbem incendiis, cæde cives, Italiam bello liberaſſet. Quæ ſupplicatio* (inquit) *ſi cum cæteris conferatur, hoc interſit, quod cætera de rep. bene geſta: hæc una conſervata repub. conſtituta eſt.* Ne hujus quidem facta ab eo mentio.

IV. Ad hæc L. Gellius ei civicam à repub. deberi dixit. Eſt hoc quoque ſilentio præteritum, ut cætera pleraque, dum adverſarium Criſpus debita commendatione defraudat. Sed audiamus, quid ipſemet Cicero in Piſonem de hoc atque aliis ad gloriam ſuam ſpectantibus: *Me* (inquit) *Q. Catulus, princeps hujus ordinis, & auctor publici conſilii, frequentiſſimo ſenatu parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus civicam coronam deberi à rep. dixit, mihi togato ſenatus, non ut multis bene geſtæ, ſed ut nemini, conſervatæ reip. ſingulari genere ſupplicationis Deorum immortalium templa patefecit.* Idem ad Atticum, Cn. Pompeium affirmat in ſenatu, non ſemel, ſed ſæpe, multis verbis Ciceroni ſalutem imperii atque orbis terrarum adjudicaſſe.

V. Poſtremo ſtatua eum inaurata Capuæ decuriones decorarunt, & patronum adoptarunt, propter ſalutem illius urbis conſulatu conſervatam ſuo: ut ipſemet pro P. Seſtio teſtatur. Sed & in Piſonem: *Quorum Capuæ* (inquit) *te prætextatum nemo aſpexit, qui non gemeret deſiderio mei, cujus conſilio cum univerſam remp., cum illam ipſam urbem meminerant eſſe ſervatam. Me inauratæ ſtatuæ donarunt, me patronum unum aſciverunt,*

verunt, à me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur. Hæc Cicero. Sed quid de hoc uspiam Sallustius? Quasi vero & hæc, & hoc genus alia non multo ad rem magis facerent, quam aut illa veterum Romanorum laus, deque corruptis seculi sui moribus querela: aut vero tam libenter ac prolixe tributum Cæsari Catonique præconium? Quorum ut uterque fuerit merito laudandus, Cæsaris tamen in laudibus, quum & ipse sit conjurationis creditus particeps, tamdiu commorari, supervacaneum esse mihi videretur, ne dicam præter decorum. Nam illa de origine Urbis & corruptis populi Romani moribus, initiisque motuum civilium, sive à proposito digressio, seu verius, altior repetitio, utcunque nominare lubeat, nec aliena prorsus ab historiæ argumento videtur, & Lectori accidit non ingrata. Sed de hoc jam satis, modo unum addidero. Mire Sallustius hoc dissimulat, Cæsarem fuisse inter conjuratos habitum. qua de re tam multa interim Suetonius, cujus cum primis probatur in historia fides. Nam is in suspicionem venisse illum testatur, quasi conspirarit cum M. Crasso consulari, item P. Sulla & Autronio, post designationem consulatus ambitus condemnatis. Cujus conjurationis meminerunt Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in Orationibus: de qua & Cicero in quadam ad Axium epistola significare videtur. Sed & auctores esse ait, qui cum Cn. etiam Pisone conspirasse Cæsarem testentur. Nam fuisse inter socios Catilinæ nominatum, & apud Novium Nigrum quæstorem à L. Vettio indice, & in Senatu à Q. Curio: quorum hic è Catilina sese cognovisse diceret, ille chirographum quoque ejus Catilinæ dátum polliceretur, Suetonius ipse confirmat. quantumvis hoc dissimulare noster studeat. Itaque an hic nulla gratiæ in scribendo sit suspicio, aliorum esto judicium.

Rivius.

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII
JUGURTHA,
SEU
[1]BELLUM JUGURTHINUM.

1 [2]FALSO queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla, atque [3] ævi brevis, forte potius, quam virtute, regatur. Nam contra reputando,

1 BELLVM JVGVRTHINVM.] Jugurthinum ortum est anno U.C. DCXLII. P. Scipione Nasica, & L. Calpurnio Bestia Coss. Fuit autem hoc bellum atrocissimum, & in Jugurtha erat (ut Flori verbis utar) quod post Annibalem timeretur. Sicut autem alia fere omnia bella, ut ex Livio cognoscimus, aliquid monstri præcessit, ita hoc quoque. Nam P. Scipione, & L. Calpurnio Coss. maxima pars urbis, cum æde Matris magnæ fuit exusta: lacte per triduum pluit, ut testatur Jul. Obsequens. Præstat sane hunc librum prius legere, quam Catilinarium, ut series temporis observetur. Nam bellum Jugurthinum, ut supra dictum, anno U. C. DCXLII. gestum est; Catilinarium DCXC. M. Tullio & C. Antonio Coss. Itaque consultum esset, ordinem vulgatum horum librorum immutari, & Jugurthinum Catilinario bello præponi. Descripserat hoc bellum Livius quoque, sed ii libri interciderunt. *Coler.*

2 *Falso.*] Non solum vulgus, sed etiam doctissimi plerique viri (ut apud Stobæum cæterosque auctores legimus) conquesti sunt, quod imbecilla sit hominum vita, brevique temporis spacio terminetur: itemque quod casui & fortunæ subjecta sit. in his præsertim fuit Theophrastus, qui (ut inquit Cicero Tusculan. Quæst. lib. 3.) moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam (quorum id nihil interesset) hominibus (quorum maxime interfuisset) tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Idem in Callisthene suo laudavit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Auctor Cicero Tusculan. quinta. Sed his respondet Sallustius, satis firmam & longam vitam hominibus esse datam, si modo tota bene collocaretur; nec multum fortunam hominum vitæ dominari (ea enim virtutem neque dare, neque eripere cuiquam potest) & homines sapientes magis regere casus, quam à casibus regi. Sed hanc totam disputationem videre poteris apud Senecam libro de Brevitate vitæ. *Cast.*

3 *Ævi.*] Id est, ætatis, temporis.

do, [1] neque majus aliud, neque [2] præſtabilius invenias, magiſque naturæ induſtriam hominum, quam vim, aut tempus deeſſe. [3] Sed dux, atque [4] imperator vitæ mortalium, animus eſt: qui ubi ad gloriam virtutis via [5] graſſatur, abunde pollens potenſque, & clarus eſt, [6] neque fortuna

1 *Neque majus aliud.*] Jure ſuo hoc dicit. Quid enim aliud ipſe homo, quam parvus quidam mundus? Philo Judæus ut commune verbum retulit, parvum mundum hominem eſſe, magnum hominem, mundum. Macrobius itidem totidem pæne verbis: *Phyſici mundum magnum hominem dixerunt, & hominem brevem mundum.* Quid ita? quia, ut ille rectorem in ſe Deum habet, ſic homo divinum animum. Quid amplius? omnia, quæ mundus fere habet: quatuor in ſe elementa, capitis quoddam cœlum; inde flammantes oculos, ut ſtellas: ipſam formam rotundam, vel in matris uterò; vel jam liber brachia & pedes expandit. lineæ enim ab extremis illis ductæ, faciunt juſtum fere orbem. Quid? quod omnia, quæ in mundo ſunt, ipſe continet, atque in capaci mente geſtat? Ita eſt: Solus homo ſcientiam omnium & amat, & pro captu habet. Quid ei clauſum eſt? Cœlos penetrat, & Deum ac divina mente adit. Manilius ſcite:

— quidem mirum noſcere mundum
Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis:
Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine parva?

Audi hic Senecam: *Ita eſt; Cariſſimos nos Dii immortales habuerunt, habentque, & , qui maximus tribui honos potuit, ab ipſis proximos collocaverunt. Magna accepimus, majora non cepimus.* Egregie quoque Cicero: *Deus hominem quaſi contemplatorem Cœli ac Deorum, ipſorumque cultorem fecit; & hominis utilitati agros omnes & maria patentia.* Hæc ille. Jure addit omnia nobis parere & ſervire. Quid clarius? Terram habitamus, aramus, peragramus: ipſa mari aindomitum elementum domamus: beſtiis feriſque omnibus legem & imperium damus. Concludamus: Deus in nobis habitat, templum ejus ſumus: Deus hominem requirit, deliciæ ejus ſumus. *Lipſ.*

2 *Præſtabilius.*] Id eſt, excellentius.

3 *Sed dux.*] Homo compoſitus eſt ex anima & corpore: anima à Deo eſt, corpus à terra. Animus ſive anima dominari debet, corpus ſervire. Si igitur homo animum teneat corpori imperantem, neque permittat illum vinci & peſſundari à voluptatibus corporis, ſed illum ad virtutes exerceat, ſine dubio ſatis viribus potens erit: neque à fortuna regetur, ſed ipſe reget fortunam: & eas res geret, quarum memoria æterna erit: ut cum ipſe homo mortuus fuerit, tamen facta ejus vivant. Et ita oſtendit, quemadmodum homo poſſit ætatem ſuam, quæ natura brevis eſt, memoria excellentium factorum quam longiſſimam facere. *Seld. Sed dux.*] Ariſtoteles πολιτ. α. animum patrifamilias, mentem imperatori aut regi æquiparat: ἡ μὲν γὰρ, inquit, ψυχὴ τοῦ σώματος ἀρχὴ δεσποτικὴν ἀρχήν. ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικήν. *Coler.*

4 *Imperator.*] Id eſt, dominus. Nam animus dominatur, corpus autem ſervit.

5 *Graſſatur.*] Pro, toto impetu fertur, & quaſi pleno gradu contendit. *Riv.*

6 *Neque fortuna eget.*] Qui animus providet ſibi ea, quæ ſunt neceſſaria ad gloriam comparandam, ſine adminiculo & præſidio fortunæ. *Seld.*

1 *Peſſum-*

tuna eget; quippe quæ probitatem, induſtriam, aliaſque artes bonas neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. ſin captus pravis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis [1] peſſumdatus eſt: pernicioſa lubidine paulliſper uſus; [2] ubi per ſocordiam vires, [3] tempus, ingenium [4] defluxere, naturæ infirmitas accuſatur: ſuam quippe culpam auctores ad negotia transferunt. Quod ſi hominibus [5] bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculoſa petunt; [6] neque regerentur magis, quam regerent caſus; & eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloria æterni fierent.

2 Nam uti genus hominum compoſitum ex corpore, & anima eſt, ita res cunctæ, ſtudiaque omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequuntur. Igitur præclara facies, magnæ divitiæ, ad hoc vis corporis, & alia omnia hujuſ-

1 *Peſſumdatus.*] Ita Rivius ex Fabriciano. In Gloſſario autem veteri ſcribitur: Peſſundat, βυθίζει, καταποντίζει. Et in eodem: Peſſum, βυθοῦς καὶ βόθρου. Ibidem: καταβυθίζω, demergo, peſſundo. Et: καταποντίζω, demergo, perundo, peſſundo. Prudent. contra Symmachum: *peſſum mergere.* Parum vulgo hujus verbi vim aſſequuntur. *Coler.* Quod Latini dicunt peſſum ire, Græcis eſt εἰς βύθιον χωρεῖν. Ita utitur Columella lib. 12. cap. 6. *Si peſſum ibit, ſcies adhuc eſſe crudam:* id eſt, fundum petit.

2 *Ubi per ſocordiam.*] Id eſt, ignaviam & negligentiam. *Socordia* proprie eſt negligentia animi, *inertia* vero negligentia corporis. *Sold.*

3 *Tempus, ætas.*] Dictionem *ætas* non habent omnes manuſcripti. *Caſtil.*

4 *Defluxere.*] Rectius *diffluxere*, hortatu membranarum optimæ notæ. *Gruterus.* Egregie ad hunc locum Seneca de Brevitate vitæ: *Sed ubi per luxum & negligentiam diffluit, nullæ rei bonæ impenditur, ultima demum neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt, non accepimus brevem vitam, ſed fecimus.* Putſchius.

5 *Bonarum.*] Scilicet bonorum animi, quæ ſunt virtutes. *Sold.*

6 *Neque regerentur magis.*] Cauſa, quare homines putant naturam humanam caſibus fortunæ eſſe ſubjectam, hæc eſt: quia ſequuntur ea bona, quæ revera fortunæ ſubjecta ſunt: ſicuti ſunt divitiæ, quæ cum ab eis auferuntur, dicunt naturam humanam fortunæ eſſe ſubjectam. Sed ſequantur bona animi, ſequantur virtutes, quæ ab eis auferri non poſſunt: & tunc intelligent, id quod eſt verum, videlicet naturam humanam caſibus fortunæ non eſſe ſubjectam. *Sold. Neque regerentur, &c.*] Nam ſapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi, ut inquit Plautus. vide Proverbium, *Sui cuique mores fingunt fortunam. Caſus.*] Fortunam. nam etſi (ut docet Ariſtoteles lib. 2. φυσικῆς ἀκροάσεως.) caſus latius patet; nam quod eſt à fortuna, caſu eſt: quod vero caſu, non omne à fortuna: tamen ſæpe confunduntur. *Caſt.*

1 *Omnia*

hujuſcemodi omnia brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. poſtremo, corporis & fortunæ bonorum, uti initium, ſic finis eſt; [1] omniaque orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. animus incorruptus, [2] æternus, rector

1 *Omnia orta occidunt.*] Summa quæſtio eſt inter Philoſophos, (de veterum enim Philoſophorum opinionibus hic loquimur) utrum quæcunque habeant initium, habitura ſint finem. nam voluit Plato, cœlum factum fuiſſe à Deo, & tamen corrumpi non poſſe. contra quem multis argumentis diſſerere videtur Ariſtoteles lib. 1. de Cœlo. ait enim, nullo modo fieri poſſe, ut cœlum, ſi generatum eſt, ſit ſempiternum. Simplicius tamen contendit, Ariſtot. contra Platonem minime diſſerere, ſed contra eos, qui credebant, in tempore cœlum creatum eſſe: Platonem vero voluiſſe, tempus una cum cœlo fuiſſe factum. quod, qui Platonis Timæum, item Proclum interpretem legerit, facile intelliget. quin aperte Plato ipſe lib. 8. de Republ. ait: *Omne quod genitum eſt, corrumpitur.* unde intelligimus, etiam Platonem voluiſſe, quod quicquid principium habeat in tempore, ſit diſſolubile. dicunt igitur Philoſophi: *Omnia, quæ cum tempore initium habuerunt, ſempiterna.* recte igitur Salluſtius inquit: *Poſtremo corporis & fortunæ bonorum, uti initium, ſic finis eſt: omniaque orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. animus,* & quæ ſequuntur. nam animus in tempore minime factus eſt, ſecundum eos Philoſophos, qui aſſeruerant, animos eſſe ſempiternos. ſcribit Pauſanias in Meſſeniacis, primos omnium Chaldæos & Indorum magos, hominum animos immortales eſſe, memoriæ prodidiſſe. ſecuti deinde ſunt Græcorum plurimi, & maxime Plato, Ariſtonis filius, qui multis in locis à Chriſtiana pietate non diſſentit. verum quibus ille rationibus id probaverit, ipſe videbis, cum alibi, tum maxime in Phædro & Phædone. Cicero Tuſc. Quæſt. lib. 1. affirmat, credere ſe etiam alios tot ſeculis diſputaſſe de animis: ſed quod literis extet, Pherecydem Syrum primum dixiſſe, animos hominum eſſe ſempiternos, quod refert etiam Joſephus περὶ ἀρχαιότητος & Eudoxum lib. priore, & Theopompus apud Laërtium. *Caſt.*

2 *Æternus.*] Animas nullam in tempore originem habere creditum nonnullis veteribus. Unde dixit Salluſtius, *omnia orta occidunt, animus vero, &c.* niſi omnia orta occidere intelligendum ſit, de iis quæ corpus habent. De animis ita Plotinus Ennead. 3. l. 2. c. 7. *animæ vero non ex eo quod mundus erat, huc venerunt, ſed ante mundum fuerunt, ut in mundo quandoque forent, mundana curarent; ſiſtendi cauſæ forent, gubernarent, efficerent: quocunque modo id facerent, ſive præſidendo, ex ſe nonnihil attribuentes, ſive immergendo ſe dederent, ſive aliæ quidem ſic, aliæ vero aliter id efficerent, providentia non eſt culpanda.* Hæc ille. Animas autem antea fuiſſe quam in hanc vitam deſcendatur, fuit error Philoſophorum, qui ab Orpheo manavit, quod ut probarent, reminiſcentiam ſuperioris vitæ imaginarunt, & quod ob facinora in anteacta vita commiſſa in corpus traderentur. *Steuc.* de peren. ph. lib. 3. cap. 28. Plato opinatus fuit Deum omnes animas ante corpora ſimul creaſſe, & in comparibus ſtellis conſtituiſſe, eaſque cœleſtium rerum tædio affectas, per modum pœnæ in corpora tanquam carcerem conjeciſſe. Origenes quoque hunc errorem tenuit ut conſtat ex libro primo περὶ ἀρχῶν. Unde & Stoïci originem animum habere ex cœlo, ex æterno illo igne, è ſiderum natura, & ſine circuitu à Deo ipſo crediderunt. Seneca ad Helviam cap. VII.

rector humani generis, [1] agit, atque [2] habet cuncta, [3] neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, [4] incultu atque socordia torpescere sinunt; cum præsertim tam multæ, variæque sint artes animi, quibus summa claritudo para-

animus, si primam ejus originem aspexeris, non est ex terreno gravique concretus corpore, ex illo cœlesti spiritu descendit. Epictetus: αἱ ψυχαὶ μέν πως εἰσὶν ἀπεσπασμέναι τῆς θεοῦ, ἀπτὰι αὐτοῦ μόρια ὄσαι, καὶ ἀποτμήματα. Id est, *animæ illigatæ & conjunctæ Deo sunt, ut particulæ sint ejus & decerptæ.* Plus addit Plutarchus Quæst. Platon. cum dicit: *anima mentis & ratiocinationis consors, non opus solum Dei, sed & pars est, neque ab ipso; sed ex ipso est facta.* Crediderunt autem, quod animus, sive mens, non est quidem abscisus ab essentia Dei, sed quasi diffusus & extensus sicut lumen à Sole diffunditur, sine Solis imminutione & noxa. *Lipsius.*

1 *Agit.*] Regit.

2 *Habet.*] Id est, tenet & intelligit. nam *habere* significat *intelligere*, ut ait Donatus in Terentium. Quod enim tenemus, corpore habemus: idem quoque commune animo, quo si quid habemus, intelligimus. *Sold. Habet cuncta, neque ipse habetur.*] Vis præstantiam & pene divinitatem ejus videre? omnia momento pervadit, sideribus velocior, cogitatione velocior. Quid dicam? pene ubique est. *Corpora*, ait Seneca lib. III. de Benef. c. XX. *obnoxia sunt & adscripta dominis, mens quidem sui juris, quæ adeo libera & vaga est, ut nec ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & in infinitum comes cœlestibus exeat.* Et alibi: *Animo nihil non eodem, quo intendit momento, pervium est, sideribus velocior, quorum post multa sæcula futuros cursus antecedit.* Hactenus ille. Addam amplius: cogitationem ipsam antecedit. Denique magis dixi & dicam, tempora veluti ipsa antecedit. Præsens hoc quod in lapsu est, præteritum quod lapsum, futurum quod labetur, totum illud assidui motus agmen animus complectitur, & ut ait Cicero II. de Fin. simul trium temporum particeps est. Et Trismegistus hanc celeritatem bene ingerit: *Dic*, inquit, *animæ tuæ illo abire, & dicto citius illic erit. Præcipe Oceanum tranare, celerrime illic erit, non ut è loco in locum delata, sed tanquam jam ibi existens. Jube in cœlum evolet: alis non egebit, neque ullum ei obstaculum. Non solis ardor, non æther, non cœli volutatio, non corpora astrorum: quin omnia pervadent ad extremam naturam pervolet. Imo & extra eam (si quid extra eam) intueri tibi licet.* Hæc Trismegistus. Mira & maxima hæc æstimanti sunt. Quid reliquæ dotes intelligentiæ, inventionis, memoriæ? Pelagus rerum & laudum: & vere imago ac simulachrum Dei. Quid ista vilia & terrena, ô homo, peritura sunt, & fumi instar habent. Similitudinem recole tuam, atque item originem, utraque divina est. *Lipsius. Neque ipse habetur.*] Neque ipse cuiquam subjectus est. omnibus enim his rebus inferioribus dominatur animus. *Cast.*

3 *Neque ipse habetur.*] Neque comprehenditur.

4 *Incultu.*] Id est, ignavia, inexercitatione: quia non exercendo ingenium torpescit. *Sold.*

1 *Magi-*

paratur. Verum ex his [1] magiſtratus, & [2] imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempeſtate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, [3] quibus per fraudem jus fuit, tuti, aut eo [4] magis honeſti ſunt. [5] Nam, vi quidem [6] regere patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas; tamen [7] importunum eſt: cum præſertim omnes rerum mutationes cædem, [8] fugam, aliaque hoſtilia portendant. fruſtra autem niti, neque aliud, ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt: niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa lubido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem ſuam [9] gratificari. Cæterum ex aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum: [10] cujus de virtute quia multi 3 4

1 *Magiſtratus.*] Vide ſupra p. 55.

2 *Imperia.*] *Imperium* dicitur proprie prætura & conſulatus, vel quando aliquis in provinciam mittitur cum officio publico & exercitu: ſicuti quando Cæſar miſſus eſt in Gallias cum quatuor legionibus proconſul, hic dicebatur eſſe cum imperio.

3 *Quibus per fraudem jus fuit.*] Qui per fraudem, magiſtratus & imperia adepti ſunt. *Caſt. Jus fuit.*] Exemplar Aſcenſianum & Beroaldinum: *Quibus per fraudem conceſſum jus fuit.*

4 *Magis honeſti ſunt.*] Id eſt, propter eum magiſtratum, quem per fraudem aſſecuti ſunt, non ſunt magis honorati: quia magiſtratus ſic acquiſitus, non tam illis honori eſt, quam dedecori. Vel, & quidem melius eſt: non ſunt magis honeſti, id eſt, non ſunt magis boni, non ſunt meliores: neque enim honor homini virtutem aut bonitatem addit. *Sold.*

5 *Nam vi quidem.*] Hunc locum ſumpſit Salluſtius à Platone. Quem intelligit etiam Cicero in epiſtola ad Lentulum ultima, cum inquit: *Id enim jubet idem ille Plato, quem ego auctorem vehementer ſequor, tantum contendere in Republica, quantum probare tuis civibus poſſis, vim neque parenti neque patriæ afferre oportere.* Caſt.

6 *Regere vi parentes.*] Hoc autem quod dicit de parentibus, ideo dicit, ut oſtendat tam turpe eſſe per vim patriam regere velle, quam etiam eſſet turpe, ſi quis per vim parentes patriamque ſuam regere vellet. *Sold.*

7 *Importunum.*] Id eſt, incommodum & periculoſum. Importunum, quaſi ſine portu. Mare autem, quod caret portu, valde incommodum eſt & periculoſum. *Idem.*

8 *Fugam.*] Addit Popma, *incendia.*

9 *Gratificari.*] Gratiam facere. Quid eſt gratificari libertatem ſuam, & decus potentiæ paucorum, niſi libertatem ſuam & decus potentiæ paucorum gratis concedere: & libertatem ac decus ſuum pro potentia paucorum periculis exponere, ut eis ſe gratos faciant?

10 *Cujus de virtute.*] Eſt enim hiſtoria, teſtis temporum, lux veritatis, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. *Cic. Unde pulchrum eſt* (inquit Diodorus) *ex aliorum erratis in melius inſtituere vitam noſtram: & quid expetendum, quidve fugiendum*

multi dixere, prætereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul à republ. ætatem agere, tanto [1] tamque utili labori meo nomen inertiæ imponant: certe, quibus maxuma industria videtur, [2] salutare plebem, & [3] conviviis gratiam quærere. [4] Qui si reputaverint, & quibus ego temporibus magistratum

gendum sit, ex aliorum exemplis posse cognoscere. Proinde haud immerito Demetrius Phalereus Ptolemæum regem subinde admonebat, ut libros legeret: quoniam quæ amici non audent principibus demonstrare, ea omnia in libris scripta reperiuntur. *Bud.*

1 *Tamque utili.*] Palmerius ait in vett. libris esse, *tamque utibili.* Ita locutus Terentius in Phormione, & Plautus in Milite: *magis ad rem non potest esse utibile.* Coler.

2 *Salutare.*] Plebem prensando, & cuncta alia humanitatis officia præstando devincire.

3 *Conviviis.*] Quibus gratiam populi aucupabantur. hinc de Julio Cæs. apud Suetonium cap. 38. *Julius Cæsar adjecit epulum, ac visceralionem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam cum prius parce, nec pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit.* Lib. 3. cap. 20. *prandium deinde populo mille mensis.* Vide Plin. lib. 9. cap. 15. lib. 14. cap. 15. Plutarchus in Julio scribit, Epulum toti populo viginti duobus millib. triclinionum, datum fuisse. Atque hæc publice Epula sæpe usitata fuerunt; nam, ut taceam de Jovis Epulo, quam cœnam Seneca vocat Dialem, item Triumphali, Pontificali, Augurali, de quibus Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. & lib. 4. cap. 2. Gellius lib. 12. c. 8. Liv. lib. 38. ita universo Populo vel favoris aucupandi, vel alia de ratione Epula sæpe tribuebantur. In veteri Glossario Epulum, Δαιτυμών, visceratio, δεῖπνον. Persius:

——— *Oleum artocreasque Popello*
Largior. -- vid. *Bulling* de conv.

Gratiam quærere.] In manuscriptis est, *Conviviis gratiam quærere:* pro, colligere gratiam, & captare, atque aucupari favorem & benevolentiam multitudinis, apparandis conviviis. Sed nec *Gloriam* repudio. etenim apte sane quadrat. Quod si *Gratiam* legere malis (id quod mihi magis arridet) ad liberalitatem & benignitatem opulentorum: sin *Gloriam*, ad magnificentiam & splendorem spectabis. Nam & qui convivia libenter exhibent, aut epulum vulgo dant, *gratiam:* qui laute & sumptuoso apparatu, *gloriam* consequi solent. Intelliges autem hunc locum de publicis conviviis, quibus multitudinis studium & amorem sibi homines ambitiosi conciliabant. Qua de re Cicero in Oratione pro L. Murena. *Conviviis gratiam.*] Palmerius expuncta voce legit, *conviviis quærere*, mea sententia, nimis acute. *Coler.*

4 *Qui si reputaverint, &c.*] Ut sententiam meam libere dicam, puto Sallustium post præturam à Republica ad scribendas historias se contulisse. nam L. Paulo, C. Marcello consulibus, à censoribus Senatu motus est: nec ita multo post prætor est designatus, ut docet Dion lib. 40. & 42. inde Jubæ regnum in provinciæ formam redactum administravit, & tandem dives factus (eam enim provinciam expilaverat) procul à Republica vivere decrevit. quod si ita est, ut ego existimo, totus hic Sallustii locus clarus & apertus erit. nam cum inquit, *Quibus ego temporibus*

tum adeptus ſim; & quales viri idem aſſequi nequiverint; & poſtea, quæ genera hominum in ſenatum pervenerint: profecto exiſtumabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mei mutaviſſe; majuſque commodum [1] ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipubl. venturum. [2] Nam ſæpe audivi, [3] Q. Maximum, [4] P. Scipionem, præterea

poribus magiſtratum adeptus ſim: intelligit præturam, quam turbulento Reipublicæ ſtatu conſecutus eſt, ut apud Dionem & Hircium videmus. deinde, cum inquit, *Et quales viri idem aſſequi nequiverint:* intelligit maxime Catonem, qui præturam petens, repulſam tulit. poſtremo cum ait, *Et poſtea, quæ genera hominum in Senatum pervenerint:* id ſignificat, quod ſcriptum eſt apud Dionem libro 43. Cæſarem videlicet rerum potitum plurimos ſine diſcrimine dignitatis in Senatum legiſſe. nec me latet, Ciceronem in Oratione, qua reſpondet Salluſtio, ita dicere: *Neque te tui piget homo leviſſime, cum ea culpas, quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis?* Quæ oratio, ſi eſt Ciceronis (quod non credo) ſine dubio Salluſtius ante præturam, poſtquam ex Senatu ejectus eſt, ſcripſit conjurationem Catilinæ, & Jugurthinum bellum. utrobique enim ait, *ſe procul à Republica ætatem agere decreviſſe*, quod alio tempore eum feciſſe intelligere non poſſumus. Verum (ut dixi) oratio illa, item quæ Salluſtii nomine inſcribitur, à quopiam exercitationis gratia mihi ſcriptæ videntur: nec ignoro, Quintilianum & alios quoſdam aliter ſenſiſſe. *Caſtil.*

1 *Ex otio meo.*] Duplex eſt *ocium*, honeſtum & turpe. *Ocium honeſtum* dicitur, eorum, qui ſubtrahunt ſe à rebus gerendis, & in aliquo honeſto ſtudio plurimum occupantur: ſicuti multi Philoſophi temporibus ſuis feciſſe leguntur, qui nequaquam ſe ad Rempublicam conferebant, ſed ſe totos ad contemplandam rerum naturam tradebant. Sicut Plato feciſſe legitur, qui Rempublicam non attigit, ſed totum tempus in Philoſophia conſumpſit. *Otium turpe* dicitur, eorum, qui laborem prorſus fugiunt, & ſe ignaviæ dedunt, nec ingenium, nec corpus exercentes. *Soldus.*

2 *Nam ſæpe audivi.*] Cicero pro Archia poëta, *An cum ſtatuas & imagines, non animorum ſimulachra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerunt: conſiliorum relinquere, & virtutum noſtrarum effigiem nonne multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam atque politam?* Idem.

3 *Q. Maximum.*] Fuit is ex Fabiorum familia. Fabii autem fuere Romani nobiliſſimi ſimul ac potentiſſimi: qui bellum adverſus Vejentes ſoli cum ſuis clientibus & ſervis in ſe receperunt: cumque ex levibus aliquot prœliis ſæpius victoriam reportaſſent, tandem ad Cremeram fluvium inſidiis circumventi, ad unum omnes capti ſunt. Ovid. lib. 2. Faſt. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum ſuperfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus ſanguine per longam nepotum ſeriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adverſum Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus reſtituit, adeo ut veriſſime de eo Ennius dixiſſe videatur:

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Sed, qui primus Fabius, dictus eſt Allobrox, quod apud flumen Iſarum Allobrogum regem cecidiſſet. *Q. Maximum.*] Qui Fabiæ gentis ortum à capite repetunt, ad Aborigines primos

terea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere; cum majorum [1] imagines intuerentur, vehementiſſume ſibi

Latii populos originem generis, ſtirpem ad Fabium Herculis filium referunt, ut ſcribit Plutarchus in Maximo. Habuit hæc gens familias præcipuas quatuor. Prima eorum eſt, qui Vibulani, altera qui Ambuſti, tertia qui Maximi, poſtrema eorum qui Pictores nominati ſunt. Vibulani à Vibone forſan opido, quod in Brutiis condidit Hercules. Ambuſti, auctore Feſto dicti ſunt à Fabio Eburno, quod fulmine ambuſtus ſit. Maximi à Q. Fabio Rulliano, qui cenſor cum P. Decio, omnem forenſem turbam ſecretam in quatuor tribus conjecit, Urbanaſque appellavit. Quæ res adeo gratis animis accepta eſt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus ſit. Livius lib. IX. *Pictores autem dicti ſunt à Q. Fabio C. F. qui primus ædem Salutis pinxit.* Plin. lib. XXXV. cap. IV. Hic libet monumentum Q. Fabii Maximi ſubjicere. Q FAB. MAX. DICTATOR BIS. COS. V. CENSOR INTERREX. II. ÆD. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGVR. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM, MINVCIO, CVIVS POT. IMPERIVM CVM DICTATORIS IMPERIO AEQVAVERAT, EXERCITVI PROFLIGATO SVBVENIT, ET EO NOMINE AE EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVORVS LVSTRIS FACTVS EST. Vide *Streinium.* Fulvius quoque Urſinus Labeones vocat in hac familia. nam in Denariis antiquis videre eſt: Q. FABIVS LABEO Prætor anno DLVIIII. ex Creta Inſula navalem egit. Idem anno DLXX. Conſul fuit cum M. Claudio Marcello, & anno DLXXIII. Pontifex factus eſt. Hunc ſcribit Cic. lib. I. Offic. & ad Q. Fratrem arbitrum Nolanis & Neapolitanis datum de finibus à Senatu: agrum de quo lis erat adjudicaſſe Populo Rom. Hæc obiter hic adjungere viſum fuit.

* *P. Scipionem.*] Vel majorem, vel minorem Africanum. Fuit autem ex gente Cornelia. Cornelia gens in patricias diviſa fuit familias & plebeias; patriciæ Blaſiones, Lentuli, Scipiones, Cinnæ. Siſennæ, & Sullæ in argenteis denariis, quos ipſi vidimus, reperiuntur. *Urſin.*

1 *Imagines.*] *Imago*, ut Polybius lib. 6. docet, *eſt inſignis alicujus viri ſimulachrum, oris ſimilitudinem artificioſe effictam coloribus pigmentiſque adumbratam referens, quod in inſigniori & celebriori domus parte, ligneo armario includebatur:* Hæc ille. Non autem omnibus imaginem ſui ponere licebat, ſed iis tantum, qui magiſtratus curules geſſiſſent: quales fuerunt primum curules Ædiles, Prætores, Cenſores, & Conſules. Cumque hi magiſtratus primum ſolis patriciis patuerint, ſequitur etiam patricios primum ſolos jus imaginis habuiſſe. Poſtquam autem hi honores plebi communicati ſunt: eos jus ponendi imaginem ſimul accepiſſe dubium non eſt. Cæterum & hoc obſervandum de imaginibus, Romanos feſtis diebus, apertis armariis, illas exornaſſe: cumque ex domeſticis quiſpiam eſſet mortuus, eas in funere extuliſſe, addito, ut magnitudine quam ſimillimæ apparerent, reliquo corporis trunco: veſtibus autem exornatas; ſi conſulares aut cum imperiis fuiſſent, prætextis; ſi cenſores, purpureis; ſi triumphales, auro intertextis, atque curru, faſcibus, & ſecuribus, aliiſque magiſtratuum inſignibus prælatis, in Roſtra eſſe perlatas, ut Polybius ibidem annotavit. Et

fácit

ſibi animum ad virtutem accendi. ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere; ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit. At contra, quis eſt omnium his moribus, quin [1] divitiis & ſumptibus, non probitate, neque induſtria, cum majoribus ſuis contendat? etiam [2] homines novi, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem antevenire, [3] furtim, & per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia & honores [4] nituntur. Proinde quaſi prætura, & conſulatus, atque alia omnia hujuſcemodi per ſe ipſa clara, & magnifica ſint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea ſuſtinet, virtus eſt. Verum ego liberius, altiuſque proceſſi, dum me civitatis morum piget, tædetque. nunc ad incœptum redeo.

Bel-

facit huc egregius locus Plinii lib. xxxv. cap. 11. *Aliter*, inquit, *apud majores in atriis hæ imagines erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec ærea, nec marmorea: expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque de funere aliquo, totus ædcrat familiæ ejus, qui unquam fuerat populus, ſtemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas: tablina in codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.* Porro poni ſolitas ejuſmodi majorum imagines cum titulis ſuis in prima ædium parte, ut eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur, docet Valerius. *Roſin.* Itaque qui imagines oſtendere poterat, nobilis cenſebatur, ſicut jura nunc inſignium ſe habent, quæ antiquis Romanis ignota, bello ſacro primam originem accepiſſe videntur. Quanquam Clodulfum ducem Auſtriæ Moſellanicæ, ante mille annos, ea habuiſſe inſignia Gramajus auctor eſt. Speciem tamen ejus rei apud Romanos alioſque fuiſſe, verisimile eſt, ſed alium in uſum. nam antiquioribus temporibus ſcuta ſignis quibuſdam diſtinxiſſe Vegetius auctor eſt. Fortium quoque virorum ſcuta picta, inertium pura fuiſſe, Servius ad lib. VI. Æneidos docuit: ad hoc tirocinium etiam alluſit Poëta, cum dicit:

Enſe levis nudo, parmaque inglorius alba.

1 *Divitiis & ſumptibus.*] Per hoc duo vitia notat contraria, avaritiam & prodigalitatem: avaritiam in accumulandis divitiis, prodigalitatem in expendendis.

2 *Homines novi.*] Vide ſupra p. 63.

3 *Furtim & per latrocinia.*] Quidam Ciceronem notari putant. Sed quomodo de eo, quantumvis inimicus diceret, (per latrocinia) qui in Catilina, ſua eum laude non privavit? Soldus *per latrocinia* exponit, per ambitionem. Baldus vero, fraude, occulta largitione. *Glar. Per latrocinia.*] In bellis enim civilibus multa rapuerant, ac inde divites facti, largitionibus magiſtratus emebant. *Coſt.*

4 *Nituntur.*] Id eſt, graſſantur & tendunt.

5 Bellum ſcripturus ſum, quod populus R. cum Jugurtha rege [1] Numidarum geſſit: primum, quia magnum & atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis [2] obviam itum eſt. quæ contentio [3] divina & humana cuncta permiſcuit, eoque væcordiæ proceſſit; uti ſtudiis civilibus [4] bellum, atque vaſtitas Italiæ finem faceret. Sed prius quam hujuſcemodi rei initium expedio, pauca ſupra repetam; quo, ad cognoſcendum, omnia illuſtria magis, magiſque in aperto ſint. Bello Punico ſecundo,

1 *Numidarum.*] Numidia Mauritaniæ ad ortum occurrit, quæ ab incolis modo Buzia dicitur, nomen à Buzia urbe regia Mauritaniæ trahens, quo uſque poſterioribus temporibus fines ſuos extendit: licet ſimul cum Africa, etiam omnem illam tertiam mundi partem ab Ægypto ad Herculeum uſque fretum Barbariam juniores appellent: hujus itaque Provinciæ ſitus ſic ſe habet: latus occidentale juxta Mauritaniam Ampſago fluvio: orientale Bagrada fluvio altero, (Plinius Tuſca, quem ante Bagradam ponit) meridionale deſertis interioris Libyæ: ſeptentrionale pelago Africo terminatur. Numidia, quæ & Metagonitis terra (quod idem eſt) à Græcis appellatur, nomen ab effectu ſumſit: non enim diu gentes eam inhabitantes eodem in loco permanere, ſed frequentius ſedes permutare dicuntur. unde illud: *Numidæque vagi*. Nam quod illi, *nomi*, nos pabulum interpretamur: unde *Nomades*, id eſt, paſtores. Plinius: *Numidiæ nomades à permutandis pabulis, mapalia ſua*, hoc eſt, domus plauſtris circumferentes. Et Feſtus: *Numidas dicimus, quos Græci nomades, ſive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, ſive quod herbis, ut pecora aluntur, nam plerumque radices edere dicuntur, alios carne, & lacte, & caſeo nutriri. Hanc terram feliciorem eſſe referunt, quam quæ Mauritaniæ proxima eſt Maſæſylorum. Videlicet iſta florentior & melius compoſita, quanquam propter res Carthaginienſium valde labefactata.* Similiter & Mela ſcribit, ac Plutarchus. Numidia namque in duas olim partes dividebatur, altera erat Occidentalis, quæ Mauritania Cæſarienſis deinde dicta eſt, altera Orientalis ad Bagradam flumen pertinens, vel ad Tuſcam amnem, Ampſaga interlabente fluvio. quæ vero in Mauritaniam ceſſit, ea, victa Carthagine, Maſiniſſæ reddita. ejectus enim paterno regno, hoc eſt, Maſſulia erat: hanc vero, quæ Carthaginienſibus affinis eſt, Syphace expulſo captoque, dono acceperat, quandoquidem eo bello multa & præclara facinora pro populo Romano fecerat. *Dom. Marius Niger.*

2 *Obviam itum eſt.*] In Veneto, quod eſt à Pincio excuſum, *obviatum* legitur: pro *obviam itum*. ſed perperam videlicet. quamvis eodem modo & Merſeburgenſe habeat, & Florentinum. *Rivius.*

3 *Divina & humana cuncta permiſcuit.*] Hoc ideo dicit, quia ex his partibus bellum civile inter Marium, & Sullam ortum eſt, dum plebs Marium, nobilitas Sullam ſibi ducem aſſumit: quo bello omnia jura divina & humana violata ſunt. nec enim leges humanæ aut divinæ in eo bello valuerunt, ſed prout libido victoris erat, fiebat. *Permiſcuit.*] Perturbavit. *Sold.*

4 *Bellum.*] Civile Marianum.

1 *Han-*

do; quo dux Carthaginienſium [1] Hannibal, poſt magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxume attriverat; [2] Maſiniſſa [3] rex Numidarum, in amicitiam receptus à P. Scipione, cui poſtea Africano cognomen ex virtute fuit, [4] multa & præclara rei militaris facinora fecerat: ob quæ, victis Carthaginienſibus, & capto [5] Syphace, cujus in

1 *Hannibal.*] Hamilcaris, Barchæ filius, Livius, Æmilius Probus, & Plutarchus. *Caſt. Hannibal.*] Denotat Orientalibus dominum gratioſum. חנן, id eſt, Hanno, gratioſus. Unde & Anna & Johannes nomen accepit, בעל ſive Baal autem dominum denotat. *Hannibal.*] Hannibal, Carthaginienſium dux aut Imperator, Amilcaris filius, cui ante aras Romanorum vindictam juraverat, in Hiſpaniam trajecit: Gallos ad Rhodanum ſuperavit. Eutrop. 3. Alpes pervias fecit: in Italiam venit: Saguntum cepit: Liv. lib. 1. decad. 3. Titum Sempronium Conſulem apud Trebiam profligavit: Flaminium Conſulem fudit ad Thraſymenum lacum, 15000. Romanorum cæſis à Fabio Maximo imminutus. Livius 4. Eutrop. 3. Poſtea reſumptis viribus Paulum Æmilium & Ter. Varronem Conſules apud Cannas vicit 40000. peditum & 2700. equitum cæſis, tribuſque & dimidio modiis annulorum Carthaginem miſſis: caſtris prope Romam poſitis, tempeſtate coactus, in Campaniam venit: à Marcello apud Nolam victus eſt. Livius libro 3. Eutropius 3. Florus. Apud Cumas à Sempronio Graccho, magna ſuorum cæde repulſus, navali pugna, Florus 2. 6. Juſtinus 31. Carthaginem rediit, ut eam à P. Scipionis Africani obſidione liberaret: cum quo apud Zamam oppidum Africæ congreſſus, 20000 Pœnorum cæſa ſunt, ferè totidem captis; ipſe ad Antiochum confugit, à quo auxilium ac vires ſumpſit; cum quo poſtremo etiam ſuperatus eſt. Livius 3. Juſtinus 31. Plutarch. in Annibale. Cæterum à Romanis expoſtulatus apud Antiochum ac Pruſiam reges, ipſorum fidem ſuſpectam habens, hauſto, quod annulo incluſum geſtabat, veneno, ſe ipſum confecit. Plutarch. Eutrop. 4. Oroſ. 4. 20. quo loco ait lapidibus obrutum fuiſſe à Carthaginienſibus ob rem male geſtam. Livius lib. 9. cruci affixum fuiſſe tradit.

2 *Maſiniſſa.*] Maſaniſſa ſeu Maſiniſſa, Galæ Maſæſulorum regis filius, cum à Carthaginienſibus eſſet, ſimulans ſe ad depopulandos Hiſpaniæ agros à Gadibus proficiſci, clam ad Scipionem contendit, ab eoque in amicitiam receptus eſt. inde conſtantiſſimæ ad ultimam ſenectam in Romanos fidei fuit. Livius. *Caſtil.*

3 *Rex Numidarum.*] Rex Maſſyliorum, qui & ipſi Numidæ ſunt, ut ex Livio diſcimus. *Idem.*

4 *Multa & præclara rei militaris facinora fecerat.*] Quia una cum Scipione bis Haſdrubalem & Syphacem prælio atque acie vicit: & poſtremo ipſum Hannibalem, victis Carthaginienſibus, ſcilicet Haſdrubale & Syphace bis prælio victis, ac ad poſtremum ipſo Hannibale acie ſuperato à Scipione, qui poſtea ob eam victoriam dictus eſt Africanus. *Sold.*

5 *Syphace.*] Syphax rex Maſæſylorum, quæ gens eſt Mauris vicina, opulentiſſimus erat: cum Scipionem, qui ab Hiſpania in Africam navigaverat, ſua in regia hoſpitaliter & benigne excepiſſet: amicitiæ fœdera, & contra Pœnos conſilia, cum Scipione iniverat. Eam ſocietatem & tantam virium acceſſionem, ut à Romanis divelleret Aſdrubal, Syphacis animum Sophoniſba filia in matrimonium ei data, amore ſcili-

in Africa magnum, atque late imperium valuit, populus R. quaſcumque urbis, & agros [1] manu ceperat, [2] regi dono dedit. Igitur amicitia [3] Maſiniſſæ bona atque honeſta nobis permanſit: ſed imperii, vitæque ejus, finis idem fuit. [4] Deinde Micipſa filius regnum ſolus obtinuit, Manaſtabale,

cet, & complexu adoleſcentulæ occupat: ita ut ille libidinis hoc ardore, & Aſdrubalis inſtigatione dementatus, amicitiæ Scipionis, antequam in Africam appelleret, per Legatos renunciaret. Cujus perfidiæ magnas mox pœnas dedit, caſtris enim & exercitu una nocte deletis, bis acie fuſus, ipſe captus, & Sophoniſba adamata orbatus, Romam, inde Albam in exilium relegatus, & à Scipione in triumphum ductus eſt, teſte Polybio, quem alii tamen morte ante triumphum Tibure eſſe præoccupatum auctores ſunt. *Stad.*

1 *Manu ceperat.*] Pro, *pugnando ceperat.* ut alibi idem loquitur T. Livius 3. ab V. C. *Quem agrum miles pro parte virili manu cepiſſet, eum ſenex quoque voce, qua una poſſet, vindicaret.* Rivius.

2 *Regi dono dedit.*] Scilicet Maſiniſſæ: ut refert Titus Livius, Scipionem parta victoria de Haſdrubale duce Carthaginienſium, quin & Syphace rege, ſceptro & corona atque aliis inſignibus Maſiniſſam donaſſe: ac præſente exercitu regem appellaſſe; poſtea Senatus decreto, quicquid urbium & agri bello acquiſiverant in Africa, à Romanis ipſi Maſiniſſæ dono datum eſt. *Sold.*

3 *Maſiniſſæ.*] Maſiniſſa rex Numidarum, filius Galæ, educatus & in literis excultus Carthagine adoleſcens annorum 17. à patre contra Syphacem bellum depoſcit. hoſte itaque finibus ejecto, ab Aſdrubale ob virtutem & indolem regiam in generum cooptatur, deſponſata ipſi filia Sophoniſba. traductuſque mox ad bellum in Hiſpaniam, ſpe nuptiarum ab Aſdrubale fruſtratur, & à patris obitu regno ſuo excidit, quod tamen victis hoſtibus recuperat. Cum tota Numidia ſuperiore tempore non poſſe fruges manſuetas ferre crederetur, oleribuſque ſaltem veſcerentur, ſolus & primus ipſe demonſtravit, nullum eſſe frugum vel fructuum genus, quod illa non gigneret, nihilominus, quam ulla alia regio ampliſſimis in ſpaciis, agris fertiliſſimis inſtructis. fuit & ſaluberrimo & robuſtiſſimo ac procero corpore, qui & cum ſtandum eſſet, in iiſdem veſtigiis totum diem perſiſteret, ſedens non ſurgeret, & equum ſine adjutore conſcenderet, & vexationem in equis ſine ullo incommodo toleraret, in ſenectute etiam uſque ad mortem. Cum multi ei filii & naſcerentur & morerentur, nunquam pauciores decem habuit. Moriturus, P. Scipionem Æmilianum, obſidentem Carthaginem è caſtris evocavit, & regni inter liberos dividendi poteſtatem ipſi fecit. Obiit An. ætatis 90. al. 97. & 100. regni 60. mundi 3818. urbis 606. relinquens liberis regnum ampliſſimum, à Mauruſiis Oceani accolis uſque ad Cyrenenſis ditionis mediterranea propagatum, & divitias maximas. *Henningius.*

4 *Deinde Micipſa, &c.*] Maſiniſſa moriens 44. reliquit filios, ex quibus tres erant legitimi: Micipſa, Manaſtabal & Guluſſa, quem Appianus Geloſſam vocat. Scipio Minor igitur, cui diviſio regni permiſſa fuerat (ſic enim juſſerat Maſiniſſa) regnum tribus legitimis dedit. mortuis autem Manaſtabale & Guluſſa, ſolus Micipſa regnavit. vide Appianum in Libyca hiſt. Oroſium libro 4. capite 22. & Eutropium libro 4. *Caſtil. Micipſa.*] Micipſa rex Numidarum, ſalutatus à Scipione Æmiliano, Cirtam regiam accepit: doctrina atque optimarum artium ſtudiis

erudi-

ſtabale, & Guluſſa fratribus morbo [1] abſumtis. Is Adherbalem, & Hiempſalem ex ſeſe genuit; Jugurthamque filium Manaſtabalis fratris, [2] quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos ſuos, domi habuit. Qui, ubi primum 6
adolevit, pollens viribus, decora facie, ſed multo maxume ingenio validus, non ſe luxui, neque inertiæ corrumpendum dedit; ſed, uti mos gentis illius eſt [3] equitare, [4] jaculari,

eruditiſſimus. Mortuis reliquis fratribus regnum ſolus obtinuit, & Cirtam munitam & cum Græcis colonis communicatam, tantam feçit, ut emitteret 10000. equitum & 20000. peditum copiam. Strabo lib. 17. Q. Fabio Maximo Æmiliano auxiliares copias contra Viriatum, & Scipioni Æmiliano contra Numantinos Jugurtham cum copiis miſit. hunc, quod eximiam operam Scipioni navaſſet, litteriſque commendatus ab eodem eſſet, adoptavit, & moriturus ipſum ac legitimos ſuos filios gravi oratione ad concordiam, ut mox videbimus, cohortatus eſt. Maxima peſtis ſub ipſo graſſata eſt, ut in Numidia 80000. circa oram maritimam 200000. hominum perierint. *Oroſius.* Obiit A. M. 3848. V. 636. *Henningius.*

1 *Abſumtis.*] Ablatis è medio viventium morbo. *Bad.*

2 *Quem Maſiniſſa.*] Illud *quem*, non Jugurtham, ſed Manaſtabalem referre quidam putant: ideoque quam vetuſtiores habent codices, alteram lectionem, quam nos ſequimur, non putant rejiciendam, quæ ita habet: *Jugurthamque filium Manaſtabalis fratris, quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat*: ut intelligamus, Manaſtabalem Micipſæ fratrem ex concubina ortum, non Jugurtham: neque obſtare, quod poſtea dicit auctor, Hiempſalem etiam antea Jugurtham deſpexiſſe, quia materno genere impar erat. Id enim intelligit de genere, quod à matre traxerat parens Jugurthæ, & in ipſum deinde Jugurtham etiam derivatum. Nam quia, inquiunt, alioqui ratione Maſiniſſa Jugurtham in imperium poſuiſſet. nepotem cum filiis? *Glar.* Utraque admitti poteſt interpretatio.

3 *Equitare.*] Maſſylii, Libyes, Numidæ, Getuli equitandi ſemper fuere peritiſſimi. Unde Lucanus libro IV. ſcribit, non ullo freno, ſed virga tantum & voce gubernaſſe equos, cum dicit:

Et gens, quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo,
Ora levi flectit frenorum neſcia virga.

Idemque aſſerit Virgil. l. IV. Æneid.

Et Numidæ infreni cingunt.

Strabo lib. XVII. *Maſſylii & Libyes parvis equis utuntur, celeribus tamen & manſuetis, adeo ut ſola virgula gubernentur.* Fuit & is Numidis mos, auctore Livio lib. 23. *quibus*, inquit, *diſſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tanta velocitas ipſis, tam docile equorum genus.* Vid. *Herm. Hugonem* de milit. eq. Exercitatio hæc proculdubio in militia magnum uſum habet: atque eo quoque conſilio tot equeſtres ludos ab Romanis inſtitutos arbitror. Hinc Latinæ feriæ, hinc Circenſes, hinc Equiria, aliique equeſtres ludi frequenter dati, de quibus Romani ſcriptores.

4 *Jaculari.*] Jaculatio non modo ſine amento, arcu, baliſtave efficiebatur, verum & ſagittarii ſolis brachiis ſeſe movebant, ἀκοντίζοντες autem ſive jaculatores in jactu brachia contorquebant, extendebantque, & præterea dorſum, nec non femora pedibus immotis flecte-

lari, [1] cursu cum æqualibus certare; &, cum omnis gloria anteiret, [2] omnibus tamen carus esse: ad hoc, pleraque tempora in [3] venando agere: leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & minumum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa, tametsi initio lætus fuerat, existumans Jugurthæ virtutem regno suo gloriæ fore: tamen postquam [4] hominem adolescentem,

flectebant, agitabantque. Habebant vero, qui sic exercebantur, terminos & scopos sibi propositos, quos modo præterire, modo attingere, victoriæ gratia quisque conabatur. Quod explicavit Horatius hoc versu:

—— *Sæpe disco,*
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

Mercurial.

1 *Cursu.*] Quo antiquitus certare familiare fuit. *Quis nescit*, inquit Plutarchus, *majores nostros inter alias exercitationes, ad spectacula, ad militaria exercitia, ad sanos habitus acquirendos cursum quoque habuisse?* Plato quoque ad bellicas exercitationes ita cursum commendavit, ut non modo viros & juvenes, verum etiam virgines, pueros, eos qui grandiores erant, & mulieres, omnesque tam nudos quam armatos exerceri voluerit, non in stadio solum, sed & in dolichio, in diaulo, & in ephippio. Platonis sententiam secutus Vegetius milites cursui assuefaciendos docet, ut majore impetu in hostem currant, ut loca opportuna celeriter, cum usus venerit, occupent, ut fugientium facilius terga comprehendant. Refert noster auctor alibi, de magni Pompeii exercitatione, eum cum agilibus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certasse, neque aliter Sertorio æquandum unquam fuisse, nisi se & suos milites hujuscemodi frequentibus exercitiis ad bella præparasset. Hujus tres effeciisse species Antyllum reperio, alteram in anteriora currendi, alteram in posteriora, alteram in orbem. quamvis item apud Galenum & dolichum, & diaulum reperiri sciam, quorum alterum refert ipse, Græcis continuatum diu cursum significare, quem tamen major pars auctorum duplicis stadii spatium extitisse censet, alterum definiunt fere omnes cursum, quo stadium semel currebant, & recurrebant. Itaque stadium erat cursus unius tantum stadii, dolichus duplex uno cursu stadium, diaulus duplex & ipse stadium, sed reflexo cursu. ut fieri posse credam peristylii interioris ambitum, quem diaulum ob duorum stadiorum mensuram vocatum tradit Vitruvius, hujusmodi cursui inserviisse. *Mercurialis de Gymnast.*

2 *Omnibus tamen carus esse.*] Hoc ideo dicit, quia ferme semper virtuti comes est invidia. *Sold.*

3 *Venando agere.*] Recte Xenophon in libello de Venatione affirmat venationem esse præludium ipsius bellicæ prudentiæ. & audi omni exceptione majorem M. Tullium, qui lib. 2. de Natur. Deorum ita loquitur: *jam vero immanes & feras belluas nanciscimur venando, & ut vescamur iis, & ut exerceamur ad similitudinem bellicæ disciplinæ.* Immoderatum tamen venandi studium in Principibus merito reprehenditur. Sicuti Mithridatem Ponticum eo incontinentiæ deveniisse historiæ testantur, ut per septem annos neque urbis tecto usus fuerit, solis intentus venationibus.

4 *Hominem adolescentem.*] Cic. pro Cælio: *Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam, in adolescentia, tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quanta fruges industriæ*

tem, exacta ætate ſua, & parvis liberis, magis magiſque creſcere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo ſuo volvebat. Terrebat eum natura mortalium avida imperii, [1] & præceps ad explendam animi cupidinem: præterea, opportunitas ſuæque & liberorum ætatis, quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ [2] tranſvorſos agit. ad hoc, [3] ſtudia Numidarum in Jugurtham accenſa: ex quibus, ſi talem virum dolis interfeciſſet, ne qua ſeditio, aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim, neque inſidiis opprimi poſſe hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promptus, & appetens gloriæ militaris ſtatuit eum objectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur [4] bello Numantino Micipſa, cum populo R. [5] equitum atque peditum auxilia mitteret; ſperans vel oſten- 7

duſtriæ ſint futuræ. Etenim ſemper magno ingenio adoleſcentes refrenandi potius à gloria, quam incitandi fuerunt: amputanda plura ſunt illi ætati, ſiquidem effloreſcit ingenii laudibus, quam inſerenda.

1 *Et præceps.*] Id eſt, prona, proclivis & inclinata: quia naturaliter homo nititur explere cupiditatem animi ſui. *Sold.*

2 *Tranſverſos agit.*] A recto & honeſto avertit.

3 *Studia.*] Id eſt, favor & benevolentia: quia Numidæ omnes miro quodam amore Jugurtham diligebant, propter virtutem ejus, & ei favebant. *Sold.*

4 *Bello Numantino.*] Numantia civitas nobiliſſima quondam, modice edito in tumulo ſita, quam Durias præteribat, (ubi caſtellum nunc Tienza nomine,) de qua Florus lib. II. c. 18. *Numantia*, inquit, *quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthive opibus inferior; ita virtutis nomine & honore par omnibus:* bello enim Celtiberico adverſus Romanum populum viceſimum ad annum arma fortiter intulit, inde complures exercitus cum imperatoribus ad internecionem deſtruxit: quæ à Scipione denique Africano exciſa jacuit. *Bello Numantino.*] Numantini, cum Romanos multis cladibus affeciſſent, tandem à Scipione Africano Æmiliano obſeſſi, cum fames urgeret, ſe ipſos, in rabiem verſi, ferro, veneno, ignique peremerunt. Livius, Paterculus, Oroſius, Florus. *Caſt.*

5 *Equitum.*] Auxiliares equites primus quod ſciam, Romanis junxit Tullus Hoſtilius diruta jam Alba. Livius l. 1. equitum turmas decem ex Albanis legiſſe affirmat: niſi quis dicat Albanos jam non ſocios, ſed Romanos factos, Alba tota Romam immigrante. Socii porro auxiliareſque equites diviſi in alas. Alares enim proprie equites, non Legionarii; quanquam ſubinde etiam Legionarii in ala poſiti, ut Lipſio obſervatum. Dictæ alæ, auctore Cincio apud Gell. lib. XVI. c. IV. quod circum legiones dextra ſiniſtraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur. Duplex ergo ala, dextra & ſiniſtra, à ſitu,

oſtentando virtutem, vel hoſtium ſævitia facile eum [1] occaſurum, præfecit Numidis, quos in Hiſpaniam mittebat. ſed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat [2] impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, & morem hoſtium cognovit; multo labore, multaque cura, præterea modeſtiſſume parendo, & ſæpe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, uti noſtris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori eſſet. Ac ſane, quod difficillimum imprimis eſt, & [3] prælio ſtrenuus erat & bonus conſilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre pleumque ſolet. Igitur imperator omnis fere res aſperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magiſque eum indies amplecti. quippe cujus neque conſilium, neque inceptum ullum fruſtra erat. Huc accedebat munificentia animi, & ingenii ſollertia: quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat. Ea tempeſtate in exer-

ſitu. Variis autem nominibus hæ alæ ſeu turmæ fuere appellatæ, nempe vel à nomine Præfectorum, vel gentium, vel municipiorum: quæ nomina Lazius collegit lib. VI. de Rep. Rom. cap. II. Eædem alæ poſtea vexillationes dictæ, auctore Vegetio lib. II. cap. I. Numerus vero ſociorum equitum duplex præ Romano erat. Id Polybius lib. VI. indicat: *Multitudo ſociorum peditum par quidem Legionibus Romanis, ut plurimum Equitum dupla.* Cauſam Lipſius adfert, quod ſocii late per oppida, per agros ſparſi, facilius equos ſuppeditarent & alerent; Romani contra anguſte clauſi, paucos id temporis haberent equeſtri cenſu præditos. Quantæ vero hæ ſociorum alæ, facilis conjectura eſt. Nam ſi ſocii Equites dupli ad Romanos, nimirum ſexcenti, demendo de his ducentos extraordinarios, de quibus alibi Polybius, ſupererunt in alam ſocialem Equites quadringenti; ſubinde tamen plures. Apud Livium libro X. Campanorum ala quingenti Equites. Numidarum ala Equites quingenti. Quin & Milliaria ala apud Hyginum, & in lapide priſco PRAEF. ALAE BRITTANNICAE MILLIARIAE. Hæ ſociorum alæ diviſæ quoque in turmas & decurias, ut Romanorum centuriæ. Ita Tacitus libro II. Hiſtoriarum: *quatuor equitum turmas, univerſam alam Trevirorum cum Julio Claßico miſit.* & Hyginus: *Ala habet turmas ſexdecim, decuriones, & reliqua, prout numerus turmarum.* Vide *H. Hugonem* de Milit. Equeſtr.

1 *Occaſurum.*] Id eſt, periturum, moriturum.

2 *Impigro.*] Veloci.

3 *Prælio ſtrenuus erat.*] Difficillimum: quia contra naturale temperamentum, ſimul eſſe prudentem & audacem. Rectè ergo Servius dicit: *Quibus ſanguis calidus, ut Afris, major eſt prudentia, ſed minor audacia in bello: contra,*

exercitu noſtro fuere complures [1] novi, atque nobiles, quibus divitiæ bono honeſtoque potiores erant, factioſi, domi potentes, apud ſocios clari magis, quam honeſti; qui Jugurthæ [2] non mediocrem animum pollicitando accendebant, ſi Micipſa rex occidiſſet, fore, uti ſolus imperio Numidiæ potiretur: in ipſo maxumam virtutem, Romæ omnia venalia eſſe. Sed poſtquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, & ipſe revorti domum decrevit: [3] donatum, atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in [4] prætorium adduxit; ibique ſecreto monuit, uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi

tra, quibus frigidus, ut Teutonis: at quibus temperatus, etiam illa mediocriter inſunt, ut Gallis. Bad.

1 *Novi atque nobiles.*] Id eſt, ignobiles & nobiles. *Sold.*

2 *Non mediocrem animum.*] Id eſt, elatum & ad majora aſpirantem. *Non mediocrem.*] *Non mediocrem* dixiſſe mihi videtur, pro *mediocriter.* Glar.

3 *Donatum magnifice.*] Ut coronis & inſignibus victoriæ, aliiſve muneribus.

4 *Prætorium.*] Dicebatur tabernaculum, quod duces exercituum, vel Imperatores, ſive Conſules, ſive Dictatores, ſive Prætores, ſive Tribuni militum conſulari poteſtate ii eſſent, occupabant, Nomen autem inde habet, quod initio Conſules, qui plerunque bella adminiſtrabant, Prætores dicerentur. Ita Quæſtorium erat tabernaculum Quæſtorum. Forma prætorii fuiſſe videtur rotunda, teſtudinea, id eſt, curvata in cameram rotundiorem. Hac cauſa fortaſſe Joſephus cum templo componit, quod templa plerunque talia: aut etiam quod eminebat in mediis caſtris, ut in Urbe aliqua templum. An & quia religio ibi & pars ſacrorum? Certe in eo Augurale fuit, ubi ſacrificare & auſpicari Imperator ſolebat: nam ante illud ara fuit, in qua ſolenniter libamenta aliqua illata & cremata, quotidianæ religionis ergo: Auguratorium vocat Hyginus, qui & ſitum ejus parte dextra prætorii docet, ut tribunal læva. Tota igitur area ſive pedatura Prætorii erat quaternûm jugerum, ſeu potius verſuum. Verſum autem dicunt centum pedes quoquo verſus quadratum. Pedatura vero Latinis eſt quod Græcis ποδισμὸς, etſi podiſmi ipſa Græcanica voce crebro in hac re Vegetius uſus. ποδισμὸς autem dimenſio, aut & dimenſum ipſum per pedes, ſicut σταδιασμὸς per ſtadia. Ad verbum eſt pedatura. Et accipiunt non pro ipſa menſura tantum, ſed pro ſpatio, areaque, quam ſic demenſi. Situs prætorii in medio non quidem caſtrorum, ſed aliorum ducum. Nam ſemper veteri & novo more, in medio Tribunorum, aliorumque Ducum, Prætoris locus. Profecto, ut in acie Prætor ſeu Conſul (confundimus hic iſta) poſt Haſtatos & Principes ante Triarios ſtabat, media fere acie, & ad latera Tribuni: ita hic, niſi quod pro Triariis, Ablecti, & Extraordinarii, & Evocati ſubſtituti. Et hic ſitus magnæ rationis fuit. Primum non longe ab hoſte, & ad Prætoriam portam, quæ illum fere ſemper ſpectabat: nimirum ut obſervet, ſi quid ille moliatur aut moveat, & nuncios quoque & exploratores ſtatim admittat: cauſa altera, ut duces omnes circum ſe habeat,

puli R. coleret: neu quibus largiri insueſceret, periculoſe à paucis emi, quod multorum eſſet. ſi permanere vellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriam, & regnum venturum: ſin properantius pergeret, ſuamet ipſum pecunia [1] præci-
9 pitem caſurum. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipſæ redderet, dimiſit. earum ſententia hæc erat: Ju-
„ gurthæ tui bello Numantinolonge maxuma virtus fuit:
„ quam rem certò ſciotibi gaudio eſſe.nobis ob merita ſua
„ carus eſt: ut idem S. P. Q. R.ſit, ſumma ope nitemur.
„ Tibi quidem pro noſtra amicitia gratulor. en habes vi-
„ rum dignum te, atque avo ſuo Maſiniſſa. Igitur rex, ubi ea quæ fama acceperat, ex litteris imperatoris ita eſſe cognovit, [2] cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum ſuum; & Jugurtham beneficiis vincere aggreſſus eſt: ſtatimque eum adoptavit, & teſtamento pariter cum filiis heredem inſtituit. Sed ipſe paucos poſt annos, morbo, atque ætate [3] confectus, cum ſibi finem vitæ adeſſe intelligeret, coram amicis, & cognatis, itemque Adherbale, & Hiempſale filiis, dicitur hujuſcemodi verba cum Jugurtha habuiſſe.

10 „ [4] Parvum ego te Jugurtha, [5] amiſſo patre, ſine ſpe, ſine
„ opibus in meum regnum accepi, exiſtumans non minus
„ me tibi, [6] quam liberis ([7] ſi genuiſſem) ob beneficia carum

habeat, quorum conſilio, cum opus, ſtatim utatur, item jubeat aliquid aut mandet: tertia, ut in conſpectu habeat ſubjecta caſtra, & militem totum, videatque, ſi quid peccent, aut turbent. Ipſe ille aſpectus coërcebat milites, qui ſciebant, ſemper ſub oculis ſui Ducis ſe verſari, eoque in omnibus magis compoſite ſe gerebant: nec Ducis tantum, ſed Ducum; quoniam Quæſtor, Legati, Tribuni omnes fere huc ſpectabant. Denique cauſa etiam hîc, honor & dignitas, quod media omnia honeſtiora, imo & tutiora. *Lipſ.*

1 *Præcipitem caſurum.*] Recte ita legitur ex pleriſque manuſcriptis: vulgo; *pecuniam & ipſum præcipitem caſurũ*. Grut.

2 *Cum virtute, tum gratia viri permotus.*] Ita manuſcriptum. vulgo; *tum virtute, tum gratia.*

3 *Confectus.*] Id eſt, ad ultimum exhauſtus & abſumptus.

4 *Parvum ego.*] Hanc Salluſtii orationem Ælius Spartianus divinam vocat, aitque Severum imperatorem morbo gravatum eam miſiſſe filio majori. *Caſt.*

5 *Amiſſo patre.*] Scil. Manaſtabale.

6 *Quam liberis.*] Non male monet Urſinus hanc vocem, *liberis*, forſan delendam eſſe. Sed quis audeat ſine membranarum ullo adjumento? *Grut.*

7 *Si genuiſſem.*] Quia tunc nondum genuerat. *Bad.*

1 *Renova-*

rum fore. neque ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna, & egregia tua facinora omittam, novissume rediens Numantia, meque regnumque meum gloria honoravisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissumos feciſti: in Hiſpania nomen familiæ [1] renovatum eſt: poſtremo, quod difficillumum inter mortalis eſt, gloria [2] invidiam viciſti. Nunc, quoniam mihi natura finem vitæ facit, [3] per hanc dextram, per regni fidem moneo, obteſtorque, uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres ſunt, caros habeas: neu malis alienos adjungere, quam ſanguine conjunctos retinere. [4] Non exercitus, neque theſauri, præſidia regni ſunt, verum amici; quos neque armis cogere, neque auro parare queas: [5] officio & fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, ſi tuis hoſtis fueris? Equidem ego [6] regnum vobis trado, firmum, ſi boni eri-

1 *Renovatum eſt.*] Maſiniſſa amicitiam cum Scipione contraxit, cum Scipio ipſe ex Hiſpania diſcederet: vel certe quia Maſiniſſa antequam ſe cum Romanis conjungeret, multa cum Haſdrubale duce Carthaginenſium bella in Hiſpania geſſerat contra Romanos: & nomen ejus in Hiſpania propter hoc celebre erat, quod poſt multos annos Jugurtha bello Numantino inſigni virtute ac gloria renovavit. *Soldus.*

2 *Invidiam viciſti.*] Eam gloriam virtute aſſecutus es, ut nemo tibi amplius invideat. non enim iis invidemus, qui nos longe multumque ſuperant, ut docent Plut. τοῖς φθόνῳ κρείττοσι, & Ariſt. Rhet. lib. 2. τὸ συνῆθες γὰρ φθονεῖν ἐπίπαν). *Caſt.*

3 *Per hanc dextram.*] Intelligimus Micipſam hæc dicentem, dexteram Jugurthæ apprehendiſſe. *Sold.*

4 *Non exercitus, neque theſauri.*] Totus hic locus de Xenophonte ſumptus eſt, in oratione, quam habuit Cyrus filiis & amicis, antequam moreretur. *Caſt.*

5 *Officio.*] Popma legit *obſequio*, quod nauci eſt hoc loco. Eſt enim *obſequium* inferiorum erga ſuperiores. *Grut.*

6 *Regnum vobis.*] Sunt quædam regna electiva, quædam ſucceſſiva: ſucceſſiva aut ſemel alicui, populi voluntate, delata ſunt, & ad poſteros transfunduntur, aut ſunt in pleno jure proprietatis, quæ & alienari poſſunt, & teſtamento de iis caveri, ſicut & regnum hic diviſit Micipſa. Itaque hoc regnum Micipſæ erat in proprio ejus dominio & ultimâ voluntate relinqui poterat. Sic & de Dario Juſtinus: *Regnum Artaxerxi, Cyro civitates, quarum præfectus erat, legavit.* Sic Alexandri ſucceſſores in jus illud plenum, ac proprietatem imperandi populis, qui ſub Perſis fuerant, pro ſua quiſque parte ſucceſſere, aut etiamipſi victoriæ jure id imperium ſibi quæſivere. Ita Attalus rex ex eodem jure regni hæredem fecit populum Romanum, Nicomedes Bithyniæ. De Ptolemæo quoque Cicero de Lege Agraria: *Quis ignorat regnum Ægypti teſtamento regis Alexandrini populi, Romani*

„ eritis: ſi mali, imbecillum. Nam [1] concordia parvæ res
„ creſcunt, diſcordia maxumæ dilabuntur. Cæterum
„ ante hos, te, Jugurtha, qui ætate, & ſapientia prior es,
„ ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni
„ certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit injuriam,
„ tamen, quia plus poteſt, facere videtur. Vos autem,
„ Adherbal, & Hiempſal, colite, obſervate talem hunc
„ virum; imitamini virtutem, & enitimini, ne ego melio-
„ res [2] liberos ſumſiſſe videar, quam genuiſſe.

11 Ad ea Jugurtha, tametſi regem ficta locutum intelligebat, & ipſe longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne reſpondit. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtquam illi more regio [3] juſta magnifice fecerant, reguli

eſſe factum? Tale quoque regnum fuit Micipſæ, qui alioquin Jugurtham adoptivum filium in regni partem cum propriis filiis non vocaſſet. Alioquin, ſi id regnum non fuiſſet οὐ ἰδίας κλήσεως, non potuiſſet ita agere Micipſa, niſi populi eadem eſſet conſuetudo. In regnis enim hæreditariis, quæ primo quidem populi voluntate inſtituta ſunt, ſucceſſoris aliusordo obſervatur, neque teſtamenta valent. Sicuti apud Germanos regna eo jure minime habebantur. Nam quod Carolus Magnus & Ludovicus Pius, & alii poſtea etiam apud Vandalos & Ungaros de regnis teſtati leguntur, id commendationis tantum vim apud populum habebat. Simile eſt, quod apud Livium legimus, Regem Macedonum Philippum, cum Perſea à regno arcere, & ejus loco regem facere vellet Antigonum fratris ſui filium, obiiſſe Macedoniæ urbes, ut Principibus illum commendaret. Alioqui teſtatur Herodotus Hiſtoricus omnium antiquiſſimus, omnium populorum fuiſſe conſuetudinem, ut natu prior regnum obtineat. Olim & ex conſuetudine, ſi Ægyptum & Britanniam excipias, ſequior ſexus regno ut plurimum excluditur. Mortuo vero avo nepos ex filio defuncto, qui major natu fuerat, ſuccedit, non vero frater minor. ſicut & illa cauſa coram Ephoris apud Lacedæmonios agitata & deciſa fuit. Et ex conſuetudine ita ſervatur. *Grut.*

1 *Concordia.*] Voluit hoc Apophtegma illud Sciluri, qui cum relictis maribus filiis octuaginta, diem eſſet obiturus, ſagittarum faſcem cuique obtendens, ut illum confringeret quis, jubebat: id autem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingulatim eductas facillime fregit: docens, ubi una concordes eſſe perſeverarent, firmos ac potentes fore: imbecilles vero, ſi ſeparentur ac diſſideant. Lapides quidam Inſulæ Cycladiacæ (teſte Plinio) integri ſupernatant, fracti concidunt in fundum: ſic omne quod eſt, tam diu manet atque ſubſiſtit, quam eſt unum, ſed interit atque ſolvitur, quando unum eſſe deſiit.

2 *Liberos ſumpſiſſe.*] Ita Græci, Theophilus & Harmenopulus, λαμβάνειν pro *adoptare* uſurpant. *Coler. Sumpſiſſe.*] Per adoptionem.

3 *Juſta.*] Id eſt, exequias funebres. *Juſta.*] In codice Nazariano legitur, *juſtitium.* Quod excutiant homines Libitinæ amici; nam mihi profecto ferme ſe probat. *Grut.* Omnino rejiciendum, quid enim ea, *magnifice juſtitium facere?* Thyſ.

reguli in unum convenere, ut inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent. Sed Hiempſal, qui minumus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat, deſpiciens, dextera Adherbalem adſedit: [1] ne medius ex tribus, quod & apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, ut ætati concederet, fatigatus à fratre, vix in partem alteram tranſductus eſt. Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Jugurtha inter alias res [2] jacit, oportere quinquennii conſulta, & decreta omnia reſcindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipſam [3] parum animo valuiſſe. Tum idem Hiempſal placere ſibi reſpondit: nam ipſum illum tribus proximis annis adoptione in regnum perveniſſe. Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quiſquam ratus, deſcendit. Itaque ex eo tempore ira & metu anxius, moliri, parare, atque [4] ea modo in animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur. Quæ ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: ſtatuit quovis modo inceptum perficere. Primo conven- 12
tu, quem ab regulis factum ſupra memoravi, propter diſſenſionem placuerat dividi theſauros, [5] finiſque imperii
ſingu-

1 *Ne medius ex tribus.*] Quicquid Goropius Becanus dicat, dextra ſedere honoratior locus, quam ſiniſtra, erat apud Romanos: quod ex plurimis locis demonſtrat Lipſius lib. 11. Elect. cap. 11. & locum alicui claudere, idem, quod ſiniſtra incedere. Atque idem comes *exterior* appellatur Horatio & Ovidio *interior comes*, ideſt dexter. Vid. Lipſium.

2 *Jacit.*] Ita Manuſcriptum, non ut vulgo, *ait*, id eſt, inter alia hoc ſignificat & innuit, oportere quinquennii conſulta, &c. Nam ſic interdum hoc verbo utimur. Cicero ad Atticum 2. *Sed illud quid ſit, ſcire cupio, quod jacis obſcure.* Livius 6. ab V. C. *Ad hoc domi concionantis in modum ſermones pleni criminum in Patres: inter quos, cum omiſſo diſcrimine, vera an falſa jaceret, theſauros Gallici auri occultari à Patribus jecit.* pro, *ſignificavit.* Sed & verbo *jactare* in eodem ſignificatu utitur. *Riv.*

3 *Parum animo valuiſſe.*] Id eſt, non ſatis intellectu valuiſſe.

4 *Ea modo cum animo habere.*] Eſt hæc quidem lectio plerorumque Mſſ. ſed tamen cum Pall. quintus ac decimus ſervet tantum, *modo animo habuiſſet* Nazar. vero adhuc abjecerit voculam *animo*: diſpiciendum eſt, an non media ſcriptura optima ſit, ac præpoſitio manarit à ſciolis: nam hactenus editum eſt *in animo habere*, quomodo nullæ membranæ. *Gruterus.* Recte Gruterus. Vide nos ad Livium l. 44. 24. *Gron.*

5 *Finis imperii.*] Diviſio hæc regnorum hæreditaria funeſtos ut plurimum habuit exitus, & firmum ſæpe antea

ſingulis conſtitui. Itaque ad utramque rem tempus decernitur, ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in loca propinqua theſauris alius alio conceſſere. Sed Hiempſal in [1] oppido Thirmida forte ejus [2] domo utebatur, qui [3] proxumus lictor Jugurthæ, carus acceptuſque ei ſemper fuerat: quem ille caſu miniſtrum oblatum promiſſis onerat, impellitque, uti tamquam ſuam viſens domum eat, [4] portarum claves adulterinas paret: nam veræ ad Hiempſalem referebantur: ceterum, ubi res poſtularet, ſe ipſum cum magna venturum manu. Numida mandata brevi conficit · atque, uti doctus erat, noctu Jugurthæ milites introducit. Qui poſtquam in ædes irrupere: diverſi regem quærere: dormientis alios, alios occurſantis interficere: ſcrutari loca abdita: clauſa effringere: ſtrepitu & tumultu omnia miſcere: cum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe tugurio mulieris ancillæ, quo initio pavidus, & ignarus loci profugerat. Numidæ caput ejus, uti
13 juſſi erant, ad Jugurtham referunt. Ceterum fama [5] tanti faci-

imperium dilaceravit: fratrum enim æmulatio, quæ neque parem ut plurimum, neque ſuperiorem ferre poteſt, ubi in odium erupit, non niſi civili ſanguine vel inſigni aliqua calamitate extinguitur.

1 *Oppido Thirmida.*] Exemplar Florentinum, Venetum, atque ex his derivata, *In oppidum Thirmida:* quaſi ad verbum *Conceſſere* referatur. ſed perperam, meo judicio. *Riv. Thirmida.*] Urbs, ut apparet, Numidiæ. Thirmida quoque Urbis nomen videtur apud Priſcianum: forſan eadem cum hac noſtra. *Ortel.*

2 *Domo utebatur.*] Aldinus Codex hæc verba, *(forte ejus utebatur domo)* Parentheſeos ſignis incluſerat, cum nominativus *Hiempſal* ad *utebatur* verbum conſtruatur. Soldus hanc domum Hiempſalis eſſe credidit, cum ſit lictoris. Et ipſe auctor ſtatim de Jugurtha, atque adeo de lictore ſubjungit, *impellitque, uti tanquam ſuam domum viſens eat.* Soldum Badius in hoc recte redarguit, ut eum qui auctoris ſenſum non intellexerit. *Glar.*

3 *Proxumus lictor.*] *Proxumus lictor* dicebatur, qui proxime magiſtratum vel regem præcedebat. unde autem dictus ſit *lictor*, docent Gellius l. XII. c. 3. & Plutarchus in Quæſtionibus. *Caſt. Proximus lictor.*] Vide Turnebum l. II. cap. 9. & lib. XXVII. c. 21. Alius ab hoc primus lictor, id eſt, πρωτοραβδοῦχος, quem vetus Gloſſarium erudite *primivirgium* exponit. *Cuper.*

4 *Portarum.*] Hic quidam exiſtimant Salluſtium loqui de portis oppidi: hac (ut puto) ratione ducti, quod porta murorum ſit, munitionumque, atque caſtrorum; ut ait Valla. Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, qui exiſtimant, lictorem paraviſſe adulterinas claves ædium ſuarum. Vide Sabellicum. *Caſt.*

5 *Tanti facinoris.*] Id eſt, tanti ſceleris.

facinoris per omnem Africam brevi divulgatur: Adherbalem, omniſque, qui ſub Micipſæ imperio fuerant, metus invadit. In duas partis diſcedunt Numidæ: plures Adherbalem ſequuntur, ſed illum alterum bello meliores. Igitur Jugurtha quam maxumas poteſt [1] copias armat: urbis partim vi, alias voluntate imperio ſuo adjungit: omni Numidiæ imperare parat. Adherbal, tametſi Romam legatos miſerat, qui ſenatum docerent de cæde fratris, & fortunis ſuis, tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex prœlio profugit in provinciam, ac dehinc Romam contendit. Tum Jugurtha, [2] patratis conſiliis, poſtquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus ſuum cum animo reputans, timere populum R., neque advorſus iram ejus uſquam, niſi in [3] avaritia nobilitatis & pecunia ſua, ſpem habere. Itaque, paucis diebus, cum auro argentoque multo legatos Romam mittit: quîs præcipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: dein novos acquirant: poſtremo, quemcunque poſſint largiundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, & ex præcepto regis [4] hoſpitibus, aliiſque, quorum ea tempeſtate in ſenatu

ris. *Facinus* in bonam & malam partem accipi poteſt. nam & bonum, & malum facinus dicimus. *Sold.*

1 *Copias armat.*] In Merſeburgenſi & impreſſis vetuſtioribus, *Copias parat:* pro, *comparat.* In cæteris manuſcriptis eſt vulgata lectio, conſentiente Beroaldino. *Riv.*

2 *Patratis conſiliis.*] Id eſt, perfectis conſiliis, id eſt, cum perfeciſſet id, quod facere decreverat: videlicet, cum Hiempſalem interfeciſſet, & alterum fratrem Adherbalem regno expuliſſet, & totum regnum Numidiæ uſurpaſſet, ſicuti facere cogitaverat. *Sold.*

3 *Avaritia.*] M. Tullius Offic. 2. ſcribit, Cajum Pontium Samnitem optare ſolitum, ut ad illa tempora ſe Fortuna ſervaſſet, & tunc eſſet natus, quando Romani dona accipere conſueviſſent, non fuiſſe paſſurum eos diutius imperare. Adeo ſcilicet humana cupiditas ad iſtas utriuſque materiæ laminas caligat, quibus tamen, ut alibi Romanus Sapiens, terra, ut noxiis rebus, maloque gentium in medium proditis, toto pondere incubuit. Reſiſtit quis, aut obloquitur? os illi argento verbera, obſtruetur. Vide Senecam.

4 *Hoſpitibus.*] Vel qui ſuſceperant legatos hoſpitiis, vel qui aliquando ſuſcepti fuerant hoſpitio à Jugurtha in provincia Numidiæ. *Sold. Hoſpitibus.*] Scilicet regis, id eſt, iis, quibuſcum jus hoſpitalitatis habebat ſe mutuo recipiendi hoſpitio. *Bad.*

natu auctoritas pollebat, magna munera misere: tanta commutatio incessit, ut ex maxuma invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret. quorum pars spe, alii præmio inducti, singulos ex senatu ambiundo nitebantur, [1] ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

14

„ P. C. [2] Micipsa pater meus moriens mihi præcepit, uti „ regni Numidiæ tantummodo procurationem existuma- „ rem meam; ceterum jus, & [3] imperium penes vos esse: simul

1 *Ne consuleretur.*] Id est, ne per consultationem definiretur. *Idem.*

2 *Micipsa pater meus, &c.*] In eandem sententiam apud Livium Decadis quintæ lib. 5. locutus est in Senatu Romæ Masinissæ filius, cui nomen Masgabæ fuit. *Cast.*

3 *Imperium ejus penes vos esse.*] Imperium hoc, sive ἡγεμονίαν, libertatem sociorum non tollit, neque is qui fœdere supremus est, cæteris libertatem adimit. Unde Livius: *Græci domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur; nunc imperium ubi est, ibi ut sit, perpetuum optant: libertatem vestris tueri armis satis habent.* Egregie quoque Florus: *Illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, & rectorem gentium Populum Romanum reverebantur.* Et recte Andronicus Rhodius post Aristotelem amicitiæ inter dispares hoc ait proprium, ut potentiori plus honoris, infirmiori plus auxilii deferatur. Scimus, quid ad hanc quæstionem Proculus responderit, scilicet liberum esse populum, qui nullius alterius potestati subjectus sit, licet in fœdere comprehensum sit, ut is populus comiter alterius majestatem conservaret. Si ergo populus tum fœdere obligatus liber manet, etiam summum alterius imperium non agnoscit. Addit Proculus, illud adjici in fœdere, ut intelligatur alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur alterum non esse liberum. Superiorem hic intelligere debemus potestate, (jam enim dixerat talem populum alterius potestati subjectum non esse) sed auctoritate & dignitate, quod verba sequentia, apta quadam similitudine explicant: *quemadmodum*, inquit, *clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neque auctoritate, neque dignitate, neque jure omni nobis pares sunt: Sic & eos, qui majestatem nostram comiter conservare debent, liberos esse intelligendum est.* Ita J. C. Clientes igitur sunt in fide patronorum, ita populi fœdere inferiores in fide populi, qui dignitate est superior. Etiam in fœdere inæquali plerunque convenire solet, ut controversiæ discententur apud eum, qui superior est in fœdere. *Grot.* Imperium itaque hic improprie dicit Sallustius, erant enim Numidæ socii Romanorum. Intelligendum itaque hoc imperium est συμμαχικῶς, non δεσποτικῶς, socialiter, non heriliter. Quanquam fatendum est accidere plerunque, ut qui superior est in fœdere, si is potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie dictum usurpet. Ita Isocrates imperium Athenienſium regno comparat. Ita Latini querebantur sub umbra fœderis Romani servitutem se pati. Sic Ætoli vanam speciem & inane nomen libertatis vocant, & Achæi dixere fœdus esse precariam servitutem. Similiter quoque apud Tacitum Batavi conqueruntur.

Atque

ſimul eniterer domi militiæque quam maxumo uſui eſſe „
populo R. Vos mihi cognatorum, vos in locum affinium „
ducerem: ſi ea feciſſem, in veſtra amicitia exercitum, di- „
vitias, munimenta regni me habiturum. Quæ præcepta „
patris mei cum agitarem; Jugurtha, homo omnium, „
quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus, contemto imperio „
veſtro, Maſiniſſæ me nepotem, [1] utique ab ſtirpe ſocium „
atque amicum populi R. regno fortuniſque omnibus ex- „
pulit. Atque ego, P. C. quoniam eo miſeriarum ventu- „
rus eram, vellem, potius ob mea, quam ob majorum „
meorum beneficia, poſſe me à vobis auxilium petere, ac „
maxume [2] deberi mihi beneficia à populo R. [3] quibus non „
egerem; [4] ſecundum ea, ſi deſideranda erant, uti debitis „
uterer. [5] Sed quoniam parum tuta per ſe ipſa probitas „
eſt, neque mihi in manu fuit, Jugurtha qualis foret: ad „
vos confugi P. C. quibus, quod mihi miſerrimum eſt, „
cogor prius oneri, quam [6] uſui eſſe. Cæteri reges, aut „
bello victi in amicitiam à vobis recepti ſunt, aut in ſuis „
dubiis rebus ſocietatem veſtram appetiverunt. Familia „
noſtra cum populo R. bello Carthaginienſi amicitiam „
inſtituit, quo tempore magis [7] fides ejus, quam fortuna „

„ pe-

Atque hoc modo multas ad ſe traxere provincias rerum callidi Romani. Vide *Grot. Penes vos.*] Et ita callide aſſerit, Romanos debere regnum Numidiæ tutari, ut ſuum. *Bad.*

1 *Utique à ſtirpe ſocium atque amicum pop. Rom.*] Hoc autem ideo Adherbal, quaſi Maſiniſſæ nepos eſſet, qui rex ſociuſque & amicus fuerat ab ſenatu appellatus. Cujus nominis honorem & paucis admodum, & pro magnis erga ſe & regnum meritis atque officiis dare pop. Rom. conſuevit. *Riv.*

2 *Deberi beneficia.*] Beneficia debita dicuntur, quæ alii debent ex merito noſtro: gratuita dicuntur beneficia, quæ alii nobis præſtant, non ex merito noſtro, ſed ex gratia ſua & liberalitate, cum nihil nobis debeant. *Sold.*

3 *Quibus utinam non egerem.*] Non eſt in ullo uſpiam manuſcripto, quod ſciam, illa optandi particula, *Utinam:* ac mea quidem ſententia rectius eadem abeſt. Qui locum expenderit, ſi cujus modo eſt in literis judicii, mecum haud dubie faciet. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. *Riv.*

4 *Secundum ea, ſi deſideranda erant.*] Ita Priſcianus lib. 14. citat hunc locum, vulgo: *ſed ea ſi deſideranda.* Caſt.

5 *Sed quoniam, &c.*] Si locus non eſt corruptus, hic erit fortaſſe ſenſus: Cum in poteſtate mea non fuerit, conformare & emendare Jugurthæ mores: cumque mea probitas per ſeſe parum ab illo tuta foret, ad vos confugi. *Caſtil.*

6 *Uſui.*] Id eſt, utilitati.

7 *Fides ejus magis quam fortuna.*]

„ petenda erat. [1] Quorum progeniem vos, P. C. nolite
„ pati me nepotem Maſiniſſæ fruſtra à vobis auxilium pe-
„ tere. Si ad impetrandum nihil cauſſæ haberem, præter
„ miſerandam fortunam; quod paullo ante rex genere, fa-
„ ma, atque copiis potens, nunc deformatus [2] ærumnis,
„ inops, alienas opes [3] exſpecto: tamen erat [4] majeſtatis
„ populi Rom. prohibere injuriam; neque pati, cujuſquam
„ regnum [5] per ſcelus creſcere. Verum ego iis finibus eje-
„ ctus ſum, quos majoribus meis populus R. dedit: unde
„ pater, & avus meus una vobiſcum expulere Syphacem,
„ & Carthaginienſes. [6] Veſtra beneficia mihi erepta ſunt,
„ P. C. [7] vos in mea injuria deſpecti eſtis. Eheu me miſe-
„ rum! huccine, Micipſa pater, beneficia tua evaſere, uti
„ quem tu parem cum liberis tuis, regnique participem fe-
ciſti,

Quia tunc Maſiniſſa pauper erat. Unde Livius refert, ad eum tranſiſſe tantummodo cum ducentis equitibus. Ergo fides ejus magis quam fortuna erat petenda: quia potentia ejus erat parva, utpote qui ſpoliatus erat à Carthaginienſibus: & cum his poſtea fœdus fecerat. *Sold.* *Quam fortuna.*] Quia tunc maxime attrita erat res Romana. *Bad.*

1 *Quorum progeniem vos.*] Legerem, *quorum progenies vos*, hoc eſt, vos, qui illius populi progenies eſtis. Cic. de Univerſitate, *veteres, qui ſe progeniem Deorum dicebant.* Varro de R. R. 2. *Ibi contra progenies eorum.* Ciacconius.

2 *Ærumnis.*] Id eſt, per ærumnas. *Ærumnæ* proprie dicuntur labores oneroſi, dictæ ab ærumnulis, quæ (ſecundum Plautum) ſunt furcillæ, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant, ſecundum Feſtum Pompejum. Cic. 2. de Fin. *majores noſtri labores non fugiendos, tutiſſimo tamen verbo, ærumnas etiam, ut video, nominarunt.*

3 *Expecto.*] In aliis eſt, *Expeto.* Utrumque mea quidem ſententia, ſic quadrat, vix ut noris, utrum alteri præferas: niſi quod prius illud eſt in codicibus manuſcriptis. *Riv.*

4 *Majeſtatis.*] Pulchre Cicero in Divinatione ſua: *Clariſſimi viri noſtræ civitatis temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſtibus, clientibuſve ſuis, ab externis, qui in amicitia Populi Romani eſſent, injurias propulſare, eorumque fortunas defendere.* Unde & Liv. lib. XXXIII. deprædicat gentem hanc Romanam, quod ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præſtet, maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injuſtum imperium ſit, & ubique jus, fas, lex potentiſſima ſit.

5 *Per ſcelus creſcere.*] Sicuti creſcit regnum Jugurthæ per ſcelus, qui Hiempſalem dolo interfecit, & Adherbalem regno expulit. *Sold.*

6 *Veſtra beneficia mihi erepta ſunt.*] Id eſt, non poſſum uti veſtro beneficio: quia id quod vos dediſtis aliquando majoribus meis, mihi abſtulit Jugurtha. *Idem.*

7 *Vos in mea injuria deſpecti.*] Dum Jugurtha facit injuriam, vos deſpicit. Et ita indignationem ſenatus contra Jugurtham concitat. *Idem.*

1 *Mul-*

Digitized by Google

ciſti, is potiſſimum ſtirpis tuæ exſtinctor ſit? nunquam- ,,
ne ergo familia noſtra quieta erit? ſemperne in ſanguine, ,,
ferro, fuga verſabimur? Dum Carthaginienſes incolu- ,,
mes fuere, jure omnia ſæva patiebamur. hoſtis ab latere: ,,
vos amici procul: ſpes omnis in armis erat. Poſtquam ,,
illa peſtis ex Africa ejecta eſt, læti pacem agitabamus: ,,
quippe, quîs hoſtis nullus erat, niſi forte quem vos juſſiſ- ,,
ſetis. Ecce autem ex improviſo Jugurtha, intoleranda ,,
audacia, ſcelere, atque ſuperbia ſeſe efferens, fratre meo, ,,
atque eodem propinquo ſuo interfecto, primum, re- ,,
gnum ejus ſceleris ſui prædam fecit: poſt, ubi me iiſdem ,,
dolis nequit capere, nihil minus, quam vim aut bellum ,,
exſpectantem, in imperio veſtro, ſicuti videtis, extor- ,,
rem patria, domo, inopem, & coopertum miſeriis effe- ,,
cit, ut ubivis tutius, quam in meo regno eſſem. Ego ſic ,,
exiſtumabam, P. C. uti prædicantem audiveram patrem ,,
meum; qui veſtram amicitiam diligenter colerent, eos ,,
[1] multum laborem ſuſcipere, ceterum ex omnibus maxu- ,,
me tutos eſſe. Quod in [2] familia noſtra fuit, præſtitit, ut ,,
in omnibus bellis adeſſet vobis: nos uti per otium tuti ,,
ſimus, in manu veſtra eſt, P. C. Pater nos duos fratres ,,
reliquit: tertium Jugurtham beneficiis ſuis ratus eſt no- ,,
bis conjunctum fore. Alter eorum necatus, alter jus ipſe ,,
ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo po- ,,
tiſſimum infelix accedam? generis præſidia omnia ex- ,,
ſtincta ſunt: pater, [3] uti neceſſe erat, naturæ conceſſit: ,,
fratri, quem minume decuit, propinquus per ſcelus vi- ,,
tam eripuit: affinis, amicos, [4] propinquos ceteros meos, ,,
,, alium

1 *Multum laborem.*] Quia Romani tunc multos habebant inimicos. *Bad.*

2 *Familia noſtra.*] Id eſt, in poteſtate ejus videlicet. *Badius. Quod in familia noſtra fuit, præſtitit.*] Vel deeſt aliquid, vel mendum hæret in voce ultima. nam de Maſiniſſa iſthæc accipi vix queunt, cum ipſi tamen magis quam Micipſæ accommodari poſſint. *Grut.*

3 *Uti neceſſe erat.*] Neceſſitate fatali aut naturali. *Bad.*

4 *Propinquos cæteros meos, alium alia clades oppreſſit.*] Aliter: *Propinquos cæteros mors, alium alia clade oppreſſit.* Rivius aſſerit, ita ſe reperiſſe in Mſſ. tribus: *Propinquos cæteros meos, alium alia clades oppreſſit.* quæ lectio mihi non diſplicet. *Caſt.* Et hanc nos ſequimur.

„ alium alia clades oppreſſit: capti ab Jugurtha, pars [1] in
„ crucem acti, pars [2] beſtiis objecti ſunt: pauci quibus re-
„ licta eſt anima, clauſi [3] in tenebris cum mærore & luctu,
„ morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quæ aut
amiſi,

1 *In crucem acti.*] Quin de omni cruce dici poſſit altam fuiſſe; & ſublimes pependiſſe, qui affixi huic ligno erant, non eſt dubium. nam & nocentes in crucem tolli, levari dicebantur, aut etiam eam inſcendere & aſcendere. Sed qui putabit omnes ad unum exemplar erectas fuiſſe, ſane erraverit. Sublimes extra ordinem aliquæ ſtatuebantur: ſi exempla edenda forent in famoſa perſona, & ob atrox facinus, aut ſi hoc ſupplicio veniret afficiendus ille, cujus odium eſſet apud omnes flagrantiſſimum, aut quæcunque alia cauſa id flagitaret. Cæterum vulgares cruces non admodum altas fuiſſe, ex ſuppedaneo, quod habebant, ſi habuerint, oſtendi poteſt. Non enim appoſitum illis ſuppedaneum, ut cruciarii corpus in illo pedibus ſiſtentis requieſceret, & quaſi ſuſtineretur, ut vulgo perſuaſum doctis eſſe video. Ad hoc enim ſuppactum fuit, ſi tamen fuit, crucibus παπήδιον, ut pede in eo poſito cruciarius poſſit inſcendere per ſe, & lignum quod in medio fixum erat conſidere, eodem prorſus modo, quo eques pede ſtapedi impoſito ad ſublevandum ſe, equum aſcendit. medium itaque crucis lignum, quod eminebat ex anteriore parte, equi lignei vicem habuit, quod inſcendebat, & equitabat cruciarius. Unde & ἀνηχεῖσθαι eo dixit crucifixum Juſtinus in Tryphonis dialogo. In eo ligno veluti ſubſidebant toto corpore ſuſtentati, quia illud natibus premebant, cruribus hinc inde pendulis. hominis autem ita ſubſidentis brachia utrinque expanſa, ad duas latitudinis partes extremas deligabantur, clavis etiam affixæ: pedes in ima extremitate longitudinis vinciebantur, & clavis configebantur: caput reclinatum habebatur ad extremitatem longitudinis ſummam: nec is pedibus inſiſtebat ſuppedaneo, quod falſo imaginati ſunt. Tribus autem partibus tota crux conſtabat, arrectario ligno, ſive ſtipite, ſive palo, qui erecta ſtatione in terram defigebatur. Staticulum & ſtatumen appellat Tertullianus. Hæc præcipua pars crucis, ſive major, quia longior & denſior. Altera pars tranſverſaria eſt, quæ ideo antenna appellatur, nam arrectaria mali inſtar habet, tranſverſaria antennæ. Hæc pars diſpaſſis brachiis cruciarii, & alligatis quaſi veſtita erat. Quæ directa defigebatur, totum corpus ſuſtinebat rectum. Tertia fuit ſedile, id eſt, lignum quod à medio ſtaticulo ſive ſtipite crucis erecto eminebat, cui inſidebat cruciarius. Crucem ſimilem eſſe Tau Samaritano ex Origene tradit Hieronymus: Ægyptio forſan Salebdi, dicere voluit, vel Tavi literæ Abyſſinorum. Appendicis loco cenſetur fuiſſe ſuppedaneum. Sed de eo merito dubitatur, cum nulla ejus apud veteres mentio, niſi nos Greg. Turonenſis auctoritas moveat. Ultimo erat ſuperius tabula alba nigris literis notata, in qua cauſa mortis deſcribebatur. Græci λεύκωμα dixerunt. quod idem eſt, teſte Heſychio, atque tabula alba. *Salmaſ.*

2 *Beſtiis.*] Uſitatum hoc antiquiſſimis temporibus fuiſſe ſupplicium, ex Daniele apparet, qui leonibus objiciebatur. Differebat autem ad Beſtias damnari, & ad ludum venatorium, quia illi ſtatim conſumebantur, hi armis inſtructi vitam diutius protrahere poterant pugnando. Cruci quoque affixis nonnunquam beſtiæ crudeli modo ſubjiciebantur.

3 *In tenebris.*] Id eſt, in carcere.

1 *Aut*

amiſi, [1] aut ex neceſſariis advorſa facta ſunt, [2] incolumia manerent: tamen, ſi quid ex improviſo mali acciderisset, vos implorarem, P. C. quibus pro magnitudine imperii, jus & injurias omnis, curæ eſſe decet. Nunc vero exſul patria, domo, ſolus, atque [3] omnium honeſtarum rerum egens, quos accedam, aut quos appellem? nationes ne, an reges, qui omnes familiæ noſtræ ob veſtram amicitiam infeſti ſunt? an quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta plurima ſint? an quiſquam noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit? [4] Poſtremo, Maſiniſſa nos ita inſtituit, P. C. ne quem coleremus, niſi populum R. ne ſocietates, ne fœdera nova acciperemus: abunde magna præſidia nobis in veſtra amicitia fore: ſi huic imperio, fortuna mutaretur, una occidendum nobis eſſe. Virtute, [5] ac diis volentibus, magni eſtis & opulenti: omnia ſecunda, & obedientia ſunt: quo facilius ſociorum injurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Jugurthæ, parum cognita, [6] tranſvorſos agat: quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos ſingulos, ne quid de abſente, incognita cauſſa, ſtatuatis: fin-

1 *Aut ex neceſſariis.*] *Neceſſarii* dicuntur, non ſolum ſanguine, ſed & familiaritate atque amicitia nobis conjuncti. *Sold.*

2 *Incolumia manerent.*] Id eſt, ſalva atque integra, & quantum ad vitam & quantum ad fortunas, & quantum ad dignitatem. Nam ille dicitur incolumis, de cujus ſalute ac dignitate nihil diminutum eſt. *Sold. Incolumia.*] Vox hæc à priſcis agricolis deſumpta. Columus enim & culmus, calamum, unde & nomen accepiſſe videtur, denotabat. Hinc columis & incolumis, quando nulla erat calamorum ſtrages ſive calamitas.

3 *Omnium rerum honeſtarum.*] Id eſt, ad honorem regium aut regalem pertinentium. *Ead.*

4 *Poſtremo.*] Ac ſi diceret: Etiamſi haberem, præter vos, unde præſidium petere poſſem, non peterem: quia avus noſter Maſiniſſa ita nos docuit, ne cum aliquo populo ſocietatem haberemus, niſi cum pop. Rom. Dicebat enim, incolumi imp. Rom. nos quoque futuros incolumes: Et è contra, ruente & cadente imperio Rom. nos etiam occaſuros eſſe. *Sold.*

Poſtremo, Maſiniſſa, ita nos inſtituit.] In nonnullis eſt, *Micipſa*, ut de patre ſuo, non avo loquatur. & ſic quoque Florentinum: licet aliter codices in membrana deſcripti. *Riv.*

5 *Ac diis volentibus.*] Benignitate deorum. *Sold.*

6 *Tranſvorſos agat.*] Id eſt, pervertat, & à recto deducat. *Idem.*

1 *Pre-*

„ fingere me verba, & fugam ſimulare, cui licuerit in re-
„ gno manere. Quod utinam illum, cujus impio facinore
„ in has miſerias projectus ſum, [1] eadem hæc ſimulantem
„ videam: & aliquando aut apud vos, aut apud Deos im-
„ mortalis rerum humanarum cura oriatur: ut ille, qui
„ nunc ſceleribus ſuis ferox atque præclarus eſt, omnibus
„ malis excruciatus, impietatis in parentem noſtrum, fra-
„ tris mei necis, mearumque miſeriarum gravis pœnas
„ reddat. Jamjam frater animo meo cariſſume, quam-
„ quam tibi immaturo, &, unde minume decuit, vita ere-
„ pta eſt, tamen lætandum magis, quam dolendum puto
„ caſum tuum. Non enim regnum, ſed fugam, exilium,
„ egeſtatem, & omnis has, quæ me [2] premunt, ærumnas
„ cum anima ſimul amiſiſti: at ego infelix in tanta mala
„ præcipitatus, ex patrio regno, [3] rerum humanarum
„ ſpectaculum præbeo: incertus quid agam, tuas ne
„ injurias perſequar, ipſe auxilii egens, an regno conſu-
„ lam, cujus vitæ, neciſque poteſtas ex opibus alienis
„ pendet. Utinam, emori, fortunis meis honeſtus exi-
„ tus eſſet: ne vivere [4] contentus viderer, ſi defeſſus
„ malis [5] injuriæ conceſſiſſem. Nunc neque vivere lu-
„ bet, neque mori licet ſine dedecore, P. C. per vos,
„ per liberos, atque parentes veſtros, per majeſtatem
„ populi Rom. ſubvenite miſero mihi: ite obviam in-
„ juriæ, nolite pati regnum Numidiæ, quod veſtrum
eſt,

1 *Eadem hæc ſimulantem.*] Forte, *eadem ſic ſimulantem.* Vide ad Livium libro 27. 7. *Gronovius.*

2 *Premunt.*] Affligunt.

3 *Rerum humanarum ſpectaculum præbeo.*] Sine dubio ingenti artificio hanc concluſionem tractat. Paulo ante (inquit) rex eram: nunc in tanta mala deductus ſum, ut rerum humanarum ſpectaculum & exemplum ſim: quia qui me aſpiciunt, diſcunt ex me, quam mutabilis ſit rerum humanarum natura: quia cum paulo ante rex fuerim, nunc autem tam inops & infœlix, doceo rerum humanarum naturam inſtabilem eſſe, atque volubilem. *Sold.*

4 *Contemptus.*] Id eſt, neglectus, ſpretus. *Sold. Contemptus.*] Badius legit *contentus*, & ita interpretatur, utinam honeſte mori detur, ne putarer contentus vivere, ſi ceſſiſſem injuriæ, non redeundo in regnum: quia defeſſus malis.

5 *Injuriæ conceſſiſſem.*] Id eſt, locum dediſſem injuriæ. Quid eſt *locum dare injuriæ*, niſi vinci ab injuria, & injuriam ſuperare non poſſe? *Sold.*

1 *Tabe-*

eſt, per ſcelus, & ſanguinem familiæ noſtræ [1] tabeſcere. „

Poſtquam rex finem loquendi fecit, legati Jugurthæ 15
largitione magis, quam cauſſa freti, paucis reſpondent: Hiempſalem, ob ſævitiam ſuam, ab Numidis interfe- „
ctum: Adherbalem ultro bellum inferentem, poſtquam „
ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiſſet: Ju- „
gurtham ab ſenatu petere, ne ſe alium putarent, ac Nu- „
mantiæ cognitus eſſet; neu verba inimici ante facta ſua „
ponerent. Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus „
ſtatim conſulitur: fautores legatorum, præterea magna pars gratia [2] depravata, Adherbalis dicta contemnere; Jugurthæ virtutem laudibus extollere; gratia, voce, denique omnibus modis [3] pro alieno ſcelere, & flagitio, ſua quaſi pro gloria, nitebantur. at contra pauci, quibus bonum & æquum divitiis carius erat, ſubveniendum Adherbali, & Hiempſalis mortem ſevere vindicandam cenſebant. ſed ex omnibus maxume [4] Æmilius Scaurus, homo [5] nobilis, impiger, factioſus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum; ceterum vitia ſua callide occultans. Is poſtquam videt regis largitionem [6] famoſam, [7] impudentemque, veritus, quod

1 *Tabeſcere.*] Id eſt, corrumpi.

2 *Depravata.*] Corrupta.

3 *Pro alieno ſcelere.*] Scilicet ipſius Jugurthæ. ita contendebant pro ſcelere Jugurthæ, ut ſcelus Jugurthæ defenderent, qui Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno ſpoliaverat. *Sold.*

4 *Æmilius Scaurus.*] Hic eſt, M. Æmilius Scaurus, princeps ſenatus, cujus nutu prope terrarum orbis regebatur. hunc laudat ſæpe Cicero, ut gravem, ut conſtantem, ut prudentem virum: nec ſecus Valerius Max. lumen eum ac decus patriæ Scaurum appellat. vide Ciceronem in Bruto, de Off. lib. 1. in oratione pro Fonteio, & ad Lentulum Epiſtola extrema. *Caſtil. Scaurus.*] Hic ut puto, pater eſt ejus Scauri, cujus Ædilitas celebratur à ſcriptoribus, & in ejus denario deſcribitur, cum titulo: M. SCAVRVS ÆD. CVR. in quo item denario ejuſdem ſub Pompejo Magno Proquæſtura & in Syria Præfectura, & geſta contra Aretam regem Arabum expreſſa ſunt. *Uſſin.*

5 *Nobilis.*] Patricius. Aſconius in oratione pro Scauro filio, & auctor de Viris illuſtribus. *Caſtil. Nobilis.*] Æmilia gens fuit patriciamajorum gentium, Alba oriunda, ducto à Lepore nomine, ut auctor Plutarchus. Diſtinguitur familia his cognominibus. Fuere enim Barbulæ, Lepidi, Mamercini, Papi, Paulli. His addit Onuphrius Buas, vel, ut legit Urſinus, Bucas. Rariores & ſingulares Regilli, & Scauri. Vid. Ant. Auguſtinum de Famil. Rom.

6 *Famoſam.*] Id eſt, infamem & turpem. *Sold.*

7 *Impudentem.*] Quia nimis aperte & impu-

quod in tali re ſolet, [1] ne polluta licentia, invidiam accen-
26 deret, animum à conſueta lubidine continuit. Vicit tamen in ſenatu pars illa, quæ [2] vero pretium aut gratiam anteferebat. Decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipſa obtinuerat, inter Jugurtham, & Adherbalem dividerent. cujus legationis princeps fuit [3] L. Opimius, homo clarus, & tum in ſenatu potens, [4] quia conſul, [5] C. Graccho,

impudenter eam largitionem faciebant legati. *Idem.*

1 *Ne polluta licentia.*] Forte: *polluti* & *accenderent. Ne polluti* ſcilicet ea largitione *accenderent invidiam*, majorem ſibi & graviorem facerent, *licentiâ*, quod nimis manifeſti eſſent. *Gronov.*

2 *Vero.*] Id eſt, veritati.

3 *L. Opimius.*] Is L. Opimius prætor Fregellas cepit, ac diruit: Conſul C. Gracchum, & Fulvium pernicioſos cives interfecit. decreverat enim ſenatus, ut videret Conſul, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. nec duces ſeditionis necaſſe ſatis fuit. amplius enim quam tria millia hominum interfecit: quare poſtea accuſatus à Q. Decio trib. plebis, quod cives Romanos indicta cauſa necaviſſet, defendente Carbone, à populo abſolutus eſt. tandem, quod à Jugurtha pecunia corruptus eſſet, reus Manlia rogatione factus in exilium indigniſſime à Gracchanis judicibus (ut inquit Cicero) ejectus eſt. *Caſt.*

4 *Quia conſul.*] Opes ait in ſenatu habuiſſe hoc ob ipſum, quod ſævitia & ira implacabili in Gracchanos promeruiſſet, ut unicus defenſor ejus ordinis exiſtimaretur: ideo omnes nobiles & locupletes illum aſpectaſſe, ſecutos, coluiſſe, ut propugnatorem ſenatus majeſtatiſque vindicem ſuæ, quod de Appio Livius. Non igitur forte aptius, *qui conſul*, quam *quia*, ut viſum viro docto. *Gronovius.*

5 *C. Graccho.*] C. Gracchus tribunus plebis inter cæteras leges Agrariam quoque tulit, ob quam frater Tiberius occiſus fuerat; poſt tribunatum igitur, quem per biennium continuaverat, cum ejus legesabrogarentur, tumultum excitavit: ac tandem Aventinum una cum Flacco armata manu occupavit. tum L. Opimius conſul, convocato ad arma populo, & immiſſis Cretenſibus ſagittariis, eos fudit. Flaccus in domo cujuſdam quo fugerat, una cum filio interemptus eſt. Gracchus autem fugiens, cum jam comprehenderetur, cervicem Euporo ſervo, quem nonnulli Philocratem vocant, incidendam præbuit. Auctores ſunt Valer. Max. lib. 6. cap. 8. Macrobius Saturnal. lib. 1. Auctor de Viris illuſtribus & præterea alii auctores, Livius, Paterculus, Oroſius, Florus, Plutarchus, Appianus. *Caſt. C. Graccho.*] Sane Gracchus, ut populo placeret, tulit leges de deducendis coloniis & veſtibus publice militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione, de minoribus 17. annis ad militiam non cogendis, de ſuffragiis ſociorum, pares Italos & cives conſtituens: & præcipue legem frumentariam de annona pauperibus aſſignanda: de judicibus deligendis extra ſenatum. Quo favore fretus Cajum Fannium amicum ſuum ad conſulatum perduxit, tribunus plebis conſtitutus. Sed Lucius Opimius in conſulatu ſuo pluribus Gracchi legibus derogavit, renitentibus Graccho & amico ejus tunc conſule Marco Fulvio: unde orta ſeditione, Fulvius Aventinum occupat, quem Gracchus ſequitur triſtis, & parvo duntaxat gladio accinctus: unde juniorem filium Fulvii cum caduceo ad ſenatum & conſulem de concordia miſit: qui retulit

Digitized by Google

cho, & [1] M. Fulvio interfectis, [2] acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. [3] Eum Jugurtha, tametsi Romæ [4] in amicis habuerat, tamen accuratissume recepit: dando, & pollicendo multa, perfecit, uti fama, [5] fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret, reliquos legatos eadem via aggressus, pleroſque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, Jugurthæ traditur: illam alteram, [6] specie, quam usu, potiorem, [7] quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit. Res postulare videtur Africæ situm 17
paucis exponere, & eas gentis, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca, & nationes [8] ob calo-

retulit consulem decrevisse, si concordiam peterent, Aventinum desererent: quo audito, voluit Gracchus ad senatum proficisci: sed cæteris id non probantibus, filius remissus in carcerem conjectus est à consule avido pugnæ. Nam statim cum magna manu in Aventinum irrumpit: adversarios in fugam vertit, unde Fulvius se in quoddam balneum conjecit, ac paulo post cum majore filio deprehensus occiditur. Gracchus in ædem Dianæ profugit: ubi cum sibi vim inferre vellet, à Licinio & Pomponio fidelissimis familiaribus prohibitus, cum aufugere vellet, ab adversariis in ponte ligneo deprehensus fuisset, nisi familiares illi se pro illo morti opposuissent. quibus cadentibus in sacrum Dearum nemus profugit, ibique à Philocrate servo, qui cum illo aufugerat, id expostulans, occisus est; qui occiso domino supervivere nolens, se quoque interemit. *Bad.*

1 *M. Fulvio.*] Is consul fuit cum M. Plautio Hypseo, anno ab urbe condita 628. postea proconsul transalpinos Ligures bello domuit, ac triumphavit anno Urbis conditæ 630. Livius libro 60. & Marmorum fragmenta, quæ summos magistratus continebant. *Cast.*

2 *Acerrime victoriam.*] Et hujus loci restituti gratia minime pœnitet excussisse pulverem librorum pergameneorum, jam enim seculum est, quod legebatur, *acerrime vindictam* omnino contra mentem auctoris, quam præter mss. adhuc conservarunt typis excusi ante annos sexaginta. *Gruterus. Acerrime.*] Occisis tribus millibus è plebe.

3 *Eum Jugurtha.*] Opimius princeps legationis cum ad Jugurtham venisset, splendide susceptus est à rege: atque ab eo pecunia correptus, commodum regis famæ & fidei suæ antepositit, ob quam rem cum Romam rediisset, cum summo dedecore in judicio damnatus est: ut tradit Plutarchus in vita Gracchorum. *Idem.*

4 *In amicis.*] *L. inimicum* ut habent teste Grutero aliquot editiones: i. e. non faventem suæ parti. *Gronov.*

5 *Fide.*] Quam præstare debebat in dividendo regno. *Cast.*

6 *Specie, quam usu potiorem.*] Pulchritudine, quam fructu meliorem. *Cast.*

7 *Quæ portuosior.*] Quia hæc pars plures portus habebat. *Sold.*

8 *Ob calorem.*] Quoniam sunt in eo terræ

calorem, aut aſperitatem, item ſolitudines minus frequentata ſunt, de iis haud facile compertum narraverim: cetera quam pauciſſimis abſolvam.

[1] In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere: pauci, tantummodo Aſiam, & Europam eſſe; ſed [2] Africam in Europa. ea finis habet ab occidente, fre-

terræ cingulo, quod maxime ſolis ardore torretur. *Caſt.*

1 *In diviſione orbis terræ.*] Varie terrarum orbem antiqui partiti ſunt. alii enim in quatuor, alii in tres, alii in duas tantum partes diviſerunt: ut ipſe videre poteris apud Herodotum, Iſocratem, Strabonem, & alios tam Græcos quam Latinos auctores. nec tamen illi, qui terrarum orbem in duas partes diviſerunt, inter ſe conſentiunt, ut videmus hoc in loco, & apud Varronem de ling. Lat. 4. & de Re ruſt. libro 1. Strab. lib. 2. & Plin. Nat. hiſt. lib. 3. cap. 1. *Caſt.*

2 *Africa.*] Dicta eſt Africa lingua Arabica Iffric, à verbo فرك ſeu faraca, id eſt, divido: cur autem ſic dicatur, duæ ſunt opiniones, quarum prior hæc eſt, quod ea terræ pars ſit ab Europa mari mediterraneo, ab Aſia vero flumine Nilo ſeparata. Altera quod hoc nomen ab Ifrico Africæ fœlicis rege deductum arbitrentur, qui omnium primus hanc terram incoluiſſe fertur. Hic cum adverſus Aſſyriæ regem bellum gereret, ab eodem tandem regno pulſus, cum toto exercitu Nilum tranſmiſit, & occidentem verſus ſuas copias traducens, non prius quievit, quam in eam partem Carthagini vicinam perventum eſt. Hinc eſt, quod Arabes ſolum Carthaginis regionem, & eam partem, quæ occidentem reſpicit, Africam eſſe arbitrantur. *Leo Afric.* Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago à cæteris, brevior eſt quidem quam Europa, quia nec uſquam Aſiæ, & non totius hujus litoribus obtenditur: longior tamen ipſa quam latior, &, qua ad fluvium attingit, latiſſima: ut que inde procedit, ita media præcipue in juga exurgens, pergit incurva ad occaſum, faſtigatque ſe molliter, & ideo ex ſpacio paulatim adductior. Ubi finitur, ibi maxime anguſta eſt. Quantum incolitur, eximie fertilis, verum quod pleraque ejus inculta, & aut arenis ſterilibus obducta aut ob ſitum cœli terrarumque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vaſta eſt magis, quam frequens. Mare, quo cingitur, à ſeptentrione Lybicum: à meridie Æthiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus. Ab ea parte, quæ Lybico adjacet, proxima eſt Nilo provincia, quam Cyrenas vocant. Deinde, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt, Africa, cætera Numidæ & Mauri tenent. Ultra Nigritæ ſunt, & Pharuſii, uſque ad Æthiopas. Hi & reliqua hujus, & totum latus, quod meridiem ſpectat, uſque in Aſiæ confinia poſſident. Ac ſuper ea, quæ Lybico mari abluuntur, Lybies Ægyptii ſunt & Leucoæthiopes, & natio frequens multiplexque Getuli. *P. Mela.* Africæ figura eſt, ſi quis in plano conſideret, rectangula triquetra. baſis eſt ora nobis obverſa, ab Ægypto, atque Nilo uſque in Mauritaniam & Herculis columnas: ad rectum vero angulum ei efficitur latus à Nilo per Æthiopiam ductum, ſi id ejiciamus uſque ad Oceanum. latus vero recto angulo ſubtenſum, eſt regio tota, quæ ad Oceanum jacet, inter Æthiopes atque Mauritaniam. loca quæ circa ipſum dictæ figuræ verticem, jam torridæ ſubjacent, tantum freti conjectura quadam dicimus, propterea quod inacceſſa ſunt: unde nec maximam hujus regionis

[1] fretum noſtri maris & Oceani: [2] ab ortu ſolis declivem latitudinem: quem locum [3] Catabathmon incolæ appellant. [4] Mare ſævum, [5] importuoſum. ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: [6] cœlo, terraque penu-

nis latitudinem dicere promptum eſt. In ſuperioribus tamen hoc diximus, ex Alexandria in Meroën Æthiopici regni caput eunti Auſtrum verſus eſſe ſtadia fere CCIↃↃ. inde recte ad exuſtæ fines & habitabilis alia ſtadiorum III. millia. Maxima itaque Africæ latitudo ponenda eſt XIII. quatuordecimve millium ſtadiorum: longitudo paulo minor, quam dupla. *Strabo.*

1 *Fretum noſtri maris & Oceani.*] Id eſt, fretum Herculeum, quod eſt inter mare noſtrum & Oceanum:

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda.

Sed miror, cur non dixerit Salluſtius, Africam habere fines ab occidente Oceanum Atlanticum; ut ait Mela, cæterique fere omnes Geographiæ ſcriptores. *Caſt.*

2 *Ab ortu ſolis declivem, &c.*] Pomponius Mela lib. 1. cap. 8. *Catabathmos*, inquit, *vallis devexa in Ægyptum finit Africam.* alibi vero ſic ait: *Africa ab orientis parte Nilo terminatur:* quare dicemus Catabathmum ſecundum Melam ad Nilum uſque protendi. ego tamen ſcio à Catabathmo ad Canopum proximum Nili oſtium longiſſimum eſſe intervallum, ſi Plinio & Straboni credimus: verum etſi plerique Nilum Africæ terminum eſſe voluerunt, Ptolemæus tamen vult Africam ab oriente mari Rubro terminari. Sed te ad Geographiæ ſcriptores rejicio. Catabathmos dicitur Latine deſcenſus, ἀπὸ τῦ καταβαίνω, quod eſt deſcendo. & eſt nomen non tantum vallis, ſed etiam oppidi. Plin. Nat. hiſt. lib. 5. cap. 5. quin Ptolemæus libro 4. meminit & Catabathmi magni & Catabathmi parvi. *Caſt. Declivem latitudinem.*] Ciaconius me volente legit, *altitudinem.* Eſt enim καταβαθμὸς, καταβάσις. Plin. lib. 5. cap. 5. Pomp. Mela loco ſupra laudato. *Coler.* Sed nullam exputo rationem, cur tot inveniantur, quibus adblandiatur, *altitudinem*, cum eis obſtet & vox Græcanica ſequens, & adjectivum *declivem.* Imo & locus Melæ, quem adducunt, contra ipſos facit. *Grut.*

3 *Catabathmus.*] Κατάβαθμὸς, τόπος ἐν Λιβύῃ μεταξὺ τῦ Ἄμμωνος, καὶ τῦ Παραιτονίυ· ὁ οἰκήτωρ Καταβαθμίτης, ὡς Φελλὸς, Φελλίτης. Id eſt, *Catabathmus locus in Libya inter Jovem Ammonem, & Parætonium: cives Catabathmites, ut Phellos, Phellites.* Steph. *Quem locum Catabathmon incolæ appellant.*] M. Antonius Sabellicus in caput Plinii quintum libri 5. mendoſe pleroſque cum in Plinio, tum in hoc etiam Salluſtii loco *Catabathmum* legere, in eoque inſigniter illos errare cenſet. Ipſe *Catabathynon* legit. Verum Sabellicum, virum alioqui longe doctiſſimum, & de rep. literaria prolixe meritum, vehementer hic hallucinatum eſſe, cum res ipſa indicat, tum Hermolaus pluribus oſtendit, qui & ſecum facere teſtatur Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum, Euſtathium, Stephanum, Dionyſium, Martianum, Antoninum, Solinum. Dicitur autem καταβαθμὸς, ἀπὸ τῦ καταβαίνειν, quod eſt, deſcendere. Ut jure hos rideas, qui vocem eſſe Punicam adnotarant. *Riv.*

4 *Mare.*] Libycum.

5 *Importuoſum.*] Maxime propter Syrtes. *Caſt.*

6 *Cœlo terraque penuria aquarum.*] Hinc eſt, quod in Africa diverſa naſcuntur monſtra. Ariſtot. de Hiſt. an. libro 8. cap. 28. & de Generatione an. libro 2. cap. 5. & Plin. Nat. hiſt. lib. 8.

penuria aquarum: genus hominum [1] ſalubri corpore, velox, patiens laborum: pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro, aut [2] beſtiis interiere. Nam morbus haud ſæpe quemquam ſuperat. [3] ad hoc, malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio [4] Africam habuerint, quique poſtea acceſſerint, aut quo modo inter ſe permixti ſint; quamquam ab ea fama, quæ pleroſque obtinet, diverſum eſt: tamen, ut ex libris Punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, interpretatum nobis eſt; utique rem ſeſe habere, cultores ejus terræ putant: quam pauciſſumis dicam. Ceterum fides ejus rei
18 penes auctores erit. Africam initio habuere [5] Gætuli, & Li-

cap. 16. *Caſt. Cœlo terraque penuria aquarum.*] Leo Africanus: *Eſt & in Lybia regio deſerta plane, arida atque arenoſa, quæ nec fontes, nec rivos, nec ullam habet aquam, præterquam quæ ſalſa utplurimum varioribus quibuſdam continetur puteis. Adde, quod ſex interdum aut ſeptem dierum itinere, ne gutta quidem aquæ inveniatur, niſi à mercatoribus, utribus camelis impoſitis, fuerit illis advecta.* Et mox: *neque parvo mercatorum vitæ periculo illac æſtate tranſitur, tum enim ſæpiſſime evenire ajunt, ut Auſtro incrudeſcente putei omnes arena ſuffocentur. Mercatores vero cum nec puteos ipſos, nec indicium aliquod puteorum reperire queant, extrema intereant ſiti oportet, horumque corpora poſtea hic atque illic, ſole ac æſtu toſta oſtenduntur. Unum hac in re idque inauditum prorſus illis remedium: cum enim tam ingenti excruciantur ſiti, unum è camelis mactant, è cujus inteſtinis aquam premunt, hanc potant, hanc circumferunt, donec aut puteum quendam invehiunt, aut certe nimia ſiti animam expirent.* Leo Afric.

1 *Salubri corpore.*] Herodotus lib. 4. ait Afros ſalubertimo eſſe corpore, adſcribitque cauſam, quam nec ipſe omnino probat, nec ego probabilem duco. quare dicemus Afros optima valetudine eſſe, ac diutius vivere, quoniam calidiorem habitant regionem. Ariſtoteles Problematum ſectione 14. *Caſt.* In frigidioribus regionibus ſalubriores ſunt. forſan itaque ob temperatam vitam diutius vivunt. Vide *Leon. Afric.*

2 *Beſtiis interiere.*] Leo Africanus: *habet & Numidia infinitam ſcorpionum atque ſerpentum copiam, quorum morſibus venenoſis multi quotannis interfecti inveniuntur.*

3 *Ad hoc malefici generis plurima animalia.*] Sitne *adhac* propterea poſitum, ut ſæpe alias: an *ad hoc*, id eſt, ut homines non veniant ad extremam ſenectutem, dubito. *Glar. Malefici generis.*] Ut ſerpentes, leones, hyænæ. Plinius lib. 5. cap 4. & libro 8. cap. 16. & 30. Solinus cap. 30. & Herodotus lib. 4. *Caſt.*

4 *Africam habuerint.*] Id eſt, habitaverint.

5 *Gætuli*] Libyæ interioris populi, & Gætulia eorum regio, Ptolemæo & Stephano. Hos Athenodorus Gartheas vocat, ut ſcribit Villanovanus in ſuo Ptolemæo. Joſephus eos Euilæos appellat. Plinius habet hic Gætulos Autolales, & Gætulos Daras. Idem habet Gætuliam in Mauritania Cæſarienſi, vicinam Maſæſulis. Gætulos deſcribit in Tingitano Philoſtratus libro 5. Inter Marmaridas & Nigretes Dionyſius Afer. Apulejus quoque Madauram patriam

[1] Libyes, aſperi, incultique; quîs [2] cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujuſquam regebantur: vagi, [3] palantes, quas nox coëgerat, ſedes habebant. Sed poſtquam in Hiſpania [4] Hercules, ſicut Afri putant, interiit: exer-

triam ſuam (quæ Madaurus Ptolemæi eſt) inter Gætuliam & Numidiam ponit. Hæc ſub Juba rege erat, teſte Dione. Gentem unam arbitror, ſed vagam. Eſt enim, ut Pomponius ſcribit, natio frequens multiplexque, & ut Silius lib. 3. inquit,

Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare Penates.

Ortel.

1 *Libyes.*] Lub etiam Hebræis Lybia dicitur. Libyes à colore dici affirmat vir undecunque doctus. *Etenim*, inquit, *λίβυς antiqua lingua Græca niger.* Malim ego Libyum nomen deducere ab Hebræo Lub, cujus diverſa ratio eſt. Neque enim ab incolarum colore, ſed à qualitate ſoli ſumptum eſt. nempe لوب lub Arabice eſt ſitis, & lub verbum ſiti languere, ſicuti Giggeius teſtatur: itaque Lub ſive Libya eſt terra ſitiens, ſicuti à Lucano appellatur:

—— *Per calidas Libyæ ſitientis arenas.*

Quod nomen ſic toti convenit, ut tamen ſpecialius videatur poſſe tribui illi Africæ parti, quam Græci Xerolibyen ex argumento nuncuparunt. Servius in illud Virgil. Æneid. lib. 4. *Hinc deſerta ſiti regio, &c. Dicit*, inquit, *Xerolybiam, id eſt, partem Africæ quondam, quæ eſt inter Tripolin & Pentopolin. Etiam Arabes hodieque Lub, ſive Libyam appellant, uti liquet ex Avicenna, aliiſque auctoribus.* Bouchartus.

2 *Cibus erat caro ferina, atque humi pabulum.*] Appoſite hic Pomponius Mela de illorum moribus: *Proximis nullæ quidem urbes, ſtata tamen domicilia ſunt, quæ Mapalia appellantur: victus aſper & munditiis carens. Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarum pecudumque pellibus: humi quies, epulæque capiuntur. Vaſa ligno fiunt, aut cortice. Potus eſt lac, ſuccuſque baccarum. Cibus eſt caro plurimum ferina. Nam gregibus (quia id ſolum opimum eſt) quoad poteſt, parcitur. Interiores etiam inculti. Sequuntur vagi pecora, utque à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promovent, atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt. Quanquam infamilias paſſim, & ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen, & quod ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nuſquam pauci degunt.*

3 *Palantes.*] Id eſt, ſparſi & vagantes.

4 *Hercules.*] Interiit in Hiſpania, ſicuti Afri putant: quia alii, quos Livius & Virgilius ſequuntur, dicunt incolumem in Italiam ex Hiſpania veniſſe, & illic Cacum interemiſſe. *Bad. Hercules.*] Plures fuiſſe Hercules ſatis conſtat. Diod. Sic. lib. 4. tres fuiſſe ſcribit, alii ſex tradunt (ut docet Cic. de Nat. deorum lib. 3.) Varro autem 43. Hercules enumerat, ut notavit Servius. horum omnium res geſtæ uni Herculi Jovis & Alcmenæ filio adſcriptæ ſunt. *Caſtil. Hercules.*] Fuit hic Hercules Ægyptius, vel potius Tyrius. Nos non latet Græcos Poetas hanc ipſam expeditionem Herculi ſuo tribuiſſe, ſed eos mendacii palam arguit templum vetus Gaditanum, in quo colebatur Hercules Phœnicio ritu, non Græco. Appianus Ibericis: *Herculis fanum quod eſt apud columnas, Phœnices mihi videntur extruxiſſe: colitur enim hodieque Phœnicio ritu. Et deus ipſe Thebanus non eſt, ſed Tyrius.* Proinde & ſcribit Diodorus hoc templum Phœnices condidiſſe, & præter

exercitus ejus compositus ex gentibus variis, amisso duce, ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero [1] Medi, [2] Persæ, & [3] Armenii, navi-

Arrianum lib. 2. & Philostrat. de Vita Apollon. lib. 2. cap 14. ita etiam loquitur Pomponius Mela lib. 3. cap. 6. *Templum Ægyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre Tyrii condidere: cur sanctum sit, ossa ejus ibi sita efficiunt.* De Templo hoc Gaditano vide Strabonem. *Bochart.*

1 *Medi.*] Media Ptolemæo, Straboni, Plinio, & aliis celeberrima Asiæ regio, cujus descriptionem lege apud Polyb. 5. Ariam olim vocatam refert Pausanias. & Arios ejus incolas appellat Herodotus. Madæos cum sacra scriptura nominat Josephus. Strabo eam in majorem & Atropatiam distinguit. Cedrenus eam Aspracan, & ejus partem superiorem Baspracan nuncupat. Medenam nominat S. Rufus. Urbis nomen est apud Isidorum Media, unde Media regio. quod & Trogus aliique sequuntur. *Ortel.* Sunt qui ad Medos revocant Sarmatarum originem. Plin. lib. 6. cap. 7. ubi de Mæotide agit: *Incolunt Sarmatæ, Medorum, ut ferunt, suboles, & ipsi in multa genera divisi.* Mela libro 4. *Sarmatæ gens habitu armisque Parthicæ proxuma.* De Parthis porro Trogus lib. 41. *Sermo his inter Scythicum Medumque medius, ex utroque mixtus: vestis olim sui moris, postea quam accessere opes, ut Medis perlucida, ac fluida: armorum patrius ac Scythicus mos.* Ex his videtur colligi, Sarmatas, Parthos, & Medos, gentes fuisse moribus affines. Orosius lib. 1. cap. 2. *Generaliter Parthia dicitur, quamvis scripturæ sanctæ universam sæpe Mediam vocant.* Ita & Æthicus, qui Orosium sequitur. *Bochart.*

2 *Persæ.*] Discrimen illud, quod vulgo inter Persas & Parthos statuitur, neque Tarich agnoscit, neque probat Teixera. Est enim nominale tantum, perinde ac si ex Θεσσαλίαι & Θετ-

λίαι diversas quis facere velit regiones. *Scicardus.* Nomen ipsis fuit ab equitatu, quo maxime valebant: equitare à teneris edocti. Herodotus: παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἐξ ἀνδρὸς μέχρις εἰκοσαέτεος τρία μόνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. Id est, *liberos suos à quinto anno incipientes usque ad vicesimum tria duntaxat edocent, equitare, & sagittas jacere, & vera loqui.* Qua tamen disciplina primus illos imbuit Cyrus: antea enim, ut tradit Xenophon lib. 1. Cyropæd. in Persiâ, quia & equos alere & equitare difficile est, cum montosa sit regio, vel videre equum rarum erat, & Cyro sic providente, ut narrat idem lib. 4. Persæ ex peditibus equites facti, equis deinceps ita assueverant, ut nemo Persarum vir bonus videretur ultra pedes ire uspiam: Cyrus enim legem tulerat, ut turpe esset, si quis illorum, quos equis instruxerat, videretur pedes incedens, sive multum, sive parum itineris esset conficiendum. Itaque ex tam repentina mutatione factum, ut hæc regio, Paras, & incolæ Persæ dicerentur, id est, lingua Hebræa Arabicaque equites. Antea forsan Elymæi dicti. Unde in ea sententia est Josephus, qui Elymos & Elymæos fuisse dicit Persarum Ἀρχηγέτας, Persarum generis auctores. *Bouchart.*

3 *Armeni, Persæ.*] Per Armeniam, regio Minni intelligi videtur, cujus sacra scriptura meminit. quos, sicuti & Persas, qui Teixera teste iidem erant cum Parthis, multa cum Phrygibus communia habuisse verisimile est. Armenios ideo Phryges genere esse testatur Stephanus. Unde & Herculem Chon sive Cân, id est, dominum appellatum fuisse existimo. Phryges autem cum veteribus Germanis multa habuere communia, sicuti Persæ; quia autem arca

navibus in Africam tranſvecti, proxumos noſtro mari locos occupavere. Sed Perſæ [1] intra Oceanum magis: hique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emundi, aut mutandi copia [2] erat. [3] mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Gætulos ſecum miſcuere: & quia ſæpe tentantes agros, alia, deinde alia loca petiverant, ſemet ipſi Numidas appellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium, quæ [4] mapalia illi vocant, oblonga, [5] incurvis lateribus tecta, quaſi navium

arca Noë fatali illo diluvio Gordiæis primum conſedit montibus, inde Phryges, qui eidem quoque cum Armeniis, poſt diluvium non male antiquiſſimi mortalium cenſentur. *Thyſius.*

1 *Intra Oceanum magis.*] Hoc, *intra Oceanum*, Badius & recte, & erudite, exponit, *introrſus ad Oceanum.* Sive Salluſtius Oceanum poſt Atlantes ad occaſum, ſive poſt Gætulos ad meridiem crediderit. Nam ſequentes loci complures ita & exponendi, & intelligendi. *Glar.*

2 *Erat in agris.*] Ut qui arboribus ſint infœcundi. *Bad.*

3 *Mare magnum.*] Quippe ex imperitia navigationis non audebant adhuc ſe mari vaſto committere. Quia antiquiſſimis illis temporibus propter oram maritimam navigabant, atque propinquitate telluris animos erigebant. Hinc navigatio illa Argonautarum ex Theſſalia in Colchos admodum brevis, attamen omnibus admirationi fuit, atque Poëtarum exercuit ingenia. Sicuti & decantatos illos errores duplicis per mare Ulyſſei, priuſquam in Siciliam inſulam ab Ilio perveniſſet, intra tam exigua maris ſpatia exhauſtos adeo ſtupuit Antiquitas, ut Poëtarum Princeps Homerus egregiis ſuis illos decoraverit numeris, quos nulla temporis abolebit injuria. Itaque illa ars à rudibus initiis ad ſuam perfectionem tandem acûs Magneticæ inventione pervenit. Vide Gyrald. de Navig.

4 *Mapalia.*] Feſtus, & ex eo Paulus, *Mapalia caſæ Pœnicæ appellantur.* Philargyrius libro 3. Georg.: *Mapalia, caſæ Maurorum, qui eremo habitare dicuntur.* Plin. lib. 5. cap. 3. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris circumferentes.* מלא palea vel pales Syris eſt agricola, hinc mapale deductum, proprie erat agricolæ tugurium, ut in illo Claudiani;

Agricolæ reſerant jam tuta Mapalia Mauri. Boch.

Dicuntur autem & Mapalia & Magalia. Servius ad lib. 4. Virgilii:

Ut primum alatis tetigit Magalia plantis.

Magalia Afrorum caſæ. Gloſſarium: Magalia, καλύβαι. Item καλύβια Ἀφρων μαγάλια. Iſidorus autem: *Magalia quaſi magaria dicta, quia Magar Punici novam villam dicunt.* Coler. Recte utique מגור id eſt, Magur enim hodieque Orientalibus habitationem denotat. atque hinc Plautus in Pœnulo, *Megaria* dixit. *Boch.*

5 *Incurvis lateribus tecta.*] Videtur hic locus ita interpungendus; *Oblonga, curvis lateribus, tecta, quaſi navium carinæ ſunt.* Cato mapalia veluti cohortes eſſe dicit. *Urſin.* Lucem dat Sulpitius Severus, de Virtutibus Monachorum Orientalium: *parvum tugurium inter*

vium carinæ ſunt. [1] Medis autem & Armeniis acceſſere Libyes. Nam hi propius mare Africum agitabant: Gætuli ſub ſole magis, haud procul ab ardoribus: hique mature oppida habuere. Nam, freto diviſi ab Hiſpania mutare res inter ſe inſtituerant. nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis appellantes. Sed res Perſarum brevi adolevit: ac poſtea [2] Numidæ nomine propter multitudinem, à parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quæ proxuma Carthaginem Numidia appellatur. Deinde, utrique alteris freti, finitimos armis, aut metu ſub imperium ſuum coëgere, nomen gloriamque ſibi addidere; magis [3] hi, qui ad noſtrum mare proceſſerant: quia Libyes, quam Gætuli, minus bellicoſi: denique Africæ pars [4] inferior pleraque ab Numidis poſ-

avenas conſpicio, cujus tectum, ſicut Salluſtius ait, quaſi carina navis erat. Putſch.

1 *Medis autem & Armeniis acceſſere Libyes.*] Ita vulgata habet lectio. Atqui ut Perſæ advenæ acceſſere Gætulis, ita Medi ac Armenii externi Libybus acceſſere: non Libyes Medis ac Armeniis. Quidam codices habebant *Libyas* accuſativo Græco. Hoc ſenſu: Medi ac Armenii acceſſere Libyas, præpoſitione ad verbum lata. Quam lectionem ego neutiquam rejicio, & eam ſecutus eſt Badius. *Glar.*

2 *Numidæ nomine.*] Numidæ vocati, legitur & *Nomo-Numidæ*: in impreſſo Lugduni codice apud Gryphium anno Salutis noſtræ 1548. legitur *Numidiæ nomo.* ut nomos ſignificet præfecturam & regionem. *Caſt.*

3 *Magis hi ad noſtrum mare proceſſerant, quia Libyes, quam Gætuli, minus bellicoſi.*] Numidæ, inquit, qui domo digreſſi proxime Carthaginem conſedere, majorem belli gloriam adepti ſunt, quoniam facilius Libyas proximos, qui minus bellicoſi erant, ſuperaverunt. Numidæ vero, qui interiorem Africam habitabant, minorem ſibi gloriam addidêre: quippe quibus res erat cum Gætulis, qui non ita facile ſubigi poterant. in uno tamen ex noſtris exemplaribus legitur: *Magis quam hi, qui ad mare noſtrum proceſſerant*; quam lectionem ſequuntur nonnulli, & ita interpretantur: Medi & Armenii, qui ſibi Libyes adjunxerunt, minorem belli gloriam adepti ſunt, quam Numidæ, qui ſe Gætulis per connubia miſcuere: quoniam Libyes minus bellicoſi erant, quam Gætuli; ſed (ut opinor) Salluſtius de utriſque Numidis, non de Mauris loquitur; quare priorem lectionem magis probo. adjuvant etiam interpretationem noſtram ſequentia verba: *Denique Africæ partem, quæ eſt ad mare noſtrum, non quæ ad meridiem vergit.*

4 *Inferior pleraque à Numidis poſſeſſa eſt.*] Illud *inferior* Soldus exponit de parte, quæ magis in plagam Auſtralem deſcendens, meridiem reſpicit. Ego vero puto referendum eſſe ad curſum fluminum Africæ, quæ fere à meridie in Septentrionem currunt, ut Bagrada, Ampſaga, Mulucha, & reliqua. Quanquam poteſt & Inferior intelligi, quæ ad occaſum eſt, ut Cæſarienſem quoque Mauritaniam complectatur. Nam

eo Sy-

poſſeſſa eſt: victi omnes in gentem [1] nomenque imperantium conceſſere. Poſtea [2] Phœnices, alii multitudinis 19
domi

eo Syphacis regio pertinebat, quam Maſiniſſa à Romanis poſtea habuit: & ipſe Salluſtius paulo poſt dicturus eſt: *Et Numidæ uſque ad flumen Muluchan ſub Jugurtha erant.* Mala autem flumen prope Mulucham, apud Ptolemæum duas ſeparat Mauritanias. Sane quanquam Salluſtius prætor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea ſcripſiſſe videtur, quæ ad loca attinent, quod in poſterioribus oſtendemus. Quod & de Livio in Annotationibus noſtris, maxime in tertiam Decada non ſemel conqueſti ſumus. *Glar.*

1 *Nomenque imperantium conceſſere.*] Conſuetudo fuit apud antiquos, ut victi nomen acciperent eorum, qui viciſſent: unde gentes & populi, qui fuerant à Numidis devicti, cuncti bello nomen proprium amiſerunt, & Numidæ ſunt appellati. *Sold.*

2 *Phœnices.*] Phœnices, quoad nomen & linguam cum Pœnis iidem ſunt. nam idem prorſus nomen Φοινὸς & Φοινιξ. nam & Phœnices populi quibuſdam dicti Φοινοι. Ex quo Pœni, qui origine Phœnices erant. In veteri inſcriptione eſt: BELLO POENICIO, id eſt, Punico. & Φοινιξ Αλφαλεκ lingua Punica apud Abſyrtum. appellati autem Pœni à tinctura purpuræ; juxta Heſychium enim Φοινὸν ſignificat πυῤῥὸν, ἐρυθρόν. atque hinc Φοινιοσω, cruento, unde Homerus:

Φοινιοσεν δ' αἱματι γαῖα.

Id eſt, *Sanguine rubro tingebatur terra.* A colore igitur tincturæ, quæ ibi primum reperta eſt, Φοινικας Græci appellavere, ut Λιβυας & Μαυρους à colore vultus, quod nigri eſſent: Etenim Λιβυς lingua antiqua Græca niger, ut & Μαυρος. at purpureum dices à Puniceo diſtat, purpureo autem Tyros & Phœnice laudata. Tibullus:

Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Illud autem puniceum Africanum coccineum eſt. Sed & Puniceum in purpura cernitur, præcipue Tyria ac rubente. Tyrio laus ſumma in colore ſanguinis concreti, Plinio teſte. Sanguinis color Φοινιξ ſive Φοινικ. Unde & alibi Homero *purpureus ſanguis* dicitur. Præterea purpuræ, quæ colligebantur in orientalibus litoribus, rubri coloris erant. Tales Tyriæ. Non dubium eſt inde nomen accepiſſe Φοινικας, & in Africa Pœnos. Nec moror Græcos, qui ab Auctore Phœnice Agenoris filio gentis hujus nomen deducunt. Ita ſolent in omnibus. Eodem modo & Καρχηδὼν, cujus nominis evidentiſſima alias cauſſa eſt, à quodam Tyrio Carchedone conditam voluere. *Salmaſ. Phœnices.*] Magnam olim Phœnicum vim ſub Joſuæ tempora, bello ſacro profligatam, maritimam Africæ regionem occupaſſe, hoc eſt, antequam dialectus primigenia degeneraſſet, teſtes ſunt columnæ binæ, olim in Tingitana viſendæ, & Phœnicio ejuſdem ſæculi ſermone inſcriptis verbis ſic Græce ſonantibus: HMEIC. ECMEN. OI. ΦΥΓΟΝΤΕC. ΑΠΟ. ΠΡΟCΩΠΟΥ. ΙΗCΟΥ. ΤΟΥ. ΑΗCΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ. id eſt, *nos ſumus, fugientes à facie Jehoſuæ prædonis, filii Nun.* quod eſt idem, ac ſi dixiſſent, nos Cananæi ſeu Phœnices ſumus. Cum autem Phœnicia lingua Hebrææ olim admodum ſimilis fuerit, hinc & à Phœnicibus tranſlata lingua magnam Afrorum partem uſam fuiſſe teſtantur viri magni, utrique Afri, D. Auguſtinus Hipponenſis de Civitate Dei lib. XVI. cap. VI. & Arnobius Siccenſis in Pſalmum CIV. quanquam & aliam, quæ Libyæ genuina, linguam in uſu fuiſſe docent. Unde patet, cur Pœnorum & Afrorum linguas ita diſtinxerit Stephanus περὶ Πόλεων. *Selden.* Vide & Bernardum Alderbertum Cordubenſem lib. II. c. II.

domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine, ſolicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, [1] Hipponem, [2] Adrumetum,

voluminis, cui titulum vernacula lingua dedit: Varias Antiguedadas, de Eſpanna, Africa, y otras Provincias, ubi diligenter conquirit Punica veterum ſcriptorum verba. *Phœnices.*] Non eſt tam vanum, ut nonnulli putant, à Phœnice Phœnicas appellari. Phœnix idem eſt, qui rex Erythras; Erythras, qui Edom ſive Eſavus. De quo ſacra ſcriptura: *prodiit autem prior, (nimirum Eſavus) rufus, ſimilis totus togæ villoſæ, quam ob cauſam vocatum eſt nomen ejus Eſavus.* Dicitur itaque Eſavus rubicundi vel potius rutili coloris fuiſſe, eo quod referret מאדמים uti Exod. 25. cap. habetur, id eſt, pelles arietum rutilantium. Quin & addit poſtea ſanctiſſimus legiſlator Moſes: & *dixit Eſau Jacobo: Sine me haurire de iſto edulio rufo admodum, quia venatione feſſus ſum.* Iccirco vocavit iterum quiſque nomen Edom. Edom itaque & Erythras idem eſt, qui Phœnix. Φοινιξ enim ſignificat ἐρυθρὸν, πύρρον, id eſt, rubrum, rufum. atque hinc mare rubrum ſive Erythræum, unde ſcilicet in Syriæ litora migraverunt primi Phœnices. *Thyſ.*

1 *Hipponem.*] Poſt promontorium Apollinis in magno ſinu occurrit Hippo Diarrhytus, & in altero ſinu poſt Rubricatum amnem Hippo Regius. Solinus Græcos equites utrunque condidiſſe vult, facta ex nomine conjectura. Quod falſum eſt, & ridiculum. Græcos enim in eam Africæ partem colonias miſiſſe nemo ſcripſit, neque frequentaſſe ante Agathoclem. Itaque melior hic fides Salluſtio: qui tamen per Hipponem, Diarrhytum intellexiſſe videtur: de quo in Scylace Geographorum quotquot extant longe vetuſtiſſimo hæc legere eſt: *Ab Utica ad Hippi promontorium Hippi urbs, cui palus adjacet. atque hæc palus Hipponitis vocatur.* hanc urbem & Hippuacram appellat Diodorus lib. 20. Stephanus, alii. Etiam media antiquitas Hipponem Zarithum appellavit, ſicuti Zetam dixere pro dieta. Διαῤῥυτὸν autem à Græcis appellata, propter aquarum irrigua: nam in vicinia erat ſtagnum Hipponenſe, unde & Plin. ad Caninium l. 9. epiſt. *eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima: adjacet navigabile ſtagnum: ex hoc in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna, prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hic ætas piſcandi, navigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur.* Hæc ille. Ut ab hoc ſtagno Hippo Diarrhytus, ita Regius alter dictus, quia ſub Numidiæ regum ditione. Unde Silius:

— *antiquis dilectus regibus Hippo.*

Hippo autem dictus non ab equis Græca appellatione, ſed *Ubbo* Syris & Arabibus ſtagnum, ſinum denotat. Qualem Hipponis ſitum fuiſſe docuimus. *Bochart.*

2 *Adrumetum.*] Straboni eſt Ἀδρύμη, à multis cum ſpiritu ſcribitur, Hadrumes, Hadrumetum, & Hadrumentum. Maritima urbs eſt non incelebris in Byſacio, Africæ regione fertiliſſima inter Carthaginem & Syrtes. Oroſ. l. 1. c. 2. Byſacium ergo ubi Adrumetum civitas. Ager hic fuit longe fertiliſſimus: unde vetus inſcriptio: COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAIANA AVG. FRVCIFERA HADRVMENTINA. & Plinius lib. 17. cap. 5. cum ait eſſe centena & quinquagena fruge fertilem. Addit procuratorem Auguſti ei inde miſiſſe ex uno grano (vix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina: miſiſſe Neroni ſimiliter procuratorem CCCCIX ſtipulas ex uno grano, extareque ea de re epiſtolas. Adrumeti nomen Scaliger, & ex eo Druſius, Caſaubonus aliique in literis primarii Ἵππωνος Πλούτωνος, atrium Plutonis & Acherontis oſtium explicant, ac ſi

Adru-

Digitized by Google

metum, [1] Leptim, [2] aliasque urbis in ora maritima condidere: eæque brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere. Nam de [3] Carthagine silere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. Igitur [4] ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, [5] secundo mari * prima Cyrene

Adrumetum sit idem quod Hebræis הצרמות. Quæ derivatio non placet Bochartο. *Idem.*

1 *Leptim.*] In Africa duæ sunt Leptes, una prope Adrumetum, altera inter Syrtes non procul ab ostio Cinyphii amnis. Illa in Ptolemæo Leptis parva, hæc in Plinio Leptis magna dicitur. Leptis autem nomen Punicum, & stationem denotat. *Idem.*

2 *Aliasque urbes.*] Tabracam, Uticam, Carthaginem. Silius Ital. lib. 3. Plin. lib. 5. cap. 19. Justin. l. 18. Mela lib. 1. cap. 7. *Cast.*

3 *Carthagine.*] Cartha incolis, dicta, sive קרתאהרת *carta hadath*, id est, nova urbs. Solinus: *Elissa mulier extruxit, & Carthadam dixit, Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Inde est, quod utraque Carthago tam Libyca quam Iberica appellata sit καινὴ πόλις, Vide Stephan. & Eustathium. ex Carthada factum Καρχηδὼν χ & θ permutatis. Quod Siculorum proprium est, qui pro ὄρνιθες dicunt ὄρνιχες. & nomen Latinum Carthago ex eadem est origine, sed ab Hispanis interpolata, quibus gama est dama, & golphin delphin. Carthaginis tres erant partes, Κόθων, Μέγαρα & Βύρσα. Cothon erat insula parva, rotunda, Euripo circumdata, utrinque habente in orbem navalia. Festus scribit Cothones appellari portus in mari interiores, arte & manu factos. Sed incisionem proprie denotat; nam apud Arabes (Katham) significat incidere. circa mediam porro urbem arx fuit, quam Byrsam vocarunt: supercilium satis erectum circumquaque habitatum. Ambitus auctore Servio, fuit stadiorum XXII. vel juxta Eutropium, paulo amplius, quam duo millia passuum. Byrsa autem est tanquam בצרה *Bosra*, ad vitandam κακοφωνίαν, quia Græcæ linguæ genius non patitur ut S & R continuentur. Bosra autem Hebræis est munimentum. Byrsam undiquaque cingebat tertia pars Carthaginis, Magalia nomine, de quibus ex Corn. Nepote ita Servius: *Carthago autem speciem habet duplicis opidi, quasi aliud alterum amplecteretur, cujus interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. Magalia autem dicta, quasi magaria, quod magar Punici novam villam dicunt.* Unde & in Plauti Pœnulo legendum:

Cum nutrice una periere à Megaribus.

Et ita Appianus quoque appellat. מגור, sive Magur habitationem denotat. Hæc de Garthaginis partibus: ambitus idem fuit, qui Babylonis, id est, stadiorum CCCLX. latitudo solum XXV. saltem in australi parte, duobus hinc inde Euripis eam in arctum comprimentibus. Murorum altitudinem quadraginta cubitis, latitudinem viginti duobus definit Diodorus lib. 32. nec multo aliter Eutropius lib. 4. Apud Suidam Carthago legitur fuisse Urbs maxima totius terrarum & potentissima. Initio belli Punici Carthago civium habuit septingenta millia, & in Africa trecentas urbes sub sua ditione. Plura vide ex Strabone & Appiano. *Bochart.*

4 *Ad Catabathmon.*] Non est dubium, quin legi debeat *à Catabathmo.* nam post Catabathmon Ægypto venientibus prima occurrit Cyrene. *Ursin.*

5 *Secundo mari.*] Existimarem etiam

rene eſt, [1] colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis : [2] deinde Philenon aræ : quem locum Ægyptum verſus finem imperii habuere Carthaginienſes : poſt aliæ Punicæ urbes. Cetera loca uſque ad [3] Mauritaniam Numidæ tenent. proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. [4] ſuper Numidiam Gætulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. poſt eos [5] Æthiopas eſſe : dein

Salluſtium ſcripſiſſe, *ſecundum mare* : non, *ſecundo mari*, niſi hanc eandem dicendi formam invenissem apud Oroſium libro 1. cap. 2. *Inde*, inquit, *ſecundo mari, uſque ad aras Philenorum extenditur*. nec poſſumus interpretari, *ſecundo mari*, id eſt, cum fluxu maris : ut cum dicimus, ſecundo flumine. *Caſtil.*

* *Prima Cyrene eſt.*] Prima civitas, quæ invenitur ad Catabathmon, eſt Cyrene : hæc civitas Cyrene dicitur à regina Cyren, quæ eam condidit, & de ſuo nomine eam appellavit : ut dicit Servius. *Sold.*

1 *Colonia Thereon.*] Thera, quæ, cum primum emerſit, Calliſte vocata fuit; una ex inſulis eſt, quæ Sporades dicuntur, diſtans à Creta (ut teſtatur Strabo) ſtadiis ſeptingentis. de qua Mela, Plinius, & alii mentionem faciunt. hæc igitur inſula colonia fuit Lacedæmoniorum, ut ſcribunt Herodotus lib. 4. & Strabo lib. 10. inde Battus, quem alii Ariſtæum, alii Ariſtotelem prius dictum volunt, cum multitudine profectus in Africam, Cyrenem condidit. quam rem ſcripſerunt Herodotus l. 4. Pauſanias lib. 3. & 10. Strab. lib. 10. & 17. Euſebius in Chronicis, Pindarus & ejus interpres in Pyth. Johannes Tzetzes, item interpretes Apollonii in lib. 2. & Ariſtophanis in Pluto, Juſtinus libro 13. & Solinus cap. 30. hinc Silius Italicus lib. 2. & 3. Cyrenenſes Battiadas appellat. de nomine autem urbis variæ ſunt opiniones, ut ex Diodoro Siculo lib. 5. cap. 14. Stephano de Urbibus, Pindaro, Juſtino, Servio Grammatico, & aliis diſcimus. Illud ſilentio prætereundum minime videtur. Depravatus eſt Euſtathii locus in Dionyſium, ubi excuſus liber habet, Cyrenem Thebanorum coloniam fuiſſe. nam pro Θηβαίων ſcribere debemus Θηραίων. *Caſt.*

2 *Deinde aræ Philenôn.*] Vult Salluſtius Philenorum aras poſt duas Syrtes eſſe non longe à parva Syrti. nam ab Ægypto occidentem verſus, poſt Cyrenem eſt Syrtis parva. ſed fallitur Salluſtius, ſi Melæ, Oroſio, Ptolemæo, Straboni, Plutarcho & Polybio credimus : ſunt enim aræ Philenorum juxta Syrim magnam. *Idem.*

3 *Mauritaniam Numidæ tenent.*] Vides Tingitanam ſolam Salluſtio Mauritaniam dictam, Cæſarienſem vero ſub Jugurtha fuiſſe, Syphacis quondam regiam : quippe Mulucham flumen ejus facit fineis, quem Straboni ac Ptolemæo Molochath dictum exiſtimo. Addit Strabo Molochath Mauritaniæ ac Maſæſylorum fuiſſe terminum, cum Ptolemæus Malvam (forſan legendum Malchan) collocet terminum, aliquanto magis ad orientem, quam Molochath. *Glar.*

4 *Super Numidiam.*] Meridiem verſus. *Caſt.*

5 *Æthiopas eſſe.*] Hujus nominis regiones duas habet Ptolemæus in Africa; unam, quam ſub Ægypto cognominat : alteram, quam interiorem. Hæc hodie forte Zanzibar, illa autem nunc Abyſſinis habitatur, vocaturque Abexim à Garcia ab Horto; Habas, à Benjamino. Plinius ſcribit univerſam Æthiopiam

[1]dein loca exuſta ſolis ardoribus. Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida, & finis Carthaginenſium, [2]quos noviſſume habuerant, populus R. per magiſtratus adminiſtrabat: Gætulorum magna pars, & Numidæ ad flumen uſque [3] Mulucham ſub Jugurtha erant. Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, ceterá ignarus populi R. itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa, & ejus incolis, ad neceſſitudinem rei ſatis dictum.

Poſtquam, diviſo regno, legati Africa deceſſere; & Jugurtha contra timorem animi [4]præmia ſceleris adeptum ſeſe videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia eſſe; ſimul & illorum [5] pollicitationibus accenſus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipſe acer, bellicoſus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus injuriæ, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviſo finis ejus cum magna manu invadit: multos mortalis cum pecore, atque alia præda capit: ædificia incendit: pleraque hoſtiliter loca cum equitatu

thiopiam olim Ætheriam & Atlantiam appellatam fuiſſe. Hi Æthiopes tam à ſe ipſis, quam ab Aſiaticis omnibus Chuſæi ab auctore ſuo, teſte Joſepho, appellantur. Vetus autem hiſtoria habet Æthiopes cum occidentales tum orientales, ſicut & Homerus dicit, & eos nominat Heliodorus lib. 9. Hos in Aſia, illos in Africa. Unde & gravis auctor Pauſanias 2. Eliac. apud Seres populos eos ſtatuit. ſed hæc noſtra Æthiopia in Africa eſt. *Ortel.*

1 *Dein loca exuſta ſolis ardoribus.*] Perinde loquitur, atque Æthiopas citra Torridam Zonam eſſe crediderit: cum Ptolemæus, aliique Geographi intra Tropicos ſub æquatore, ac noſtra demum ætas ibi eſſe certo deprehenderit. *Glar.*

2 *Quos noviſſime habuerant.*] Quos nuperrime ſubegerant, duce & imperatore P. Scipione Æmiliano, qui Africanus eſt dictus: quia imperium Carthaginis, quod erat in Africa, Romano ſubegit imperio, ipſa Carthagine prorſus deleta & extincta. *Sold.*

3 *Mulucham.*] Eſt nomen urbis, & fluvii. Florus lib. 3. cap 1. *& ſaxeo inditam monti Mulucham urbem per Liguren aditu arduo penetravit.* Ortel.

4 *Præmia ſceleris.*] Id eſt, impunitatem: quia ſenatus non punivit ſcelus Jugurthæ, immo decrevit ut dimidium regni Numidiæ haberet. *Sold.*

5 *Pollicitationibus.*] Id eſt, promiſſionibus: quia legati qui pecuniam & munera paulo ante ab eo acceperant, promiſerant ei ſuum auxilium, fore futurum, ut de eo aliquid tractaretur Romæ in ſenatu. *Idem.*

tatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum ſuum convertit, exiſtimans dolore permotum Adherbalem injurias ſuas manu vindicaturum, eamque rem belli cauſſam fore. At ille, quod neque ſe parem armis exiſtumabat, & amicitia populi Romani magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis queſtum miſit: qui tametſi contumelioſa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum ſumere: quia tentatum antea ſecus ceſſerat. Neque eo magis cupido Jugurthæ minuebatur, quippe qui totum ejus regnum animo jam invaſerat. Itaque non, ut antea, cum prædatoria manu, ſed magno exercitu comparato, bellum gerere cœpit, & aperte totius Numidiæ imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbis, agros vaſtare, prædas agere; ſuis animum, hoſtibus
21 terrorem augere. Adherbal, ubi intelligit eo proceſſum, uti regnum aut relinquendum eſſet, aut armis retinendum, neceſſario copias parat, & Jugurthæ obvius procedit. Interim haud longe [1] à mari prope [2] Cirtam oppidum utriuſque conſedit exercitus: & quia [3] diei extremum erat, prœlium non inceptum; ſed ubi plerumque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, [4] ſigno dato, caſtra hoſtium invadunt; ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant, funduntque: Adherbal cum paucis equi-

1 *A mari prope Cirtam oppidum.*] Strabo & Plinius ſcribunt, Cirtham in Mediterraneo eſſe: nec ſecus tradit Mela; inquit enim, *Cirtha non procul à mari nunc Sittianorum colonia*; non tamen idcirco arguitur Salluſt. poterant enim utrique exercitus inter mare & Cirtham conſediſſe, & ita nec longe à mari & prope Cirtham eſſe. *Cirtam* ſine aſpiratione ſcripſimus, quoniam ſic apud Hirtium, Oroſium, Plinium, Solinum, Strabonem, Ptolemæum, & Appianum ſcriptum invenimus. nec me fugit, apud Melam, Florum, & interdum etiam apud Livium *Cirtham* legi. *Caſt.*

2 *Cirtam.*] Non longe à mari, inter nobiles Numidiæ urbes olim eminens, ac regni Syphacis caput, quæ Conſtantina nunc appellatur, in qua multa collapſa ſunt, quæ Romani Imperii eminebant opera illorum temporum paſſim jacentia, & ſepulchra præſertim Latinis inſculpta litteris. Hujus per agrum torrens excurrit, quem tranſeunt, qui ex Carthagine iſtuc proficiſcuntur. *Dom. Marius Niger.*

3 *Diei extremum.*] Id eſt, extrema pars diei. *Soldus.*

4 *Signo dato.*] Videlicet cum buccina, tuba. *Idem.*

1 *Cir-*

equitibus [1] Cirtam profugit: [2] &, ni multitudo togatorum fuiſſet, quæ Numidas inſequentes mœnibus prohibuit, uno die inter duos reges cœptum, atque patratum foret bellum. Igitur Jugurtha oppidum circumſedit: [3] vineis, [4] turribuſque,

1 *Cirtam profugit.*] Strabo lib. XVII. ſcribit Adherbalem Uticæ ab Jugurtha obſeſſum ac interfectum fuiſſe, quod nullo modo veriſimile videtur, tum quod repugnat Salluſtio & Livio: tum quod Utica erat in provincia. non enim credendum eſt, Jugurtham Romanorum urbem obſediſſe. *Caſt.*

2 *Et ni multitudo togatorum.*] Niſi, inquit, cives Jugurthinos milites à mœnibus urbis repuliſſent, eo die finitum eſſet bellum, quod inceptum erat. nam urbem Cirtham intraſſent, & regem Adherbalem cepiſſent: ſed cives prohibuerunt. *Sold. Togatorum.*] Id eſt, Italicorum. Sane togati ſunt proprie Romani. *Badius.*

3 *Vinea.*] A ſimilitudine vitis dicta, quæ jugata & in tectum allevata. Sub illa quia conſidere fas, & latere ſic clauſa: hæc quoque militaris nomen ſumpſit. Deſcribit etiam Vegetius lib. 4. c. 15. *Vineas dixerunt veteres, quas nunc Barbaro militarique vocabulo cauſias vocant.* E lignis levioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata ſeptem, longa ſedecim. Hujus tectum duplici munitione, tabulatis cratibuſque contexitur. Latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinſecus autem, ne immiſſo concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Cum plures factæ fuerint, junguntur in ordinem, ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamenta. E lignis igitur levioribus hæc machina colligabatur, nempe quia transferri opus, & à militibus moveri: hinc ad illum motum indicandum, vineas agere, procedere, proferre dicebant: nam eminus paratæ, paulatim admovebantur ad oppidum, ſive, ut ſub iis arietem admoverent, ſive ſubruerent muros. Cratibus contexebatur eadem machina, atque hæc præcipua ejus materies & tegmen, ideo Græci χέλωνα dicunt: interdum tamen ſi plura aut graviora in oppido tormenta, nec vim ſufferrent hæ craticeæ, faciebant craſſiore ligno, hinc Cæſar vocat Porticum, quia ſpecies ejus longior. Cæſar: *pedalibus lignis conjunctis porticus jungebantur, atque hac agger inter manus proferebatur.* Lipſ. Vide & Stewechium. *Vinea.*] Poſterior ætas Cattos appellavit, quin & ipſe Vegetius ita appellavit: ita enim emendandus locus lib. 4. cap. 15. *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari Barbaricoque uſu Cattos vocant.* Ita enim habet in ora editio Pariſina, non, ut vulgo, *Cauſias.* Catti autem ejuſmodi ſive vineæ, ſub quibus miles, in morem felis, quem vulgo *cattum* appellamus, in ſubſeſſis aut inſidiis latuit. *Joh. Iſac. Pontan.*

4 *Turres.*] In aggere erant turres, & ſtatim ab eo ſtructæ, imo & tunc, cum is nondum perfectus: & tutelæ operis miniſtrorumque cauſa imponebantur. Vineæ enim primùm factæ, ut ſub iis commeare miles & aggerere poſſit: ſub eas, (id eſt, altius quam eæ) ipſe agger, & in eo denique turres. Hæ igitur ſtatim ſtructæ, ſed paulo ab urbe longius, & ne tela vitiarent aut impedirent. Apud Græcos, aut certe Siculos primum reperta. Ideo caute capiendus Athenæus, qui non dicit Diadem primum reperiſſe turres ambulatorias ſimpliciter, ſed τὰς φορητὰς πύργους, id eſt, eas quæ circumferri poſſunt, ſolutiles (has forte Appianus vocat ἐπιπλυγμένους, plicatiles, quia per partes ſcilicet tollebantur, ponebantur, reponebantur: nec enim ad illas, quæ pegmatum modo deprimebantur attollebanturque per cochleas, puto reſpexiſſe Appianum) nam

que, & [1] machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxime festinans [2] tempus legatorum antecapere, quos ante prœlium factum Romam ab Adherbale missos audiverat. Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant; S. P. Q. R. verbis nuncient, velle, & censere eos ab armis
22 discedere: de controversiis suis, jure potius, quam bello discepture: ita seque, illisque dignum esse. Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum proficisci parant, de prœlio facto, & oppugnatione Cirtæ audiebatur. [3] sed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione respondit: sibi neque majus quidquam neque carius auctoritate senatus esse: ab adolescentia sua ita se [1] eni-

nam simpliciter ambulatoriæ aut subrectatæ, sane jam ante inventæ in Sicilia. Hæc igitur inventio non ipsarum turrium (fixæ illæ jam diu innotuerant in opidis, in castris) sed mobilium, & quæ rotis agerentur. Agebantur rotis ad minimum quatuor, sed & sex aut octo etiam subditas, prout turrium modus esset, legimus. Et oportebat sane humum æquabilem densamque huic rei esse. Actæ igitur rotis, sed latentibus & internis, aut certe interius movendis. Hoc ideo, ne telis hostium, qui agerent, exponerentur, & turris tueretur suos motores: à tergo tamen quidem appliciti, qui propellerent, & licuit, quia non illinc metus. Turres autem triplices, majores, minores, mediæ. Minores erant 60 cubitorum in altitudine, basi quadrata: unumquodque latus 17 cubitorum: 10, tectorum: supremum tectum quintam partem basis habebat. Majores autem & harum sesquialteras, 15 tectorum faciebant, in altitudine cubitos 90. Iterumque duplas, quæ 20 tectis constarent, altas cubitos 120 latas quaquaversum fere 24. Sed turres in tot tabulata non æqualiter surrexerunt, sed instar Phari Ægyptiacæ paulatim, & per ea singula decreverunt: qui modus sane aptior in speciem, in stabilitatem, in motionem. Procritas autem ipsarum tanta fuit, ut non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superarent. Latitudo non ad normam artis adstricta, sed pro temporibus, & voluntate struentium mutata. Tecta vero sive tabulata, quæ & fastigia & vertices dicuntur, plerumque plura in turribus, ut defensores plures imponerent, tum ut tormenta, sed non maxima, scalas, pontes, & talia ad invadendum. Frontes harum turrium ferratæ erant, munimen contra ignes. Cum enim præcipuum in eas remedium & repugnatio esset, per jacula ignita, faces, malleolos, murices; repertum, ut rotæ ferro tegerentur, aut certe à triplici latere: sic enim stabiliores ob pondus, & igni incorruptibiles. Alia quoque materia turribus interdum circumdata, scilicet centones, coria, storiæ, & ita porro. *Lipsius.*

1 *Machinis.*] Testudinibus, balistis, catapultis. De quibus Vitr. & Veg. *Cast.*

2 *Tempus legatorum antecapere.*] Ante reditum legatorum Cirtham expugnare. *Idem.*

3 *Sed hic rumor clemens erat.*] Id est, hæc fama mitis erat: quia non valde aspera nunciabantur, nec ea res valde divulgabatur. *Soldus.*

1 *Eni-*

se [1] enisum, ut ab optimo quoque probaretur: virtute, non malitia, P. Scipioni, summo viro placuisse: ob easdem [2] artis à Micipsa, [3] non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse. ceterum, quo plura bene, atque strenue fecisset, eo animum suum injuriam minus tolerare: Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum: quod ubi comperisset, sceleri [4] obviam isse: [5] populum R. neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit: postremo, de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum. ita [6] utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit. Jugurtha ubi eos Africa decessisse [7] ratus est, neque propter 23
loci naturam Cirtam armis expugnare potest: [8] vallo, atque fossa

1 *Enixum.*] Id est, conatum.

2 *Artes.*] Id est, virtutes.

3 *Non penuria liberorum.*] Id est, non, quia filios non haberet Micipsa, me in regnum adoptavit: sed propter virtutem; nam filios duos habebat. *Sold.*

4 *Obviam isse.*] Id est, restitisse. *Idem.*

5 *Populum Romanum.*] Populus Romanus (inquit) non bene faciet, si me prohibeat injuriam mihi illatam repellere: quod jure gentium conceditur unicuique. Nam jus gentium & jus naturale est, ut unicuique vim vi repellere liceat. *Idem.*

6 *Utrique.*] Scilicet Legatis & Jugurtha. *Idem.*

7 *Ratus est.*] Id est, opinatus est.

8 *Vallo, atque fossa.*] Erat duplex oppugnatio urbium apud antiquos, subita & diuturna. Subita oppugnatio est, cum, impetu, nec circumvallatione adhibita, incurrunt Ad hanc rem corona primum usi ad terrendum, aut claudendum, sed etiam ad distinendum. Et hæc corona modo duplex, modo triplex erat, prout res exigebat. Josephus dicit urbem Jotapatam duplici peditum corona cinctam fuisse, & tertiam seriem Equitum exterius positam fuisse. Bonus ordo: notate. Introrsum pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum inspectare & tueri. Et eminus quidem series ita duplex aut triplex; sed cum appropinquabant, ratio vult magis arctatos, multiplicatosque item fuisse, in gyro scilicet assidue angustiore. Hoc etiam amplius addendum, primos ordines peditum scutatorum graviorumque fuisse, qui cominus assultarent, invaderentque: retrorsum leves aut velites, ut funditores, sagittarios, qui eminus pellerent telis, & deturbarent pugnatores. Porro, ubi diuturna erat oblidio, fossam præducebant, vallum conficiebant. Fossa erat exterius vallo præducta. (Sic enim ab ipsa re dicebant, *Præducere fossam*, & *deprimere fossam*, itemque *percutere.*) Ea fossa lata plurimum 8 pedes, & totidem alta: alii tamen adaugent. Non raro duplex fossa, ut & duplex vallum legitur, majoris firmitatis aut tutelæ causa. Hanc accincti fodiebant. *Vallum*, est aggestus è terra & sudibus, ad labrum interius fossæ velut murus. Duæ igitur ejus partes: *Agger* & *Sudes.* *Agger* est ipsa terra, cum cespites circumciduntur è terra, & ex illis velut murus instruitur, altus 3 pedibus supra terram. Cespes fiebat altus semissem, latus pedem, longus pedem semis: nam nec temere aut pro arbitrio hunc exscindere licuit, sed omnia ad normam. Si terra solutior, ut ad similitudinem

fossa circumdat: turris exstruit, easque [1] præsidiis firmat: præterea dies, noctesque aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinem ostentare: suos hortando [2] ad virtutem erigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intellegit omnis fortunas suas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex iis, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit: eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad
24 proxumum mare, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus jussa efficiunt: literæ Adherbalis in senatu recitatæ, quarum sententia hæc fuit.

„ Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, P. C. sed
„ vis Jugurthæ subigit quem tanta lubido me exstinguen-
„ di invasit, uti neque vos, neque Deos immortalis in ani-
„ mo habeat: sanguinem meum, quam omnia, malit. Ita-
„ que quintum jam mensem socius & amicus populi Ro-
„ mani armis obsessus teneor: neque mihi Micipsæ patris mei

dinem lateris cespes non posset abscindi, tum sane aut fossa præducebatur, cujus intrinsecus agger excrescebat; aut sepibus ductis, vel interpositis stipitibus, ramisque arborum, ne terra facile dilabatur, agger erigebatur. Altus ille sæpe 10. pedes, totidemque latus. *Sudes*, qui proprie valli, & inde compositum ex utroque dixere *Vallum*: nam Vallum & Sudes idem sunt Servio. Magis prisci dixere & *Suros*: inde *Surculi*, & *Crebisurum* Ennio, vallum crebris suris, id est, palis munitum. *Sudium* tamen vox creberrima. Sudes erant ex quocunque & obvio ligno, robusto tamen, cum daretur: ex robore eas facit Valerius, ex acere Propertius. In oppidis etiam istæ sudes. Sudium forma: Non fuerunt ex æquabili & simplici ligno, sed habuerunt duas eminentias, & velut cornua, aut tres, aut quatuor, id est, ramos in majori stipite, qui reciși, ut cornua eminebant: tales præsertim in summo erant. Studiose acutæ fuerunt illæ eminentiæ vallorum, ne quis facile possit apprehendendo evellere, lubrico scilicet ligno: & contra transgressum & tran[illegible]nsum. Itaque longiusculos fuisse oportuit hos vallos, cum pars in terram defigeretur, firmamenti causa, & pars emineret; etsi implexos & devinctos inter se etiam fuisse sciam. Valli modus parte una 2017. pedum, altera plusculo major 2050. *Lipsius.*

1 *Præsidiis.*] *Præsidium* dicitur à præsidendo. Est autem *præsidium*, electa militum multitudo ad custodiam alicujus vel urbis, vel arcis, vel castelli, vel alterius cujuspiam loci muniti posita. *Soldus.*

2 *Ad virtutem erigere.*] Revocavi scripturam omnium scriptorum editionumque veterum, quorum nullus agnoscit Carionis *arrigere*. Gruter.

1 *Bene-*

mei [1] beneficia, neque [2] vestra decreta auxiliantur: ferro, „
an fame acrius urgear, incertus sum. Plura de Jugurtha „
scribere [3] dehortatur fortuna mea: etiam antea exper- „
tus sum, parum fidei miseris esse. Nisi tamen intelligo „
illum, [4] supra quam ego sum, petere, [5] neque simul ami- „
citiam vestram, & regnum meum sperare. utrum gra- „
vius existumet, nemini occultum est. Nam initio occi- „
dit Hiempsalem fratrem meum: dein patrio regno me „
expulit. Quæ sane fuerint nostræ injuriæ, nihil ad vos. „
Verum nunc regnum vestrum armis tenet: me, quem vos „
imperatorem Numidis posuistis, clausum [tenet atque] „
obsidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea „
declarant. Quid est reliquum, nisi vis vestra, quo moveri „
possit? nam ego quidem vellem, & hæc quæ scribo, & „
illa quæ antea in senatu questus sum, vana forent potius, „
„ quam

1 *Beneficia.*] In Jugurtham, quia Jugurtha à patre meo in filium adoptatus & assumptus est: & hoc nihil mihi prodest, quia Jugurtha impius, & immemor beneficii, sanguinem meum quærit. *Sold.*

2 *Vestra decreta.*] Id quod vos decrevistis: videlicet ut uterque partem illam regni teneat, quam legati Romani assignaverunt: ipse Jugurtha hoc negligit, & regnum meum invasit. *Sold. Vestra decreta.*] Ut Jugurtha abarmis discederet. *Cast.*

3 *Dehortatur fortuna mea.*] Seu, infœlix & adversa fortuna dehortatur me plura scribere de Jugurtha: quia timeo, ne mihi non credatur. nam ita evenire solet, ut miseris & infelicibus non credatur.

4 *Supra quam ego sum.*] Non me tantum Jugurtha petit, sed quod majus est, totius Numidiæ, & fortasse totius Africæ regnum: nec sperat, se posse & meo regno potiri, & vobis amicum esse, quare nemini dubium est, quin ipse spreta amicitia vestra, etiam vobis invitis meum regnum malit. & hoc est quod dicit hisce verbis: *utrum gravius existumet, nemini occultum est*: id est, omnes sciunt, utrum gravius esse sibi putet Jugurtha: non posse, videlicet sperare amicitiam vestram, an non posse sperare regnum meum. nam palam est, eum gravius putare, non habere regnum meum, quam amicitiam vestram. *Cast.*

5 *Neque simul amicitiam vestram, & regnum meum sperare.*] Ego intelligo, quod Jugurtha hæc duo simul sperare non potest: videlicet ut & amicus vester sit, & regnum meum teneat atque usurpet. Novit enim & intelligit Jugurtha, hoc fieri non posse, ut me regno spoliet, & sit vester amicus. Et quamobrem? Quia cum ego junctus sim societate & amicitia cum populo Romano, aperte intelligit se esse vestrum inimicum, si me regno spoliaverit. jus enim societatis & amicitiæ hoc exigit, ut qui mihi hostis est, is etiam vester sit hostis. Cum autem nunc Jugurtha me regno spoliaverit, aperte se hostem pop. Rom. esse demonstrat atque fatetur: quod si hostis vester est Jugurtha, videte ne regnum Numidiæ, quod est vestrum, sibi usurpet. *Sold.*

„ [1] quam miſeria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam
„ eo natus ſum, ut Jugurthæ ſcelerum [2] oſtentui eſſem: non
„ jam mortem, neque ærumnas, tantummodo inimici im-
„ perium, & cruciatus corporis [3] deprecor. Regno Numi-
„ diæ, quod veſtrum eſt, uti libet, conſulite: me ex ma-
„ nibus impiis eripite, per majeſtatem imperii, per ami-
„ citiæ fidem; ſi ulla apud vos memoria remanet avi mei
„ Maſiniſſæ.

25 His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum cenſerent, & quamprimum Adherbali ſubveniendum: de Jugurtha interim uti [4] conſuleretur, quoniam legatis non paruiſſet. Sed ab iiſdem illis regis fautoribus ſumma ope [5] eniſum, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in pleriſque negotiis ſolet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam [6] majores natu nobiles, amplis honoribus uſi: in quîs fuit [7] M. Scaurus, de quo

1 *Quam miſeria mea fidem verbis faceret.*] In nonnullis eſt: *vobis faceret.* ſed alterum, quod in manuſcriptis quoque eſt, magis probârim: pro, ad credendum mihi vos impelleret: ſeu, ad habendam fidem verbis meis induceret. *Rivius.*

2 *Oſtentui eſſem.*] Ut Jugurthæ ſcelera in me potiſſimum palam fierent. *Bad.*

3 *Deprecor.*] Ut me tantummodo ab Jugurthæ imperio atque tormentis liberetis, oro. *Idem.*

4 *Conſuleretur.*] Id eſt, deliberaretur.

5 *Eniſum eſt.*] Elaboratum eſt.

6 *Majores natu.*] Id eſt, ſenes: non, ſicuti paulo ante, adoleſcentes. *Sold.*

7 *M. Æmilius Scaurus.*] Superius de Æmilia gente breviter quædam diximus, latius hic agere viſum. Æmiliam gentem ab Aimilio Aſcanii F. Feſtus ortam ſcribit: cujus tamen Aimilii præter Feſtum, nullus, quod quidem ſciam, veterum auctorum meminit. Plutarchus in Paullo, à Mamerco Numæ regis filio Æmilios deducit: quod eo facilius credo, quia Æmilii, Mamerci, & Mamercini à gentis Principe dicti ſunt. Quod vero idem propter orationis ſuavitatem & ſaporem, quam *Αἱμυλίαν* Græci vocant, ſic nominatos tradit, id ſubtiliter magis, quam vere dictum exiſtimare debemus. Æmiliorum autem alii Mamercini à Mamerco, ut diximus, gentis auctore: alii Lepidi à Romani ſermonis lepôre: alii Paulli à puſillo corpore nominati, Barbulæ, Papi, Scauri, alii. Atque poſtrema hæc familia, in qua Scauros conſtituimus, abjecta & contempta multis ætatibus ſine honoribus & Magiſtratibus jacuit. Primus M. Scaurus ampliſſimos honores conſecutus eſt. Qua de re Aſconius in Oratione pro Scauro. Dicti Scauri quod talos pedum tumentes haberent, teſte Plinio lib. XI. Unde Horatius Scaurum pravis fultum male talis Satyrâ tertia dixit. Legitur vetus inſcriptio in l. Epigrammatum Urbis antiquæ L. Æmilii ejus, qui Perſen Macedonem vicit; quam ſubjiciam: PAVLLVS ÆMILIVS IMP. MACEDONIAM TERRARVM

quo ſupra memoravimus, [1]conſularis, [2] & tum ſenatus princeps. Hi, quod in invidia [3] res erat, ſimul & à [4] Numidis [5] obſecrati, triduo navim aſcendere: dein brevi [6] Uticam adpulſi, litteras ad Jugurtham mittunt, quam ocyſſume [1] ad

RVM IMPERIO POTITAM, DEVICIT, CVIVS VNO DIE LXXII VRBES VENDIDIT. ETIAM INDIÆ VICTOR PER VESTIGIA LIBERI PATRIS, ATQVE HERCVLIS ROMANA SIGNA CIRCVMTVLIT. *Strein. M. Æmilius Scaurus.*] Vide & de eo Valerium Maximum non uno in loco, & S. Aurelium Victorem, ſive quiſquis Scriptor ille de Viris Illuſtribus, qui Cornelius Nepos eo credi ſolet, quia Nepotis nobis Epitomen dedit. Hominem fuiſſe ſapientem, & tectum gravitate multa, & naturali quadam auctoritate pollentem, Tullius auctor eſt in Bruto, ubi & Hiſtoriam de Vita ſua ſcripſiſſe ait ad L. Fufidium, quicum arcta ei amicitia erat. Verba ſunt Ciceronis illa: *hujus orationes ſunt, & tres ad L. Fufidium libri ſcripti de vita ipſius acta: ſane utiles, quos nemo legit: at Cyri vitam, & diſciplinam legunt, præclaram illam quidem, ſed neque tam rebus noſtris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam.* Meminit & Valerius lib. IV. Plinius, Tacitus, alii. *Voſſ.*

1 *Conſularis.*] Conſul fuerat cum M. Cæcilio Metello anno V. C. 638. *Caſt.*

2 *Et tum in Senatu princeps.*] Manuſcripta duo, *Senatus princeps.* Quanquam utrunque recte, & utroque modo Cicero loquitur. Sed & in inſcriptione quadam Arimini, PRINCEPS IN SENATV, legitur: ubi alias fere, *Princeps Senatus.* Livius: *Princeps* (inquit) *Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus.* Hoc genus honoris, ut in Africani vita teſtatur Plutarchus, iis tantum deferri conſuevit, qui auctoritatem & gloriam maximis in remp. meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſent conſecuti. *Rivius. Princeps Senatus.*] Princeps Senatus legebatur à Cenſore, cui ſorte lectio obtigiſſet. Livius Decad. 3. lib. 7. *Caſt.*

3 *Res erat in invidia.*] Id eſt, in odio. Nam multi moleſte ferebant, quod Jugurtha tam ſceleratus eſſet in Adherbalem, & tam ſuperbus, ut legatis non paruiſſet. *Soldus.*

4 *Numidis.*] Qui venerant ad ſenatum cum literis Adherbalis.

5 *Obſecrati.*] *Obſecrare* proprie eſt, ob ſacra & nobis chariſſima petere. Feſtus: *obſecrare, eſt opem à ſacris petere.*

6 *Utica.*] Punicarum in Africa urbium, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit Utica. Sexaginta autem ſtadiis à Carthagine diſtabat, ut teſtatur Appianus; nempe verſus occaſum. Stephanus eam ſcribit Tyriorum coloniam fuiſſe. Quod & Juſtinus affirmat libro 18. *Cum & opibus & multitudine Tyrii abundarent, miſſa in Africam juventute Uticam condidere.* Itaque de antiquitate gloriabatur non parum; quin & eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. 3.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis,
Priſca ſitu, Veteriſque ante arces condita Byrſæ.

Ariſtoteles in libro mirabilium: τὴν δὲ Λιβύης ἐν μυχῇ κειμένην, ἣ κεῖται μὲν, ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμαίας καὶ τοῦ Ἴππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος· ὡς φασὶν Ἀλαισίους. ἣ καὶ πρότερον κλεινὴν λίαν αὐτῆς τὴν Καρχηδόνα ἐπὶ Ἀλαισίοις ὠνόμαζον ἐπὶ, ὡς ἀναγράφουσι, ἐν πόλει Φοινικῇ Ἴτυκαίας. Id eſt: *In Libyæ Utica, quam vocant, quam in ſinu ſitam eſſe ajunt inter Mercurii & Hippi promontoria, ultra Carthaginem ſtadiis fere ducentis, atque annis* CCLXXXVII. *ante Carthaginem eſſe con-*

[1] ad provinciam accedat; se ad eum ab senatu missos. Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romæ [2] pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus metu, atque lubidine, divorsus agitabatur. Timebat iram senatus, ni paruisset legatis: porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu [3] circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, [4] diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese [5] casum victoriæ inventurum. quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, uti, prius quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi senatus verbis minæ graves nunciabantur, quod ab oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumpta, legati frustra discessere. Ea postquam Cirtæ audita
26 sunt, [6] Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, confisi,

conditam, ut in Phœniciis historiis scriptum legitur. Vellejus Paterculus circa Codri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis post Gades Uticam condidisse refert. Urbi igitur tam vetustæ nomen fecit ipsa antiquitas. Utica enim vel Ityca Punice עתיק, Itica, id est, prisca dicebatur. *Bochart.* Qui nunc locus à Barbaris Mazachares appellatur. *D. Marius Niger. Uticam venere.*] Utica igitur in Romana erat provincia, quam accedere postea Jugurtham jusserunt Legati. *Glar.*

1 *Ad provinciam accedat.*] Id est, in eam partem Africæ, quam devicta Carthagine Romani tenebant. *Bad.*

2 *Pollere.*] Id est, plurimum posse in senatu.

3 *Circumdato.*] Per coronam militarem urbem cincta, eam vi occuparet, irrumperetque. *Vide supra.*

4 *Diducta manu.*] Hostium. Divisis & attenuatis Adherbalis copiis, ut undique à mœnibus hostes arcerent. *Cast.*

5 *Casum.*] Pro *occasione* dixit. Sic infra: *Fortunam illis præclari facinoris casum dare.* Et Tacit. lib. VI. *Tunc distractis Orientis viribus, & quonam inclinarent, incertus; casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militum.* Ciaccon.

6 *Italici.*] Quos prius togatos dixerat. Quæras unde illic Italici? Respondeo, ex provincia post divisionem regni per legatos, quasi pro præsidio impositi. *Bad. Italici.*] Italicos vel pro Romanis sumpsit, vel pro iis, qui in Provincia Italici nominis erant. Alioquin inter cives Romanos, Latinos, & Italicos erat differentia. Quippe Latinos Latii incolas, populi Romani fœderatos, jure Latii donatos ex antiquitate liquet: sic Italicos reliquæ ad Rubiconem Italiæ habitatores, populi Rom. Fœderatos, jure Italico præditos commode definiri posse censemus. Italiæ enim

fisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Rom. inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque, & oppidum Jugurthæ tradat: tantum ab eo vitam paciscatur; de ceteris senatui curæ fore. At ille, tametsi omnia [1] potiora fide Jugurthæ rebatur; tamen, quia penes eosdem, si advorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem fecit. [Igitur] Jugurtha in primis Adherbalem [2] excruciatum necat: dein omnis puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit. Quod postquam Romæ cognitum est, & res in senatu agitari cœpta, iidem illi [3] ministri regis, interpellando, ac sæpe gratia, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. ac ni C. [4] Memmius, tribunus pl. designatus, vir acer, & infestus potentiæ nobilitatis, populum Rom. [5] edocuisset id agi, uti per pau- 27

enim domicilium eos secrevit à Gallis & provincialibus: fœderis communio ab iis, vel civibus Romanis, vel peregrinis & exteris, qui quacunque de causa in Italiæ oppidis versarentur: jus Italicum ab iis Italis, qui tum Italiam tenerent. non jure tamen Italico fruebantur. Italicorum porro numerum expleverunt ad mare Tyrrhenum trans Tiberim Etrusci, quod Latinos ultra Lirim Campani, Lucani, in Siculo Brutii, in Ionio Messapii, & Sallentini, ad Adriaticum Apuli, Frentani, Picentes, & Senones: Mediterranei; Umbri, Sabini, Marsi, Vestini, Marrucini, Peligni, & Samnites. *Sigon.* Sed hic vel pro quibuscunque Latinis Romanisque sumuntur; vel pro iis, qui ad Imperium Romanum in Provincia Africana pertinerent.

1 *Potiora fide.*] Is est, quamvis omnia, etsi pessima, esse meliora quam fidem Jugurthæ, videbat. *Sold.*

2 *Excruciatum.*] Tormentis singularibus affectum.

3 *Ministri.*] Id est, fautores, qui corrupti erant pecunia.

4 *Memmius.*] Id est, qui postea, cum peteret consulatum, à Saturnino tribuno plebis fuit interemptus, ut Livius libro 69. Cicero in Oratione 4. in Catilinam, Orosius libro 5. cap. 17. Florus lib. 3. & Appianus Bellorum civilium lib. 1. literis mandarunt. Illud notandum, errare Auctorem de viris illust. qui scribit, Memmium (etsi ibi perperam *Mummium* pro *Memmium* scriptum invenimus) tunc præturæ candidatum, competitorem Glauciæ fuisse: cum constet, eo tempore Memmium & Glauciam fuisse consulares candidatos. Fuit Memmius mediocris orator, ut ait Cicero in Bruto. *Cast.*

5 *Edocuisset.*] Productus fortasse in concionem ab aliquo tribuno plebis, si ipse, cum nondum magistratum iniisset, advocandæ concionis jus non habebat. non enim licebat, nisi magistratibus, convocare ad concionem populum; quod aperte declarat Livius Decadis 4. libro 9. *Majores vestri, ut vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt.* Idem.

paucos factioſos Jugurthæ ſcelus condonaretur: profecto [1] omnis invidia, prolatandis conſultationibus, dilapſa foret. tanta vis gratiæ, atque pecuniæ regis erat. Sed ubi ſenatus delicti conſcientia populum timet: [2] lege Sempronia provinciæ futuris conſulibus Numidia, atque Italia decretæ: conſules [3] declarati [4] P. Scipio Naſica, L. Beſtia Calpurnius: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia [5] obvenit.

1 *Omnis invidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret.*] Unumquodque ſcelus, quando recens eſt, atrox & indignum, & punitione dignum videtur: ſed ſi in longum punitio differtur atque protrahitur, per diuturnitatem temporis atrocitas ſceleris & invidia minuitur. Fautores igitur & amici Jugurthæ, quotiens in ſenatu de ipſo agitabatur, dabant operam, ut nihil decerneretur, ſed in aliud atque aliud tempus differretur: & ita tempus deliberationis prolongando, ſenſim atrocitatem facti Jugurthæ & invidiam minuebant. *Sold.*

2 *Lege Sempronia.*] C. Sempronius Gracchus, de quo ſupra diximus, legem tulit, ut quotannis ſenatus duas provincias conſulares deceneret. Cicero de Provinciis conſularibus: *Decernendæ nobis ſunt lege Sempronia duæ*, ſcilicet provinciæ. Pro Domo ſua ad Pontifices: *Tu provincias conſulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abſtulit ab ſenatu, ſed etiam, ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatum, decreta lege ſanxit: eas lege Sempronia per ſenatum decretas reſcidiſti.* Salluſtius igitur inquit: *Cum neceſſe eſſet, ut ſenatus duas provincias conſulares* (ita enim jubebat lex Sempronia) *decerneret, Italiam & Africam conſulibus futuris decrevit.* Caſt.

3 *Declarati.*] Deſignati. Conſules deſignabantur ſex fere menſibus ante, quam conſulatum inirent: ut ex Cicerone, & maxime ex Aſconio colligimus. hic enim in expoſitione orationis 2. contra Verrem ait, comitia conſularia fuiſſe 6. Cal. Auguſti. & conſulatus inibatur eo tempore (ut ſupra diximus) Calendis Jan. verum haud ſemper idem mos fuit, ut docet Livius & Dionyſius. nam ſæpe cum primum creati ſunt, magiſtratum inierunt. nec eodem ſemper die, quin etiam, nec eodem menſe. ut fuſe apud Livium & Dionyſium videre poteris. *Idem.*

4 *P. Scipio Naſica, L. Calpurnius Beſtia.*] Hic P. Cornelius Scipio Naſica pronepos fuit ejus, qui vir optimus à ſenatu judicatus eſt: filius autem ejus, qui privatus Tib. Gracchum interemit. Quidquid ſcribat Valerius Maximus libro 7. cap. 5. nam ita confundit hiſtoriam, ut eum non ſolum Paterculus, Cicero, & omnes alii coarguant: ſed etiam temporis ratio. de his Scipione & Beſtia hæc Cicero in libro de Claris Oratoribus literis mandavit: *P. Scipio qui eſt in conſulatu mortuus, non multum ille quidem, nec ſæpe dicebat; ſed & Latine loquendo cuivis erat par, & omnes ſale facetiiſque ſuperabat. ejus collega L. Beſtia bonis initiis orſus tribunatus* (*nam P. Popilium vi C. Gracchi expulſum ſua rogatione reſtituit*) *vir acer, & non indiſertus, triſtes exitus habuit conſulatus, nam invidioſa lege Manilia C. Galbam ſacerdotem, & quatuor conſulares L. Beſtiam, C. Catonem, Sp. Albinum, civemque præſtantiſſimum L. Opimium Gracchi interfectorem à populo abſolutum, cum is contra populi ſtudium ſteriſſet, Gracchani judices ſuſtulerunt.* Hactenus Cicero. conſules hi fuerunt anno ab Urbe condita 642. vel ſi ſequamur Oroſium 639. *Idem.*

5 *Obvenit.*] Vel ſorte, vel pactione. conſules enim plerumque aut comparabant

nit. dein exercitus, qui in Africam portaretur, ſcribitur; ſtipendium, aliaque, quæ bello uſui forent, decernuntur. At Jugurtha, contra ſpem nuncio accepto, quippe cui, 28
Romæ omnia [1] venire, in animo hæſerat; filium, & cum eo duos familiaris ad ſenatum legatos mittit; iiſque, ut illis, quos Hiempſale interfecto miſerat, præcipit, omnis mortalis pecunia aggrediantur, qui poſtquam Romam adventabant, ſenatus à Beſtia conſultus eſt, placeret ne legatos Jugurthæ recipi mœnibus: iique decrevere, ni regnum, ipſumque deditum veniſſent, ut in diebus proxumis decem [2] Italia decederent. Conſul Numidis ex ſenatus decreto nunciari jubet. ita infectis rebus illi domum diſcedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, [3] legat ſibi homines nobilis, [4] factioſos, quorum auctoritate, quæ deliquiſſet, [5] munita fore ſperabat: in quîs fuit Scaurus, cujus de

bant inter ſe provincias, aut ſortiebantur. *Caſt.*

1 *Venire.*] Alii: *venum ire*, hoc eſt, vendi.

2 *Italia decederent.*] Duo ſunt de Legatis, quæ ad jus gentium referri paſſim videmus; prius, ut admittantur, deinde ne violentur. De priore locus eſt Livii, ubi Hanno Senator Carthaginienſis in Annibalem ſic invehitur: *Legatos ab ſociis, & pro ſociis venientes, bonus Imperator noſter, in caſtra non admiſit: jus gentium ſuſtulit.* Quod tamen non ita crude intelligendum eſt: non enim omnes admitti præcipit gentium jus: ſed vetat ſine cauſa rejici. Cauſa poteſt eſſe, ex eo qui mittit, ex eo qui mittitur, ex eo ob quod mittitur. Sic ex eo qui mittit, Senatus Romanus negavit, ſe Carthaginienſium legationem admittere poſſe, quorum exercitus eſſet in Italia. Secundo, ex eo qui mittitur, exemplum eſt in Theodoro, qui ἄθεος vocabatur, quem à Ptolemæo ad ſe miſſum audire Lyſimachus noluit. Tertium ubi cauſa mittendi ſuſpecta aut odioſa eſt. Ita Jugurthæ Legatis edictum intra decem dies Italiæ finibus excederent, ni regnum & regem deditum veniſſent. Optimo itaque jure etiam rejici poſſunt, quæ nunc in uſu ſunt legationes aſſiduæ, quibus quam non ſit opus, docet mos antiquus, cui tales legationes plane ignotæ fuerunt. *Grot.* de jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 18.

3 *Legat.*] Id eſt, legatos ſibi aſſumit. Erant autem Legati, qui ſingulis legionibus præerant: erantque plerunque prætura functi. *Ciac.* Aliter *Legit*: id eſt: elegit.

4 *Factioſos.*] Id eſt, potentes. *Factioſi* dicuntur, qui multos habent ſui ſtudioſos & ſibi adhærentes. *Sold.*

5 *Munita fore.*] Quid ſi legas *Impunita fore.* Id certe ſenſus ipſe reſpuere non videtur, quamvis reclamantibus exemplaribus. Niſi *munita* poſitum dicas, pro, Velut præſidio quodam confirmata, & quaſi in tutum collocata. Sed & ſupra: *C.* (inquit) *Babium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus & injurias omnes munitus foret.* pro, armatus & quaſi ſeptus atque vallatus. *Riv.*

de natura & habitu ſupra memoravimus. Nam in conſule noſtro multæ bonæque artes animi, & corporis erant: quas omnis avaritia præpediebat. patiens laborum, acri ingenio, ſatis providens, belli haud ignarus, firmiſſumus contra pericula & inſidias. Sed legiones per Italiam [1] Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex [2] Sicilia in Africam tranſvectæ. Igitur Calpurnius, initio paratis commeatibus, acriter Numidiam ingreſſus eſt; multoſque mortalis,
29 & urbis aliquot pugnando cepit. Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia [3] tentare, bellique, quod adminiſtrabat, aſperitatem

1 *Rhegium.*] Urbs in litore Calabriæ è regione Meſſanæ, ſecundum alios in Brutiis ſita, quibus ego me conjungere malim: quanquam Siciliæ Urbs D. Hieronymo in locis Hebraicis. Hanc Strabo conditam à Chalcidenſibus, & à Dionyſio rege ſolo æquatam, & à Dionyſio juniore ejus partem reſtauratam ſcribit, & Phœbeiam appellatam. Aſchenaz olim dictam docet ex Joſepho Gabriel Barrius. Idem addit eam ab Antiocho apud Halicarnaſſæum Poſidoniam ſive Neptuniam appellatam. Probus Grammaticus in vita Virgilii dicit ex Catonis originibus incolas Taurocinos à flumine præterfluente nominatos. Hujus deſcriptionem lege 12. Variar. apud Caſſiodorum. Hodie Rezzo vocatur Leandro teſte. *Ortel.* Docet itidem Strabo, olim terræ motibus divulſam fuiſſe à continente Siciliæ, cujus rei auctores ſunt etiam Sextus Pompejus & Trogus, aliique permulti. Neque id mirum cuiquam videri debet, cum multæ aliæ regiones ſimilem calamitatem vel terræ motu, vel maris violentia paſſæ ſint.

2 *Sicilia.*] Quæ & Sicania & Trinacria: aut Triquetra Plinio teſte. Trinacrin eam vocat Ovid. lib. IV. Faſtor. *Τεσσαχὶν* habet Dionyſ. Alexandr. & *Θρινακίαν* Suidas, niſi vitioſus ſit codex, quo nomine etiam ejuſdem inſulæ urbem habet Diodorus Sic. Inſula autem maris mediterranei eſt celeberrima. Cyclopum terram eam Homerus nominat: Tricervicem Lycophron, & Tricuſpidem Pindarus. Sed hæc potius Epitheta, quam Synonyma ſunt. Pars quædam Italiæ quoque, ea nempe quæ Trinacriæ obverſa eſt, Sicilia ſubinde vocatur ab Ælian, Euſtathio, Suida, Theocriti Scholiaſte, aliiſque. neque mirum hoc: his omnibus enim vetuſtior Thucydides lib. 6. ſcribit, Siculos ex hac parte, inde nempe ab Opicis pulſos, in inſulam delatos. Immo ſi Servio, Halicarnaſſæoque credimus, Sicula indigena gens, & omnium prima Romanum agrum incoluit; aliaque Italiæ loca. Plinius eoſdem Galliæ Togatæ partem occupaſſe tradit lib. 3. cap. 13. & 14. ante Gallorum nempe in eandem adventum. Siculas urbes etiam in Campania habet Liv. 25. Ita ut fruſtra de eo erroris inſimuletur Stephani volumen à Caſaubono ad 6. Strabonis, & Pintiano ad Melam in Sinueſſa, Pontano auctore 6. Hiſtor. Neapol. horum nominis veſtigia adhuc ſuperſunt, poſt Marſorum & Aquilanorum fines, in agro, ubi hodie, mutata prima nominis literâ, Oculi vocantur. Et eſt vallis Ciciliana, quæ Præcutinorum eſt, in Veſtinis, qui ſunt inter Aternum & Truentum, amnes. *Ortel.* Vid. & Cluver de Sicil.

3 *Tentare.*] Id eſt, experiri.

1 *A prin-*

ritatem oſtendere cœpit: animus æger avaritia facile converſus eſt. ceterum ſocius, & adminiſter omnium conſiliorum aſſumitur Scaurus: qui tametſi [1] à principio, pleriſque ex factione ejus corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen, magnitudine pecuniæ, à bono honeſtoque in pravum abſtractus eſt. [2] Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, exiſtumans ſeſe aliquid interim Romæ pretio, aut gratia effecturum: poſtea vero quàm participem negotii Scaurum accepit, in maxumam ſpem adductus recuperandæ pacis, ſtatuit cum eis de omnibus pactionibus præſens agere. [3] Ceterum interea fidei cauſſa mittitur à conſule [4] Sextius quæſtor in oppidum Jugurthæ [5] Vaccam: cujus rei ſpecies erat acceptio frumenti, [6] quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis

1 *A principio.*] Videlicet quando Adherbal rex Romam venit, & de Jugurtha in ſenatu conqueſtus eſt. Tunc enim Scaurus contra Jugurtham in ſenatu ſententiam dixit, eumque vehementer impugnavit, pleriſque ex factione ejus corruptis. *Sold.*

2 *Belli moram redimebat.*] Nihil aliud primum petebat Jugurtha eo precio, quo Beſtiam cæteroſque corruperat, niſi ut traheretur bellum. *Caſt.*

3 *Cæterum interea.*] Vide, quid dicat: conſul pecunia corruptus à Jugurtha, pacem ei ſe daturum eſſe promiſerat, ſi inter ſe convenirent: ſed, ut commode de pace tractare invicem poſſent, neceſſe erat ut ambo in colloquium venirent. Igitur conſul, ut Jugurtha ad ſe in caſtra veniret, Sextium quæſtorem ſuum miſit Vaccam, ubi erat Jugurtha, cauſa fidei: puta ut fidem Jugurthæ daret, quod ſine periculo ad conſulem in caſtra veniret. Nam Jugurtha non veniſſet ad conſulem, niſi data ei fides eſſet à conſule, per quam tutus ad eum iret. Hac igitur de cauſa conſul Sextium quæſtorem in urbem Vaccam miſit, videlicet ut fidem Jugurthæ daret: ſed tamen ſimulavit ſe alia de cauſa conſul mittere quæſtorem. Finxit enim ſe mittere quæſtorem, ut frumentum acciperet, quod legatis Jugurthæ imperaverat, qui ad ſe venerant. hoc autem ideo ſimulavit, ne quis intelligere poſſet conſilium ſuum: & ne quis deprehendere poſſet, illum à Jugurtha pecunia eſſe corruptum. *Caſt.*

4 *Sextius.*] Fortaſſe is eſt, qui poſtea præerat Africæ, cum Marius eo profugit. Appianus Bellorum civilium lib. 1. Cæterum & in antiquis lapidibus, & in Græcis libris ſemper fere *Sextius*, non *Seſtius* legitur. *Idem.*

5 *Vacca.*] Oppidum inſigne Numidarum. etiam in Luſitania Urbs ejuſdem nominis eſt, quæ forſan hujus Vaccæ fuit Colonia. Cujus meminit alibi Plinius. Etiam Vacca fluvius medio inter Durium & Mundam intervallo in mare influit. quemadmodum & Munda parvas habens navigationes, ut Strabo ait. Vaccæorum quoque populorum præter Plinium etiam Livius meminit, quippe L. Poſthumium in Hiſpania ulteriore bis cum Vaccæis egregie pugnaſſe, & ad xxxv. millia hominum occidiſſe tradit. *Reſend.* de Antiq. Luſit.

6 *Quod Calpurnius palam legatis im-*

ditionis mora inducia agitabantur. Igitur rex, ut constituerat, in castra venit: ac pauca [1] præsenti consilio locutus de invidia facti sui, atque ut in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia, & Scauro secreta transegit: dein postero die, [2] quasi per Saturam sententiis exquisitis, in deditionem

peraverat.] Quoniam deditionis mora inducia agebantur, Jugurtha per legatos suos consuli Calpurnio monstravit, se deditionem esse facturum: sed interea donec deditionem faceret, à consule petebat inducias: quas consul concessit sub hac conditione, ut certam quantitatem frumenti Jugurtha daret. *Sold.*

1 *Præsenti consilio.*] Nam in exercitu, cum deditio aliqua facienda vel suscipienda esset, convocabantur à duce exercitus capita, & principes militiæ, veluti quæstor, legati, centuriones, & qui in exercitu aliqua præditi erant dignitate, vel qui aliquando magistratum aliquem gessissent. Et de consilio eorum faciebat, quod faciendum erat, si res postulabat, ut sententias eorum exquireret. *Idem.*

2 *Quasi per Saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur.*] Diomedes Grammaticus lib. 3. & Festus in dictione *Satura* legunt: *Quasi per Saturam sententiis exquisitis:* ut subaudiamus *legem.* est enim lex Satyra, vel Satura (nam utroque modo dicitur) quæ uno rogatu multa simul comprehendit. ut Diomedes & Pomponius Lætus referunt. Festus ita inquit: *Satura est cibi genus ex variis rebus conditum. Et est lex multis aliis referta legibus.* multi igitur, in quibus Erasmus esse videtur, hunc locum sic interpretantur: Postera die advocatum est consilium, exquisitæque sententiæ, num placeret, Jugurtham in deditionem his conditionibus accipere, ut videlicet elephantos triginta, pecus & equos multos, cum magno argenti pondere traderet. & ita his multis conditionibus quasi per Satyram legem, quæ & ipsa multa simul comprehendit, Jugurtha in deditionem accipitur. Alii ita exponunt: *Quasi per Saturam exquisitis sententiis:* id est, nullo ordine in sententiis exquirendis servato, nec ut seniores prius sententiam rogarentur: sed ut consuli ipsi libuisset. quomodo ajunt Justinianum in Præfatione Digestorum locutum esse. sparsum enim & quasi per Saturam collectum opus dixit. nam variarum rerum mixturam sparsim & nullo ordine congestarum Saturam veteres appellabant. sed hæc alii judicent. Quid si exponamus? Quasi per Saturam legem exquisitis sententiis, id est, confuse & non explicatis conditionibus deditionis, nam uti lex Satura uno rogatu multa simul comprehendit: sic tunc uno hoc rogatu, num videlicet placeret, Jugurtham in deditionem accipere, omnes deditionis conditiones comprehendebantur. Ut postea tamen intelligamus consulem ipsum (uti clam prius inter se convenerat) pro consilio elephantos, pecus, equos & argentum imperavisse. *Cast. Per Satyram.*] Sex. quoque Pompejus eodem modo citat, quomodo in manuscriptis est. *Satura* (inquit) *est cibi genus ex variis rebus conditum. Est & lex multis aliis conferta legibus.* Itaque in sanctione legum ascribitur, NEVE PER SATVRAM ABROGATO AVT DEROGATO. Annius Luscus in ea quam dixit adversus Tib. Gracchum: *Imperium quod plebs per Saturam dederat, id abrogatum est.* Paulo post idem hoc è Jugurtha Sallustii exemplum affert: *Dein postero die, quasi per Saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur.* Quanquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud Festum legitur. Quid si nihil ibi subaudias, sed simpliciter intelligas,

nem accipitur. Sed, uti pro consilio imperatum erat, elephanti XXX. pecus, atque equi multi cum non parvo argenti pondere, quæstori traduntur. Calpurnius Romam [1] ad magistratus rogandos proficiscitur. in Numidia & exercitu nostro pax agitabatur. Postquam res in Africa gestas, 30
quoque modo actæ forent, fama divulgavit, Romæ per omnis locos, & conventus de facto consulis agitari: apud plebem gravis invidia: Patres soliciti erant: probarent ne tantum flagitium, an [2] decretum consulis [3] subverterent, parum constabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor & socius Bestiæ ferebatur, à vero bonoque impediebat. At C. Memmius, cujus de libertate ingenii, & odio potentiæ nobilitatis supra diximus; inter dubitationem & moras senatus, concionibus populum ad vindicandum

telligas, ut verba sonant? Per Saturam exquisitis sententiis, hoc est, nullo ordine in sententiis exquirendis servato, nec ut seniores prius sententiam rogarentur, sed ut Consuli ipsi libuisset. Quomodo Justinianus in Præfatione quadam Digestorum sumpsit, sicuti superius demonstravimus, & textus ipse evidenter evincit. Mecum Alciatus facit. Neque admodum eorum probo opinionem, qui hic Saturam legem intelligunt, quæ multas ipsa res complectatur: quemadmodum Jugurtha sit in deditionem acceptus, sed multis præscriptis conditionibus, ut 30. daret elephantos, pecus atque equos multos cum magno argenti pondere. Nam sic fere & Erasmus Roterodamus, & Franciscus Philelphus. Verum prior sententia magis arridet: ut videlicet, *per Saturam*, ad participium *exquisitis*, non ad verbum *accipitur*, pertinere judicemus. *Riv. Per Satyram.*] Lex porro Satyra, lege Cæcilia & Dedia abrogata fuit, id quod Cicero in Orat. pro domo sua testatur: *Decrevit*, inquit, *Senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Caeciliam & Dediam lata essent, populum non teneri.* & infra: *Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, & Dediæ, nisi hæc: ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id quod velit suscipere, aut id quod nolit repudiare?* Popma.

1 *Ad magistratus rogandos.*] Ad creandos magistratus. nam ejus collega Nasica (ut supra vidimus ex Cicerone) mortuus erat, & consularia prætoriaque comitia haberi non poterant à prætoribus: ut docet Cicero Epistolarum ad Atticum lib. 9. quare opus erat, ut Bestia consul rediret ex Africa ad rogandum populum, ut crearet magistratus. aliter necesse fuisset interregem creari, vel qui alterum interregem proderet, vel dictatorem diceret: ut sæpe factum est. quod leges apud Dionysium Ant. Romanarum lib. 9. & Livium Decadis primæ lib. tertio, septimo, octavo, nono, & Decadis 3. l. 2. 5. 7. 9. decimo, & alibi sæpe. *Cast. Ad rogandos magistratus.*] Scilicet an consensu eorum, & auctoritate confirmanda esset deditio facta. *Bad.*

2 *Decretum.*] Id quod consul decreverat injussu senatus. *Sold.*

3 *Subverterent.*] Id est, rescinderent & infirmarent, irritarent. *Idem.*

1 *Mem-*

dum hortari: monere, ne rempubl. ne libertatem ſuam deſererent: multa ſuperba, crudelia facinora nobilitatis oſtendere: prorſus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempeſtate Romæ [1] Memmii facundia clara pollenſque fuit; decere exiſtumavi, unam ex tam multis orationem ejus perſcribere: ac potiſſimum ea dicam, quæ [2] in concione poſt reditum Beſtiæ hujuſcemodi verbis diſſeruit.

31 „ Multa me dehortantur à vobis, [3] Quirites, ni ſtudium
„ reipub. omnia ſuperet; opes factionis, [4] veſtra patientia,
„ jus nullum; ac maxume, quod innocentiæ plus pericu-
„ li, quam honoris eſt. Nam illa quidem piget dicere,
„ [5] his annis XV. quam ludibrio fueritis ſuperbiæ pauco-
„ rum; [6] quam fœde, quamque inulti perierint veſtri de-
„ fenſores; uti vobis animus ab ignavia, atque ſocordia
„ corruptus ſit: qui [7] ne nunc quidem, obnoxiis inimicis,
„ exſurgitis; atque etiam nunc timetis eos, quibus vos de-
„ cet terrori eſſe. Sed quamquam hæc talia ſunt: tamen,

obviam

1 *Memmii.*] De C. Memmio videndus Cicero in Bruto: & fortaſſe is eſt, ad quem pertinent denarii, cum inſcriptione, C. MEMMIVS C. F. *Urſin.*

2 *In concione.*] Id eſt, multitudine convocata.

3 *Quirites.*] Id eſt, ô Romani. Quirites autem dicti ſunt, vel à Curi haſta Sabinorum: vel à Curibus, quæ eſt civitas Sabinorum, poſtquam inter Romulum & Tatium regem Sabinorum fœdus percuſſum eſt. *Sold.*

4 *Veſtra patientia.*] Ac ſi diceret, Nobilitas potens eſt ad opprimendam veſtram libertatem: & vos patientes eſtis, ad tantam injuriam tolerandam. *Idem.*

5 *His annis quindecim.*] Haud dubie de eo loquitur tempore, quo poſt Gracchos occiſos, nobiles victoria elati in plebem immodice ſæviebant. Cæterum à Tiberii Gracchi cæde hic viceſimus tertius decurrit annus, à Caii autem undecimus. Quare quid ſibi hoc in loco numerus quidecim annorum velit, non ſatis intelligo. corruptum eſſe valde vereor, ſed judicet Lector. *Glar.* *Annis quindecim.* | Ego legerem, *his annis viginti*: vel, *his annis viginti quinque*; ut non ſit ſubtilis annorum computatio: in manuſcripto tamen Codice, qui eſt in Bibliotheca Divi Salvatoris, ſcriptum eſt, *his annis duodecim*: ut fortaſſe intelligat auctor id tempus, quod fuit à cæde C. Gracchi & M. Fulvii. *Caſt.*

6 *Quam fœde, quamque inulti perierint veſtri defenſores.*] Ita legendum è manuſcriptis, non, ut vulgo, *multi perierint.* hoc eſt, nulla de his ſumpta pœna, qui inſectati eos fuiſſent. Similitudo ſcripturæ anſam errori præbuit. *Riv.*

7 *Ne nunc quidem obnoxiis inimicis exſurgitis.*] Sic Manuſcripta quædam, non *obnoxii.* quomodo & ſenſus ipſe expoſcit: pro, Reis & cauſam dicturis inimicis. *Idem.*

1 *Factio-*

obviam ire [1] factionis potentiæ, animus ſubigit. Certe ,, ego libertatem, quæ mihi à parente meo tradita eſt, ex- ,, periar: verum id truſtra, an ob rem faciam, in veſtra ,, manu ſitum eſt, Quirites. Neque ego vos hortor, quod ,, ſæpe majores veſtri fecere, uti contra injurias armati ,, eatis. Nihil vi, nihil [2] ſeceſſione opus eſt: neceſſe eſt, ,, ,, ſuo-

1 *Factionis potentiæ.*] Id eſt, potentiæ partis adverſæ, ſeu nobilitatis. *Sold.*

2 *Seceſſione.*] Nam exactis jam regibus plebs armata bis ſeceſſit à Patribus in montem Aventinum, nec reconciliari potuit, donec ei Senatus poſtulata concederet. Cauſa autem primæ ſeceſſionis hæc fuit. Magna inter patres, id eſt, ſenatum & plebem diſcordia erat, propter nexos ob æs alienum. *Nexi* dicebantur, qui tantiſper ſerviebant creditoribus ſuis, donec debitum perſolviſſent. *Nexi* etiam dicebantur, qui propter debita vincti creditoribus ſuis tradebantur. Conceſſumque poſt multas lites plebi eſt, ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos: qui ei adverſus conſules auxilium ferrent, neve cuiquam ex patribus eum magiſtratum capere liceret. Ita tribuni plebis tunc primum duo creati ſunt, C. Licinius, & L. Albinius: atque ita plebs reconciliata eſt, & ſeditio ſedata. Cauſa alterius ſeceſſionis hæc fuit. Appius Claudius decemvir captus erat amore inſano Virginiæ, filiæ cujuſdam Virginii plebei hominis, Icilio viro tribunicio deſponſatæ. Et cum eam aliter habere non poſſet, ad explendam libidinem ſuam, M. Claudio clienti ſuo negocium dedit, ut illam in ſervitutem traheret, quod diceret eam ex ſerva ſua natam: eique auxilium ſuum pollicitus eſt. Cum ergo M. Claudius eam per forum tranſeuntem rapuiſſet; eamque ſervam ſuam aſſereret: re ad tribunal Appii deducta, eam M. Claudius Appio adjudicavit. Virginius pater, cum indignitatem rei ferre non poſſet, ſimulato cum filia & ejus nutrice colloquio, veluti ab ea rei veritatem exquirere vellet, antequam velut ſerva abduceretur, ſtricto ferro: Hoc te (inquit) modo filia in libertatem vindico. Pectus deinde puellæ transfigit. reſpectanſque ad tribunal Appii: Hoc te (inquit) Appi, caputque tuum, ſanguine conſecro. Ad hoc facinus clamore ſublato, Appius comprehendi Virginium jubet. ille quacunque incedit, ferro viam facit. Icilius ſponſus corpus exangue puellæ ſublatum populo oſtentat: ſcelus Appii, puellæ infœlicem formam, patris neceſſitatem deplorat. Ita plebs in urbe Icilii clamore, & indignitate ſceleris concitatur. Virginius in caſtra profectus, ubi ordines ducebat, non minorem ibi, quam in urbe tumultum concitat. Scelus Appii, & cuncta quæ geſta erant exponit. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans, orabat, ne, quod ſcelus Appii eſſet, ſuum crederent. Vitam filiæ ſibi ſua chariorem fuiſſe, ſi libere ac pudice vivere potuiſſet. cum velut ſervam ad ſtuprum duci videret, morte melius adimi ratum, quam in contumelia liberos vivere, in ſpeciem crudelitatis lapſum eſſe. Illis quoque ſorores, filiaſque & uxores eſſe. Libidinem Appii cum filia ſua nequaquam extinctam. Hæc Virginio vociferanti, ſuccłamat multitudo: ſe nec dolori illius, nec libertati defuturos. Ita multitudo exercitus concitata, facto agmine eunt ad urbem, & montem Aventinum occupant: ut quiſque occurrebat, repetendam libertatem tribunoſque plebis creandos adhortantes. Nam paulo ante creatis Decemviris, ſublata erat tribunicia poteſtas, & provocatio ad popu-

„ ſuomet ipſi more præcipites eant. [1]Occiſo Ti. Graccho,
„ [2] quem regnum parare ajebant, [3] in plebem Romanam
„ quæſtiones graves habitæ ſunt. poſt C. Gracchi, & M.
„ Fulvii cædem, item ordinis veſtri multi mortales [4] in
„ carcere necati ſunt. utriuſque cladis non [5] lex, verum
„ lubido eorum finem fecit. Sed ſane fuerit [6] regni repa-
ratio,

populum, duo munimenta libertatis. Alia vox nulla violentiæ audita eſt. Sed non multo poſt plebs urbana cum liberis & uxoribus factum exercitus ſecuta, ipſa quoque ſeceſſit in montem Aventinum, urbe velut in ſolitudine relicta. Patres nova re perterriti, L. Valerium & M. Horatium legatos mittunt, qui de reconciliatione cum plebe agerent. Icilius pro multitudine reſpondit, plebem petere, ut ſibi poteſtas tribunitia & provocatio reſtituatur, & ſibi Decemviri tradantur, neve cui fraudi eſſet, conſciſſe milites ante plebem. Legati poſtulata plebis ad ſenatum deferunt. Senatuſconſultum fit, Decemviri primo quoque tempore ſe magiſtratu abdicarent. Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi, id eſt, pœnæ eſſet ſeceſſio militum, plebiſque. Ita plebs reconciliata eſt. *Sold.*

1 *Occiſo Tiberio Graccho.*] Tiberius Gracchus C. Gracchi, de quo ſupra diximus, frater natu major in tribunatu plebis leges Agrarias contra nobilium voluntatem tulit: quare cum iterum tribunus fieri vellet, cum ducentis ejuſdem factionis, ab optimatibus duce Scipione Naſica occiſus eſt. Livius l. 58. Paterculus lib. 2. Oroſius lib. 4. cap. 8. & 9. Auctor de Viris illuſtribus. Florus lib. 3. Plutarch. in Gracchis, Appianus Bellorum civilium lib. 1. *Caſtilioneus.*

2 *Quem regnum parare ajebant.*] Refert Plutarchus, Pompejum, antequam Tiberius occideretur, in ſenatu dixiſſe, ſe compertum habere, diadema & purpureas veſtes Graccho, tanquam Romæ regnaturo fuiſſe allatas. Quin etiam cum Tiberius mortem ſibi impendere ſignificans, manu caput tetigiſſet, nobiles ita acceperunt, quaſi diadema poſceret. *Idem.*

3 *In plebem Romanam quæſtiones graves habitæ ſunt.*] Id eſt, magnæ inquiſitiones factæ ſunt contra plebem Romanam, mortuo Tiberio. Multi enim ex plebe fune torti ſunt, & multi in exilium pulſi, & multi ſunt interfecti, ut ante diximus. *Quæſtiones* dicuntur inquiſitiones criminum, quæ fiunt per judices, adhibitis tormentis; unde *quæſtiones* etiam tormenta dicuntur, per quæ veritas exquiritur. *Soldus. Quæſtiones.*] Popilius & Rutilius, vel Rupilius (ut legitur in antiquis lapidibus, & apud Cic. Epiſtolarum ad Atticum lib. XIII. & in Verrem actione 4. & 6.) Conſules quæſtione nova in Tiberii Gracchi amicos maxime ſævierant, ut teſtatur Cicero in Lælio, Paterculus lib. II. & Plutarchus in Gracchis. *Caſt.*

4 *In carcere necati ſunt.*] Crudeles enim quæſtiones (ut inquit Paterculus) in amicos clienteſque Gracchorum habitæ ſunt. Oroſius lib. V. cap. 12. *Optimus Conſul*, inquit, *ſicut in bello fuit fortis, ita in quæſtione cruelis. nam amplius quam tria millia hominum ſuppliciis necavit, ex quibus plurimi ne dicta quidem cauſa innocentes interfecti ſunt.* Idem.

5 *Lex.*] Scil. Porcia, quæ vetat in civem animadvertere pœna ſanguinis. *Badius.*

6 *Regni reparatio.*] Id eſt, reformatio, renovatio, reſtitutio regni. Sane id dicitur reparari, quod deletum & perditum eſt. Unde expulſis jam multo tempore ante regibus, regnum extinctum erat Romæ: nunc ergo recte dicitur

ratio, [1] plebi jura ſua reſtituere. Quidquid ſine ſanguine ,,
civium [2] ulciſci [3] nequitur, jure factum ſit. Superioribus ,,
annis taciti indignabimini ærarium expilari; reges, & ,,
populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes ,,
eoſdem & ſummam gloriam, & maxumas divitias eſſe: ,,
tamen hæc talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum ha- ,,
buere: [4] itaque poſtremo leges, majeſtas veſtra, divina ,,
& humana omnia hoſtibus tradita ſunt. neque eos, qui ,,
ea fecere, pudet, aut pœnitet: ſed incedunt [5] per ora ve- ,,
ſtra magnifice, ſacerdotia, & conſulatus, pars triumphos ,,
ſuos oſtentantes: perinde quaſi ea honori, non [6] prædæ, ,,
habeant. [7] ſervi ære parati injuſta imperia dominorum ,,
non perferunt: [8] vos, Quirites, imperio nati, æquo ani- ,,
mo ſervitutem toleratis? At qui ſunt hi, qui rempubl. ,,
occupavere? homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, ,,
immani avaritia, nocentiſſimi, iidemque ſuperbiſſimi; ,,
quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta, atque ,,
inhoneſta omnia quæſtui ſunt. Pars eorum, occidiſſe tri- ,,
bunos pl., alii quæſtiones injuſtas, plerique cædem in ,,

,, VOS

citur reparatio regni, id eſt, reſtitutio & reformatio. *Soldus.* Verior tamen lectio eſt *paratio*, ut eſt in Mſſ. apud Rivium.

1 *Plebi jura ſua reſtituere.*] Sicuti fecit Tiberius Gracchus, qui legem Agrariam tulit contra factionem locupletum & nobilium, ut pauperibus civibus agri reſtituerentur, qui eis adempti fuerant per locupletes, contra leges, ſicuti ſupra viſum eſt. *Idem.*

2 *Ulciſci.*] Id eſt, vindicari, puniri. paſſive poſitum eſt *ulciſci.*

3 *Nequitur.*] Ita in Manuſcriptis duobus eſt. quomodo veteres loqui ſolitos, teſtatur Sex. Pompejus. *Riv.*

4 *Itaque poſtremo leges.*] Nam major pars Senatus ac nobilium pecunia à Jugurtha corrupti, contra leges, & præter majeſtatem populi Romani, Jugurtham impunitum dimiſerunt, qui Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno ejecerat. Cum ergo Senatus talia facit, leges & majeſtatem populi, & divina & humana omnia hoſtibus tradit. *Sold. Hoſtibus.*] Jugurthæ.

5 *Per ora veſtra.*] Id eſt, in conſpectu veſtro.

6 *Prædæ.*] Nobiles ex ſacerdotiis, & ex magiſtratibus, & ex triumphis, non tam honorem ſibi acquirunt, quam prædam & divitias atque pecunias.

7 *Servi ære parati.*] Salluſtium multa accepiſſe à Catone, veteres etiam ſcriptores notant. Hunc autem locum ſumpſit ex libro quem Agellius x. cap. III. citat de falſis pugnis, in quo ſcriptum erat [illegible] *injurias nimis ægre ferunt: quid [illegible]no genere gnatos, magna virtute præditos, opinamini animi habuiſſe, atque habituros, dum viverent?* Urſin. *Ære.*] Id eſt, pecunia dominorum.

8 *Vos in imperio nati.*] Aliter: *Vos imperio nati.*

„ vos feciſſe, pro munimento habent. ita, quam quiſque
„ peſſume fecit, tam maxume tutus eſt: metum à ſcelere
„ ſuo ad ignaviam veſtram tranſtulere: quos omnis, eadem
„ cupere, [1] eadem odiſſe, [2] eadem metuere in unum coë-
„ git. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.
„ Quod ſi tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad
„ dominationem accenſi ſunt, profecto neque reſpubl. ſic-
„ uti nunc, vaſtaretur, & [3] beneficia veſtra penes optu-
„ mos, non audaciſſumos, forent. Majores veſtri [4] paran-
„ di juris, & majeſtatis conſtituendæ gratia, bis per ſeceſ-
„ ſionem armati [5] Aventinum occupavere: vos pro liber-
tate

1 *Eadem odiſſe.*] Idem odium in plebem. *Sold.*

2 *Eadem metuere.*] Idem metus, ne plebs ſua jura repetat, ac noxios puniat. *Idem.*

3 *Beneficia veſtra.*] Id eſt, honores, magiſtratus. Nam populi Romani eſt, dare honores & magiſtratus quibuſcunque voluerit. *Idem.*

4 *Parandi juris gratia.*] Id eſt, cauſa acquirendi juris ſui, ut plebs jus ſuum haberet: ex quo conceſſum eſt plebi, ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos, qui eam defenderent. Itaque tribuni plebis creati ſunt, ſicut ſupra viſum eſt. Et cum poſtea creatis decemviris plebs tribunos amiſiſſet, iterum ſeceſſit in montem per occaſionem Virginiæ occiſæ: & tribuni plebi reſtituti ſunt. *Idem.*

5 *Aventinum montem.*] Plebs cum à patribus premeretur, in Aventinum, ut vult Piſo, quam opinionem ſequitur hic Salluſtius; (nam alibi aliter ſcripſit: ut ex eo loco cognoſcimus, qui eſt apud Diomed. lib. 2. c. 6.) vel, quæ frequentior fama eſt, in Sacrum mon[illegible] ceſſit. *Aventinum montem.*] [illegible]inus mons ab Anco rege, creſcente civium numero, ex parte Urbi additus, non totus habitatus, Tatii Regis Romanorum, & Aventini Albanorum ſepulchris celebris. Variis appellatus nominibus, à Remo Romuli fratre, Remurius: à Murciæ ſocordiæ deæ ſacello, Murcius: à Dianæ templo, collis Dianæ. Martialis lib. XII.

Cum tu forſitan inquietus erras,
Clamoſa, Juvenalis, in Subura,
Aut collem dominæ teris Dianæ.

Propter longitudinem certo deſcribi nequit: ſed tamen tentabimus. Ad ortum in meridiem declinantem reſpicit mœnia: ad meridiem, campum Figulinum: ad occaſum, flumen: ad ſeptentrionem, montem Palatinum. Ortum verſus, ſed valde in meridiem flexum, propinqua eſt porta Capena; meridiem, porta Oſtienſis, Cæſtii pyramis, mons Teſtaceus; occaſum, Navalia, Salinæ, ſpelunca Caci; ſeptentrionem, Dianæ templum, & Naumachiæ initium. Aventinus, vel ab Aventino rege dictus, qui in eo extinctus bello & ſepultus fuerit, ut IV. Faſt. Ovidius ait, vel ab Avente Sabinorum fluvio, ut ſcribit Varro. *V. Fabric. Aventinum montem.*] In hoc monte olim fuit Bonæ Deæ ædes, & proxime templum Herculis, ubi nunc Alexii ædes. Cæterum quod Herculis ibi ædes eſſet, ea eſt ratio, quod prope Armiluſtrum eſſet, in quo ludicra fiebant certamina, in quibus ille ſemper vicerat. Plutarchus etiam commemorat, Armiluſtrum locum eſſe in Aventino, ubi Romulus T. Tatium ſepelivit.

tate quam ab illis accepiſtis, non ne ſumma ope nitemi- ,,
ni? atque eo vehementius, quo majus dedecus eſt, parta ,,
amittere, quam omnino non paraviſſe? Dicet aliquis, ,,
quid igitur cenſes? vindicandum in eos, qui hoſti pro- ,,
didere rempubl. non manu, neque vi; quod magis, vos ,,
feciſſe, quam illis accidiſſe, indignum eſt; verum [1] quæ- ,,
ſtionibus, & indicio ipſius Jugurthæ. qui ſi [2] dedititius ,,
eſt; profecto juſſis veſtris obediens erit: ſin ea contem- ,,
nit; ſcilicet æſtimabitis, qualis illa pax, aut deditio ſit, ,,
ex qua ad Jugurtham ſcelerum impunitas, ad paucos po- ,,
tentis maxumæ divitiæ, in rempubl. [3] damna, atque ,,
[4] dedecora pervenerint. Niſi forte nondum etiam vos ,,
dominationis eorum ſatietas tenet: & [5] illa, [6] quam hæc ,,
,, tem-

pelivit. Varro; *Armiluſtrum*, inquit, *ab ambitu luſtri; locus idem circus Maximus dictus. quod circum ſpectaculis ædificatis ibi ludi fiunt, & quod ibi circa metas fertur pompa, & equi currunt.* Ubi ſignificare videtur Armiluſtrum ac Circum eundem eſſe. Sextus quoque Pompejus Remoriam locum eſſe in ſummo Aventino refert, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus. Et ibi: *Remoria locus fuit prope Armiluſtrium, dictus, quod ibi Romulus Remum ſepelivit: quandoquidem & vivus eum locum ille ſedibus ſuis deſtinabat.* Marlian.

1 *Quæſtionibus.*] Id eſt, inquiſitionibus, ut quæratur diligenter, & indagetur qui fuerint auctores & complices hujus fœderis, quod cum Jugurtha factum eſt.

2 *Dedititius.*] Gymnicus hoc loco recte *Dediticiu:* pro, Si in deditionem venit. Utitur hac voce Cicero quoque ad Brutum, quum inquit: *Id S. C. plerique interpretantur etiam ad tuos ſive captivos, ſive deditticios pertinere.* Sed & Cæſar identidem hac voce in Commentariis uſus eſt. cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano, quod caſtigavit Alexander, *Deditivus* eſt, ſed haud dubie perperam. Niſi quis ita Salluſtium pro *Deditticio* dixiſſe *deditivum* putet, uti Marcellinus alicubi *Subditivos* dixit, pro *ſubditicios*, lib. 26. Sed quid ſi incuria librariorum hoc commiſſum forte eſt? nam fuit proclivis ex alterutro in alterum lapſus. Quanquam & Plautus in Amphitryone (ſi mendo vacant codices) *Subditivum*, pro *ſubditicio* dixit. *Glarean.*

3 *Damna atque dedecora.*] Damnum enim hoc pervenit in rempubl. quia Numidia provincia in conditionibus pacis Jugurthæ conceſſa eſt: quæ in poteſtatem & jus populi Romani veniſſet ſi conſul bello perſecutus eſſet Jugurtham. *Sold.*

4 *Dedecora.*] Quia tot & tanta ſcelera Jugurthæ impunita ſunt relicta, & dedecus fuit etiam populo Romano tam ignominioſam pacem & fœdus cum Jugurtha facere. *Idem.*

5 *Illa tempora.*] Scilicet poſt mortem Tiberii & Caii Gracchorum. nam poſt mortem eorum, per aliquot annos tota Reſpub. Romana in poteſtate & arbitrio ſenatus fuit, tota plebs perculſa. *Idem.*

6 *Quam hæc.*] Scilicet, tempora, in quibus plebs jus ſuum ſibi cœpit vendicare. *Idem.*

„ tempora, magis placent, cum regna, provinciæ, leges,
„ jura, judicia, bella, atque paces; poſtremo divina & hu-
„ mana omnia penes paucos erant: vos autem, hoc eſt,
„ P.R. invicti ab hoſtibus, imperatores omnium gentium,
„ ſatis habebatis animam retinere. Nam ſervitutem qui-
„ dem quis veſtrum recuſare audebat? Atque ego [1] tametſi
„ virum flagitioſiſſumum exiſtumo impune injuriam ac-
„ cepiſſe; tamen, vos hominibus ſceleratiſſumis ignoſcere,
„ quoniam cives ſunt, æquo animo paterer, niſi miſericor-
„ dia in perniciem caſura eſſet. Nam & illis, quantum im-
„ portunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi
„ deinde faciundi licentia eripitur, & vobis [2] æterna ſoli-
„ citudo remanebit, cum intellegetis aut ſerviendum eſſe,
„ aut [3] per manus libertatem retinendam. Nam fidei qui-
„ dem, aut concordiæ quæ ſpes eſt? Dominari illi volunt,
„ vos liberi eſſe: facere illi injurias, vos prohibere: po-
„ ſtremo ſociis veſtris veluti hoſtibus, hoſtibus pro ſociis
„ utuntur. Poteſt ne in tam divorſis mentibus pax, aut
ami-

1 *Tametſi virum flagitioſiſſumum exiſtumo impune injuriam accepiſſe.*] Miris modis obſcurus eſt hic ſermo, neſcias enim malene precetur Jugurthæ, quod impunita ſint ejus flagitia, an non precetur, ſed conqueratur impunita. Dein quomodo intelligendum, accepiſſe eum injuriam, qui intulerat? Quapropter, ſi verum auctoris ſenſum eruere hoc loco velimus, neceſſe puto, ut omiſſo verbo, *Virum*, (quod haud dubie, ut pleraque huic auctori, abs temerario aliquo adpoſitum eſt, qui exiſtimavit eum de Jugurtha loqui, cum de corruptis civibus hic fiat ſermo) flagitioſiſſimum factum dici à Memmio credamus, ſi plebs injuriam impune acceperit, ita ut non puniat, ad quos ipſe hortator aderat, ſceleratos illos. Quod paulo poſt dicturus eſt: *Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur.* Glar. *Virum flagitioſiſſumum exiſtimo.*] Alii legunt *viro*, pro *virum*. alii *virum* omnino tollunt. At ego tametſi exiſtimo turpiſſimum eſſe, eum qui vir ſit, impune affici injuria, & quæ ſequuntur. non dixit *virum*, denotans ſexum, ſed fortitudinem. nec tamen rejicio, *viro*; modo ſic legatur in manuſcriptis. *Caſt. Virum flagitioſiſſumum.*] Quid ſi de Jugurtha loquatur? ut ita intelligatur: etſi Jugurtham virum flagitioſiſſimum impune injuriam noſtram in ſuum commodum accepiſſe arbitror, quippe cum quocunque modo ſibi conſultum voluerit in belli neceſſitate. *Thyſ.* Legitur & *flagitioſiſſimos.*

2 *Æterna ſollicitudo.*] In nonnullis eſt, ſed impreſſis, *alterna ſollicitudo*; pro, quæ viciſſim jam de hoc, jam de illo angat & cruciet. Sed hic nihil pronuncio: tantum diverſam lectionem indico, ſuum cuique judicium relinquens. *Riv.*

3 *Per manus.*] Id eſt, per vim.

1 *Neque*

amicitia esse? Quare moneo, hortorque vos, ne tantum „
scelus, impunitum dimittatis. Non peculatus ærarii fa- „
ctus est: [1] neque per vim sociis ereptæ pecuniæ, quæ „
quamquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro ni- „
hilo habentur. [2] Hosti acerrumo prodita senatus aucto- „
ritas, [3] proditum imperium vestrum: domi militiæque „
respubl. venalis fuit, quæ nisi quæsita erunt, nisi vindi- „
catum in noxios, quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea „
fecere, obedientes vivamus? Nam impune quælibet fa- „
cere, id est, Regem esse. [4] Neque ego vos, Quirites, „
hortor, uti malitis civis vestros perperam, quam re- „
cte, feciſſe: sed ne, ignoscendo malis, bonos perditum „
eatis. Ad hoc, [5] in republ. multo præstat, beneficii, „
quam maleficii, immemorem esse. Bonus tantummodo „
[6] segnior fit, ubi neglegas: at malus improbior. [7] Ad „
hoc, si injuriæ non sint, haud sæpe auxilii egeas. „

Hæc, atque alia hujuscemodi sæpe indicendo, Mem- 32
mius populo Rom. persuadet, uti [8] L. Cassius, qui tum præ-
tor

1 *Neque per vim sociis ereptæ pecuniæ.*] Si quis socios expoliasset, & accusatus fuisset, is reus repetundarum dicebatur: sicuti fuit Verres, qui cum prætor totam Siciliam rapinis & furtis vexasset, à Siculis querelæ Romam delatæ sunt: atque ita Cicerone causam Siculorum suscipiente, Verres repetundarum reus factus, damnatus est. Is autem quod repetundarum accusatus esset, atque damnatus, furtis omnium, quos expoliaverat, in precium redactis, ex bonis suis venditis auctione, eam summam restituebat. *Soldus.*

2 *Hosti acerrumo.*] Ac si diceret: Ecce crimen quod puniendum est. Nam crimen est læsæ majestatis, quia majestas totius populi offensa est. *Idem.*

3 *Proditum imperium vestrum.*] Quia fœdus cum Jugurtha fieri non potuit sine consensu Senatus populique Romani. *Idem.*

4 *Neque ego vos, Quirites, hortor, &c.*] In exemplari Bibliothecæ Divi Salvatoris ita legitur: *Neque ego vos, ô Quirites, hortor, ut malitis in cives vestros perperam, quam recte feciſſe.* Castil.

5 *In republ.*] Melius est oblivisci beneficiorum, quam injuriarum: sed secus est in rebus privatis. Nam privatum hominem magis decet injurias oblivisci, quam beneficia. *Sold.*

6 *Segnior.*] Id est, negligentior & tardior ad promerendum in posterum. *Idem.*

7 *Ad hoc.*] Alia etiam ratio est, quare melius sit oblivisci beneficium, quam injuriam oblivisci: id est, punire nocentes, quam non remunerare bene meritos: quia si nocentes puniuntur, non sunt, qui faciant injuriam. Et si injuriæ non sunt, nunquam indigebis auxilio. Nam tunc indigemus auxilio, quando opus est, ut resistamus eis, qui nobis injuriam faciunt. *Idem.*

8 *L. Cassius.*] Hic fuit vir summæ

tor erat, ad Jugurtham mitteretur: eumque, interpoſita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri, & reliquorum, quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta patefierent. Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti à Beſtia exercitui præerant, ſecuti morem imperatoris ſui, plurima, & flagitioſiſſima facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti, elephantos Jugurthæ traderent; alii perfugas venderent: pars [1] ex pacatis prædas agebant. Tanta vis avaritiæ in animos eorum, veluti tabes, invaſerat. At Caſſius prætor, [2] perlata rogatione à C. Memmio, ac perculſa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiſcitur: eique timido, & ex conſcientia diffidenti rebus ſuis, perſuadet; quoniam ſe populo R. dedidiſſet, ne vim, quam miſericordiam ejus, experiri malit: privatim præterea fidem ſuam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempeſtate fama de
33 Caſſio erat. Igitur Jugurtha, contra decus regium, [3] cultu quam maxume miſerabili, Romam venit. Ac tametſi in ipſo magna vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut ſcelere cuncta ea geſſerat, quæ ſupra diximus,

ſeveritatis. nam multa ejus extant ſeveritatis exempla. hic etiam Tribunus plebis plures leges tulit, ad minuendam nobilitatis potentiam. Hujus extant leges de ſuffragiis ferendis non voce, ſed per tabellam. *Soldus. L. Caſſius.*] Hic eſt L. Caſſius, qui non multo poſt conſul à Tigurinis in Gallia cæſus eſt. quod ſcribunt Livius lib. 65. Cæſar de Bello Gallico libro 1. & Oroſius lib. 5. c. 15. *Caſt.*

1 *Ex pacatis.*] Id eſt, ex populis, qui pacem cum Romanis habebant. *Sold.*

2 *Perlata rogatione.*] Id eſt, perlata lege, hoc eſt, data lege. Et quæ erat hæc lex? videlicet, ut Caſſius prætor ad Jugurtham iret, & eum data fide publica Romam duceret. Nam quicquid populus decernit ſive jubet, dicitur rogatio, ſive lex, ſive plebiſcitum. *Sold. Rogatione.*] Lege. Differentia enim, quam eſſe dicit Feſtus inter *rogationem* & *legem*, apud bonos auctores non ſervatur, quod declarat Cicero, cum hanc in Bruto modo legem, modo rogationem Mamiliam appellet. vide Gellium lib. 10. cap. 20. *Caſt.*

3 *Cultu quam maxime miſerabili.*] Illud moris fuit apud antiquos, ut reus veſtem mutaret. Toga enim alba depoſita, atram induebat, & barbam capillumque promittebat, & ſqualorem contrahebat. Quæ vero Gel. l. 3. de Scip. Æmil. Plutarchus de Macro & Valerius lib. 6. de Rutilio affirmant, quod nec veſtem mutarint, nec barbam promiſerint, ſingularia fuerunt. Ita hic auctor noſter more reorum cultum miſerabilem aſſumpſiſſe Jugurtham refert.

1 C. Ba-

ximus, [1] C. Bæbium tribunum pl. magna mercede parat, cujus impudentia [2] contra jus, [3] & injurias omnis munitus foret. Ac C. Memmius advocata concione; quamquam regi infesta plebes erat, & pars in vincula duci jubebat, pars, ni socios sceleris sui aperiret, more majorum de hoste supplicium sumi; [4] dignitati quam iræ magis consulens, sedare motus, & animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium cœpit, producto Jugurtha, verba facit: Romæ, Numidiæque facinora ejus memorat; scelera in patrem, fratresque ostendit: quibus juvantibus, quibusque ministris ea egerit, quamquam intellegat populus Rom. tamen velle manifesta magis ex illo habere: si veram aperiret, in fide, & clementia populi Rom. magnam spem illi sitam: sin reticeat, [5] non sociis saluti fore, sed se suasque spes corrupturum. Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, & Jugurtha [6] respondere jussus est, C. Bæbius tribunus 34

1 *C. Bæbium, &c.*] Unus enim tribunus plebis cæteros omnes impedire poterat, ut scribunt Plutarchus in Catone Uticensi, & Dionysius Antiquit. lib. 10. *Cast.*

2 *Contra jus.*] Si quis injuste procederet. *Bad.*

3 *Et contra injurias.*] Si quis contra jus, præcipue gentium, grassari velit. *Idem.*

4 *Dignitati quam iræ magis consulens.*] Magis attendens dignitatem populi Romani, quam iram: quia non decebat populum Rom. facere id, quod ira suadebat. Nam si de Jugurtha supplicium sumpsisset, contra dignitatem suam feciſſet: quia fidem datam Jugurthæ violasset. *Sold.*

5 *Non sociis.*] Videlicet civibus Romanis, qui juverunt illum. O Jugurtha, si verum dixeris, tu sperare potes misericordiam populi Romani: sed si veritatem dicere nolueris, socios tui sceleris non propter hoc servabis, sed te ipsum & tuum præsidium destrues. *Idem.*

6 *Respondere jussus est.*] Res jam in eo erat, ut veritas veniret in lucem. Et ecce unius Bæbii tribuni plebis impudentia, hæc omnia tanta diligentia & studio comparata subvertit. Nam cum Memmius exposuisset scelera Jugurthæ, jussisſetque illum veritatem dicere, qui cives Romani socii ejus fuissent: Bæbius ex altera parte, jussit illum tacere. At ita nihil actum est, concioque illico est soluta. Neque ulla res alia Romam ac partes armavit in bella civilia, nisi seditiones tribunitiæque procellæ. Primo quidem civili sanguine Roma maculata est seditione Gracchorum, qui dum immoderate nimis libertatem plebis & jura tueri conantur, totam civitatem in arma compellunt. Hinc secutum bellum civile C. Marii & L. Sullæ: cui Sulpitius tribunus plebis causam maxime præstitit rogatione sua, per quam C. Mario bellum Mithridaticum demandari

tribunus

nus pl. quem pecunia corruptum ſupra diximus, regem tacere jubet: ac, tametſi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accenſa, [1] terrebat eum clamore, vultu, ſæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat; vicit tamen impudentia. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione diſcedit: Jugurthæ Beſtiæque, & cæteris, quos illa [2] quæſtio exagitabat, animi augeſcunt. Erat ea tempeſtate Romæ Numida quidam, nomine [3] Maſſiva, Guluſſæ filius, Maſiniſſæ nepos: qui, quia in diſſenſione regum, Jugurthæ advorſus fuerat, [4] dedita Cirta, & Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic [5] Sp. Albinus, qui proximo anno poſt Beſtiam cum [6] Q. Minucio Rufo conſulatum gerebat, perſuadet, quoniam ex ſtirpe Maſiniſſæ ſit, Jugurtham ob ſcelera invidia cum metu urgeat, regnum Numidiæ ab ſenatu petat. [7] Avidus conſul belli gerendi,

dari fecerat: ad quod jam L. Sulla deſtinatus erat: hoc bello tota Italia ſanguine civili repleta. Poſtremo C. Cæſaris & Cnei Pompeii funeſtum ac luctuoſum bellum exarſit, Caii Curionis maxime tribuni plebis & M. Antonii ſcelere concitatum. Nam à principio Caji Cæſaris feroces animi atque impetus leniri ac reprimi poſſe videbantur, niſi eos funeſta fax Curionis & Antonii in incœpto vehementius accendiſſent: in quod bellum non tota modo civitas, cunctaque Italia, ſed totus orbis terrarum conſpiravit. *Sold.*

1 *Terrebat eum clamore, vultu, ſæpe impetu.*] Badius *eum* putat exponendum Jugurtham, non Bæbium: quia alioqui diceret, *Terrebat Bæbium, vicit tamen impudentia ejus.* Sed errat, deceptus malo exemplari, quod *Bæbii*, habebat ante, *impudentia.* Nam quomodo rex loqueretur dediticius, cum Tribunus, populi Rom. magiſtratus prohibebat? Aut quare rex Tribunum corruperat, ſi is nihil pro eo facere voluiſſet? Denique quorſum attinebat Bæbium imperare, ſi regi licebat contra Bæbii juſſum loqui? Clamabant igitur in Bæbium, non regem. At ille, qua fuit impudentia, nauci fecit, tanta vis pecuniæ erat. *Glar.*

2 *Quæſtio.*] Id eſt, inquiſitio.

3 *Maſſiva, filius Guluſſæ.*] Guluſſa fuit filius Maſiniſſæ, ut ſupra viſum eſt. Hic ergo cum eſſet filius Guluſſæ, nepos erat Maſiniſſæ. *Soldus. Maſſiva.*] Hunc Liv. lib. 64. Maſſaniſſam vocat. *Caſt.*

4 *Dedita Cirta.*] Hic ex Africa Romam venerat, quando Adherbal obſidionem diutius ferre non valens, Cirtam urbem Jugurthæ tradiderat, & ipſe à Jugurtha interfectus erat. *Sold.* Vid. ſup. pag. 236. 237.

5 *Sp. Albinus.*] Spurius Poſthumius Albinus, (Oroſius) hic rogatione Mamilia ſublatus eſt. *Caſt.*

6 *Q. Minucio.*] Marcum Minucium appellat Livius lib. 65. *Idem.*

7 *Avidus.*] Oſtendit cauſam, quare Albinus conſul hoc ſuadebat Maſſivæ: quia videlicet avidus erat belli gerendi. Cum ergo Albino conſuli decreta eſſet provincia Numidiæ, videbat bellum geri oportere contra Jugurtham, ſi Senatus

rundi, moveri,[1] quam ſeneſcere, omnia malebat. ipſi provincia Numidia, Minucio[2] Macedonia evenerat. Quæ poſtquam Maſſiva agitare cœpit: neque Jugurthæ in amicis ſatis præſidii eſt; quod eorum alium conſcientia, alium mala fama, & timor animi impediebat: Bomilcari proxumo, ac maxume fido ſibi, imperat, pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores Maſſivæ paret: ac maxume occulte; ſin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exſequitur: & per homines[3] talis negotii arrifices, itinera, egreſſuſque ejus, poſtremo

natus regnum Numidiæ Maſſivæ conceſſiſſet: quia Jugurtha regnum Numidiæ ſine bello Maſſivæ tradere noluiſſet. Atque ita futurum erat, ut conſul exercitu ſuo Maſſivam in regnum induceret: quod ſine bello fieri non poterat. *Sold.*

1 *Quam ſeneſcere.*] Id eſt, quieſcere, torpeſcere.

2 *Macedonia.*] Minucius profectus in Macedoniam cum imperio Scordiſcos & Triballos vicit, ac poſtea triumphavit. Auctor Paterculus lib. 2. (etſi *Munitium* non *Minucium* nominat) & Eutropius lib. 4. in Extremo. *Caſt. Macedonia.*] Europæ celebris regio, hanc à Septentrione, à Dalmatia Mœſiaque montana ſejungunt: ab occaſu mari Adriatico ſive Ionio: ab ortu Ægæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes & ipſa Græcia excipit. *Paſſim.* Emathia ante dicta fuit, Plinio & Trogo teſtibus. Pæoniam primo vocatam ſcribit Livius l. 40. deinde Æmoniam. Item Edonia & Pieria Solino. Etiam Bœotiam quondam dictam Trogus auctor eſt. Ejus partem *Μακεπίαν* Heſychius & Stephanus appellant, & inde totam regionem nomen accepiſſe refert Euſtathius in Dionyſium. Poſterioribus ſæculis hujus pars *Salutaris* dicta fuit, ut conſtat ex libro Notitiarum. quæ partim Macedoniæ, partim Daciæ aſcribitur. Item *Prævalis* ſeu *Prævalitana* apud S. Rufum. Eſt etiam Macedonia maritima apud Dionem: quam dicit à Pæonibus habitari circa Rhodopen montem. Hæc Macedoniæ regio prima vocatur apud Liv. lib. 45. Is enim Macedoniam in quatuor regiones dividit. Macedones atque Illyrios liberos eſſe voluiſſe Romanos idem ſcribit. Poſterioribus temporibus Macedoniæ tantum primæ & ſecundæ mentio, & frequens memoria in Conciliis. *Ortel.* Per Macedoniam כתיים ſive Chittim in ſacra Scriptura intelligi, nequaquam dubito, etſi variæ hac de re ſint doctorum ſententiæ. Auctor primi libri Machabæorum, haudquaquam contemnendus ſcriptor, putavit haud dubie Citthim eſſe Macedones. Quippe ſtatim initio libri narrat Alexandrum Macedonem egreſſum eſſe ex terra Chetim, *ἐκ τῆς γῆς Κεθείμ.* & cap. 8. verſ. 5. Perſeum illum Macedonem, de quo Romani triumpharunt, *Κιτίων Βασιλέα*, regem Citieorum appellat: cui ſententiæ non parum roboris videtur accedere, quod Eſaias cap. 26. verſ. 1. Tyriis excidium interminatus, addit, eruptiurum hoc malum ex terra Chittim, quod referunt ad Macedones, qui Alexandro duce Tyrum oppugnarunt & devaſtarunt: quin & nomen Macedoniæ eo alludit: antiqui enim Macettiam vel Macetiam teſte Heſychio dixerunt. Vide tamen *Bochartum* in ſuo Phaleg. lib. 3. cap. 5.

3 *Talis negocii artifices.*] Id eſt, per homi-

mo loca, atque tempora cuncta explorat: dein, ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, paullo inconsultius Massivam aggreditur, illum obtruncat; sed ipse deprehensus, multis hortantibus, & in primis Albino consule, [1] indicium profitetur. [2] fit reus magis ex æquo bonoque, quam ex [3] jure gentium Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha, manifestus tanti sceleris, [4] non prius omisit contra verum niti, quam animadvortit, super gratiam, atque pecuniam suam, invidiam facti esse. Igitur quamquam [5] in priore actione ex amicis quinquaginta [6] vades dederat, regno magis, quam vadibus consulens, clam in

homines, qui talia negocia, videlicet homicidia, perpetrare consueverant. *Sold.*

1 *Indicium profitetur.*] Id est, pollicetur se indicaturum esse, cujus consilio Massivam occiderit. Atque ita confessus est, se à Bomilcare missum ad interficiendum eum. *Idem.*

2 *Fit reus.*] Sensus est: Bomilcar, etsi jure gentium reus fieri non poterat (comes enim erat Jugurthæ, qui fide publica Romam venerat: unde & ipse ab omni periculo tutus esse debebat) accusatur tamen ex æquo & bono. æquitas enim requirit, ut qui injuste quempiam occidi jusserit, pœnam luat. Quidam ita exponunt: Etsi Bomilcar, qui tale facinus perpetraverat, fidemque publicam violaverat, indicta causa jure gentium occidi poterat: fit reus tamen ex æquo & bono, quasi clementia quadam & benignitate populi Rom. quid sit æquum & bonum, docet Budæus in Pandect. *Cast.*

3 *Jure gentium.*] Sallustius hic non ex jure gentium, sed ex æquo & bono Bomilcarem comitem Jugurthæ reum fuisse scribit. Bonum & æquum, id est, merum naturæ jus patitur pœnas exigi, ubi reperitur, qui deliquit: at jus gentium legatos, & qui his similes fide publica veniunt, excipit. Quare ut rei fiant legati, contra jus gentium est, quo vetari multa solent, quæ jus naturæ permittit. Sicuti igitur legati, vel qui fide publica venerunt, ita & comites, & vasa legatorum sui generis sanctimoniam habent, sed accessorie. *Grot.*

4 *Non prius omisit contra verum niti.*] Id est, non prius cessavit contra veritatem tendere defendendo Bomilcarem. *Sold.*

5. *In priore actione.*] Accusatione videlicet Bomilcaris, cujus criminis & Jugurtha merito suspectus erat.

6 *Vades.*] Scimus, quod qui in judicium vocantur, vades dare coguntur, se obtemperaturos esse judicio. Ergo Jugurtha, cum Bomilcar in judicium vocatus est, dederat ex amicis suis vades quinquaginta, per quos promittebat se staturum esse judicio, & obtemperaturum. Nunc autem cum videret aperte futurum esse, ut Bomilcar damnaretur in judicio & de eo supplicium sumeretur: vadibus, sub periculo satisfaciendi pro fuga Bomilcaris, relictis, ipsum Bomilcarem periculo subtraxit, & eum in Numidiam remisit. *Sold. Quinquaginta vades dederat.*] Jugurtha quinquaginta amicos invenit, qui certam pecuniæ summam promiserunt, ni sisteretur reus. eosque Romanos, non Numidas fuisse existimo.

Sic

in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos popularis metus invaderet parendi ſibi, ſi de illo ſupplicium ſumtum foret. & ipſe paucis diebus eodem profectus eſt, juſſus à ſenatu [1] Italia decedere. Sed poſtquam Roma egreſſus eſt, fertur, ſæpe tacitus eo reſpiciens, poſtremo dixiſſe, Urbem venalem, & mature perituram, ſi emtorem invenerit. Interim Albinus, renovato bello, commeatum, ſtipendium, aliaque, quæ militibus uſui forent, maturat in Africam portare; ac ſtatim ipſe profectus, ut ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra Jugurtha trahere omnia, & alias, deinde alias moræ cauſſas facere; polliceri deditionem, ac deinde metum ſimulare: inſtanti cedere, & paullo poſt, ne ſui diffiderent, inſtare: ita belli modo, modo pacis mora conſulem ludificare. [2] Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtumarent; [3] neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum ſocordia magis, quam dolo crederent. Sed poſtquam, dilapſo tempore, comitiorum dies adventabant; Albinus, [4] Aulo fratre in caſtris [5] proprætore relicto, Romam deceſſit. Ea tempeſtate Romæ ſeditionibus tribuniciis atrociter reſpubl. agitabatur. [6] P. Lucullus, & L. Annius, tribuni pleb. reſiſtentibus collegis, continuare magiſtratum nitebantur: quæ diſſenſio totius anni comitia impedic- 36 37

Sic etiam apud Livium Decadis primæ libro 3. multis vadibus Virginius vadatus eſt Cæſonem Quintium reum. non enim id vadimonium tale fuiſſe exiſtimo, ut vadibus ipſis moriendum eſſet, ſi ab reo Bomilcare deſerti fuiſſent. *Caſt.*

1 *Italia decedere.*] Livius lib. 64. ait Jugurtham ob Maſiniſſæ cædem, cum Romæ periclitaretur (cauſam enim capitis dicere juſſus eſt) clam profugiſſe. *Idem.*

2 *Ac fuere, &c.*] Unde poſtea damnatus eſt. Cicero in Bruto. *Idem.*

3 *Neque ex tanta properantia.*] Aliqui fuerunt qui crederent bellum ab Albino eſſe prolongatum, magis dolo quam negligentia, cujus indicium & conjectura erat, quia à principio tantopere feſtinabat, & tam facile poſtea ab illa feſtinatione ceſſavit. *Sold.*

4 *Aulo.*] Aulo Poſthumio Albino.

5 *Proprætore relicto.*] Erat enim legatus. Livius & Salluſtius infra. *Caſt.*

6 *P. Lucullus.*] Aliter: *Lucilius.* quidam codices formis excuſi habent, *Lucium.* Idem.

pediebat. [1] Ea mora in ſpem adductus Aulus, quem proprætorem in caſtris relictum ſupra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiundæ, milites menſe Januario [2] ex hibernis in expeditionem evocat; magniſque itineribus hieme aſpera pervenit ad [3] oppidum Suthul, ubi regis theſauri erant. Quod quamquam, & ſævitia temporis, & [4] opportunitate loci, neque capi, neque obſideri poterat: (nam circum murum, ſitum in [5] prærupti montis extremo, planicies [6] limoſa hiemalibus

1 *Ea mora, &c.*] Oroſius lib. 5. c. 15. *Inſequenti*, inquit, *anno Aulum Poſthumium Poſthumii conſulis fratrem, quem is quadraginta millium armatorum exercitui præfecerat, apud Calamam urbem theſauris regis conditis inhiantem bello oppreſſit, &c.* Idem.

2 *Ex hibernis.*] Aliter: *Ex hibernaculis.* In quodam pervetuſto codice eſt, *Ex tabernaculis.* quæ lectio non videtur abſurda. *Caſt. Ex hibernis.*] Sic & Aldinum exemplar, & manuſcripti codices habent. In quibuſdam tamen, velut Argentoratenſi & Veneto eſt, *ex hibernaculis.* qua voce Livius aliquoties utitur: pro, eo loco, ubi milites hiberno tempore commorentur. Tacitus 2. *Legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ.* Hæc alias hiberna proprie dicuntur. Nam hibernacula fere vocamus ipſa tentoria, quando ſub pellibus hiemem agere miles, non in oppidis, neque ſub tecto cogeretur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam & frequens eſt apud Ciceronem, *Cohortes in hiberna mittere.* &, *Exercitum in hiberna dimittere*, hoc eſt, in oppidum aliquod commodius, ubi per hiemem agant. Salluſtius poſtea: *Metellus*, inquit, *cunctos ſenatorii ordinis ex hibernis propere arceſſi jubet.* Eſt apud Ciceronem & *hibernare* verbum velut cum inquit: *Quomodo milites hibernent.* &: *Ubi ſis hibernaturus.* Pro quo Salluſtius inferius dicit, *hiemare. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat.* Riv.

3 *Oppidum Suthul, ubi regis theſauri erant.*] Strabo lib. ult. Capſam ait vocatam, ubi regis Jugurthæ fuerint theſauri: ſed puto errorem eſſe. Nam Salluſtius poſtea de Capſa differens, nihil de regis theſauris meminit, verum locum quendam alium ad flumen Mulucham denotat. Hæc nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligentius emendentur, maxime locorum facta diligenti comparatione. *Glarean. Suthul.*] Muthul & Suthul ſunt barbara opidorum nomina, auctore Priſciano. *Ortel.*

4 *Opportunitate loci.*] In quibuſdam eſt, *Inopportunitate loci:* pro eo quod eſt, Iniquitate loci: ſic autem præter alia & Beroaldinum & Venetum exemplar, quod excudit Pincius, Pomponius caſtigavi: ego vulgatam lectionem probo. nam *opportunitatem loci*, cum propter incolas & cives, pro quibus illa erat: tum ob hoſtes Romanos, adverſus quos erat, mihi dicere videtur. Sic enim alibi: *Statuit*, inquit, *urbis, quæ viris aut loco pro hoſtibus, & adverſum ſe opportuniſſimæ erant, ſingulas circumvenire*, pro, quæ urbes munitiſſimæ erant. *Riv.*

5 *Prærupti.*] Id eſt, editi & alti. Nam præruptus dicitur, in altum elevatus. Virgil. 1. Æneid.

Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Sold.

6 *Limoſa.*] Id eſt, cœnoſa, limo & cœno ac luto plena.

bus aquis paludem fecerat) tamen, aut ſimulandi gratia, quo regi formidinem adderet; aut cupidine cæcus, ob theſauros oppidi potiundi, [1] vineas agere, [2] aggerem jacere; aliaque, quæ incepto uſui forent, [3] properare. At Ju- 38
gurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, ſubdolus ejus augere amentiam: miſſitare ſupplicantis legatos: ipſe, quaſi [4] vitabundus, per ſaltuoſa loca, & [5] tramites exercitum ductare. Denique Aulum ſpe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones ſeſe, veluti cedentem, inſequeretur: ita delicta occultiora fuere. Interea per homines callidos, diu, noctuque exercitum tentabat: [6] centuriones, duceſque turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere; alii, ſigno dato, locum uti deſererent. Quæ poſtquam ex ſententia inſtruxit; [7] intempeſta nocte de improviſo multitudine Numidarum Auli caſtra circumvenit. Milites Romani, perculſi tumultu inſolito, arma capere alii: alii ſe abdere: pars territos confirmare: trepidare: omnibus locis vis magna hoſtium: cœlum nocte, atque nubibus obſcuratum: [8] periculum anceps: poſtremo, fugere, an manere, tutius foret, [9] in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, [10] cohors una

1 *Vineas agere.*] Ad muros impellere. Vide ſupra p. 237.

2 *Aggerem jacere.*] Facere aggerem. *Agger* enim ex terra ligniſque extollebatur contra murum, de quo tela in hoſtes jactabantur. Vegetius. Vide p. 239.

3 *Properare.*] Aliter: *præparare.*

4 *Vitabundus.*] Vitans, fugiens. Conſiderent docti, num Diomedes Grammaticus hunc locum citet lib. 1. cap. 5. ubi ſic ait: *Item cum legimus apud Salluſtium. Vitabundus*, inquit, *per ſaltuoſa loca recedebat.* Caſt.

5 *Tramites.*] Id eſt, per vias occultas.

6 *Centuriones.*] Centurio dicebatur, qui uni centuriæ præerat. Centuria centum homines continebat: & centuriæ ſunt peditum, turmæ vero equitum. Turma triginta equites continebat. *Sold.*

7 *Intempeſta nocte.*] Vide ſupra.

8 *Periculum anceps.*] Anceps erat, id eſt, duplex. nam periculum erat, ſive manerent, ſive fugerent: & hoc ſequentia declarant. *Sold.*

9 *In incerto.*] Id eſt, inter dubia: utrumque periculoſum erat neſcientibus regionem. *Bad.*

10 *Cohors una Ligurum.*] Ligures & Thraces auxilia miſerant ad hoc bellum pop. Rom. Ergo ex Liguribus una cohors, & ex Tracibus duæ turmæ equitum, cum paucis militibus gregariis ad Jugurtham transfugerunt. *Sold. Ligures.*] Liguria Italiæ regio, quæ hodie Riviera di Genoa dicitur. Euſtathius tradit ex Lycophrone Liguſtinos dictos. Ligures co-

una Ligurum, cum duabus [1]turmis [2]Thracum, & paucis gregariis militibus, transiere ad regem: [3]& centurio primipili

res comatos vocat Dion eos, qui Alpes maritimas colebant. In Marii vita apud Plutarchum videntur initio Ambrones vocari. qui in Gallia nempe, ubi Ligures olim quoque usque ad Oranum fluvium. Epitome Livii 47. vocat hos Ligures Transalpinos. Ligures ad Arnum usque versus Orientem ducit Trogus. Pisas enim Ligurum facit. Plinius Ligures habet cognomine Vagiennos, & Ingaunos, item Inalpinos. Hi, censore Foglietta, habitabant eam partem quæ ab urbe Genua versus Occidentem ad Alpes usque est. Rufus Avienus videtur Ligures describere, à Celtis fugatos, circa Oceanum Gallicum. *Ortel.* Celticam hanc fuisse gentem ex Servio ad Virgil. Æneid. lib. x. ubi de origine Urbis Pisarum agit, apparet, cum dicit: *Alii Pisum Celtarum regem fuisse Apollinis Hyperborei filium tradunt, & postmodum eandem regionem Teutones habitasse, ipsum opidum Teutam appellatum refert.* Etsi autem ejus verba mirum in modum sunt mutilata ac conturbata, tamen ista Celtarum, Teutonum, Teutarumque vocabula genus Ligurum aperte ac manifesto indicant. quippe ad Arnum usque flumen, & Urbem Pisas olim pertinuere Ligures. Itaque Celticæ sive Germanicæ originis sunt Ligures. Atque id præter alia, etiam opidorum nomina satis evincunt. Strabo Brigantium, Scincomagum vicos eorundem dicit. Caturigum, qui Liguribus accensentur, opidum recenset Ptolemæus, Eborudunum, quod nunc est Embrun. Duo itineraria antiqua, Antonini & Hierosolymitanum, eodem tractu habent Caturigas, locum; qui Tabulæ Itinerariæ est Catorigomagus, prope quem in eadem Tabula est Istudurum. At Dunum, Magus, Durum, Briga, Brigantium Celtica esse vocabula dubium non est. His insuper adde quæ Plinius tradit lib. 3. c. 16. his verbis de Pado: *Metrodorus Scepsius dicit Ligurum lingua amnem Bodincum vocari, quod significet fundo carentem.* Cui argumento, adest juxta Industria, vetusto nomine Bodincomagum; ubi præcipua altitudo incipit. Certe hodieque omnibus pariter Germanicis gentibus fundus vocatur *Bodem*, & *Boddem*. Quam certissime igitur liquet Celticam gentem esse Ligures. Porro de his ita Florus lib. II. cap. III. loquitur: *Ligures inter Alpium jugis adhærentes inter Varum & Macram flumen, implicitosque dumis sylvestribus, major aliquanto labor erat, invenire quam vincere. Tutum locis & fuga, durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebat.* Hactenus Florus. Ligures autem omnes fallaces esse dixit lib. 2. Orig. Cato. *Cluv.*

1 *Turmis.*] *Turma*, ut Varro & Festus sentiunt, dicta est quasi terma aut terdena: quod ter denos equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnensium & Lucerum continebat. quorum primi Decuriones dicti. *Cast.*

2 *Thracum.*] Thracia, Europæ regio celebris ad Pontum Euxinum. Xenophon Sexto Cyripæd præter hanc Europæam, Asiaticam quoque habuit. Herodotus scribit eos Bithynos dictos, postquam in Asiam transfretassent. Ammianus lib. 27. ejus sex provincias nomine numerat, item S. Rufus, sunt que illæ: Thracia speciali nomine, Mœsia secunda, Scythia, Europa, Rhodopa, & Hæmimontum. Hodie uno nomine Romania nuncupatur. *Ortel.*

3 *Et centurio primipili.*] Is olim (ut refert Livius l. 7. ab U. C.) primus centurio dicebatur: postea Primipilus, & centurio primipili dictus est. Vegetius lib. 2. cap. 8. *Vetus autem*, inquit, *consuetudo tenet, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primipili: qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites, in prima acie gubernabat.*

hic

pili [1] tertiæ legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hoſtibus introeundi dedit: eaque Numidæ cuncti irrupere. Noſtri fœda fuga, [2] plerique abjectis armis, proximum collem occupavere. Nox, atque præda caſtrorum, hoſtis, quo minus victoria uterentur, remorata ſunt. Dein Jugurtha poſtero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametſi ipſum cum exercitu fame ferroque clauſum teneret; tamen ſe memorem rerum humanarum, ſi ſecum fœdus faceret, incolumis omnis [3] ſub jugum miſſurum: præterea, uti diebus decem Numidia decederet. Quæ gravia quamquam, & [4] flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu [5] nutabant, ſicuti regi lubuerat, pax

hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda. Dionyſius autem Antiq. lib. 8. ait, centurioni primipili ſexaginta centurias, id eſt, militum ſex millia paruiſſe. *Caſtil. Primipili.*] Primipilus erat caput & ductor omnium centurionum. Etiam in collegam ſuum ſiniſtrum Primipilum, jus aliquod habebat. Nam hæc de dextro accipienda & ſummo, niſi tamen imperium hoc habuere per vices. Imperabat quidem ſuæ duntaxat centuriæ, ſed quia mandata Imperatoris, aut Tribunorum ſæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aſpectabant, & ad ejus nutum ſiſtebant, aut procedebant, ideo quia Aquilam regebat, primum ſignum. Et ita præerat Aquilæ, ut etiam ſub iter ipſe evelleret refixam, & ſignifero ſuo in manus daret: quinetiam in ipſa acie aſſiſtebat, & tuebatur. Quia igitur Aquila in Primipili tutela, & ei velut aſſignata, inde manavit, ut Aquila pro ipſo illo munere & Primipilatu uſurparetur. Huic muneri non modo dignitas, ſed & opes adjunctæ. In Codice Juſtiniani & Theodoſii, Primipili munus miniſterium magis fuit, quam honos: ſic enim dicti, qui ad paſcendos milites ſolenniter ad limitem deſtinantur. *Lipſ.* Ideo autem Primipilum pro adminiſtratore militaris annonæ uſurpari cœpit, quia Primipili centurionibus mandabatur, ut eam annonam ſuis militibus præberent, eoſque bene curatos Reip., cum uſus foret, præſtarent. l. 3. l. 7. & 8. C. de Cohort.

1 *Tertiæ legionis.*] Legiones apud Romanos plerunque nomen à numero ſortiebantur. unde apud Ciceronem, Cæſarem, Tacitum, & alios primam, ſecundam, tertiam, quartam, quintam, & ne longius proſequar, decimam, vigeſimam, & trigeſimam legionem invenies. *Caſt.*

2 *Plerique.*] Ac ſi diceret: Romani collem occupaverunt, alii fugiendo, alii non fugiendo, ſed pugnando paulatim cedentes. *Sold.*

3 *Sub jugum.*] Tribus haſtis jugum fit, humi defixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata. Livius lib. 3. ab U.C. & Dionyſius Ant. Rom. lib. 3. *Caſt.*

4 *Plena flagitii.*] Pœna capitali digna: qui à Samnitibus ſub jugum miſſi, ipſi à Senatu ad ſupplicium traditi ſunt, licet Samnites in eos non animadverterint. *Bad.*

5 *Nutabant.*] Manuſcripta & alia quædam, *mutabantur*, pro permutabantur: id eſt, quia hæc patienda potius quam moriendum cenſebant. vel, quia vitam

39 pax convenit. Sed ubi ea Romæ comperta ſunt; metus atque mœror civitatem invaſere: pars dolere pro gloria imperii; pars inſolita rerum bellicarum, timere libertati: Aulo omnes infeſti, ac maxume qui bello ſæpe præclari fuerant, quod armatus [1] dedecore potius, quam manu, ſalutem quæſiverit. Ob ea conſul Albinus, ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens; ſenatum de fœdere conſulebat: & tamen interim exercitui ſupplementum ſcribere, ab [2] ſociis & nomine Latino auxilia arceſſere;

vitam hac re ſuam redimebant. Nam mutatio fit, quum aliud pro alio ſubſtituitur. Legitur & *multabantur*. Riv.

1 *Dedecore potius.*] Videlicet permittendo, ut exercitus ſub jugum mitteretur. nam eventum pugnæ potius experiri debuit, quam tantam ignominiam ſubire. *Sold.*

2 *Sociis & nomine Latino.*] Notandum Latinos & Italicos ſæpe abſolute ſocios appellari. Quin & aliquando Latini & Italici confundebantur. Ita Valerius Pelignos, qui Latini non erant, ita tamen appellavit. Latium autem diſcrevit Latinos ab Italicis, qui non erant in Latio: fœdus ab iis civibus Romanis, qui agrum Romanum poſſidebant aut colebant in Latio; jus Latii ab iis Latinis, qui cum agrum Latinum tenerent, non tamen Latii jure fruebantur. Ex fœdere autem, quod cum Latinis eſt percuſſum, jus illud emanavit. Quod eſt jus Latii, vel Latinitas appellatur, quod conſtat quidem jure civium Romanorum fuiſſe deterius, Italico vero aliquanto commodius. Quod autem jus habuere illi, qui fuere Latini nominis? Jus privatum quod attinet, diverſum erat à jure Quiritium. Nam & beneficii loco illud iis concedebatur. Non enim, ſi per leges Romanas civis Romanus neque à privato verberari, neque à magiſtratu cædi potuit, propterea etiam Latinus non potuit: nec ſi quid juris patricii aut plebeii Romæ habuerunt, idem etiam Latini uſurparunt. Nam ſacrorum jura quædam & connubiorum, & patrum in liberos, & legitimi dominii, & teſtamentorum & tutelarum, propria civium Romanorum fuiſſe, ita ut nullis aliis, niſi Jure Quiritium impertito, communicata ſint, ita perſpicuum eſt, ut longiorem orationem non deſideret. Age vero videamus, quod ad jus publicum pertinet. Militaſſe primo Latinos pro Romanis, non eſt dubium. Hoc enim & aliis ante fœderibus & maxime Caſſiano eſt proviſum, ut Latini Romanorum arbitrio copias pedeſtres & equeſtres darent, quarum opera ipſi in bello uterentur. Suffragium porro illorum in Civitate Rom. quod attinet, ita illo uſi ſunt, ut, quantum ex Annalium veterum monimentis, & Populi R. Actionibus colligi poteſt, nec tribum certam, in qua ſuffragium ferrent, habuerint, nec niſi ad leges jubendas & judicia facienda vocati ſint, nec intercedente vel Conſule, vel Tribuno plebis jus ullum ſuffragii ferendi habuerint. ſed ſæpe Urbe in quam ſuffragiorum cauſa venerint, abire juſſi. Hoc autem Caſſiano etiam fœdere impetratum apparet. Civitatem vero neque omnino cum ſuffragio, neque ſine ſuffragii latione datam, ſed ad arbitrium magiſtratuum, ex Dionyſio apparet, qui ita loquitur: *Cum Caſſius Hernicos iiſdem fœderis conditionibus, quibus Latinos obſtrinxiſſet, atque agrum Hernicis ademptum, plebi Romanæ, Latinis Hernicisque diviſurus eſſet, tique rogationi inter-*

ceſſere; denique omnibus modis feſtinare: ſenatus ita, [1] uti par fuerat, decernit, ſuo atque [2] populi injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri. Conſul [3] impeditus à tribunis pl., ne,

intercederetur; Latinos & Hernicos, quam plurimos potuit, ad ſuffragium ferendum accivit. Qui cum frequentes veniſſent, urbem hoſpitum turba repleverunt. Quod cum ad Virginium collegam ejus delatum eſſet, per compita edici juſſit, ut qui in Urbe domicilium non haberent, intra certum diem exirent. Caſſius autem contra edixit, ut qui civitate donati eſſent, dònec lex accepta eſſet, manerent. Ex hoc quoque jure illud eſt, quod Livius refert contigiſſe anno Urbis DXLI. AP. CLAUDIO, Q. FULVIO Cos. Italia bello Punico ſecundo flagrante, in judicio M. Poſthumii Pyrgenſis ad populum: *Teſtibus*, inquit, *datis tribuni populum ſummoverunt, ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent.* Hæc ille. Neque vero, niſi jus ſuffragii aliquod habuiſſent, ſortitione ante tribuum opus fuiſſet, in quibus ſuffragium ferrent, nec ſi tribum, ut jure optimo cives obtinuiſſent, ubi ſuffragium dicerent, ſortiendum fuiſſet. Extremum fuit jus magiſtratuum petendorum Romæ. Aſconius: *Cn. Pompejum tranſpadanis colonis jus dediſſe Latii, ut poſſent habere jus, quod cæteræ Latinæ coloniæ, id eſt, ut petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſcerentur.* Quid eſt autem, petendi magiſtratus gratia civitatem adipiſci? Quid eſt enim? An ut cives Romani fierent tantummodo, ut Romæ honores peterent? Non videtur. Quî enim credibile eſt, omnes Latinos jus petendorum Romæ magiſtratuum habuiſſe, qui ne ſuffragium quidem, niſi quo dictum eſt modo, haberent? Eſt enim jus magiſtratus magnificentius multo quam ſuffragii. An ut qui jus Latii haberent, præter cætera civitatem etiam Romanam aſſequerentur, ubi apud Latinos magiſtratum petiiſſent, vel potius geſſiſſent? Equidem ita arbitror. Id enim aperte tradit Appianus lib. II. cum inquit: *Novum Comum Cæſar ad jus Latii redegit, apud quos, qui annuum geſſiſſent magiſtratum, cives Romani fiebant.* Hanc enim vim habuit Latinitas. Hoc vero jus Latini populi uſque ad annum DCLXII. uſurparunt, quo ex L. Julia univerſo Latio eſt conceſſa civitas, paucis quibuſdam opidis exceptis, quibus civitatis & ſuffragii jura ſingulari populi Romani benignitate fuerant ante conceſſa. *Sigon.*

1 *Uti par fuerat.*] Ita pax Caudina, aliæque nonnullæ, quæ injuſſu ſenatus populique Romani factæ ſunt, irritæ fuerunt. *Catt.*

2 *Populi injuſſu.*] Sic Livius l. 9. *Coſſ. profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt injuſſu populi fœdus fieri poſſe, nec ſine fecialibus, ceremoniaque alia ſolemni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed ſponſione facta eſt, &c.* Et paulo inferius: *Spurius Poſthumius, qui ſponſionem fecerat, in Senatu, ſententiam à Coſſ. rogatus, ita diſſerit: Quæ ſententia teſtis erit, mihi an legionibus veſtris pepercerim; cum me ſeu turpi ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi: quæ tamen, quando injuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus; neque quicquam ex ea, præterquam corpora noſtra debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi, vinctique exſolvamus religione Populum, ſi qua obligavimus, &c.* Et paulo inferius: *Neque ego inficias eo, Patres Conſcripti, tam ſponſiones, quam fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur: ſed injuſſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat,* Ciaccon.

3 *Impeditus à tribunis.*] Ecce quanta erat auctoritas tribunorum plebis. Conſul copias paraverat, quas ſecum in Africam duceret: & tribuni eum, ne hoc faceret, prohibuerunt. *Sald.*

1 Me-

ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat. Postquam eo venit; quamquam persequi Jugurtham, & [1] mederi fraternæ invidiæ animo ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam, [2] soluto imperio, licentia, atque lascivia corruperat, [3] ex copia rerum statuit, sibi nihil agitandum. Interea Romæ [4] C. Mamilius Limetanus Tr. pl. [5] rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos,

1 *Mederi fraternæ invidiæ.*] Id est, invidiam fraternam relevare. nam Aulus ab omnibus odio habebatur. *Idem.*

2 *Soluto imperio.*] Id est, imperio fracto, enervato: quia milites fecêre, quicquid volebant. *Idem.*

3 *Ex copia rerum.*] Ex abundantia. Aliter, *& copia:* ex copia rerum, id est, ex rerum statu. *Cast.*

4 *C. Mamilius Limetanus.*] Ita habent nostri vetusti codices. & hanc germanam lectionem esse existimo. Sic apud Ciceronem in emendatis codicibus, ut sunt, qui Lutetiæ à Roberto Stephano formis impressi sunt, *Mamilia Rogatio* dicitur. & paulo post *Mamilia lex*, quam hic Mamilius tulit. *Castil. Mamilius.*] Aut hæc lectio vera est, quam habet manuscriptum, aut ea, quæ in pervulgatis est exemplaribus dialogi de claris Oratoribus, quem Brutum vocant, quo loco Cicero de C. Galba Sergii F. loquens, hujusce tribuni plebis meminit. *Nam rogatione*, inquit, *Manilia, Jugurthinæ conjurationis invidia, quum pro se ipse dixisset, oppressus est.* Ibidem paulo post de L. Bestia loquens: *Nam invidiosa lege Manilia quæstio C. Galbam sacerdotem, & quatuor consulares L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, eivemque præstantissimum L. Opimium, oppressit.* Nisi quis *Mamilia* ibi, non *Manilia* legendum esse contendat, ita uti ex doctis quidam censent. Similis fere error est in Octavio illo Tusculano, apud T. Livium 1. ab U. C. Quem *Manilium* alii vocant, alii *Manilium*. quo à posterius in Anthropologia comprobat Volaterranus, quicum eruditi quidam faciunt. Sex. Pompejus Mamiliorum familiam diversam facit ab ea, quam Manliam alii vocant. *Mamilia*, inquit, *turris, intra Suburræ regionem à Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia à Mamilia filia Telegoni, quam Tusculi procreavit, est appellata, quando id oppidum ipse condidisset.* Mox: *Manliæ gentis patriæ decreto, nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, quum regnum affectasset, damnatus necatusque est.* Quod nisi mendum est in exemplaribus Sexti Pompeii (ut esse suspicor) errat & Volaterranus ipse, & quicunque alii Manilium vocant principem illum Latini nominis Octavium Tusculanum. *Riv.*

5 *Rogationem ad populum promulgat.*] Id est, petitionem vel legem populo proponit, quæ petitio continebat ea quæ sequuntur. Is qui populum vocat, & petit ab eo, ut aliquid jubeat aut vetet, dicitur ad populum ferre, sive ad populum promulgare, sive populum rogare. Exempli gratia: C. Manlius, populum convocatum ita interrogat: Vultis, jubetisne, Quirites, ut quæratur in eos, quorum consilio Jugurtha Senatus decreta contempsit? Cum hoc modo ad populum promulgasset, id est, cum hanc rem populo proposuisset, qui eam rem probabant, suadebant populo Romano, ut rogationem suffragiis

eos, quorum consilio Jugurtha senati decreta neglexisset; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent, item, qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa, & alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac maxume per [1] homines nominis Latini, & [2] socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quantum intenta fuerit, quantaque vi rogationem jusserit, decreverit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipubl. Tanta lubido in partibus erat. Igitur, ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiæ fuisse supra memoravimus, inter lætitiam plebis, & suorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamiliana rogatione tres quæsitores rogarentur, effecerat, ut ipse in eo numero crearetur. Sed, quæstione [3] exercita [4] aspere violenterque [5] ex rumore, & lubidine plebis, uti sæpe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat. Ceterum mos partium popularium, & senatus factionum, 41
ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romæ

giis vel auxiliis confirmaret: qui autem improbabant, dissuadebant. Cum res in utranque partem disputata esset & discussa, populus, qui ex triginta quinque tribubus constabat, mittebatur in suffragium. Cum decem & octo tribus, id est, plusquam dimidia pars populi rogationem probassent suffragiis, lex sive rogatio perlata dicebatur. *Sold.*

1 *Homines Latini nominis.*] Id est, per homines Latinos, quibus civitas Rom. data erat, id est, qui cives Romani facti erant. *Idem.*

2 *Socios Italicos.*] Vide supra p. 244.

3 *Exercita.*] Sic duo Mss. Vulgo, *exercitata*: idque haud scio an melius. nam & judicium & quæstio exerceri dicitur. Neque tamen priorem lectionem repudio. nam peculiare est Sallustio nostro frequentativis uti pro primitivis: quomodo alicubi *agitare prædas*, pro agere dixit: & *ductare exercitum*, pro ducere. *Rivius.*

4 *Aspere violenterq;.*] Quia multi nobiles damnati sunt, inter quos L. Opimius, qui princeps legationis fuit, quando decem legati missi sunt, ut regnum Numidiæ dividerent inter Jugurtham & Adherbalem. *Sold.*

5 *Ex rumore.*] Id est, secundum rumorem, & famam plebis: quia inquisitio facta est de his hominibus, de quibus plebs dicebat esse faciendam. *Idem.*

mæ ortus eſt, otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam [1] ante Carthaginem deletam, populus, & ſenatus R. placide modeſteque inter ſe rempub. tractabant: neque gloriæ, neque dominationis certamen inter civis erat: [2] metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat. ſed ubi formido illa mentibus deceſſit, ilicet [3] ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Ita, quod in advorſis rebus optaverant, otium poſtquam adepti ſunt, aſperius, acerbiuſque fuit. Namque [4] cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partis abſtracta ſunt, reſpubl. quæ media fuerat, dilacerata. Cæterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis [5] ſoluta, atque in multitudinem diſperſa, minus poterat.

1 *Ante Carthaginem deletam.*] Cum in ſenatu agitaretur, an delenda eſſet Carthago, ſententias dixerunt M. Cato Cenſorius & P. Scipio Naſica. Cato cenſebat delendam eſſe Carthaginem, ut metu perpetuo belli Roma liberaretur: è contrà P. Naſica cenſebat Carthaginem non eſſe delendam, ne metu belli ſublato, ignavia torpeſcerent animi, & vires ocio ac laſcivia corrumperentur. quod poſtea factum eſt, ut Salluſtius hic docet. *Sold.*

2 *Metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat.*] Sunt apud Vellejum Paterculum quæ huc faciant, ea ſubjicere viſum. *Potentiæ*, inquit, *Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ poſterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu, à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum, vetus diſciplina deſerta, nova inducta; in ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negociis in ocium converſa civitas.* Salluſtius in 1. hiſtoriæ: *At diſcordia, & avaricia atque ambitio* (inquit) *& cætera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium maxime aucta ſunt. Nam injuriæ validiorum, & ob eas diſceſſio plebis à patribus, aliæque diſſenſiones domi fuere jam inde à principio. neque amplius quam regibus exactis, dum metus à Tarquinio & bellum grave cum Etruria poſitum eſt, æquo & modeſto jure agitatum.* Hæc ex Auguſtino, 2. de Civitate Dei. *Riv.*

3 *Ea quæ ſecundæ res amant.*] Nam ex affluentia rerum, laſcivia & ſuperbia generantur. *Amant.*] Græciſmus. Ita enim & φιλεῖν dicunt.

4 *Cœpere.*] Additur vulgo, *in dominationem.* Et tum hic ſenſus. Nobilitas, inquit, cœpit convertere dignitatem in dominationem: quia non ſatis habebat, quod adminiſtrationem reip. & provinciarum poſſidebat: ſed prorſus dominari volebat. Ex altera parte plebs libertatem ſuam in libidinem convertere cœpit: quia non ſolum ſenatui & nobilitati ſubjecta eſſe nolebat, ſed leges ferebat & jubebat, quæ nobilitatis potentiam extinguerent: ſicuti fuit lex ſuperior de quæſtionibus exercendis, qua lege nobilitas perculſa eſt. *Sold.*

5 *Soluta.*] Id eſt, disjuncta: quia pauperes cives quærebant quotidie, quomodo victum ſibi pararent, non quomodo divitibus & nobilitati reſiſterent. Et ideo potentia plebis minor erat,

terat. paucorum arbitrio belli domique reſpubl. agitabatur: penes eoſdem ærarium, provinciæ, magiſtratus, gloriæ, triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur; prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes, aut parvi liberi militum, [1] uti quiſque potentiori confinis erat, [2] ſedibus pellebantur. Ita cum potentia, avaritia ſine modo modeſtiaque invadere, polluere, & vaſtare omnia; nihil penſi, [3] neque ſancti habere, quoad ſemet ipſa [4] præcipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti ſunt, qui veram gloriam [5] injuſtæ potentiæ anteponerent: moveri civitas, & diſſenſio civilis, [6] quaſi permixtio terræ, oriri cœpit. Nam poſtquam Tiberius, & C. Gracchus, [7] quorum majores Punico, 42

erat, quia non erant uniti & conjuncti, ſicuti nobiles. *Sold.*

1 *Uti quiſque potentiori confinis erat.*] Quamvis in quibuſdam ſit *affinis*, tamen prius illud magis arridet, & ad ſenſum magis facit: pro, *conterminus*, ut Plinius loquitur. *Riv.*

2 *Sedibus.*] Videlicet de agris. hoc etiam ſupra docuimus factum eſſe, quando Tiberius Gracchus legem Agrariam tulit. Nam divites, & potentes augebant penſiones, & [illegible] de agris publicis pauperes cives excludebant. *Sold.*

3 *Neque ſancti habere.*] Id eſt, & nihil ſancti habebat. hoc refertur ad id quod dixit, *polluere. Nihil ſanctum habere*, eſt omnia ſancta violare. nam id dicitur *ſanctum*, quod violari nefas eſt: ut fides, pietas, juſticia, religio: hæc omnia & his ſimilia ſancta dicuntur, quia ea pollui & violari non licet. Sed nobiles Romani nihil ſancti habebant, quia omnia violabant, quæ violari non licet. nam fidem & juſticiam pro pecunia violabant, ut ante dixi. *Idem.*

4 *Præcipitavit.*] Id eſt, evertit & dejecit. nam potentia Romanorum tanropere crevit, ut ſua magnitudine ruret. Nam arma ab hoſtibus in ſeipſos verterunt, donec bellis civilibus Roma funditus everſa eſſet. *Idem.*

5 *Injuſtæ potentiæ.*] Mirum videtur, quod hoc dicit, niſi diligentius conſideretur. Nam mirum videtur, quod bellum civile fiat, quia ex nobilibus inventi ſunt, qui veram gloriam injuſtæ potentiæ anteponerent: immo ex hoc videtur potius concordia nutriri potuiſſe. Sed jam expoſui hanc ſententiam, quæ exemplo Gracchorum clarius intelligitur. Nam Gracchi, dum veram gloriam quærunt, plebi libertatem & jura ſua reſtituendo, diſcordiam civilem brevi concitarunt. *Idem.*

6 *Quaſi permixtio terræ.*] Fortaſſe: *rerum.* Gronov.

7 *Quorum majores Punico, atque aliis bellis multum Reipubl. addiderunt.*] Gracchi multa præclara facinora bello geſſerunt, & in bello Punico, & in aliis. nam Sempronius Gracchus conſul & collega P. Cornelii Scipionis, patris Scipionis Africani majoris, ad inſidias miſſus contra Carthaginienſes, bello navali feliciter dimicavit, ſeptem navibus captis, cæteris in fugam verſis. idem apud Placentiam contra Hannibalem feliciter pugnavit, pulſo hoſte in

nico,

nico, [1] atque aliis bellis multum reipubl. addiderant, vindicare plebem in libertatem, & paucorum ſcelera patefacere cœpere: nobilitas noxia, atque eo perculſa, [2] modo per ſocios, & nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos [3] ſpes ſocietatis à plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: & primo Tiberium, dein [4] paucos poſt annos [5] eadem ingredientem [6] Cajum, Trib.pl. alterum,

caſtris. Tiberius autem Gracchus Hannonem ducem Pœnorum cum exercitu fudit apud Luceriam, ex quo prælio paulo minus duo millia hominum cum ipſo duce fugerunt. Item P. Sempronius conſul in agro Crotonienſi cum Hannibale conflixit, fuſo fugatoque exercitu quatuor millia hoſtium occidit: paulo minus trecentos cepit, undecim ſigna militaria capta ſunt. Ex his patet, quomodo majores Tiberii & Caii Gracchorum multum reip. addiderunt. Denique Tiberius Gracchus pater eorum, bis conſul fuit, ac bis triumphavit. *Sold.* Præterea ex ſtirpe materna, erant Gracchi de ſtirpe Scipionum. nam, ut ſcribit Plinius lib. 34. cap. 6. *Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris filia. Sedens hujus poſita, ſoleiſque ſine amento inſignis, in Metelli publica porticu.* erat autem eloquentiſſima mulier, quæ eloquentiæ filiorum non parum contuliſſe Quintiliano cenſetur lib. 1. unde de ejus mulieris nobilitate dicit Juvenalis Satyra 6.

Malo Venuſinam, quam te, Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers
Grande ſupercilium, & numeras cum dote triumphos. Badius.

Quorum majores Punico, &c.] Ut is, qui in Lucanis bello Punico ſecundo ad campos, qui *veteres* vocabantur, periit. vide Liv. Decad. 3. lib. 3. 4. & 5. *Caſt.*

1 *Et aliis bellis.*] Ut Tiberius Gracchus horum pater, qui Celtiberos, & Sardos domuit, Livius Decad. 5. lib. 1. *Idem,*

2 *Modo per ſocios, & nomen Latinum.*] Populi Latinorum ſocii veteſtiſſimi erant populi Romani, qui tandem in communionem civitatis Rom. accepti ſunt: hoc eſt, cives Rom. facti ſunt, ita ut & ipſi haberent ſuffragia. Dicit ergo, nobilitatem & ſenatum reſtitiſſe actionibus Gracchorum per Latinos: quia Latini adhærebant ſenatui potius, quam plebi. aliquando Senatus reſiſtebat actionibus Gracchorum per equites Romanos: quia ſimiliter equeſtris ordo adhærebat potius ſenatui quam plebi, licet ſæpe à ſenatu alienatus ſit, & ſe cum plebe conjunxerit. *Soldus.* Vide ſupra.

3 *Spes ſocietatis.*] Et quia equites ſperabant ſe ſocios fore ſenatus, in adminiſtratione totius reipublicæ. nam ſenatus totam rempublicam in ſua poteſtate habebat, ut ſupra viſum eſt. *Idem.*

4 *Paucos poſt annos.*] Inter utriuſque cædem undecim, vel ſummum duodecim anni interfuerunt. Tiberius enim, Scævola & Calpurnio, Cajus autem, Fabio & Opimio conſulibus occiſus eſt, inter quorum conſulatus undecim anni interceſſerunt. *Caſt.*

5 *Eadem ingredientem.*] Id eſt, eadem molientem & conantem, quæ ipſe Tiberius conatus fuerat: videlicet ferentem leges Agrarias. *Sold.*

6 *Cajum, Tribunum.*] Poſt *Cajum*, diſtinguendum, atque deinde diviſim inferendum: *Tribunum pl. alterum* (nempe, Tiberium) *alterum Triumvirum* (nempe, Cajum) *coloniis deducendis.* M. enim Fulvius Flaccus non cum Tiberio,

terum, alterum [1] triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. [2] Et ſane Gracchis, cupidine victoriæ, [3] haud ſatis animus moderatus fuit. [4] Sed bono vinci ſatius eſt, quam malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas [5] ex lubidine ſua uſa, mortalis multos ferro aut fuga exſtinxit; pluſque in reliquum ſibi timoris, quam potentiæ, addidit: quæ res plerumque [6] magnas

berio, ſed Cajo occiſus eſt: ut auctor eſt Florus in altera Epitome lib. 61. Quod admonendum duximus. Quoniam hic locus in pleriſque codicibus corrupte legitur, & à Commentatoribus miſere tractatur. *Glar.*

1 *Triumvirum coloniis deducendis.*] Quando agri publici ex hoſtibus capti, pauperibus civibus Romanis dividendi erant, tres viri creabantur à populo, qui eos agros dividerent. Et hi triumviri dicebantur: quemadmodum quando Tiberius Gracchus legem tulit Agrariam, tres viri electi ſunt ad agros dividendos: videlicet ipſe Tiberius, Appius Claudius ſocer ejus, & C. Gracchus frater ejus. unuſquiſque eorum triumvir dicebatur. Nunc ergo dicit, C. Gracchus, Fulvius Flaccus triumviri erant, ad deducendas colonias Tarentum atque Capuam, & ad agros dividendos. nam C. Gracchus tribunus plebis legem tulerat, ut coloniæ mitterentur Tarentum, atque Capuam. Colonia dicebatur multitudo civium Romanorum, miſſa ad aliam civitatem, in qua agri publici per triumviros ei dividebantur & aſſignabantur. ergo *deducere colonias*, eſt de civitate Romana cives tollere, & in aliam civitatem ducere, in qua eis agri publici dividuntur & aſſignantur. Quemadmodum autem C. Gracchus & Fulvius Flaccus interfecti ſint à nobilitate, ſupra diximus. *Sold.*

2 *Et ſane Gracchis.*] Salluſtius judicium ſuum de morte Gracchorum oſtendit. dicit enim eos immoderatum animum habuiſſe, dum jura ſua plebi reſtituere conarentur. Nam licet à principio Gracchi egregio animo ducti ſint, ut plebis jura & libertatem contra nobilitatem tuerentur: tamen poſtea ad injuſtitiam deſcenderunt, dum vincere & obtinere conantur, quod ſemel intenderant: quemadmodum Tiberius Gracchus fecit, qui ſine exemplo Octavio collegæ ſuo magiſtratum abrogavit. hoc enim nimis ſuperbum & intolerandum viſum eſt omnibus. *Idem.*

3 *Haud ſatis animus moderatus fuit.*] Immo intemperatus fuit Gracchus cupidine victoriæ; unde ab Juvenale ſeditioſiſſimi innuuntur Satyra ſecunda, ubi dicit:

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?

Badius.

4 *Sed bono.*] Ordo eſt: Sed eſt ſatius vinci bono, ſeu mori, quam vincere injuriam malo more. Igitur, quamvis Gracchi immoderatum animum haberent, tamen melius erat, ut nobilitas eos vincere permitteret, quam ut eos interficeret, & exemplum malum introduceret.

5 *Ex lubidine ſua.*] Inter voluntatem & libidinem hoc intereſt, ſecundum Ciceronem in quarto Tuſculanarum: *Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem ratione adverſa incitata eſt, ea libido eſt, vel cupiditas effrenata.* Ergo deſiderium in bono voluntas dicitur, deſiderium in malo libido vocatur. *Idem.*

6 *Magnas civitates perſumdedit.*] Id eſt, evertit & delevit. Sic Athenæ, florentiſſima civitas, everſa eſt. *Idem.*

gnas civitates peſſum dedit : dum alteri alteros vincere quovis modo; & victos acerbius ulciſci volunt. Sed de ſtudiis partium, & omnibus civitatis moribus ſi ſingillatim, aut pro magnitudine parem diſſerere; tempus, quam res,
43 maturius deferet. quamobrem ad incœptum redeo. Poſt Auli fœdus, exercituſque noſtri fugam fœdam, [1] Metellus, & [2] Silanus conſules deſignati, provincias inter ſe [3] partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, & quamquam adverſo populi partibus; fama tamen [4] æquabili, & inviolata. Is ubi primum [5] magiſtratum ingreſſus eſt; alia omnia ſibi cum collega communia ratus, ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites ſcribere, præſidia undique arceſſere: arma, tela, equos, & cetera inſtrumenta militiæ parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, [6] quæ in bello vario, & rerum multarum egenti, uſui eſſe ſolent. Ceterum ad ea patranda ſenatus auctoritate, ſocii, nomenque Latinum, [7] & reges

1 *Q. Metellus.*] Hic eſt Q. Cæcilius Metellus, qui poſtea Numidicus eſt appellatus. Fuit vir magni animi: quippe qui in legem Saturnini jurare unus noluit, & de civitate maluit, quam de ſententia dimoveri. Cicero in Orationibus poſt Reditum ad Quirites, & in Senatu, pro Cornelio Balbo, pro Seſtio, in Piſonem, de Claris Oratoribus, & in Epiſtolis ad Lentulum. Livius libro 65. & 66. Paterculus libro priori. Auctor de Viris Illuſtribus c. 47. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. Oroſius lib. 5. cap. 15. & 17. Eutropius lib. 4. Appianus Bellorum Civilium lib. 1. Plutarchus in Mario & in Lucullo. *Caſt.*

2 *Silanus.*] M. Junius Silanus, qui paulo poſt adverſus Cimbros infeliciter pugnavit : ut leges apud Livium lib. 65. Paterculum in Volumine priori, & Florum lib. 3. cap. 3. quare miror, cur Eutropius contra ſcripſerit, inquit enim: *M. M. Junio Silano collega Q. Metelli Cimbri in Gallia victi ſunt.* Idem.

3 *Partiverant.*] Valde veriſimile eſt Salluſtium ſcripſiſſe *paraverant*, ut exiſtimat Victorius. Vide l. 1. Obſ. 1. 10. *Gr.*

4 *Æquabili.*] Quia Metellus æqualiter & ſimiliter probatus erat apud populum, ſicuti apud Senatum, quamvis eſſet inimicus populi propter partes. Et ſine dubio magna quidem laus eſt Metelli, quod vita ejus & mores ita probabantur ab inimicis, ſicuti ab amicis. *Sold.*

5 *Magiſtratum ingreſſus eſt.*] Id eſt, ubi magiſtratum inivit. Conſules & alii magiſtratus aliquot menſibus ante declarabantur, deinde calendis Januariis magiſtratum inibant, id eſt, magiſtratum Romanæ reipublicæ adminiſtrare incipiebant. *Idem.*

6 *Quæ in bello.*] Aliter: *Quæ bello.* ut *bello* ſit dandi caſus. *Caſt. Bello vario.*] Id eſt, multiplici, & ancipiti, & egenti multarum rerum. *Bud.*

7 *Et reges.*] Qui erant ſocii populi Roma-

reges ultro auxilia mittendo, poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur. Itaque, ex ſententia omnibus rebus paratis, compoſitiſque, in Numidiam proficiſcitur, magna ſpe civium, cum propter artis bonas, tum maxume quod advorſum divitias invictum animum gerebat: & avaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtræ opes contuſæ, hoſtiumque auctæ erant. Sed, ubi in Afri- 44
cam venit, exercitus ei traditur [1] à Sp. Albino proconſule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promptior, prædator ex ſociis, & ipſe præda hoſtium, ſine imperio, & modeſtia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonæ ſpei, accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam & æſtivorum tempus [2] comitiorum mora imminuerat; &, exſpectatione eventus, civium animos intentos putabat; non prius bellum attingere, quam majorum diſciplina milites laborare coëgiſſet. Nam Albinus, Auli fratris, exercituſque clade perculſus, poſtquam decreverat non [3] egredi provincia, quantum temporis æſtivorum in imperio fuit, plerumque milites [4] in ſtativis caſtris habebat; niſi cum odos, aut pabuli egeſtas locum mutare ſubegerat. Sed neque more militari [1] vigi-

Romani, ſicuti fuit Eumenes, Ariobarzanes rex, & multi alii. *Sold.*

1 *Spurii Albini proconſulis.*] Ita optimi codicum Naz. ac Com. non ut alii editique *à Spurio Albino proconſule.* Grut. *Proconſule.*] Id eſt, fungente vice conſulis, cum non eſſet Conſul poſt elapſum annum: ut tamen Valla cenſet, Proconſul non eſt, qui pro Conſule præeſt provinciæ: ſed qui cum poteſtate conſulari extra ordinem & ad aliquam provinciam adminiſtrandam mittitur: Proprætor, non qui pro alio prætura, ſed extraordinariam gerit. Itaque dicitur Proquæſtor, & ſi qui ſunt alii hujuſmodi nominum magiſtratus. *Badius.*

2 *Comitiorum mora.*] Contentio enim tribunorum comitia impediverat. quare totum æſtivorum tempus, quod maxime eſt ad bellum idoneum, Metellus habere non poterat. *Caſt. Comitiorum mora.*] *Mora* nominandi caſu dictum eſt, ut recte expoſuit Badius. Soldus putavit auferendi caſum eſſe, ideoque hunc locum mire exponit. *Glareanus.*

3 *Egredi provincia.*] Scilicet ex ea parte Africæ, quam tenebant Romani. *Sold.*

4 *In caſtris ſtativis.*] Aliter, *ſtatutis.* Prior lectio melior videtur. *Caſt. In caſtris ſtativis.*] Id eſt, non moticiis. *Bad.*

[1] vigiliæ deducebantur. Uti cuique lubebat, ab ſignis aberat.

1 *Vigiliæ deducebantur.*] Quod heic interſerat Popma: *Sed neque munichantur ea, neque more militari, &c.* ſciamus oportet, nihil tale inveniri in libris Palatinis, adeo ut putem codicem ejus antiquiſſimum nihil habere præter nomẽ. plane, ſi examinaverimus trigam illam verborum, reperiemus falſum eſſe; non modo, quod ubi caſtra, ibi etiam munitio; ſed quod veroſimile, galeatos iſtos lepores probe ſibi caviſſe vallo ac foſſa à ſuperventibus hoſtium. *Gruterus. Vigiliæ.*] Vigiliæ & excubiæ ſæpe confunduntur. Proprie autem *vigiliæ* erant nocturnæ, *excubiæ* diurnæ. De utriſque breviter agendum. *Excubiæ* autem erant ad portas & vallum caſtrorum; atque adeo Romanis mos fuit totas cohortes & turmas habere, & ponere quietas ante ipſas portas, non unum aut alterum militem, ut hodie fieri ſolet: Illi, plures, atque etiam cum periculum eſſet, alios ſuper alios, & longius abjunctos. Id vocabant ab ipſa re ſtationes: ſtabant enim, tam equites quam pedites. Hæ ſtationes olim quidem totum diem habitæ, ſed mutavit Æmilius ob cauſas, & binas in diem ſtatuit. Utiles valde, quod nunquam hoſtes imparatos, aut paucos deprehendebat, imo qui eſſent reſiſtendo, donec ſuccurreretur. Anxie autem ſervatæ; & omnino capitale (niſi magna vi abriperentur potius, quam pellerentur) deſeruiſſe. Has ſtationes puto ex omni genere militum, exceptis velitibus, obiiſſe: ad ſingulas portas non minus cohorte & turma una; interdum & plures, cum juxta hoſtis. Quatuor autem portæ; in univerſum 40. cohortes & totidem turmæ, exceptis iis, qui ad Prætorium Extraordinarii aut ſelecti, hi enim erant ab hac re immunes. Ergo munus rediit decimo quoque die; imo quinto, ſi illum medium dividis cum Æmilio. Porro in vigiliis nocturnis locum habebat teſſera, ipſa vigilia, & circuitio. Teſſerarius quotidie ſole jam inclinante ad Tribuni tentorium venit, & ſignum petiit. illud Tribuni ab Imperatore accipiebant, in milites per centuriones transfundendum. Signum aut teſſera militaris erat tabella latiuſcula è ligno, inſcripta: nempe ipſo nocturno ſigno, aut dicto, quod eſſe vellet Imperator. Teſſerarius accepta teſſera à tribuno, non loci aut dignitatis ordine dabat, incipiens à primis manipulis: ſed contra redibat ad ſuum & ultimum manipulum, & centurioni dabat in tabernaculo adhibitis teſtibus, quo, ſi in ea re peccatum eſſet, conſtare poſſet: ille acceptam proximi manipuli centurioni, ille iterum proximi, donec ad primos manipulos perventum eſſet. Bonus hic ordo dupliciter: tum ut vigiliæ in ultimis caſtris & hoſti propinquis ſtatim conſtituerentur, tum ut teſſera ſic via recta, & ſine flexu ad Tribunos rediret. Porro in vigiliis vigiles quaterni ſe diviſerunt in quatuor partes, ita ut ſinguli vigiliam unam noctis obirent, ſorte dividente, per ternas quique horas. Erant igitur quatuor vigiles, & ii una; ſed unus ex iis ſua vigilia quiſque perſtabat intentus & vere vigil: alii adjacebant aut accubabant. Itaque his quies aliqua, & ille ſtans, ſi auxilium poſceret, ad manus habebat. Qui vero ex vigiliis deſtinati ſunt, ex ſingulis eorum excubiis uniuscujuſque manipuli Tergiductor ſeu Optio ducit veſperi ad Tribunum, qui primas vigilias ſint acturi. probabile autem eſt illos primos teſſerulas quoque aliorum vicem, quis futurus eſſet ordo vigiliarum, accepiſſe. Optio omnibus vigiliam acturis dat teſſerulas plane exiguas pro quaque vigilia. Hæ teſſerulæ diverſæ fuerunt à priori: illa uniuſmodi fuit, & ſignum aut dictum nocturnum, quo ſeſe ab hoſte internoſcerent; iſtæ diverſiformes, & propriæ cujuſque vigiliæ. Etiam in modulo diſcrimen. Illa tabula latiuſcula, iſtæ plane exiguæ, aut velut talleolæ. omnino non aliud fuiſſe videntur, quam ligella,

erat. [1] lixæ permiſti cum militibus, diu, noctuque vagabantur: & palantes agros vaſtare, villas expugnare, pecoris & mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus: præterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: poſtremo, quæcumque dici, aut fingi queunt ignaviæ, luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hoſtilibus, magnum, & ſapientem virum fuiſſe comperior: tanta temperantia [2] inter ambitionem, ſævitiamque moderatum. [3] Namque edicto primo adjumenta

ligella, cum nota duplici impreſſa: altera manipuli, altera vigiliæ ipſius. Id hoc fine, ut Tribunus, ea reddita, ſtatim conſpiceret, quis in quoque manipulo, & quota vigilia munus feciſſet, aut non feciſſet. Circuibant vigilias equites, nonnunquam & ipſi Tribuni, ſi propius diſcrimen. Quin & ipſe Imperator interdum & cum eo Legati. At ſub Vegetii ævum Circitoris proprium munus fuit, & militiæ gradus, Initio porro vigiliarum omnia ſigna cecinerunt, aut potius paulo ante ipſas, cum nimirum Prætorium dimitteretur, & hoc ſignum erat imperii. Erant autem vigiliæ quaternæ, & ſingulæ in horas ternas, ut ſupra diximus, diviſæ. Has Primipilus clepſydris diſcernebat: habebant enim vaſcula aquaria, ſive menſuras exaqua, quibus illa tempora æqualiter diſtinguebant. Vigilabant autem armati, olim tamen ſcutum iis ademptum, ne, ubi feſſi ſint, innixi pilo, capite ſuper marginem ſcuti poſito, ſopiti ſtarent. Poſtea vero redditum. Qui autem illo die in expeditione fuerat, ne vicibus quidem ſuis vigilabat: cauſa ab humanitate, & quia tales egebant quiete. *Lipſ.*

1 *Lixæ.*] Fulgentius de Priſco ſermone *lixam* interpretatur mercenarium. Ad opinionem illius accedere video Feſtum: *Lixæ*, inquit, *qui exercitum ſequuntur quæſtus gratia, dicti, quod extra ordinem ſint militiæ, eiſque liceat, quod libuerit. Alii eos à Licha appellatos dicunt, quod ille Herculem ſit ſecutus, quidam à liguriendo quæſtum.* Hactenus Feſtus, qui alibi iſtiuſmodi mercenarios *Metellos* appellavit. Satis autem inepte ille. Melius Nonius Marcellus, qui à lixa, quam veteres aquam appellabant, dictos recte cenſet. Sed qua lingua veteres dixerint, ignorat. Galli, qui fuere olim conſortes ejuſdem cum Germanis linguæ, *lic* & *lec* aquam dixerunt. unde Lecca fluvius. Et *lecken* proprie noſtratibus aquam ſorbere. Hinc & lixæ. *Thyſ. Lixæ.*] Lixæ dicebantur illi, qui militibus aquam ad caſtra vel ad tentoria ferre ſolebant. Nam veteres lixam, aquam dixerunt: unde elixum dicitur, quicquid aqua mollitur vel decoquitur. Nunc ergo dicit: *Miniſtri militum cum ipſis militibus permixti, licenter diu noctuque vagabantur.* Sold.

2 *Inter ambitionem ſævitiamque moderatum.*] *Ambitio* dicitur blanditiis quædam lenitas affectata. *Sævitia* dicitur, in puniendo crudelitas. Nunc dicit, Metellum inter ambitionem & ſævitiam medium ſe geſſiſſe, ut in delictis emendandis nec crudelitatem, nec nimiam rurſus lenitatem oſtenderet. *Sold.*

3 *Namque edicto.*] Valerius lib. 3. cap. 2. & Frontinus lib. 4. Stratag.

menta ignaviæ ſuſtuliſſe, ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium cibum coctum venderet; [1] ne lixæ exercitum ſequerentur; [2] ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet: ceteris arte modum ſtatuiſſe: præterea [3] tranſvorſis itineribus quotidie caſtra movere: juxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo, atque foſſa munire: vigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire: item in agmine in primis modo, modo in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſquam ordine egrederetur: uti, cum ſignis frequentes incederent, miles cibum, & arma portaret. Ita prohibendo à delictis magis, quam vindi-
46 cando, exercitum brevi confirmavit. Interea Jugurtha, ubi, quæ Metellus agebat, ex nunciis accepit; ſimul [4] de innocentia ejus certior Romæ factus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus eſt. Igitur legatos ad conſulem [5] cum ſuppliciis mittit, qui tantummodo ipſi, liberiſque vitam peterent, alia omnia dederent populo Rom. Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum eſſe. Itaque legatos alium ab alio diverſos aggreditur: ac paullatim tentando, poſtquam opportunos ſibi cognovit, multa pollicendo perſuadet, uti Jugurtham maxume vivum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent: ceterum palam, quæ ex voluntate forent, regi nunciari jubet. Dein ipſe paucis diebus intento atque

1 *Ne lixæ exercitum ſequerentur.*] Ut milites non per lixas & miniſtros, ſed per ſeipſos neceſſaria ſibi pararent. *Soldus.*

2 *Ne in caſtris, neve in agmine.*] Hoc eſt, nec in exercitu cum ſtat, nec in exercitu cum incedit. *Agmen* proprie dicitur ordinata multitudo, ſicuti multitudo exercitus incedentis. Neque enim uno in loco ſtans proprie *agmen* dicitur, unde cum exercitus per ordinem incedit, *agmen* dicitur. *Idem.*

3 *Tranſvorſis itineribus.*] Id eſt, non per vias ſtratas: ſed ex tranſverſo per agros & arva, ut labore exerceret milites. unde & exercitus dicitur. *Badius.*

4 *De innocentia ejus certior Romæ factus.*] Popma iterum perſuadere nititur, ſubſtituamus *Roma.* non male, niſi adverſarentur omnes ad unum Mſſ. noſtri, etiam editio princeps: ac vero adfine videri queat, Jugurthæ compertam innocentiam Metelli, cum Romæ eſſet. *Gruter.*

5 *Cum ſuppliciis.*] Ἱκετηρίαις. Vide ſupra pag. 90.

atque infesto exercitu in Numidiam procedit; ubi, [1] contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora, cultoresque in agris erant: ex oppibus, & mapalibus, præfecti regis obviam procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, & insidiis locum [2] tentare. Itaque ipse cum [3] expeditis cohortibus, item [4] funditorum & [1] sa-

1 *Contra belli faciem.*] Id est, contra speciem belli: quia in Numidia non apparebat, quod bellum gereretur. *Sold.*

2 *Tentare.*] Legendum: *tentari.* nempe ab Jugurtha. *Gronovius.*

3 *Cohortibus expeditis.*] Id est, cum cohortibus levis armaturæ. Nam cohortes expeditæ dicebantur, cohortes levis armaturæ, quæ gravibus armis non erant impeditæ, ut clypeo & galeis: sed expeditæ & leves ad cursum, tela missilia gerebant. *Sold. Cohortibus expeditis.*] Hoc est, levis armaturæ: quæ hastilia, hoc est, jacula gerentes: & aggredi, & regredi celeriter poterant. Erant autem olim in legione (ut dicit Gellius) IX. centuriæ, XXX. manipuli, & X. cohortes, hoc est, sex millia militum. Nam centuria, centum: manipulus, ducentos: cohors, sexcentos continebat. Sed C. Marius auctore Festo, sex millium & ducentorum legionem instituit, cum antea etiam quatuor millium fuisse Livius aperte doceat. *Bad.*

4 *Funditorum.*] A funda funditores dictos tradit Vegetius lib. 3. cap. 14. Ubi idem ostendit ex lino, vel setis fieri solere. Eam sic quidam describunt: Funda funiculus est, qui duobus capitibus manu capitur, altero cum ansula, ne exeat; altero sine, ut dimitti possit, atque in medio latior est, ut ibi lapis contineatur. hinc circumacto valide funiculo, & ab uno capite dimisso vehementer projiciebant funditores. Testis Hieronymus Mercurialis lib. 2. de arte Gymnastica, cap. 12. Quod ad inventionem fundæ, Plinius lib. 7. naturalis Historiæ, cap. 56. Phœnices ejus inventores facit. Idemque lib. 3. cap. 5. Baleares funda bellicosas, Græcis Gymnasias testatur dictas. Contra Vegetius Balearibus præter usum, etiam inventionem fundæ tribuit, secutus Lucium Florum, & alios. Florus equidem lib. 3. cap. 8. tribus quemque fundis prœliari solitum testis est, & cibum pueros à matre non accepisse, nisi quem ipsa monstrante percussissent, certos etiam eorum ictus fuisse, cum hæc sola genti arma fuerint, id unum ab infantia studium. Pro Vegetio etiam stare video Virgilium primo Georg.

Stupea torquentur Balearis verbera fundæ.

Item illud Statii libro primo:

Roboraque & gravidas fundæ Balearis habenas.

Denique & illud Ovidii:

Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit, volat illud, & incandescit eundo.

Funditores Baleares etiam Livium celebrare memini l. 30. & vide quæ de iisdem dicta à nobis, lib. 3. in Veget. c. 14. Operæ pretium mihi facturus videbor, si huic rei confirmandæ, illustrandæ, Diodori Siculi testimonium huc accerserem: *Arma*, inquit, *eis fundæ tres. Una capiti cingunt, altera ventrem, tertia in manibus gestatur. In prælio lapides multo majo-*

& [1] sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat, in utrumque

majores, quam reliqui, jaciant robuste, ut aliquo tormento lapis missus videatur. In urbium expugnatione, lapidum jactu eos, qui desuper ex propugnaculis tuentur mœnia, vulnerant. In pugna vero scuta, galeas, omneque armorum genus confringunt. Ita autem recte lapides propellunt, ut raro effugiat ictum appetitus locus. Quod eis continuo à puericia usus præbet, à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim supra erectum lignum panem, signum quod jactu petant, neque ante cibum capiunt, quam panem lapide ejectum, pro cibo sumant, permissu matris. Stewech. *Funda* Latinis dicta, quod ex ea fundantur lapides. De inventione variant. Plinius Phœnicibus tribuit. Strabo Ætolis, communis opinio Balearibus. Materies Fundæ triplex. *Prima*, Melanchræna, quod est spartum, cujus copia in Hispania, estque junci acuti species, atque eo nomine linum & cannabin etiam comprehendimus. *Altera*, pili vel setæ. *Tertia*, nervi. Forma talis: Funiculus in medio latior, ovali forma, & paulatim in strictius abit. At medium & funduş, ut sic dicam, fundæ circinat. Rotabant enim circum caput, & vires ita dabant, ter, ut videtur, ex arte aut more. Duo Fundis missa, *Lapides* & *Glandes*. Lapides jaciebant minæ pondere, nempe drachmarum 100. Hinc Cæsar dicit *Fundas librales*. Ad hos lapides, & ut frequentare possent ictum, sacculos pelliceos ferebant iis implendos; magis expedite, quam ut sinu etiam præ se ferrent. quod in lapidibus quoque factum. Telum alterum Glandes, atque ex è plumbo, ideo μολυβδίδες Græcis: & *Plumbeæ* simpliciter Spartiano. *Sphændulas* vocat incertus apud Suidam scriptor. His inscribi aliquando solere, & occulte sic ad hostem mitti, legitur, ut omnia quæ gererentur, hostes scirent. Appianus ad istam rem tesseras plumbeas quasdam adhibet. Revera autem non istæ communes glandes fuerunt, sed tabellæ magis productæ, & huic rei aptatæ. Funda variis gentibus in usu, quia prompta, iteratu facilis, tum etiam quia longe & fortiter feriret. Nam sæpe adversum bellatores cassidibus, catafractis, loricisque munitos, teretes lapides de funda vel fustibalo destinati, sagittis sunt omnibus graviores: cum membris integris lethale tamen vulnus importent, & sine invidia sanguinis, hostis lapidis ictu intereat. Ergo per ipsa arma interfecit, etsi sine sanguine; quia contusio plerumque & confractio ictu lapidis. Glans tamen profecto penetrabat. Quod cum ita sit, telum tamen hoc parum hone[illegible] habitum, & junioribus aut vilioribus assignatum. Itaque ipsi Romani raro usi, inter Auxilia habebant. Præter communem illam Fundam, quæ vulgo in usu, fuerunt etiam distinctæ quædam species, ut Achaica, Ceστroσphendonis, Fustibalus. *Lipſ.*

1 *Sagittarii.*] Romanis ipsis ab antiquo vix fuerunt Sagittæ. Sed post Punicum bellum secundum crebertime in Romanis castris Sagittarii, sed Auxiliares, non cives. In hoc numero maxime Cretenses, quos & excelluisse hac peritia certum est; & quidam originem primam ad eos trahunt. Alii ad Persas; alii ad Scythas: & certe nostrate lingua *Sagittare*, etiam nunc est *schieten*, forsan à Scythis. Scythæ igitur inter inventores censentur, & celebratur arcus Scythicus, cujus forma τῦ Σ Græcorum: sed & Parthi hoc tali arcu usi. Ab arcu Festus notat Arquites dictos, arcu pręliantes, quinunc Sagittarii. Ipsæ sagittæ dictæ etiam virgæ. Sic & Græci usi voce ῥάβδα, item calami, quia sæpe ex leviori illa materia. Etsi quædam firmiores atque etiam grandiores. Et Arabes majoribus usi. Pleræque autem sagittarum hamatæ, &, ne facile evelli possent, quædam etiam triplici hamo;

que latus equites auxiliarios tribunis legionum, & præfectis cohortium dispertiverat: uti cum his permixti [1] Velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum, & militiæ erat, ut, absens an præsens, pacem an bellum gerens pernicioſior esset, in incerto haberetur. Erat 47
haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine [2] Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi & incolere, & mercari consueverant [3] Italici generis multi mortales. Huc consul, simul [4] tentandi gratia, &, si paterentur opportunitates loci,

mo; quædam quadruplici. Hippocrati πλεγίγωνα βίλη, id est, quadrangulæ sagittæ. At illæ Parthorum mirificæ, quæ videntur aciem super aciem habuisse, quæ tenui ferro nexæ, aut ut involucrum insertæ, in corpore fere manerent, & rumperentur, si quis tentaret educere. Tanta autem violentiâ sagittæ mittebantur, ut arma perfringerent, & per omne quod obstaret, durum aut molle penetrarent, quibus neque thorax ullus, neque scutum posset resistere. Fuerunt & thecæ sagittis, quas pharetras aut corycos prisci dixerunt. Leo imperator pharetras vocat cocura, sive cocurra: vox nostras, *een koker*. Festo scorteum. *Idem.*

1 *Velites.*] Prisci Velites vere Anippi dicendi sunt, hoc est, equitibus juncti. Ut enim desultores veri equites erant, qui de pedibus pugnabant, ita Velites veri pedites erant, sublati tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adessent, eosque in pugna de pedibus juvarent. Tales eos Valerius describit lib. II. cap. III. §. 3. *Velitum*, inquit, *usus eo primum bello repertus est, quo Capuam Ful. Flaccus Imperator obsedit: nam, cum Equitatui Campanorum, crebris excursationibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Nævius centurio è peditibus lectos expediti corporis, & veloci saltu jungere se equitibus, & rursus celeri motu relabi instituit, quo facilius equestri prælio subjecti pedites, viros pariter & equos hostium telis incesserent.* Quod hic Valerius sub obscure dicit, *(equitibus se jungere & rursus relabi)* Livius explicate scripsit lib. XXVI.: *Ex omnibus legionibus electi sunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, &c. eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerunt, & vehi post se, & desilire perniciter, ubi signum datum esset.* Hactenus Livius. Igitur equites erant ante pugnam, pedites plerunque in pugna: nam ex equis pugnasse subinde Vegetius indicat lib. 3. cap. XXIV. *Velites*, inquit, *juvenes erant levi armatura, corpore alacri, qui ex equis missilia optime dirigebant.* Auctoritate forsan Dionysii hæc scripsit Vegetius, qui libro II. cap. II. scribit, ex Equis pugnasse Celeres, ubi campus ad equestre certamen erat commodus. Ita ille. Celeres autem Velitibus multo sunt antiquiores. Velitibus similes Ferentarii nostri, Drageons, nisi quod paulo etiam digniores; quippe qui soli propriis equis vectantur, cum illi alienis, & post singulorum equitum terga. *H. Hugo.*

2 *Vacca.*] Vide supra p. 249.

3 *Italici generis.*] De Italicis, vide supra p. 244.

4 *Tentandi gratia.*] Metellus imposuit præsidium huic civitati Vaccæ, ut tentaret, an Jugurtha veram an fictam deditionem fecisset. Nam si ficta fuisset

ci, præſidium impoſuit: præterea imperavit frumentum, & alia, quæ bello uſui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & [1] commeatum [2] juvaturum exercitum, & jam [3] paratis rebus munimentum fore. Inter hæc negotia Jugurtha impenſius modo legatos ſupplices mittere, pacem orare: præter ſuam, liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, conſul illectos ad proditionem domum mittebat. regi pacem, quam poſtulabat, neque abnuere, neque polliceri,
48 & inter eas moras promiſſa legatorum exſpectare. Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis compoſuit, [4] ac ſe ſuis artibus tentari animadvertit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum aſperrumum erat, urbs maxuma alienata, ager hoſtibus cognitus, animi populariorum tentati; coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Igitur, explorato hoſtium itinere, in ſpem victoriæ adductus, ex opportunitate loci, quam maxumas poteſt, copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in diviſione poſſederat, flumen oriens à meridie nomine Muthul: [5] à quo aberat mons ferme millia paſſuum XX. [6] tractu pari, vaſtus ab natura, & humano cultu: ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur, in immenſum pertinens, veſti-

ſet deditio, cives non paſſi eſſent, ut Metellus imponeret præſidium. *Soldus. Tentandi gratia.*] In quibuſdam veteribus libris ita ſcriptum eſt: *Huc conſul ſimul tentandi gratia, &, ſi pateretur opportunitates loci, præſidium impoſuit.* Caſtil. Quod nos ſequimur.

1 *Commeatum juvaturum.*] Placeret magis *commeatu.* Urſinus.

2 *Juvaturum exercitum.*] In vetuſtis quibuſdam, ſed impreſſis, deſunt hæc verba: ac ſi quid eſt in me judicii, rectius omittuntur. *Rev.*

3 *Paratis.*] Multi legunt, *Pacatis*, quod ſane non diſplicet.

4 *Ac ſe ſuis artibus tentari animadvertit.*] Jugurtha cognovit, Metellum uti his artibus contra ſe, quibus ipſe Jugurtha uti ſolebat contra alios: videlicet dolis & fraudibus. *Sold.*

5 *A quo aberat mons ferme millia paſſuum* XX.] Videtur librarius lapſus eſſe in notis, ut ſæpe alibi, numerorum. Nec enim fieri potuit, ut Rutilius ab hoc monte præmiſſus à Metello ad flumen, uno eodemque die eo pervenerit, caſtra munierit, & à Bomilcare prælio ſuperatus, rurſus redierit ad Metellum, ſi tantum ſpatii interfuiſſet. *Urſin.*

6 *Tractu pari.*] Id eſt, pari longitudine. Nam mons tantæ longitudinis erat, quantum à fluvio diſtabat. *Sold.*

1 *Olea-*

veſtitus [1] oleaſtro, ac [2] myrtetis, aliiſque generibus arborum, quæ humi arido, atque arenoſo gignuntur. Media autem planicies deſerta, penuria aquæ, præter flumini propinqua loca. ea conſita arbuſtis, pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem tranſvorſo itinere porrectum docuimus, Jugurtha extenuata ſuorum acie conſedit: [3] elephantis, & parti copiarum pedeſtrium Bomil- 49

1 *Oleaſtro.*] Oleaſter, arbor eſt agreſtis olivæ.

2 *Myrtetis.*] Myrtus aridis locis gaudet, ſicùti litoribus, vel alioquin arenoſis locis, itaque eadem arbore univerſa fere Tyrrheni litora vireſcunt ac redolent, teſte Matthiolo. quin & in mediterraneis, in collibus, ſylvis, ac campeſtribus provenit. Ruſcum quoque Dioſcoridi, & Plinio ſylveſtris & acuta myrtus appellatur, alia tamen eſt à vulgari ſylveſtri myrto, quæ ſua ſponte ſine cultu in litoribus oritur. *Matthiol.*

3 *Elephantis.*] Elephantis antiquos in acie uſos notiſſimum eſt. tractæ autem hæ belluæ ad bella à Perſarum regibus, eo quod ictibus non cederent, adverſarios mole ſua terrerent, cutemque haberent, quæ nulla vi tranſmitti, nullo ferri acumine penetrari poſſet. Quod apud Caſſiodorum traditur, lib. decimo variarum cap. 30. Illud maxime hic quærendum videbatur, quo tempore ſcilicet has beſtias ipſi Romani in bellum primum eduxerint. Id bello Philippico, P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Cotta Coſſ., id eſt, anno urbis DLIII. factum ex Livio didici: is l. 40. inquit: *Ante prima ſigna locatis Elephantis, quo auxilio tunc primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, uſi ſunt.* His beſtiis ſæpe ante aciem, ut primum impetum ſuſtinerent, interdum poſt exercitus terga ordo datus eſt, pugnaque incepta, iiſdem illico via per ordines patefacta, ut de ſubito viſu ſuo & hoſtes & equos pariter perterrefacerent. Appiano teſte de Bello Hiſpanienſi. Interdum ipſis equitum turmis immiſcebantur: Hirtius de Bello Africano. Etiam in munere gladiatorio in circum productas Romæ has beſtias, per funes quoque inceſſiſſe, aliaque ludicra exercuiſſe docet Plin. l. 8. cap. 2. 3. 6. 7. & Dio in Pompeio. Teſtatur porro auctor de Viris Illuſtribus, Pyrrhum Epirotarum regem, Lævinum Conſulem apud Heracleam Elephantorum novitate turbaſſe. Novum quippe Conſuli erat, has beſtias videre in aciem produci. Elephantes autem quinquaginta in uſum biennii à Ptolemæo Macedonum rege, hoc bello mutuum eundem accepiſſe Juſtinus ſcribit. Quando elephanti pugnaturi erant, & in aciem procedebant, aderant his belluis rectores in acie, qui pro numero beſtiarum, quibus præerant, varia nomina ſortiti, de quibus conſulendus Ælianus. Turres autem dorſis eorum imponebantur, in quibus cum variis telis milites. Polybius lib. 5. *Claſſicum canentes, primum cum Elephantis ſe mutuo invadunt. Pauci ex iis, quos Ptolemæus habebat, in adverſos feruntur. Ex quibus optimam certe faciebant milites pugnam, jacientes haſtas, & ſe invicem crebris vulneribus afficientes.* Hæc ille. Sicuti autem elephantis & quidem turritis pugnatum eſt, ita neque hoc reticendum eſt, captivas has beſtias cum turribus in triumphum deductas fuiſſe. Meminit ejus Florus capite 18. libri primi: *ſed nihil libentius Populus Romanus aſpexit, quam illas, quas timuerat, cum ſuis turribus belluas, quæ non ſine ſenſu captivitatis, ſubmiſſis cervicibus victores equos ſequebantur.* Porro in pu-

Bomilcarem præfecit; eumque edocet, quæ ageret: ipse propior montem cum omni equitatu, & peditibus delectis suos collocat: dein singulas [1] turmas, & [2] manipulos circuiens monet, atque obtestatur, uti memores pristinæ virtutis, & victoriæ, sese, regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore, quos antea victos sub jugum miserint: ducem illis, non animum, mutatum: quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa: locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores

in pugna antiqui Velites, ut Vegetius auctor est, adversus Elephantos ordinaverunt. Appianus de Bellis Punicis, cum de Equitatu Italico, id est, auxiliaribus Scipionis loquitur, ita inquit: *singuli horum adjunctum habebant Velitem armatum multis telis, quibus arceret belluas.* Ibidem paulo post: *Scipio Equites Italicos ex postrema acie inductos, & levius armatos, jussit ex equis territis desilire, & in elephantos huc illuc ruentes tela conjicere, primusque ipse descendit, & elephantum procurrentem sauciavit, hoc exemplo confirmatis aliis, & undique jam eos vulnerantibus, retrocedebant. Dum autem in hoc certamen Velites missi sunt, latiori ferro hastas gestasse videntur, ut in magnis corporibus majora forent vulnera.* Illud insuper Livius lib. 37. Eutropius lib. 3. & post eos Isidorus lib. 9. prodidit, elephantos retroactos, cum regi à suis non possent, fabrili scalpro intra aures adacto necatos fuisse. Idque Asdrubalem primum instituisse Livius scribit. Quinimo & verutis conjectis Romani pedites elephantos Hannibalis avertêre, & insecuti adversos sub caudis, quia maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant, teste Livio lib. 30. Ignibus etiam ex castris Romanorum exactos ab eodem Livio traditur lib. 35. Item secures multi extulerunt, quibus pedes Elephantorum amputarent. Curtius lib. VIII. Imo & gladios habebant leviter curvatos, falcibus similes, quos Copidas vocabant, quibus belluarum manus appetebant, teste eodem Curtio libro citato. Sudibus quoque in prima acie armati constitui solebant ad terrendos prohibendosque Elephantos. De cætero adeo vehementes in prælio has bestias fuisse accipimus, ut manu sua vel proboscide arma virosque corripuerint, & super se regentibus tradiderint, quod scribit Curtius lib. 4. *Stewechius.*

1 *Turmas.*] Turmæ, proprie sunt equitum. nam Turma triginta equites continet, dicta quasi ter dena, eo quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhamnensium, ac Lucerum fiebant, ut supra diximus: erant autem in legione turmæ tricenariæ 10. seu equites 300. Sunt ergo turmæ in ala, quot cohortes in legione; & decuriæ quot manipuli: ternæ enim in turmâ. *Lipsi.*

2 *Manipulus.*] Ut antea dixi, ducentos milites continebat, id est, duas centurias. Nam antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarent, ut manipulos miscerent ex Romanis & Latinis: ita ut una centuria Romanorum & una Latinorum unum manipulum conficerent, & unum sequerentur signum: Manipulus autem dictus est, quia dum Romani adhuc pauperes essent, manipulos fœni perticis alligabant, & eos pro signis sequebantur; ut Lucanus:

Pertica suspensos portabat longa maniplos.
Sold.

1 *Manum*

Digitized by Google

ciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus [1] manum conſererent. Proinde parati, intentique eſſent, ſigno dato, Romanos invadere: illum diem aut omnis labores, & victorias confirmaturum, aut maxumarum ærumnarum initium fore. Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficii ſui, & eum ipſum aliis oſtentare: poſtremo, pro cujuſque ingenio pollicendo, minitando, obteſtando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hoſtium, monte degrediens cum exercitu [2] conſpicatur. Primo dubius, quidnam inſolita facies oſtenderet, (nam inter virgulta equi, Numidæque conſederant, neque plane occultati humilitate arborum, & tamen incerti quidnam eſſet, cum natura loci, [3] tum dolo ipſi, atque ſigna militaria, obſcurati) dein, brevi cognitis inſidiis, paullisper [4] agmen conſtituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proxumum hoſtis erat, triplicibus ſubſidiis aciem inſtruxit: inter manipulos [5] funditores, & ſagittarios diſpertit, equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem, ſicut inſtruxerat, [6] tranſvorſis principiis in planum deducit. Sed ubi 50

1 *Manum conſererent.*] Id eſt, pugnarent.

2. *Conſpicatur.*] Vulgo, *conſpicitur.* Lege, *conſpicatur*, id eſt, videt. quomodo citat Donatus. *Caſt.*

3 *Tum dolo.*] Quia ita ſe locaverant, ut non erecti, ſed proſtrati, & inter arbores jacerent. *Sold.*

4 *Agmen*] Cum exercitus in acie ad pugnam inſtruebatur, hic fere ordo ſervabatur. In prima acie levis armatura ponebatur, id eſt, velites ſive rorarii, ſive ferentarii, item funditores & ſagittarii; hi levibus certaminibus pugnam inchoabant. In ſecunda acie principia ſive principes locabantur: ſic dicti, quia à principio gladiis pugnabant: ut ait Varro. In tertia acie ſubſidia ſtatuebantur: qui milites ſubſidiarii dicebantur, quia ſubſidium ferebant principiis feſſis & fatigatis. *Idem.*

5 *Funditores & ſagittarios.*] Vid. ſup. p. 283.

6 *Tranſverſis principiis.*] Recta enim ad collem aciem ducere nolebat. Livius lib. 8. ab Urbe condita aſſerit, in prima acie haſtatos collocari conſueviſſe: inde robuſtiorem ætatem, quibus principibus eſt nomen: poſtremo triarios, rorarios, & accenſos. nec aliter ſcribit Polybius Hiſt. l. 14. unde proverbium, *poſt principia.* At Vegetius & Modeſtus ajunt, quod in prima acie principes, in ſecunda haſtati collocabantur. Quare cum non idem ſemper ordo fuerit, exponerem hic principia & principes, pro prima acie. Neſcio quid etiam Varro de Lingua Lat. lib. 4. de commutata re

ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit, veritus [1] ex anni tempore, & inopia aquæ, ne ſiti conficeretur exercitus, [2] Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, & parte equitum [3] præmiſit ad flumen, uti locum caſtris ante caperet, exiſtumans hoſtes crebro impetu, & [4] tranſvorſis prœliis iter ſuum remoraturos, & quoniam armis diffiderent, laſſitudinem & ſitim militum tentaturos. Dein ipſe pro re, atque loco, ſicuti monte deſcenderat, paullatim procedere: Marium poſt principia habere: ipſe cum [5] ſiniſtræ alæ equitibus eſſe, qui [6] in agmine principes facti erant. At Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos ſuos prætergreſſum videt, præſidio quaſi duûm millium peditum montem occupat, quà Metellus deſcenderat: ne forte cedentibus adverſariis receptui, ac poſt munimento foret: dein, repente ſigno dato, hoſtis invadit. [7] Numidæ alii poſtremos cædere: pars à ſiniſtra, ac dextera tentare: infenſi adeſſe, atque inſtare; omnibus locis

militari tradidit. ſed quia locus non eſt integer, quid plane dicat, intelligi non poteſt. *Caſt.* Sed vide rectiora apud Gronov. lib. 4. Obſ.

1 *Ex anni tempore.*] Quia erat æſtas, quo tempore rarius pluit. *Sold.*

2 *Rutilium legatum.*] Hic eſt P. ille Rutilius Rufus (ut puto) qui Conſul fuit cum C. Manlio anno ab U. C. 648. nec multo poſt innocentiſſimus in judicium vocatus de pecuniis repetundis damnatus eſt Cic. in Bruto, pro Fonteio, pro C. Rabirio Poſthumo, In Piſonem, de Oratore lib. 1 de Officiis lib. 2. Livius lib. 70. Cornelius Tacitus l. 3. Paterculus in priori volumine, Valerius Max. lib. 6. c 4. Oroſius lib. 5. cap. 17. Aſconius in Divinationem, Seneca de Beneficiis lib. 5. & 6. Epiſtolarum l. 3. de Divina providentia. *Caſt.*

3 *Præmiſit ad flumen.*] Scilicet Muthul. *Rivius.*

4 *Tranſvorſis prœliis.*] Id eſt, prœliis ex tranſverſo & à latere, non à fronte factis. Nam Metellus agmen inſtructum dirigebat non contra collem, nec contra Jugurtham, ſed verſus flumen: ita ut frons agminis reſpiceret flumen, latus vero dextrum reſpiceret collem atque Jugurtham: ut neceſſe eſſet Jugurtham, ſi conaretur invadere Romanos, eos à latere & ex tranſverſo, non à fronte, neque ex adverſo invadere. *Sold.*

5 *Siniſtræ alæ equitibus.*] Ala proprie dicitur equitum ordo, eo quod pedites tegant alarum vice. Virgilius libro 4. Æneid.

Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.

Sed hoc loco *alam ſiniſtram* accipit pro latere ſiniſtro. *Sold.*

6 *In agmine principes facti erant.*] Iter enim faciebant tranſverſis principiis à dextra ad lævam. *Caſt. Principes facti erant.*] Metellus ordines ita mutaverat, ut milites qui in ſiniſtro latere erant, dum incederent, principia eſſent. *Sold.*

7 *Numidæ alii poſtremos cædere.*] Ita in Mſſ. non *poſtremo cedere.* Atque ita ſenſus quoque ipſe poſtulat. *Riv.*

1 *Ludi-*

Digitized by Google

locis Romanorum ordines conturbare. quorum etiam qui firmioribus animis obvii hoſtibus fuerant, [1]ludificati [2]incerto prœlio, ipſi modo eminus ſauciabantur, neque contra feriundi aut conſerendi manum copia erat. Ante jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turma inſequi cœperat, [3]non confertim, neque in unum ſeſe recipiebant, ſed alius alio quam maxume [4]divorſi. ita [5]numero priores, ſi à perſequendo hoſtes deterrere nequiverant, [6]disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: ſin opportunior fugæ collis, quam campi fuerant; eo vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; noſtros aſperitas, & inſolentia loci retinebat. Ceterum fa- 51
cies totius negotii varia, incerta, fœda, atque miſerabilis, [7]diſperſi à ſuis, pars cedere, alii inſequi: neque ſigna, neque ordines obſervare: ubi quemque periculum ceperat, ibi reſiſtere, ac propulſare: arma, tela, equi, viri, hoſtes, cives permixti: nihil conſilio, neque imperio agi: fors omnia regere. Itaque multum diei proceſſerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique omnibus labore, & æſtu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus inſtare, paullatim milites in unum conducit: [8]ordines reſtituit, & [9]cohortes legionarias quatuor advorſum pedites hoſtium

1 *Ludificati.*] Id eſt, *decepti*, quia non credebant ſe invadi poſſe niſi à latere dextro: nunc autem & à tergo, & ab utroque latere premebantur ab hoſte. *Sold.*

2 *Incerto prælio.*] Quia non poterant conſerere manus, cum hoſtis tentaturus modo accederet, modo retrocederet. *Badius.*

3 *Non confertim.*] Non conjunctim, nec ſimul.

4 *Divorſi.*] Id eſt, amoti per divorſionem à ſuis ſociis & amicis. *Idem.*

5 *Numero priores.*] Numero plures, numero ſuperiores. & hæc eſt ſententia hujus loci: Jugurthini equites, qui numero plures erant, ſi Romanorum turmas à perſequendo deterrere non poterant, alius alio quam maxime diverſi ſeſe recipiebant. Quare Romani eos perſequentes dividebantur, & ita ſtatim à Numidis, qui plures erant, circumventi cædebantur. Itaque *priores*, erit nominandi caſus, non accuſandi. *Caſtilionem.*

6 *Disjectos.*] Id eſt, diſſipatos. nam ſupra dixit: Jugurthinos conturbaſſe ordines Romanorum. *Sold.*

7 *Diſperſi.*] Scilicet tam Romani quam Jugurthini. nam nec Romani nec Jugurthini ordines ſervabant. *Idem.*

8 *Ordines reſtituit.*] Qui erant perturbati & diſſipati.

9 *Cohortes legionarias.*] Addit *legionarias*,

ſtium collocat. Eorum magna pars [1] ſuperioribus locis ſeſſa conſederat. ſimul orare: hortari milites, ne deficerent, neu paterentur [2] hoſtes fugientis vincere: neque illis caſtra eſſe, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia ſita. Sed nec Jugurtha quidem interea quietus erat; circuire, hortari, renovare prœlium, & ipſe cum delectis tentare omnia: ſubvenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando
52 retinere. Eo modo duo imperatores ſummi viri, inter ſe certabant: ipſi pares, ceterum opibus diſparibus. Nam Metello virtus miſitum erat, locus advorſus: Jugurthæ alia omnia, præter milites, opportuna. [3] Denique Romanis ubi intellegunt, neque ſibi perfugium eſſe, [4] neque ab hoſte copiam pugnandi fieri; ([5] & jam diei veſper erat) advorſo colle, ſicuti præceptum fuerat, evadunt. Amiſſo loco Numidæ fuſi, fugatique, pauci interiere: pleroſque velocitas, & regio hoſtibus ignara, tutata ſunt. [6] Interea Bomilcar, quem elephantis, & parti copiarum pedeſtrium præfectum ab Iugurtha ſupra diximus, ubi eum Rutilius præ-

narias, quia erant etiam cohortes auxiliares. *Caſt.*

1 *Superioribus locis.*] Videlicet in colle.

2 *Hoſtes fugientes.*] Numidas jam fugientes. Alioqui volunt *fugientes* eſſe nominandi caſum, ut ſit ordo: Ne Romani fugientes paterentur hoſtes vincere. verum id minus placet. *Caſt.*

3 *Denique Romani.*] Jugurtha locum munitum habebat, videlicet collem, ubi tutus erat: Romani locum nullum munitum habebant, quo fugerent. Metellus igitur cum videret ſe non habere locum, quo milites ſui tuti confugerent, juſſit, ut Romani per collem adverſum adſcenderent, & hoſtes invaderent. *Sold.*

4 *Neque ab hoſte copiam pugnandi fieri.*] Quia Jugurthini milites è colle in planum ad pugnam deſcendere nolebant, & numero & viribus erant inferiores. *Idem.*

5 *Et jam diei veſper erat.*] In manuſcriptis duobus eſt, *Et jam die veſper erat*, pro *diei*. ut ſit genitivus antiquus, cujus & Priſcianus 8. meminit, & Gellius ipſe 9. ubi docet C. Cæſarem in lib. de Analogia 2. (*hujus die* & *hujus ſpecie*) dicendum putare: ſeque in Jugurtha Salluſtii ſummæ fidei & reverendæ vetuſtatis libro, (Die) caſu patrio ſcriptum inveniſſe, ubi ille inquit: *Vix decima parte die reliqua.* Sed & Servius alicubi Salluſtium (Acie) pro aciei dixiſſe teſtatur. *Riv.*

6 *Interea Bomilcar.*] Superius dixit, quomodo Jugurtha exercitum ſuum in duas partes diviſit. Uni parti Bomilcarem præpoſuit, alteri parti ipſe Jugurtha præerat. Dixit quomodo Jugurtha victus eſt à Metello: nunc dicit, quid interea

prætergreſſus eſt, paullatim ſuos in æquum locum deducit: ac, dum legatus [1] ad flumen, quo præmiſſus erat, feſtinans pergit, [2] quietus, uti res poſtulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hoſtis ageret, explorare. Poſtquam Rutilium [3] conſediſſe jam, & animo vacuum accepit, ſimulque ex Iugurthæ prœlio clamorem augeri, veritus, ne legatus cognita re, laborantibus ſuis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte [4] ſtatuerat, [5] quo hoſtium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii caſtra procedit. Romani ex improviſo pul- 53
veris vim magnam animadvertunt. Nam proſpectum ager [6] arbuſtis conſitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: poſt, ubi æquabilem manere, &, ſicut acies movebatur, magis magiſque appropinquare vident; cognita re properantes arma capiunt, ac pro caſtris, ſicut imperabatur, conſiſtunt. Dein, ubi propius ventum eſt, utrimque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, poſtquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, collis, aut noctis, quæ jam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui [7] omnes numero quadraginta interfecti. At Romani quamquam [8] itinere, atque [9] opere caſtrorum, & prælio [10] feſſi, laſſique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur,

interea fecerit Bomilcar. Dicit enim hunc Bomilcarem deſcendiſſe de colle, & Rutilium legatum, quem Metellus ad flumen præmiſerat, invaſiſſe, fugatumque ab eo fuiſſe. *Sold.*

1 *Ad flumen.*] Scilicet Muthul.

2 *Quietus.*] Sine ſtrepitu aut ſonitu alio.

3 *Conſediſſe.*] Id eſt, caſtra poſuiſſe.

4 *Statuerat.*] Id eſt, inſtruxerat.

5 *Quo hoſtium itineri officeret.*] Id eſt, ut noceret itineri hoſtium, ſi videlicet Rutilius redire vellet, ut Metello & Romanis ferret auxilium contra Jugurtham pugnantibus. *Sold.*

6 *Arbuſtis.*] Id eſt, arboribus humilibus.

7 *Omnes quadraginta numero.*] Scribe ex antiquis exemplaribus, *Omnes numero triginta.* Caſt.

8 *Itinere.*] Nam XX. milliaria confecerant.

9 *Opere caſtrorum.*] Id eſt, munitione. nam caſtra muniverant foſſa & vallo. *Sold.*

10 *Feſſi laſſique erant.*] Ita in vetuſtis non-

tur, inſtructi, intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remiſſi patiebatur. Ac primo obſcura nocte, poſtquam haud procul inter ſe erant, ſtrepitu, veluti hoſtes adventarent, alteri apud alteros formidinem ſimul & tumultum facere: & pæne imprudentia admiſſum facinus miſerabile, ni utrimque præmiſſi equites rem exploraviſſent. Igitur pro metu repente gaudium exortum. milites alius alium læti appellant, acta edocent, atque audiunt: ſua quiſque fortia facta ad cœlum fert. Quippe res humanæ ita ſeſe habent: in victoria vel ignavis gloriari licet: advorſæ res etiam [1] bonos detrectant.
54 Metellus in iſdem caſtris quatriduo moratus, ſaucios cum cura reficit; meritos in prœliis more militiæ donat, univerſos in concione laudat, atque agit gratias: hortatus, ad cetera, quæ levia ſunt, parem animum gerant: pro victoria ſatis jam pugnatum, reliquos labores pro præda fore. Tamen interim [2] transfugas, & alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum pauciſne eſſet, an exercitum haberet, uti ſeſe victus gereret, exploratum miſit. At ille ſeſe in loca ſaltuoſa, & natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, ſed hebetem, infirmumque, agri ac pecoris magis, quam belli, cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod præter equites regios nemo omnium Numidarum ex fuga regem ſequitur. quo cujuſque animus fert, eo diſcedunt. neque id flagitium militiæ ducitur: ita ſe mores habent. Igitur Metellus, ubi videt etiam tum regis animum ferocem eſſe; bellum renovari, quod niſi ex illius lubidine geri non

nonnullis eſt, pro defatigati, quomodo & ſententia poſtulat, etiamſi ſecus exemplaria manuſcripta. *Rivius.* Aliter *læti*, ex victoria nimirum, ita ut gaudium laſſitudinem ſuperaret. *Thyſius.*

1 *Bonos detrectant.*] Bonos detrahunt. efficiunt, ut etiam boni male audiant. ſcripti tamen libri habent, *Detractant.* Caſtil.

2 *Transfugas.*] Transfugæ ideo ad explorandum idonei ſunt, quia neceſſario eos oportet eſſe fideles & cautos; nam ſummopere cavent, ne in manus hoſtium, à quibus nuper fugerunt, deveniant. *Sold.*

1 *Ini-*

non poſſet: præterea [1] iniquum certamen ſibi cum hoſtibus; minore detrimento illos vinci, quam ſuos vincere: ſtatuit non prœliis, neque acie, ſed alio more bellum gerundum. Itaque in loca Numidiæ opulentiſſima pergit: agros vaſtat: multa caſtella, & oppida, temere munita, aut ſine præſidio, capit, incenditque: puberes interfici jubet, alia omnia militum prædam eſſe. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obſides: frumentum, & alia, quæ uſui forent, affatim præbita: [2] ubicunque res poſtulabat, præſidium impoſitum. Quæ negotia multo magis, quam prœlium male pugnatum ab ſuis, regem terrebant. Quippe cujus ſpes omnis in fuga ſita erat, ſequi cogebatur; & qui ſua loca defendere nequiverat, [3] in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optimum videbatur, conſilium capit: exercitum plerumque in iſdem locis opperiri jubet: ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur: nocturnis & aviis itineribus ignoratus, Romanos palantis repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit: & Numidæ, prius quam ex caſtris ſubveniretur, ſicuti juſſi erant, in proxumos collis diſcedunt. Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: uti ſeque, & exercitum [4] more majorum [5] gereret; in advorſo loco [6] victor tamen virtute fuiſſet: hoſtium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex Auli ſocordia, ſpem ſalutis in ſolitudine, aut fuga coëgiſſet habere. Itaque ſenatus, ob ea feli- 55

1 *Iniquum certamen.*] Id eſt, malignum & inutile. iniquum erat certamen, in quo victor plus detrimenti patiebatur, quam victus: & hoc ſequentia declarant. *Sold. Iniquum certamen.*] Hæc eſt vera lectio, quamvis plerique manuſcripti habeant, *Inimicum.* Caſtilioneus.

2 *Ubicunque res.*] Id eſt, commoditas poſtulabat.

3 *In alienis.*] Quippe quæ jam Metellus occupaverat. vel interpretemur, *In alienis*, id eſt, ſibi non opportunis. *Caſſ.* Videndus Gronovius 4. Obſ. cap. 16.

4 *More majorum.*] Id eſt, priſcorum imperatorum.

5 *Gereret.*] Legitur & *verteret.*

6 *Victor tamen.*] Ita legendum, non, *Victor tantum.* Sic enim, ut omittam conſenſum exemplarium veterum, & ſenſus ipſe poſtulat. *Rivius.*

feliciter acta diis immortalibus [1] ſupplicia decernere: civitas trepida antea, & ſolicita de belli eventu, læta agere: de Metello fama præclara eſſe. Igitur eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis feſtinare: [2] cavere tamen, necubi hoſti opportunus fieret: meminiſſe [3] poſt gloriam invidiam ſequi. Ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque poſt inſidias Iugurthæ effuſo exercitu prædari. ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præſidium agitabant: exercitus partem ipſe, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis, quam præda, ager vaſtabatur. Duobus locis haud longe inter ſe caſtra faciebant. Ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius creſceret, divorſi agebant. Eo tempore Iugurtha per collis ſequi; tempus, aut locum pugnæ quærere: qua venturum hoſtem audierat, pabulum, & [4] aquarum fontis, quorum pænuria erat, corrumpere: modo ſe Metello, interdum Mario oſtendere; poſtremos in agmine tentare, ac ſtatim in collis regredi: rurſus aliis, poſt aliis minitari: neque prœlium facere, neque otium
56 pati, tantummodo hoſtem ab incœpto retinere. Romanus imperator ubi ſe dolis fatigari videt: neque ab hoſte copiam pugnandi fieri: urbem magnam, & in ea parte, qua ſita

1 *Supplicia decernere.*] Senatus decrevit, ut ſupplicationes diis immortalibus fierent, ob feliciter geſta Metelli. *Sold.*

2 *Cavere tamen.*] Adverſum hoſtem ſemper diffidendum eſt; quoniam nulli citius opprimuntur, quam qui nihil timent. Et frequentiſſimum initium calamitatis eſt ſecuritas. Nihil itaque in hoſte contemnendum, ſed cogitandum ſub omni lapide dormire Scorpium.

3 *Poſt gloriam invidiam ſequi.*] Τοῖς μὲ Δίκῃ ἢ ἡλίκα πορσωμφίοις ἔπι) καὶ ἀναίσχυντα σκιὰ, τοῖς ἢ Δίκῃ ἢ δόξης βαθίζουσιν ἀηλαθὲς φάος, ut legimus apud Stobæum. *Caſt.*

4 *Aquarum fontes, &c.*] Fontes venenо inficere, quod ipſum aut latet, aut non diu latet, Florus ait eſſe non tantum contra morem majorum, ſed & contra fas Deum, ſicuti jura Gentium Diis adſcribi ab probatis auctoribus ſolent. Et ſunt quædam hæ bellantium tacitæ conventiones. Cæterum non idem dicendum de aquis ſine veneno ita corrumpendis, ut bibi nequeant, quod Solon & Amphictyones leguntur in Barbaros juſtum cenſuiſſe: & Oppianus de piſcatu IV. ut ſuo ſæculo ſolitum commemorat. Id enim perinde habebatur, atque ſi avertatur flumen, aut fontis venæ intercipiantur, quod & natura & conſenſu licitum eſt. *Gutiſius.*

1 *Zamæ*]

sita erat, arcem regni, nomine [1] Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Iugurtham [2] laborantibus suis auxilio venturum, ibique prœlium fore. At ille, quæ parabantur, à perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: oppidanos hortatur, mœnia defendant, additis auxilio perfugis: quod genus ex copiis regis, [3] quia fallere nequibat, firmissumum erat. præterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu affore. Ita compositis rebus in loca quam maxume occulta discedit; ac post paullo cognoscit, Marium ex itinere [4] frumentatum cum paucis cohortibus [5] Siccam missum: quod oppidum pri-

1 *Zama.*] Africæ Urbs, quinque dierum itinere à Carthagine distans, versus Occidentem, ut addit Polybius: trecentis M P. ab Adrumeto, teste Æmilio Probo. Regiam Jubæ dicunt Strabo & Hirtius, sicuti arcem regni noster Sallustius. COLONIA. ÆLIA. HADRIANA. AVGVSTA. ZAMA. REGIA. est in antiqua inscriptione Thesauri Goltzii. Ἄζαμα corrupte apud Ptolemæum. Zamora novo nomine vocat Marmolius. Est & ejusdem nominis fons, qui in Africa canoras voces facit, ut testatur Isidorus ex Vitruvio lib. 8. cap. 4. ejusdem quoque nominis urbs & in Cappadocia, & in Chamanæ præfectura invenitur. *Ortel.* Canorum autem hunc Zamam dictum à זמר Samar, quod canere significat, existimat Bochartus. Hæc urbs postea à Romanis diruta est, ut testatur Strabo.

2 *Laborantibus suis.*] Id est, in necessitate positis.

3 *Quia fallere nequibat.*] Ne in manus eorum veniret, à quibus fugerat. *Sold.*

4 *Frumentatum.*] Id est, ad frumenta comparanda & convehenda ad exercitum. *Idem.*

5 *Sicca.*] Vocatur & hæc Sicca Venerea, atque eo quidam referunt Succoth Benoth Assyriorum, fuit enim eorundem in Africa colonia. trium illa dierum itinere sive M. Pass. plus minus CXX. à Carthagine dissita. De colonia illa Valerius Max. lib. II. cap. VI. *Siccæ est fanum Veneris, in quod se matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæstum, dotem corporis injuria contrahebant.* Ita legit ex Mss. Pigius. Non Succoth autem solummodo, sed & Siccuth, quod propius à Sicca abest, tabernacula sonat Ebraice, & probabile satis est idem sonasse Punice, atque eidem Deæ, id est, Veneri, eisdem sacris, seu simillimis, ex Phœnicia in Africam translatis, coloniam ipsam postea deductam, nomen suum debuisse. Nam Phœnices hunc cultum, hos ritus, & τὸ Succoth Benoth à Babyloniis etiam accepisse facile persuasum habeas. & consules, si placet, B. Athanasii adversus gentes orationem, & Sozomen. hist. Eccles. lib. I. cap. V. & lib. V. cap. IX. Ut autem Latinæ & Græcæ vocabulorum terminationes in adscitis barbaris servarentur, Siccuth Benoth in Siccam Veneream mutari oportuit. Σίκκα Οὐενερία dicitur Ptolemæo & Procopio libro II. Vandalic. Sicca Veneria Antonino in Itinerario, Veneria tantum Solino, & Sicca tantum Plinio lib. V. cap. III. sicuti & hic Sallustio. Urbs quoque Punica cum y Syca appellata fuit. Quod adhuc propius accedit ad propositum. *Seldenus. Siccam.*] Siccam

primum omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, & jam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: ſimul magna voce Siccenſes hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis præclari facinoris [1] caſum dare, ſi id fecerint; poſtea ſeſe in regno, illos in libertate ſine metu ætatem acturos. ac ni Marius [2] ſigna inferre, atque evadere oppido properaviſſet, profecto cuncti, aut magna pars Siccenſium, fidem mutaviſſet. Tanta [3] mobilitate ſeſe Numidæ gerunt. Sed milites Jugurthini paulliſper ab rege ſuſtentati, poſtquam majore vi hoſtes urgent, paucis amiſ-
57 ſis profugi diſcedunt. Marius ad [4] Zamam pervenit. Id oppidum in campo ſitum, magis opere, quam natura munitum erat, nullius idoneæ rei egens, armis viriſque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu circumvenit: legatis imperat, ubi quiſque curaret. Dein, ſigno dato, undique ſimul clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret: infenſi intentique ſine tumultu manent: prœlium incipitur. Romani pro ingenio quiſque, pars eminus, [5] glande, aut

Veneriam Ptolemæus lib. 4. & Antoninus appellant. quod autem quidam ſcribunt, fuiſſe in Africa alteram Siccam Syphacis regiam, minime id verum eſt. Siga enim, non Sicca Syphacis regia appellabatur. de qua Strabo lib. 17. Ptolemæus libro 4. Plinius lib. 5. cap. 2. & Pomponius Mela libro 1. capite 5. *Caſt.*

1 *Caſum.*] Id eſt, occaſionem præclari facinoris.

2 *Signa inferre.*] *Inferre ſigna*, eſt ſigna contra hoſtem ferre, ut cum eo prælio contendat. Marius igitur ſigna contra Jugurtham, qui ſe in portis oppoſuerat, tulit: & repulſo Jugurtha per vim evaſit. *Sold.*

3 *Mobilitate.*] De levitate Numidarum Ammianus Marcellinus loquitur, cum ad omnes diſſenſionum motus perflabiles gentes Mauricas appellavit. Tertull. lib. de Anima: *tamen vulgata jam res eſt gentilium proprietatum: Comici Phrygas timidos illudunt. Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat.* Ita Tertull. De Dalmatis vero id puto in Hiſtoria ſcripſerat. De Numidis etiam Feſtus Avienus intellexit, in orbis terræ deſcriptione:

——— *Hic fluxa fides, & inhoſpita ſemper*
Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.

Coler.

4 *Zamam.*] Vide ſupra pag. 298.

5 *Glande.*] Videlicet fundis. glans eſt plumbum in glandis modum formatum, quod funda jacitur. *Sold.*

1 *Lapi-*

aut [1] lapidibus pugnare: evadere alii, alii ſuccedere, ac mu-

1 *Lapidibus.*] Qui aut manu, ut plurimum autem balliſta conjiciebantur Jaciebant autem vulgo, & minoribus Ballistis lapides fere centenum pondo, atque eo ſenſu Lucilio ipſa balliſta centenaria dicitur. At majoribus amplius jaciebant, vel pondo 300. Noſtra iſta fulmina hodie non capiunt, aut pervehunt tantum pondus. Igitur non ſolum contundebant, ſed diffringebant omnia & disjiciebant. Tanta autem hujus tormenti vis erat, ut ſcribit Hegeſippus, ut percuſſus unus ex ſociis Joſephi, qui propter adſtaret, comminuto capite rueret, & occipitium ejus uſque ad tertium ſtadium excuteretur, mulier quoque alvo gravis, percuſſa uterum, ſupra dimidium ſtadii de intima ſede genitalis ſecreti excuteret infantem. Non ſolum autem rotundos lapides iſtis jaciebant, ſed enormes & ſepulchrales, imo & molares: quibus domos & ædificia confringerent & quicquid incidiſſent. Formam balliſtæ ubertim Ammianus tradidit his verbis: *dolantur axes duo querni vel ilicei, curvaturque mediocriter, ut promittere videantur in gibbos: hique in medium ferratoriæ machinæ connectuntur, ex utroque latere patentius perforati: quos inter, per cavernas funes colligantur robuſti, compagem, ne diſſiliat, continentes. Ab hac medietate reſtium ſtilus exurgens obliquus, & in modum temonis jugalis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altius tolli poſſit & inclinari; ſummitatique ejus uncі ferrei copulantur, è quibus pendet ſtuppea vel ferrea funda, cui ligneo fulcimentum proſternitur ingens ciliciuum, paleis conſertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum ſuper congeſtos ceſpites, vel latericios aggeres. Nam muro ſaxeo hujuſmodi moles impoſita, diſjectat, quicquid invenerit ſubter, concuſſione violenta, non pondere. Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ impoſito, quaterni altrinſecus juvenes repagula, quibus incorporati ſunt funes, explicantes, retrorſus ſtilum penes uncinum inclinant: itaque demum ſublimis aſtans magiſter, clauſtrum, quod totius operis continet vincula, reſerat malleo forti percuſſum. Unde abſolutus ictu volucri ſtilus, & mollitudine offenſus ciliciі, ſaxum contorquet, quicquid incurrerit colliſurum. & tormentum quidem dicitur, quod ex eo omnis explicatio torquetur; Scorpio autem, quoniam aculeum deſuper habet erectus. Cui etiam onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re, quod aſini feri, cum venatibus agitantur, ita eminus lapides calcitrando poſt terga emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut diffractis oſſibus capita ipſa diſplodant.* Hactenus Ammianus. Duo autem hic præcipue annotanda, de nervis, & funda. Nervi ad omnia hæc tormenta maxime requirebantur, ſecundo capilli, ſi copia eorum non eſſet. Nam tormenta nihil proſunt, niſi funibus nervinis intenta fuerint. Equorum tamen ſetæ de caudis & jubis utiles, indubitanter vero crines fœminarum: illi enim cum tenues ſint, longi; multo oleo perfuſi, cum plectuntur, vires & intentionem validam accipiunt, ut nec diſſonent multum à robore nervorum. Hiſtoriæ etiam paſſim de hoc capillo. Carthaginienſes obſeſſi ad catapultarum intentiones raſerunt fœminas, aliorum crinium inopia. Romani idem fecere: nam in Capitolii obſidione, cum nervorum copia defeciſſet, matronæ abſciſſos crines ſuos viris obtulere; & ad hanc memoriam Veneri Calvæ templum ſtructum fuit. Idem de mulieribus Salonenſibus apud Cæſarem, de Aquileienſibus apud Capitolinum legimus. Funda, quæ in Balliſta ſive Scorpione ponitur, ſtuppea aut ferrea, receptaculum lapidis fuit, & in qua firmaretur. Et ideo ipſæ balliſtæ ſive Monangones, à nonnullis fundæ vocantur, Græcis σφενδόναι, quas rectiſſime Hieronymus *fundibalas* vertit. Ita enim illo ævo dixerunt. *Lipſ.* Hæc antiquitatis cauſa inſerere viſum fuit. vide & *Stewech.*

2 *Suffo-*

murum modo [1] ſuffodere, modo [2] ſcalis aggredi; cupere [3] prœlium in manibus facere. Contra ea oppidani in proxumos ſaxa volvere, ſudes, pila, [4] præterea pice & ſulphure tædam

1 *Suffodere.*] Hoc eſt, ſuffodiebant, ut everterent, aut per cuniculos ingrederentur. *Bad.*

2 *Scalis.*] Scalarum varia fuerunt genera: quædam enim ex his erant compactiles, id eſt, quæ aût pluribus partibus conſtant, & plicari rurſumque explicari poſſunt, aut ipſi gradus removeri & recondi, quaſi in vaginam, ſtipite coëunte. Fuere item coriaceæ, reticulatæ, ſtuppeæ, de quibus in Herone cap. 11. ita ſcriptum: *Illas*, ait, *eſſe inſtar utrium conſutas è corio, & inunctas ſevo aut adipe circa ſuturas, ne evaporent: eaſque erigi ad murum ſpiritu inflatas, & dare aſcenſum. Reticulatas autem format è ſtuppeis funibus, inſtar retis contextas: ad quarum ſummitates hamos adjicit, ut murorum pinnas apprehendant. Sunt & ſcalæ, quas ipſe ſpectatores appellat, ita inſtructæ, ut in ſupremis aliquis conſtitui poſſet, qui ſpectet, quid in urbe agatur.* Sunt & alia, quæ etſi non formam, tamen uſum ſcalarum habebant. Quales ſunt Tollenones & Sambucæ, de quibus Vegetius. *Lipſ.*

3 *Prælium in manibus facere.*] Cominus pugnare.

4 *Præterea pice & ſulphure tædam miſtam ardenti mittere.*] In antiquiſſimo codice ita legimus: *Præterea picem, & tedam miſtam cum ardenti ſulphure mittere.* Caſt. *Præterea pice & ſulphure tædam miſtam.*] Aldinus & Gothi codices habent *tæda*. Atqui, ut ingenue, quod ſentio, fatear, *picem mixtam tæda*, vix abs quoquam intelligi puto. Veteres alii codices habebant: *Præterea pice & ſulphure tædam mixtam.* Et *mixtam*, id eſt, illitam recte exponit Badius, qui ad hunc modum legiſſe videtur. *Glar. Pice & ſulfure tædam miſtam.*] In omnes è ligno machinas duo maxime tela valuerunt, ſaxa & ignes. Lucanus:

Sed ſuper & flammis, & magno fragmine molis,
Et ſudibus crebris, & aduſti roboris ictu,
Percuſſa cedunt crates, fruſtraque labore
Exhauſto, feſſus repetit tentoria miles.

Ignes autem fuere varii. Fuere faces, communes illæ è picea, larice, abiete, & quibus in uſum luminis domi etiam uſi: etſi hæ, credo, paulo robuſtiores, aut grandiores. Has manu jaciebant, & deſtinabant in machinas propinquas, ſed & iis pugnabant. Aliæ magis ſepoſitæ, & militares, quas malleolos dicebant. Id quoque duplex genus. Simplices & rudes, de quibus ita Nonius Marcellus: *Malleoli ſunt manipuli ſpartei, pice contecti, qui incenſi aut in muros, aut in teſtudines jaciuntur.* Hæc ille. Ita autem Feſtus: *Malleoli vocantur non ſolum parvi mallei, ſed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad ſimilitudinem priorum.* Hactenus Feſtus. Atque hi non aliud videntur, quam manipulus aut collectio ſpartea, ligata in medio forma quadam mallei, & pice aut ſulphure illita, ſic projecta. Ligni aut ferri hic nulla mentio. At alterum genus, magis efficax & militare, quod teli in morem formatur & aptatur. Id Ammianus ex profeſſo deſcribit libro XIII. *Malleoli, teli genus, figurantur hac ſpecie: Sagitta eſt cannea, inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata; quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concavatur, ventre ſubtiliter, & plurifariam patens; atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento. Et ſic emiſſa lentius invalido arcu (jactu enim rapidiore extinguitur) ſi hæſerit uſquam, tenaciter cremat: aquiſque conſperſa, acriores excitat æſtus incendiorum, nec remedio ullo, quam ſuprajecto pulvere conſopitur.* Simile telum erat falarica,

tædam miſtam ardenti mittere. Sed ne illos quidem, qui procul manſerant, timor animi ſatis muniverat. Nam pleroſque [1] jacula, [2] tormentis, aut manu emiſſa vulnerabant: parique periculo, [3] ſed fama impari, boni atque ignavi erant. Dum apud Zamam ſic certatur, Jugurtha ex improviſo caſtra hoſtium cum magna manu invadit: remiſſis, qui [4] in præſidio erant, & omnia magis, quam prœlium, exſpectantibus, [5] portam irrumpit. At noſtri, repentino 58

metu

larica, de qua Livius libro XXI. *Falarica erat Saguntinis miſsile telum, haſtili oblongo, & ceteratereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. Id ſicut in pilo, quadratum, ſtupa circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum armis transfigere corpus poſſet.* Hæc Livius. Terribile telum, ſi examinatis, viſu & ictu: & hæc talia, quid niſi præludia noſtrorum fulminum? Attexere huc libet in eadem Saguntina Hiſtoria locum Silii:

Armavit clauſos, ac portis arcuit hoſtem
Librari multa conſueta Falarica dextra,
Horrendum viſu robur, celſiſque nivoſæ
Pyrenes trabs lecta jugis: cui plurima cuſpis,
Vix muris toleranda fuit. Sed cetera pingui
Uncta pice, atque atro circumlita ſulfure fumat.
Fulminis hæc ritu ſummis è mœnibus arcis
Incita, ſulcatum tremula ſecat aëra flamma.

Sed ſatis jam ignium. *Lipſ.*

1 *Jacula.*] Illa duorum fuere generum: Rudia & ferrata. Rudia appello, quæ ſimplici ligno conſtabant, non alia materia ad lædendum. In eo genere ſudes & faces. Jacula ferrata pluria multigenera ſunt, nec alia in re fœcundius Martialia luſerunt ingenia. Crebriora fuere haſta, lancea, geſum, tragulum, ſecuris, aliaque. *Idem.*

2 *Tormentis.*] Omnis machina, qua aliquid vi emittitur, dicebatur tormentum: ſicut nunc vulgo baliſtæ & bombardæ vocantur. *Sold.*

3 *Sed fama impari.*] Boni enim egregiam famam aſſequebantur, ignavi vero timiditatis notam. *Caſt.*

4 *In præſidio.*] Hoc eſt, protectione caſtrorum.

5 *Portam irrumpit.*] Portæ in caſtris quatuor, ad unumquodque latus una. Atque inter eas prima Prætoria. Solet ea plerumque obverti hoſti, ut Decumana averti: & per hanc plerunque exercitus in prælium ductus. Livius vocat Extraordinariam, ab iis ipſis turmis & cohortibus, quæ illuc tendunt. Duæ laterales & proximæ portæ principales, è quibus læva altera, ad diſcrimen, altera dextra: ita dictæ, quod ibi tendunt principes ordines, capita & apices caſtrorum, ut tribuni, præfecti, primique centurionum: vel etiam à Principiis ipſis, ſed tum magis eſſent principales. Quarta decumana, à cohortibus Decimis ibi tendentibus dicta. Ea eſt oppoſita Prætoriæ, & remota ab hoſte. Hæc eadem Quæſtoria olim dicta. Extra hanc ſupplicia à militibus delinquentibus ſumpta. Inferior ætas minores quaſdam portulas interſtruxit. Fores & januæ etiam iis impoſitæ, ad ſerandum ac reſerandum. Turres etiam in portis ad defenſionem fuere. Quæ talia tamen non niſi in ſtativis, & diuturnioribus ſedibus habuiſſe credendum eſt; in unam noctem ne foribus quidem valde opus. Portæ ſingulæ 50 pedum: latiore enim ingreſſu opus vehiculis & jumentis. *Lipſ.*

metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars vulnerati, aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis Romani, [1] grege facto locum capere paullo, quam alii, editiorem: neque inde maxuma vi depelli quiverunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus [2] minus frustrari: sin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, & eos maxuma vi cædere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrume rem gereret, clamorem & tumultum hostilem à tergo accepit: dein, converso equo, animadvortit fugam ad se vorsum fieri. quæ res indicabat popularis esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum, eumque lacrumans per amicitiam, perque rempubl. obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostes inultos abire sinat. Ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super [3] vallum præcipitarentur, alii [4] in anguſtiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exer-
59 citu revortitur. Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare jubet: portas, & proxuma loca tribunis dispertit: dein ipse pergit ad oppidum, atque, uti superiore die, murum aggreditur. Interim Jugurtha ex occulto repente nostros invadit. qui in primo locati fuerant, paullisper territi [5] perturbantur: reli-

1 *Grege.*] Id est, globo quodam facto.

2 *Minus frustrari.*] Id est, tela frustra non remittebant, nam quo hostes numero plures essent, vehementius aliquem assequebantur, & telo eos acriter conficiebant. *Sold.*

3 *Vallum.*] Vide supra p. 239.

4 *In anguſtiis.*] Portarum: multi dum per locum angustum erumpere conantur, sibi invicem nocebant. *Sold.*

5 *Perturbantur*] Id est, dissipantur. Dicit autem Jugurtham invasisse, non eos qui cum Metello erant in oppugnatione urbis: sed equitatum, qui in præsidio castrorum relictus erat. *Idem.*

1 Non

Digitized by Google

reliqui cito ſubveniunt. Neque diutius Numidæ reſiſtere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent: quibus illi freti, [1] non ut equeſtri prœlio ſolet, [2] ſequi, dein cedere, [3] ſed advorſis equis concurrere, implicare, ac perturbare [4] aciem, [5] ita, expeditis peditibus ſuis, hoſtis pœne victos dare. Eodem 60
tempore apud [6] Zamam magna vi certabatur. Ubi quiſque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrume niti, neque alius in alio magis, quam in ſeſe, ſpem habere: pariterque oppidani agere, [7] oppugnare, aut parare omnibus locis: avidius alteri alteros ſauciare, quam ſemet tegere. clamor permixtus, hortatione, lætitia, gemitu: item ſtrepitus armorum ad cœlum ferri: tela utrimque volare. Sed illi, qui mœnia defenſabant, ubi hoſtes paullulum modo pugnam

1 *Non uti equeſtri prælio ſolet.*] Acies igitur tum diverſa fuit à pure equeſtri. Pediti enim ordinaria committebatur pugna, non equiti, niſi fugiente jam hoſte. Vegetius lib. III. cap. XIV. *Sciendum eſt, ſtantibus duobus ordinibus, tertium & quartum ordinem ad provocandum cum miſſilibus & ſagittis primo loco ſemper exire, qui, ſi hoſtem in fugam vertere potuerint, ipſi cum equitibus perſequantur.* Hæc ille. Clare igitur equiti tribuit partes quieſcendi, donec hoſtis in fuga ſit. Pugnabant igitur pedites primi, equites ultimi decernebant. Porro veteres equeſtribus turmis in pugna ſubinde ita miſcebant pedites, ut quaſi unam efficerent turmam, & vir viro, pedes equiti interponeretur, ut teſtatur Vegetius libro 3. cap. 16. Qui mos propter periculum, ne pedes ab equite conculcetur, hodie in uſu non eſt, ſecus atque apud antiquos. *H. Hugo.*

2 *Sequi, dein cedere.*] Alibi etiam hunc morem deſcripſiſſe videtur Salluſtius. hæc enim verba ex hiſtoriarum fortaſſe libris citantur à Servio in II. Æn.: *More equeſtris prælii ſumptis tergis ac redditis.* Caſt.

3 *Sed concurrere.*] Pro concurrebant equis adverſis, & implicabant ac perturbabant aciem. In equeſtri prælio ſolet hic modus eſſe pugnandi, ut equites hoſtem invadant: & poſt impreſſionem non terga vertant, ſed retro paulatim cedant, niſi in primo concurſu hoſtem funderent. *Sold.*

4 *Aciem.*] Romanorum. Quæ dicta eſt acies, quod in morem cuneorum anteriorem partem ad inſultum commode faciendum acutiorem habet. unde & cuneus dici ſolet pars exercitus ſic inſtructa, ut cunei figuram exhibeat. *Bad.*

5 *Ita expeditis peditibus ſuis hoſtes pene victos dare.*] Jugurthini equites adverſis equis concurrentes, implicantes, ac perturbantes Romanorum aciem, præbebant peditibus ſuis Romanos pene victos. expediti enim pedites facilius perturbatam Romanorum aciem ſuperabant. & ita *expeditis peditibus ſuis* ſunt dandi caſus. *Caſt.*

6 *Zamam.*] Vide ſupra pag. 298.

7 *Oppugnare.*] Obſeſſi nunquam ſimpliciter dicuntur *oppugnare*, ſed *propugnare*: quemadmodum viciſſim obſidentes nunquam *propugnare*, ſed *oppugnare*. Itaque hic reponendum *propugnare* docuimus IV. Obſ. *Gronov.*

1 *Uti*

pugnam remiſerant, intenti prœlium equeſtre proſpectabant. Eos, [1] uti quæque Jugurthæ res erant, lætos, modo pavidos animadverteres: ac, ſicubi audiri à ſuis, aut cerni poſſent, monere alii, alii hortari, aut manu ſignificare, aut niti corporibus: huc & illuc, quaſi vitabundi, aut jacientes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum eſt, (nam is in ea parte curabat) conſulto lenius agere, ac diffidentiam rei ſimulare: pati Numidas ſine tumultu, regis prœlium viſere. Ita, illis [2] ſtudio ſuorum adſtrictis, repente magna vi murum aggreditur: & jam ſcalis egreſſi milites prope ſumma ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt. Noſtri primo reſiſtere: dein ubi unæ atque alteræ ſcalæ comminutæ, qui ſuperſteterant afflicti ſunt: cæteri, quo quiſque modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, ab-
61 eunt. Deinde utrimque prœlium nox diremit. Metellus poſtquam videt fruſtra inceptum; neque oppidum capi, neque Iugurtham, niſi ex inſidiis, aut ſuo loco pugnam facere; & jam æſtatem exactam eſſe; ab [3] Zama diſcedit: & in iis urbibus, quæ ab ſeſe defecerant, ſatiſque munitæ loco, aut mœnibus erant, præſidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam, quæ proxuma eſt Numidiæ, hiemandi gratia collocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriæ concedit, ſed, quoniam armis bellum parum procedebat, inſidias regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, & inde clam, vadibus datis, de Maſſivæ nece, judicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit, ut ad ſe colloquendi gratia occultus veniat: dein, fide data, ſi Iugurtham

1 *Uti quæque res erant Jugurthæ.*] Scilicet vel proſperæ, vel adverſæ.

2 *Studio ſuorum adſtrictis.*] Id eſt, dum affectu ſuorum intenti, equeſtre prælium intuentur.

3 *Zama.*] Hujus deſcriptionem vide ſupra pag. 297.

1 *Sua*

tham vivum, aut necatum ſibi tradidiſſet, fore, ut illi ſenatus impunitatem, & [1] ſua omnia concederet. Facile Numidæ perſuadet, cum ingenio infido, tum metuenti, ne, ſi pax cum Romanis fieret, ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur. Is, ubi primum opportunum fuit, Jugurtham 62
anxium, ac miſerantem fortunas ſuas accedit: monet, atque lacrumans obteſtatur, ut aliquando ſibi, liberiſque, & genti Numidarum optume merenti, provideat: omnibus præliis ſeſe victos, agrum vaſtatum, multos mortalis captos, occiſos, regni opes comminutas eſſe: ſatis ſæpe jam & virtutem militum, & fortunam tentatam: caveat, ne illo cunctante, Numidæ ſibi conſulant. His, atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Jugurtham imperata facturum dicerent, ac ſine ulla pactione ſeſe, regnumque ſuum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos ſenatorii ordinis [2] ex hibernis arceſſi jubet: eorum, atque aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet. Ita more majorum, ex conſilii decreto, per legatos Jugurthæ imperat, argenti pondo [3] ducenta millia, elephantos omnis, equorum, & armorum aliquantum. Quæ poſtquam ſine mora facta ſunt, jubet perfugas omnis vinctos adduci. Eorum magna pars, uti juſſum erat, [4] adducti: pauci, cum primum deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi armis, viriſque, & pecunia ſpoliatus eſt, cum ipſe [5] ad imperandum

1 *Sua omnia.*] Nam omnia, quæ poſſidebat, publica fuiſſent.

2 *Ex hibernis.*] Ex manſionibus, ubi hiemabant.

3 *Ducenta millia pondo.*] Id eſt, librarum argenti.

4 *Adducti.*] Tria millia amplius perfugarum reddidit Jugurtha, & præterea 300. obſides dedit. *Oroſius.*

5 *Ad imperandum.*] Ut imperaretur. & ſane gerundia tam ab agentis, quam à patientis ſignificatione proferuntur, ut ſæpe teſtatur Servius: & ſcriptorum auctoritate comprobatur. inquit ergo Salluſtius: Cum Jugurtha, ut imperaretur, vocatus eſſet à Metello Tiſidium, &c. recte autem dicimus, Jugurtha imperaretur: etſi id minus frequens. Horatius epiſt. 5. libri prioris:

Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Invitus. ——

Ser-

dum [1] Tisidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, & ex mala conscientia digna timere. Denique, multis diebus per dubitationem consumtis, cum modo tædio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret; interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis, magnisque præsidiis nequicquam perditis, de integro bellum sumit. Et Romæ [2] senatus, de provinciis consultus; Numidiam Metello decre-
63 verat. [3] Per idem tempus [4] Uticæ forte [5] C. Mario, per hostias

Servius interpretans illud Virgilii Ecloga 1.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:

Ita inquit: *Cantando à passivo ait, cum supra ab activo dixerit. ut* Cantando tu illum? *tale est illud in Sallustio:* Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur: *id est, ut ei imperaretur.* Hæc ille. forte, *ad imperatorem* legendum est. *Imperandum.*] Faciunt ad hunc locum verba Ciceronis ex lib. IX. Epist. XXV. *nunc ades ad imperandum, aut ad parendum potius.* sic antiqui loquebantur. Senec. lib. VI. de Benef. cap. XV. *Imperatori* posuisse videtur, pro eo cui imperatur. *Ursin.*

1 *Tisidium.*] Id est, ad illud oppidum in provincia. *Tisidium.*] Tisidium oppidum puto, quod Ptolemæus vocat Thisicam, inter Thabracam civitatem & Bagrada flumen, medium inter Uticam & Carthaginem in provincia Romanorum: ad quam urbem verisimile est Metellum Jugurtham vocasse, ut in suum nidum. *Glar.*

2 *Senatus de provinciis consultus.*] Id est, rogatus. Senatus consules creare non poterat: sed consulibus creatis provincias decernere poterat, & finito anno eis imperium prorogare: & tunc non consules, sed proconsules dicebantur. *Sold.*

3 *Per idem tempus.*] Ordo est: Aruspex per idem tempus dixerat C. Mario, Uticæ forte supplicanti Diis, per hostias magna atque mirabilia portendi. Aruspices dicebantur, qui per qualitatem hostiarum, Deorum voluntatem explorabant, & extis earum inspectis futura prædicebant. Virgil. in IV. Æneid.

—— *Pecorumque reclusis*
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Duo autem hostiarum genera erant: unum, in quo per exta voluntas Deorum disquirebatur; alterum, in quo sola anima sacrabatur. Unde aruspices has vocabant hostias animales. Porro per hostias aruspices ita auspicia captabant, videlicet si hostia ab ara aufugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oportebat, cecidisset, tristia portenderet: & hujusmodi auspicia piacularia appellabantur. Si autem cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset, pestifera auspicia dicebantur, quia tristia similiter portendebant. Si autem exta integra, læta ac vigentia fuissent, fœlicia ostendebant. *Exta* autem dicta sunt, quod ea Diis proferantur, quæ maxime extant eminentque: sicuti intra corpus, cor & jecur, præ cæteris partibus maxime eminent. *Soldus.*

4 *Uticæ forte.*] Vide supra p. 243.

5 *C. Mario.*] Plutarchus in vita Marii, paulo post id factum fuisse scribit, postquam videlicet Marius à Metello dimissus erat ad petendum consulatum. *Cæs. C. Mario.*] Cajus Marius municeps

[1] hoſtias diis ſupplicanti, magna, atque mirabilia portendi [2] haruſpex dixerat: proinde, quæ animo agitabat, fretus

niceps Arpinas, humili atque obſcuro loco natus, nulla majorum commendatione, ampliſſimos honores eſt conſecutus. Contigit illi quod haud ſcio, an ulli, ut duabus in Ædilitate acceptis repulſis, ſepties tamen Conſul ſummo populi ſtudio crearetur. Vir, quem neque propter dignitatem laudare ſatis quiſquam commode, neque propter crudelitatem abunde vituperare poteſt. Nemo unquam tanto metu & periculo remp. liberavit, nemo majori calamitate eandem affecit. Qui enim gladios Cimbrorum & Teutonum in remp. diſtrictos à jugulis civium rejecerat; qui faces jam accenſas ad urbis excidium, extinxerat; qui urbem & Italiam ex ore atque faucibus hoſtium eripuerat, ipſe ille libertatis Romanæ vindex, primus in remp. gladium diſtrinxit, primus ſceleratas faces patriæ intulit, vaſtitate denique Italiam: cædibus, incendio, ruina urbem replevit. Juſtas ergo & debitas pœnas reip. perſolvit. armis Sullanis ejectus, in Minturnenſium paludibus latuit: terra marique jactatus, in oris Africæ deſertiſſimis jacuit. Filius non ita multis poſt annis in cuniculis Prænefte trucidatur, memoria ſimul & nominis & generis interiit. Extat Epigramma vetus in libro urbis antiquæ, quod res ejus geſtas indicat, ejuſmodi: C. MARIVS PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EX. SORTEM BELLVM CVM JVGVRTHA REGE NVMID. VEL. PRO COS. GESSIT, EVM CEPIT, ET TRIVMPHALIS IN JOVIS ÆDEM SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT. III CONSVL ABSENS CREATVS EST. IIII TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT. V. CONSVL CIMBROS FVGAVIT. EX IBIS ET TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT. REMPVB. TVRBATAM SEDITIONIBVS, ET TR. PL. ET. PRÆTOR. QVI ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT, VI VINDICAVIT. POST LXX. ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA PVLSVS, ARMIS RESTITVTVS VII COS. FACTVS EST. DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS ÆDEM HONORI, ET VIRTVTI VICTOR FECIT VESTE TRIVMPHALI, CALCEIS PVNICEIS. *Strein.*

1 *Hoſtias.*] Servius cenſet dici *hoſtias* ſacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hoſtem pergunt: *victimas* quæ poſt victoriam. Contra legitur apud Gellium, hoſtiam immolari à quovis ſacerdote poſt cæſos hoſtes, victimam cadere ejus, qui vicerit. Adſtipulatur Ovidius in Faſtis:

Victima quæ cecidit dextra cervice vocatur:
Hoſtibus à victis hoſtia nomen habet.

Feſtus putat hoſtiam ex eo dictam, quod *hoſtire* tantundem veteribus fuerit atque ferire. Hoſtiarum variæ erant ſpecies: quædam enim eximiæ vocabantur, quod ſacrificiis deſtinatæ eximerentur ex grege. Quædam præcidaneæ, quæ mactabantur ante ſacrificia ſolennia, quæ cæderentur præ aliis. Erant & ſuccidaneæ, quæ ſi primis hoſtiis litatum non erat, cædebantur poſt illas. Amburvales item & ambarvales, quæ circum terminos urbis vel circa arva duci ſolebant. Injuges, quod nunquam fuiſſent domitæ, aut ſubditæ jugo, ex Trebatii mente apud Macrobium Saturnal. 3. cap. 5. Erant & caviares hoſtiæ, quod caviaria, id eſt, hoſtiæ pars duceretur cauda tenus, atque adeo in ſacrificio collocaretur in Pontificum collegio quinto quoque anno. Erant prodigiæ hoſtiæ quæ in totum prodigebantur, id eſt, conſumebantur. Denique Aringam hoſtiam intelligit Scaliger, cujus adhærentia inſpiciebantur exta. *Funger.* De ritibus in hoſtiis ſacrificandis non opus eſt multum diſſerere. Vide paſſim Antiquarios.

2 *Aruſpex.*] Vide ſupra p. 121.

tus diis ageret : fortunam quam ſæpiſſume experiretur ; cuncta proſpere eventura. At illum jam antea conſulatus ingens cupido exagitabat : ad quem capiundum, [1] præter vetuſtatem familiæ, alia omnia abunde erant ; [2] induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia, [3] animus belli ingens, domi modicus, lubidinis, & divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Sed is natus, & omnem pueritiam [4] Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis mun-

1 *Præter vetuſtatem familiæ.*] Falſus eſt manifeſti erroris reus Velleius, qui ſcribit Marium equeſtri loco natum. Plinius: *Ille arator Arpinas & manipularis Imperator.* Colet.

2 *Induſtria.*] *Induſtria* proprie dicitur exercitata vis ingenii.

3 *Animus belli ingens.*] *Belli* adverbialiter poſitum eſt, ſicut & domi. Id eſt, in bello magnum animum habebat, in pace moderatum ac temperatum. *Sold.*

4 *Arpini altus.*] Valerius quoque Maximus Marium Arpinatem fuiſſe ſcribit. Ita autem loquitur lib. VI. cap. VIII. *Jam C. Marius maxima Fortunæ luctatio eſt. Omnes enim ejus impetus tam corporis quam animi robore fortiſſime ſuſtinuit. Arpini honoribus judicatus inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt. Patientia deinde repulſarum irrupit magis in curiam, quam venit.* Mox: *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romæ, tamque faſtidiendo candidato, ille Marius evaſit, qui Africam ſubegit, Jugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exercitus delevit.* Unde Juvenal. Sat. VIII.

Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro :
Nodoſam poſthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.
Hic tamen & Cimbros & ſumma periculaterum
Excipit ; & ſolus trepidantem protegit Urbem. Cluver.

Arpini.] Vetuſtiſſima hujus oppidi mentio apud Livium lib. VIII. poſt Romam conditam CCCCXLVIII. Biennio poſt municipium factum fuiſſe Romanum oſtendit Livius ſub initium lib. X. & lib. XXXVIII. de Arpinatibus ita loquitur : *De Formianis Fundaniſque municipibus & Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, ut iis ſuffragii latio (nam ante ſine ſuffragio habuerunt civitatem) eſſet. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate ſenatus ferretur, intercederent : edocti, populi eſſe, non ſenatus, jus, ſuffragium, quibus velit, impartiri, deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, ut in Æmilia tribu Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates forent.* Feſtus quoque inter præfecturas Arpinum connumerat, nempe eas, in quas ibant præfecti, quos prætor urbanus in quæque loca miſerat legibus. *Cluv.* Arpi autem aliquando Argos Hippion, juxta Plinium, mox Argyripa dicti juxta eundem. At Virgil. Æneid. XI.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Garganci condebat Iapygis oris.

Diomedes, inquit Servius ad hunc locum, *fuit de civitate, quæ Argos Hippion dicitur, de qua Homerus* Ἄργος ἱππόβοτον. Horatius aptum dicit equis Argos. Hic in Apulia condidit civitatem, quam patriæ ſuæ nomine Argos Hippion

munditiis ſeſe exercuit; ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militarem à populo petit, pleriſque[1] faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magiſtratu, alium poſt alium ſibi peperit: ſemperque in poteſtatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. tamen is [2] ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione [3] præceps datus eſt) conſulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magiſtratus plebes, conſulatum nobilitas inter ſe [4] per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur. Igitur, ubi Ma- 64
rius haruſpicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello petundi gratia miſſionem rogat: cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis ſuperabant, tamen inerat contemtor animus, & ſuperbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus inſolita re, mirari ejus conſilium, & quaſi per amicitiam monere, ne tam prava inciperet, neu ſuper fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda eſſe: debere illi res ſuas ſatis placere: poſtremo caveret id petere à populo Rom. quod illi jure negaretur. Poſtquam hæc, atque alia talia dixit, neque animus Marii flectitur; reſpondit, ubi primum potuiſſet per negotia publica, facturum ſeſe,

pion dixit, quod nomen poſtea vetuſtate corruptum, & factum eſt, ut civitas Argyripa diceretur, quod rurſus corruptum Arpos fecit. Polybius corrupte Ἀργυππαίων appellavit. Meminere quoque hujus urbis præter alios Strabo, Appianus, Ptolemæus, Varinus, Lycophronis Scholiaſtes. *Leopard. Arpini altus.*] In villa Cirrhæatone. *Plutarchus.*

1 *Faciem ejus ignorantibus.*] Marius quia ſemper in bello verſatus erat, magis nomine & fama quam facie notus erat populo. Cum ergo in comitiis tribunatum peteret militarem, multi neſciebant, quis eſſet. Sed poſtquam dictum eſt, eum eſſe Cajum Marium, cujus fama in bello clara erat, omnes tribus eum tribunum declaraverunt. *Sold.*

2 *Ad id locorum.*] Id eſt, uſque ad id tempus.

3 *Præceps datus eſt.*] Id eſt, præcipitavit ſe ambitione: quia ſupra modum proclivis fuit ad honores.

4 *Per manus.*] Id eſt, per ſucceſſionem: quia cum aliquis nobilis deponebat conſulatum, alii nobili tradebat ipſum conſulatum.

ſeſe, quæ peteret. ac poſtea ſæpius eadem poſtulanti fertur dixiſſe, ne feſtinaret abire: ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturum. Is eo tempore in [1] contubernio patris ibidem militabat, [2] annos natus circiter xx. [3] quæ res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine, atque ira peſſumis conſultoribus, graſſari: neque facto ullo, neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret: milites, quibus in hibernis præerat, [4] laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticæ erat, criminoſe ſimul & magnifice de bello loqui: ſi dimidia pars exercitus ſibi permitteretur; paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: [5] ab imperatore conſulto trahi, quod [6] homo inanis, & ſuperbiæ regiæ, imperio nimis gauderet. [7] Quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiaris corru-
65 perant: & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. Erat præterea

1 *Contubernio patris.*] Contubernium dicitur tabernaculum, in quo milites habitant plures.

2 *Annos natus circiter viginti.*] Plutarchus in Mario hunc Metelli filium tunc admodum puerum fuiſſe tradit, his verbis, *ἐπὶ δὲ ὁ παῖς τότε Μετέλλου παντάπασι μειρακίσκος*, quare videtur legendum xv. Solebant enim adoleſcentes militiæ uſum diſcendi gratia cum magiſtratibus contubernales in provincias proficiſci. Cicero pro Plancio: *Hic adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab ſanctiſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulavit.* Et filios aliquando ſuos contubernales Imperatores habebant. Frontinus in Strategematis: *P. Rutilius Coſ. cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit.* Verum cum Salluſtius dicat, *militabat*; & militaris ætas fuerit annorum xvii. nonnihil dubito. *Ciacon. Annos natus circiter viginti.*] Ætas conſularis legibus Romanis erat annorum 43. ut docet Cicero Phil. 5.

3 *Quæ res Marium, &c.*] Ita recte ſe habent Codices in membrana deſcripti, vulgata enim lectio merito rejicitur. Senſus hic eſt: Quæ res Marium cum ad acrius contendendum pro adipiſcendo conſulatu, quem oppetebat, tum vero ira in Metellum incenderat, atque inflammarat. *Riv.*

4 *Laxiore imperio.*] Id eſt, molliori regimine.

5 *Ab imperatore conſulto trahi.*] Sic etiam Mſſ. noſtri omnes, abſque voce, *bellum*, inſerta ab impreſſoribus. *Grut.*

6 *Homo inanis.*] Id eſt, cupidus gloriæ ſine virtute.

7 *Quæ omnia.*] Ea quæ dicebat mercatoribus ſatis vera videbantur, duabus de cauſis: videlicet, quia dum Metellus diutius in bello gerendo eſt occupatus, res eorum domeſticæ vehementer afflictæ & diminutæ ſunt: & quia ipſi mercatores

terea in exercitu noſtro Numida quidam, nomine Gauda, Manaſtabalis filius, Maſiniſſæ nepos, quem Micipſa teſtamento [1] ſecundum heredem ſcripſerat, morbis confectus, & ob eam cauſſam mente paullulum imminuta. Cui Metellus [2] petenti, more regum, uti ſellam juxta poneret, item poſtea [3] cuſtodiæ cauſſa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Rom. reges appellaviſſet: præſidium, quod contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani, ſatellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, uti contumeliarum in imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat: hominem ob morbos animo parum valido [4] ſecunda oratione extollit: illum regem, virum ingentem, Maſiniſſæ nepotem eſſe; ſi Jugurtha captus, aut occiſus foret, imperium Numidiæ ſine mora habiturum: id adeo mature poſſe evenire, ſi ipſe conſul ad id bellum miſſus foret. Itaque & illum, & equites Romanos, milites, & negotiatores, alios ipſe, pleroſque pacis ſpes impellit, uti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant, Marium imperatorem poſcant. Sic illi à multis mortalibus [5] honeſtiſſima ſuffragatione conſulatus petebatur. ſimul ea tempeſtate plebes [6] nobilitate

catores cupiebant, ut cito bellum finiretur. Et ideo facile credebant Metellum protrahere bellum, quia ipſi cupiebant ut cito finiretur. Animo autem cupienti nil ſatis feſtinatur. *Sold.*

1 *Secundum hæredem.*] Secundus hæres dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. Boëtius in Comment. in Top. Ciceronis.

2 *Petenti, more, &c.*] Tranſpoſui interpunctionem. nam in aliis editionibus, *petenti more regum, ut ſellam, &c.* perperam. nec enim ſecutus eſt morem regum in eo, quod petierit ſellam juxta Metellum. non ſed voluit etiam ſibi tribui, quod ſcierat datum Maſiniſſæ, Micipſæ, Jugurthæ, aliiſque ſui, & peregrini ſanguinis regibus. *Grut.*

3 *Cuſtodiæ cauſſa, &c.*] Satis quidem fidenter ille, qui notat ad hunc locum: *ſolebat populus Romanus confœderatis regibus turmam equitum præſidii cauſſa adjungere*: ſed unde hoc ille eruerit, ſcire admodum aveam. ego enim id nego, ac pernego. *Idem.*

4 *Secunda oratione.*] Id eſt, obſequenti ſermone; quia Marius dicebat ea, quæ grata erant Gaudæ.

5 *Honeſtiſſima.*] Quia non petere conſulatum, ſed poſci ad conſulatum ſic videbatur.

6 *Nobilitate fuſa.*] Id eſt, perculſa & perterrita.

tate fusa [1] per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Ma-
66 rio cuncta procedere. Interim Jugurtha postquam, omissâ deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum: civitates, quæ ab se defecerant, formidine, aut ostentando præmia affectare: communire suos locos: arma, tela, aliaque, quæ spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: [2] servitia Romanorum allicere, & eos ipsos, qui in præsidiis erant, pecunia tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur [3] Vaccenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, præsidium imposuerat, fatigati regis suppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se conjurant: (nam vulgus, uti plerumque solet, & maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum, erat cupidum novarum rerum, quieti & otio advorsum) dein, compositis inter se rebus, in diem tertium constituunt, quod is festus celebratusque per omnem Africam, ludum, & lasciviam magis, quam formidinem, ostentabat. Sed, ubi tempus fuit, centuriones, tribunosque militaris,

1 *Per legem Mamiliam.*] Supra vidimus, Mamilium tribunum plebis tulisse legem; uti quæreretur in eos, quorum consilio Jugurtha senatus decreta neglexisset. quippe, &c. quare nobiles multi damnati sunt, ut ex Cicerone didicimus. *Cast. Per legem Mamiliam, &c.*] Sic & codex manuscriptus, & ille Parisiis à Badio excusus. Verum exemplar Gymnici habet in margine *Manliam*, quomodo & Venetum, Argentoratense, & alia pleraque. Sed & illud ibidem Gymnicus, hac lege cautum fuisse, uti re male gesta ab nobilitate, mandarentur novis hominibus magistratus. Atqui hanc ipsam legem Franc. Philelphus latam à Mamilio tribuno pl., Pomponius vero Lætus à Manilio dicit: nisi sint mendosi codices. In re quidem ambo consentiunt, nempe latum fuisse: ut quoniam res à nobilibus male gestæ forent, etiam ii jam ad magistratus admitterentur, quorum majores in rep. magistratum non gessissent: cujusmodi homines novi appellentur. Hæc uterque totidem fere verbis. Cæterum in nomine dissentiunt. nam Mamilius à Philelpho qui legem tulerit, Manilius à Pomponio dicitur. Ego pleriſque conjecturis adducor, uti suspicer hunc eundem ferme esse, de quo & superius est à Sallustio mentio facta. Quo loco satis multa diximus. Nisi quis trib. pl. L. Manlium Mantinum intelligere malit, de quo sic infra Sallustius: *Itaque* (inquit) *perculsa nobilitate, post multas tempestates novo homini consulatus mandatur, & postea populus à tribuno plebis L. Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium jussit.* Riv.

2 *Servitia.*] Id est, servos Romanorum, pollicendo eis libertatem & præmia.

3 *Vaccenses.*] Vide supra p. 249.

1 *Stu-*

litaris, & ipſum præfectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium domos ſuas invitant: eos omnis, præter Turpilium, inter epulas obtruncant: poſtea milites palantes, inermes, quippe in tali die, ac ſine imperio aggrediuntur. Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii [1] ſtudio talium rerum incitati, quîs acta, conſiliumque ignorantibus tumultus ipſe, & res novæ ſatis placebant. Romani 67
milites, improviſo metu, incerti ignarique, quid potiſſumum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna, & [2] ſcuta erant: præſidium hoſtium, portæ ante clauſæ fugam

1 *Studio talium rerum.*] Non quia intelligebant conſilium conjurationis, ſed quia ejuſmodi res novæ eis placebant.

2 *Scutum.*] Cui nomen ἀπὸ τοῦ σκύτους, à loro, è quo factum; non à ſecando, aut excutiendo, quod Varro & Iſidorus putant; differt à clypeo forma: quæ enim rotunda, & in orbem juſtum relata, clypeos dixere: quæ in longum exibant, *ſcuta*. Clypeus Græcis ἀσπὶς, ſcutum θυρεός. Dio tamen, & inferior ætas, confundunt. Duplex ſcutorum genus: unum ovatum, inæquali longitudine, ac patet magis, produciturque circa umbilicum, extremis anguſtioribus: alterum genus rarius, imbricatum, quod undique æquali latitudine; & velut januæ formam habet, ſed incurvæ, & ſectum canalem aut imbricem refert. Forma & facies utrorumque in ſculpturis antiquis. Latitudo ſcuti in gibbâ ſuperficie duorum pedum & ſemis; longitudo pedum quatuor. Prominuerunt ergo, & oblonga magis quam lata fuerunt: nam totum hominem tegebant leviter ſe inclinantem. Majus etiam palmo excedit: & videntur id Triarii, & digniores principum, geſtaſſe. E pluribus minutiſque tabellis hoc corpus junctum, nam pluribus lignis & aſſerculis conſtitit: atque hæc ex certis arboribus. Fuit taurino glutino cum linteo compactum, quod & linteum tabellis junxit, & tabellas ipſas inter ſeſe & corium firmavit. Videntur & nervo aut ferro vinxiſſe. Exterior ſuperficies corio vituli, aut potius bovis tegebatur; imo ſæpe illa coria multiplicata. Sed inde etiam detracta legimus, & urgente fame pro cibo mollita: ut in obſidione Hieroſolymæ, Sagunti, Caſilini. Extrema curvatura, ſeu margo in ſcuto ferreus erat, inſtar tenuis bracteæ aut lamellæ; Græci σπάλωμα, & λεπίδα dicunt. Inventum Camilli, qui laminam ferream ſcutis in orbem adaptavit, contra immanes Gallorum gladios, ligno ſolo parum ictus ſuſtinente; tum etiam ad ſcuti tutelam & ſervamen: Inclinabant enim ſæpe in terram, & fere ſic ante tentoria, aut in excubiis, habebant, pilis etiam acclinatis. Ne ergo putiſceret lignum, munimen à ferro. Umbo in ſcuto ut plurimum, & vulgo è ferro. Poëtæ etiam aureum faciunt; & ſatis indicat Sidonius, ditiores argentum in ambitu, & aurum in umbone geſtaſſe. Non is luxus olim. Eſt autem Umbo media illa pars ſcuti, quæ protuberat & exſeritur cum rotundo tumore. Ideo Umbo, quod Græcis eſt ὄμβων. Montes & eminentias hac voce Statius ſæpe vocat. Sed & Latini veſtis poſitum, qui ad pectus exibat in tumorem, ſic dixerunt. Uſus, ad avertendos vehementiores ictus lapidum & ſariſſarum, &

gam prohibebant, ad hoc mulieres, puerique pro tectis ædificiorum saxa, & alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque à fortissimis infirmissumo generi resisti posse: juxta boni, malique, strenui, & imbelles [1] multi obtruncati. In ea tanta asperitate, sævissumis Numidis, & oppido undique clauso, Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordia ne hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus [2] intestabi-
68 lisque videtur. Metellus, postquam de rebus Vaccæ actis comperit, paullisper mœstus è conspectu abit: dein, ubi ira, & ægritudo permixta sunt, cum maxuma cura ultum ire injurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, & quam plurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: & postera die circiter [3] horam tertiam

cujuscumque violenti telo. Eo etiam hostes avertebant: nam in conflictu & pugna cominus utebantur eo ad impulsum, ubi etiam pars humeri brachiique projecta & incurvans adjutrix in hoc nisu. Origo scutorum à Regibus, imo à primo ipso Rege Romulo: Exemplum à Sabinis; item Liguribus, quorum tamen scuta à Romanis differunt; teguntur enim Ligures scuto longo, ad Gallicum modum facto. Solebant Græci, Romani, Barbari, varias picturas, formas aut colores scutis addere, sive ad insigne, ut cognobiles essent: sive ad decorem. Hæc autem insignia in scutis depicta etiam aliis gentibus nota, Saguntinis, Gallis, aliis. Et ab illis peculiaribus nata insignia & argumenta familiarum, quæ hodie in usu; an abusu? ignavissimi usurpant. *Lipsi.*

1 *Multi obtruncati.*] Nisi me conjectura fallit, legendum est, *Inulti*; pro impune, & qui ulcisci hostes non possent. Jam non multos obtruncatos, sed omnes plane, ipsemet Sallustius ostendit, quum Turpilium ait, unum de omnibus Italicis profugisse intactum. Ex similitudine scripturæ defluxit error. *Riv.*

2 *Intestabilis.*] Intestabilis utique hic idem significat, quod in illo ex XII. Tabulis: *Improbus, intestabilisque esto.* Gellius eodem modo utitur libro septimo, capite decimo octavo: *Qui ad Hannibalem non rediissent, usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint.* Proprie vero *intestabilis* is est, qui nec testimonium dicere, nec aut testamentum facere, aut è testamento consequi aliquid potest. Inde metaphorice pro tetro detestabilique, & execrando ponitur. Plin. 30. de magica loquens: *Proinde ita persuasum sit* (inquit) *eam intestabilem, irritam, inanem esse.* Horatius:

Intestabilis & sacer esto. Rivius.

3 *Horam tertiam.*] Horæ semper fuere duodecim apud Romanos ab ortu Solis ad occasum. Itaque prout ratio erat temporis, vel horæ majores vel minores erant. Antiquissimis temporibus nulla mentio fuit horarum apud Romanos.

tiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo ſuperioribus circumventam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & jam abnuentes omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille paſſuum abeſſe: decere illos reliquum laborem æquo animo pati, dum pro civibus ſuis, viris fortiſſumis, atque miſerrumis, pœnas caperent. præterea prædam benigne oſtentat. Sic animis eorum arrectis, equites [1] in primo latere, pedites quam arctiſſume ire, & ſigna occultare jubet. Vaccenſes ubi [2] animadvertere ad ſe vorſum 69
exercitum pergere; primo, uti res erat, Metellum eſſe rati, portas clauſere: dein, ubi neque agros vaſtari, & eos, qui primi aderant, Numidas equites vident, rurſus Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obviam procedunt. Equites peditesque, repente ſigno dato, alii vulgum effuſum oppido cædere; alii ad portas feſtinare; pars turres capere: [3] ira, atque ſpes prædæ amplius, quam laſſitudo, poſſe.

manos. Trecentis autem annis jam inde ab V.C. ignoraſſe hoc nomen Romanos, evincere conatur Solinus, tum etiam Plinius l. VII. cap. LX. quod in XII. tabulis mentio tantum fiat ortus & occaſus. Ita enim loquuntur: *Occaſus Solis ſuprema tempeſtas eſto*, id eſt, noviſſumum tempus. Horas ab Horo nomen accepiſſe Macrobius ſcripſit. Quippe ille Ægyptiis Sol appellatur. Or enim lucem denotat, unde & ὡρογὸς nomen accepit, quod lucidis diſtinguatur ſtellis. Quando horæ in uſum civilem venerint, non ſatis conſtat. Achazi regis Judæ in uſu fuiſſe ex ſacra Scriptura conſtat. Cujus II Reg. XX. & Eſai. XXXVIII. fit mentio. In Horologio illo horæ nominantur מעלות, id eſt, *Mahaloth*, ſive aſcenſiones, propter Solis & umbræ aſcenſum. Graduum enim, quos alii per hoc nomen intelligunt, in computo veteri nullus fuit uſus. Verum itaque non eſt, quod Plin. tradit lib. 2. c. 76. primum Lacedæmone horologium Anaximenem Mileſium inveniſſe. Sed hoc conſtat, quod multo ſerius ejus uſus innotuit Romæ, quandoquidem Varro ſcriptum reliquit bello Punico primo horologium in publico ſecundum roſtra in columna à M. Valerio Conſule ſtatutum fuiſſe, Catina in Sicilia capta. Pomponius Lætus annotat, fuiſſe in campo Martio inſigne horologium, quod in circuitu habuerit ſeptem gradus, & lineas inaurato metallo diſtinctas, ſolo etiam campi ſtrato lapide amplo quadrato. Meminit ejus & Plinius libro XXXVI. cap. X. qui ejus auctorem fuiſſe docet Cæſarem Auguſtum. *Fungerus.*

1 *In primo latere.*] Non eſt additamentum ut ſuſpicatur Gruterus, ſed corruptum ex *late*, ut Palmerio & Colero viſum, qui tamen perperam faciunt adverbium *imprimo*. Vide Gronovium ad Livium lib. 10. c. 14.

2 *Animadvertere.*] Mſſ. incorruptiores, *animum advertere*. Gruterus. approbat ad Livium l. 24. c. 48. *Gronov.*

3 *Ira atque ſpes prædæ amplius quam laſſitudo poſſe.*] Romani propter magnitudinem itineris laſſi & feſſi erant: ſed tanta

posse. Ita Vaccenses biduum modo ex perfidia lætati: civitas magna, & opulens, pœnæ cuncta aut prædæ fuit. Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugisse, supra ostendimus, jussus à Metello causam dicere; postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque [1] capite pœnas solvit. [2] Nam is civis ex Latio erat.

Per

tanta erat ira & prædæ spes, uti lassitudinem vincerent. *Sold.*

1 *Pœnas capite solvit.*] Plutarchus in Mario tradit, postea compertum esse, hunc Turpilium injuste damnatum fuisse, cum enim modeste humaniterque se gessisset in Vaccenses, ab illis intactus dimissus est. *Cast.*

2 *Nam is civis ex Latio erat.*] Lex Porcia vetabat civem Romanum interfici: sed in exilium mitti jubebat. nunc ergo dicit, ideo Turpilius damnatus interfectus est, quia non erat civis Romanus, sed civis ex Latio. *Sold. Nam is civis ex Latio erat.*] Mallem abesset *nam.* Nec enim arbitror ideo severius punitum, quod Latinus; ut placet viris clarissimis. quippe Porciæ Valeriæque leges non valebant in castris. imo contra, ibidem gravius animadversum in Romanos quam socios, aut auxiliarios, pluribus ostendi in libellis Suspicionum. *Gruter.* Legitur & *Collatia.* Collatia memoratur Ciceroni, Ovidio, Livio, Dionysio, Straboni, Plinio, aliisque. Virgil. lib. VI.

Hic tibi Nomentum, & Gabios, Urbemque Fidenam,
Et Collatinas imponens montibus arces
Lande pudicitiæ celebreis.

Livius equidem oppidum id interius in Sabinorum agro collocare videtur l. I. verum aliter alii tradiderunt auctores, ex quorum sententia in Latio cis Anienem fuerit. Inter quos Plin. l. III. c. V. Festus: *Conlatia opidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerunt conlatæ, à qua porta Romæ Collatina appellata fuit.* Situm igitur hujus opidi ut investigare possimus, ipsa primum dispicienda erit porta atque via Collatina: hanc nostri sæculi homines tradunt eandem esse, quæ Pinciana vocatur porta, media inter Salariam & Flumentanam, quarum hæc via Flaminia exit. A Pinciana porta illi viam brevem admodum, mox in Salariam viam incidere ajunt. verum errant isti quam vehementissime, si Frontino antiquo auctori credimus. Is quippe in lib. de Aquæduct. Romanis: *Hic*, inquit, *ramus via Prænestina ad milliarium* VI. *diverticulo sinistrorsum passuum* IↃↃↃↃLXXX. *proxime viam Collatinam accipit fontem.* Et paulo post: *Agrippa Virginem in agro Tusculano collectam, Romam perduxit. Concipitur via Collatina, ad milliarium* VIII. *palustribus locis.* Ex hoc maxime loco prædicti scriptores colligunt, Portam Collatinam esse eandem cum Pinciana, quia apud hanc aquam Virgo Romam intrat. At Frontinus non de ingressu ejus in urbem, sed de conceptu loquitur. Fuit autem Collatina via media Prænestinam inter & Tiburtinam, sive inter Prænestinam & lævam Anienis ripam. De Collatia ita Strabo l. V. *Erant autem Collatia, Antemnæ, Fidenæ, aliaque id genus tunc equidem opidula, nunc vero vici, privatorum prædia,* XXX. *aut* XL. *paulo plus ab Roma stadiis dissita.* Ergo via Collatina, ut ex superioribus Frontini verbis patet, ultra opidi Collatiæ locum extensa fuit, nisi in computatione fallatur. Ex intervallo igitur, quandoquidem stadia XL. millia passuum V. faciunt, tum ex viæ Collatinæ ductu, ipsa Collatia deprehenditur fuisse in iis collibus seu tumulis, qui inter viam Prænestinam sternuntur, & lævam Anienis ripam; qua pars aquæ Crabræ (hæc vulgo nunc dicitur la Marana)

Anieni

Per idem tempus Bomilcar, cujus impulſu Jugurtha dedi- 70
tionem, quam metu deſeruit, inceperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum [1] ſuſpiciens, novas res cupere: ad perniciem ejus dolum quærere: diu noctuque fatigare animum: denique, omnia tentando, ſocium ſibi adjungit Nabdalſam, hominem nobilem, magnis [2] opibus clarum, acceptumque popularibus ſuis: qui plerumque ſeorſum ab rege exercitum ductare, & omnis res exſequi ſolitus erat, quæ Jugurthæ feſſo, aut majoribus [3] adſtricto [4] ſuperaverant: ex quo illi gloria, opeſque inventæ. Igitur utriuſque conſilio dies inſidiis ſtatuitur: cetera, uti res poſceret, [5] ex tempore parari placuit. [6] Nabdalſa ad exercitum profectus; quem inter hiberna Romanorum juſſus habebat, [7] ne ager inultis hoſtibus vaſtaretur. Is poſtquam, magnitudine facinoris perculſus, ad tempus non venit, metuſque rem impediebat, Bomilcar ſimul cupidinibus incœpta patrandi, & timore ſocii anxius, ne omiſſo vetere conſilio, [8] novum quæreret, litteras ad eum per homines fidelis mittit: in quîs mollitiem, ſocordiamque viri accuſare: teſtari Deos, per quos juraviſſet: monere, ne præmia Metelli in peſtem ſuam con-

Anieni miſcetur, ad ſextum fere ab Urbe lapidem. Itaque prope Romam fuiſſe in Latio liquet. Quanquam nunquam ſatis clare neque è Livio, neque è Dionyſio diſpexeris, quæ ex illis Sabinorum, quæ Latinorum fuerint. Cicero quoque hujus urbis in Oratione prima contra Rullum meminit. Strabo, ut vidimus, vicum appellat. *Cluver.*

1 *Suſpiciens.*] Suſpectum habens.

2 *Opibus clarum.*] Ita ſcribe, ex antiquis libris; non, *operibus clarum.* Cast.

3 *Aſtricto.*] Id eſt, detento & occupato.

4 *Superaverant.*] In vetuſtis quibuſdam, *ſupererant.* ſed perperam. Irrepſit autem ex gloſſa. Nam & A. Gellius priorem lectionem 1. lib. citat. Eſt autem *ſuperare* hoc loco, reliquum eſſe & reſtare. ut ſit ſenſus: Nabdalſam ea exequi ſolitum, quibus ipſe Jugurtha propter occupationes vacare non poſſet. In hoc ſignificatu Cicero identidem utitur. *Riv.*

5 *Ex tempore.*] Eſt in quibuſdam, *Pro tempore:* id eſt, prout ipſum tempus moneret, vel utcunque occaſio ferret. Prior lectio mihi verior eſſe videtur. *Idem.*

6 *Nabdalſa.*] Jugurtha præfecerat exercitui ſuo Nabdalſam, & juſſerat ei ut exercitum teneret inter hiberna Romanorum, ne Romani per incurſiones agrum Numidiæ vaſtarent. *Sold.*

7 *Ne inultis hoſtibus.*] Quia ſi inulti fuiſſent, multo amplius vaſtaſſent. *Badius.*

8 *Quæreret novum.*] Scilicet conſilium: videlicet de indicio faciendo. *Idem.*

converteret; Jugurthæ [1] exitium adeſſe: ceterum, ſua ne,
an Metelli virtute periret, id modo agitari: proinde re-
71 putaret cum animo ſuo, præmia an cruciatum mallet. Sed
cum eæ litteræ allatæ, forte Nabdalſa, [2] exercito corpore
feſſus, in lecto quieſcebat. Ubi, cognitis Bomilcaris ver-
bis, primo cura, dein, ut ægrum animum ſolet, ſomnus
cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator fidus,
acceptuſque, & omnium conſiliorum, [3] niſi noviſſumi, par-
ticeps. Qui poſtquam allatas litteras audivit, ex conſue-
tudine ratus opera aut ingenio ſuo opus eſſe, in tabernacu-
lum introit: dormiente illo, epiſtolam, ſuper caput [4] in pul-
vino temere poſitam, ſumit, ac perlegit; deinde propere,
cognitis inſidiis, ad regem pergit. Nabdalſa, poſt paullo
experrectus, ubi neque epiſtolam reperit, & rem omnem,
ut acta erat, [5] ex perfugis cognovit; primo indicem perſe-
qui conatus; poſtquam id fruſtra fuit, Jugurtham placandi
gratia, accedit: quæ ipſe paraviſſet, perfidia clientis ſui
facere præventum: lacrumans obteſtatur per amicitiam,
perque ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpe-
72 ctum ſeſe haberet. Ad ea rex aliter, atque animo gerebat,
placide reſpondit. Bomilcare aliiſque multis, quos ſocios
inſidiarum cognoverat, interfectis, iram oppreſſerat, ne
qua

1 *Exitium adeſſe.*] Aliter: *Exitum.*

2 *Exercito corpore.*] Aliter: *Exercitato corpore.* Sed prior lectio vera: quippe quam agnoſcit Nonius. *Caſt.*

3 *Niſi noviſſumi.*] Id eſt, conſilii conjurationis contra Jugurtham. *Soldus.*

4 *In pulvino.*] Sic in manuſcripto quoque. Cæterum in pleriſque eſt, *Pulvinari:* perperam, ut ego opinor. Cicero certe in hoc ſignificatu fere priore utitur; poſteriore haud temere unquam, quod ſciam. Nam magis pulvinaria deorum dicere ſolet. velut: *Ad omnia pulvinaria ſupplicatio decreta eſt.* Riv.

5 *Ex perfugis.*] Quibus (ut puto) quia fallere nequibant, cuſtodiam corporis ſui tradiderat. quare cum illi Nabdalſæ ſatellites eſſent, circumſtarentque tabernaculum, viderunt Numidam ingredientem: idque poſtea ei retulerunt. In uno ſcripto codice legimus: *Ex ſervis.* Cæterum Frontinus Strat. lib. 1. rem aliter narrat. ait enim Jugurtham Metelli literas intercepiſſe, & inde cognitis ſuorum inſidiis, in eos animadvertiſſe. *Caſtil. Ex perfugis.*] Ita interpretari vix licet, ſicut Badius intellexit: ex iis nimirum, qui id nunciaturi ad ipſum perfugerant. Neque enim Numida adhuc Jugurthæ indicaverat. quorſum alioqui Nabdalſam perſequi juſſiſſet? niſi perfugæ illud indicaverint, Numidam illis obviam veniſſe. *Thyſ.*

1 *Ex*

qua [1] ex eo negotio seditio oriretur. Neque post id locorum Jugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori satis credere: civis, hostisque juxta metuere: circumspectare omnia, & omni strepitu pavescere: alio, atque alio loco sæpe contra decus regium noctu requiescere: interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quasi vecordia, exagitari. Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris, & indi- 73
cio patefacto ex perfugis cognovit; rursus tanquam ad integrum bellum cuncta parat, festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul & invisum, & offensum sibi parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romæ plebes, litteris, quæ de [2] Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volentia de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, invidiæ esse: at illi alteri generis humilitas [3] favorem addiderat: ceterum in utroque magis studia partium, quam bona, aut mala sua, moderata. Præterea [4] seditiosi magistratus vulgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marii virtutem in majus celebrare. Denique plebes sic accensa, ut opifices, agrestesque omnes, [5] quorum res fidesque in manibus sitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, & sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita perculsa nobilitate, [6] post multas tempestates novo homini consulatus mandatur: & postea populus à Tr. pl. [7] L. Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere,

1 *Ex eo negocio.*] Hoc est, ex criminatione Nabdalsæ.

2 *Metello ac Mario.*] Id est, de dissensione & factione eorum acceperat, priusquam Marius advenerat. *Bad.*

3 *Favorem addiderat.*] Ideo, quia tota plebs propter similitudinem generis favebat Mario. *Sold.*

4 *Seditiosi magistratus.*] Tribunos plebis maxime intelligimus.

5 *Quorum res fidesque in manibus sitæ erant.*] Nihil enim habebant, unde aut ipsi vivere, aut æs alienum solvere possent, nisi quod vel in officinis, vel in agris manuum mercede comparassent. *Cast.*

6 *Post multas tempestates.*] Id est, post multa tempora. nam multa tempora transacta erant, ex quo nullus novus homo consulatum erat adeptus. *Soldus.*

7 *L. Manlio Mantino.*] Sic est in libris scriptis omnibus, & plerisque typis excusis. *Cast.*

rere, frequens Marium juſſit. Sed Senatus paullo ante Me-
74 tello Numidiam decreverat, [1] ea res fruſtra fuit. Eodem tempore Jugurtha, amiſſis amicis, quorum pleroſque ipſe necaverat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad [2] regem Bocchum profugerant; cum bellum geri ſine adminiſtris non poſſet, & novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri periculoſum duceret, varius incertuſque agitabatur: neque illi res, neque conſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat: itinera, præfectoſque in dies mutare: modo advorſum hoſtes, interdum in ſolitudines pergere: ſæpe in fuga: at poſt paullo in armis ſpem habere: dubitare, virtuti popularium an fidei minus crederet. Ita, quocumque intenderat, res advorſæ erant. Sed inter eas moras repente ſe Metellus cum exercitu oſtendit. Numidæ ab Jugurtha pro tempore parati, inſtructique: dein prœlium incipitur. Qua in parte rex pugnæ affuit, ibi aliquamdiu certatum; ceteri omnes ejus milites primo congreſſu pulſi, fugatique: Romani ſignorum, & armorum, & aliquanto numero hoſtium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus prœliis magis pedes, quam arma, tu-
75 tata ſunt. Ea fuga Jugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens, [3] cum perfugis, & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam pervenit, id oppidum magnum, & opulentum: ubi plerique theſauri, filiorumque ejus multus pueritiæ [4] cultus erat. Quæ poſtquam Metello comperta ſunt, [5] quamquam inter Thalam flumenque proximum, in ſpatio millium quinquaginta, loca arida, atque vaſta eſſe cognoverat; tamen ſpe patrandi belli, ſi ejus oppidi potitus foret,

1 *Ea res fruſtra fuit.*] Quia id quod decreverat Senatus, nihil valuit.

2 *Regem Bocchum.*] Bocchus rex Maurorum erat, qui Numidiæ confines ſunt.

3 *Cum perfugis.*] Qui eum non audebant derelinquere.

4 *Cultus.*] Ornatus.

5 *Quamquam inter Thalam flumenque proximum.*] Quam vellem, flumen hoc nominaſſet auctor. Sic enim Thalæ ſitus clarior eſſet. Ptolemæus non ita longe à Bagrada Thabbam ponit, quam quidam Thalam putant. Quippe paulo poſt: *Legati ab Lepti ad Metellum veniunt.* Qui quidem ſitus non ita longus eſt, atque ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis loca, ſub Jugurthæ etiam imperio. *Glar.*

1 *Aſpe-*

foret, omnis [1] asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere aggreditur. Igitur omnia jumenta sarcinis levari jubet, nisi frumento dierum decem; ceterum utres modo, & alia aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris quam plurimum potest [2] domiti pecoris: eoque imponit vasa cujusque modi, sed pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitumis imperat, qui se post regis fugam Metello dediderant, quamplurimum quisque aquæ portaret: diem, locumque, ubi præsto forent, prædicit. Ipse ex flumine, quam [3] proximam aquam oppido esse supra diximus, jumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Dein ubi ad id loci ventum, quo Numidis præceperat; & castra posita, munitaque sunt; tanta repente cœlo missa vis aquæ dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret. Præterea commeatus spe amplior: quia Numidæ, [4] sicuti plerique in nova deditione, [5] officia intenderant. Cæterum milites, religione, pluvia magis usi: eaque res multum animis eorum addidit. Nam rati sese diis immortalibus curæ esse, dein postera die, contra opinionem Jugurthæ, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare: idem nostri facere. Sed rex [6] nihil jam Metello infectum credens, quippe qui omnia arma, tela, loca, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido 76

1 *Asperitates supervadere.*] Pro, *difficultates omneis superare seu perrumpere*, ut Plin. loquitur. *Riv.*

2 *Domiti pecoris.*] Id est, jumentorum: sicuti sunt equi, muli, equæ, asini & cætera hujusmodi.

3 *Proximam aquam oppido.*] Seu Thalæ: & tamen non erat propinqua, sed intervallo quinquaginta millium, seu passuum. Et est dictum sicut illud Æneidos 5.

Proximus huic longo sed proximus intervallo
Insequitur Salius. —— Badius.

4 *Sicuti plerique.*] Sc. *faciunt.* Sic enim fieri solet. nam semper populi in nova deditione se promptos & officiosos præstant in eos, quibus se dediderunt.

5 *Officia intenderant.*] Hoc est, prompte officia præstiterant.

6 *Nihil infectum Metello.*] Id est, omnia fieri posse à Metello.

pido noctu profugit; neque poſtea in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus: ſimulabat, ſeſe negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare poſſe celeritate putabat. Nam talia conſilia per otium & ex [1] opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos prælio intentos, ſimul oppidum & operibus, & loco munitum videt, vallo foſſaque mœnia circumvenit. Dein jubet locis [2] ex copia maxume idoneis [3] vineas agere: [4] ſuperque eas aggerem jacere, & ſuper aggerem impoſitis [5] turribus opus & adminiſtros tutari. Contra hæc oppidani feſtinare, parare; prorſus ab utriſque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore prœliiſque fatigati, poſt dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modò potiti: præda omnis à [6] perfugis corrupta. Hi poſtquam murum [7] arietibus feriri, reſque ſuas afflictas vident,

1 *Opportunitate.*] Commoditate temporis. Et ideo, cum non moraretur amplius uno die, aut una nocte in uno loco, non dabatur opportunitas temporis alicui ad capiendum conſilium proditionis. *Sold.*

2 *Ex copia.*] Locorum.

3 *Vineas agere.*] Vide ſupra p. 237.

4 *Superque eas aggerem jacere.*] Illud *eas* Aldinus codex ſuſtulit, territus fortaſſis, quod non ſit veriſimile aggerem ſupra vineas inſtitui: quippe apud nullum auctorem, quod ſciam, lectum. Atqui niſi ita legerimus, non eſt clarum quid ſibi velit illud, *Superque aggerem jacere.* Badius, ut illud *eas* defenderet, dicit fortiſſimo fundamento fuiſſe ſtabilitas vineas. Verum locus totus male habet, præſertim in Aldino, atque adeo in aliis codicibus multis. Si quid divinationi meæ tribuendum, certe ſuſpicor ita ab auctore ſcriptum: *inſuper aggerem jacere, ſuperque aggerem impoſitis turribus opus miniſtros tutari.* Quæ lectio egregie ſenſum elicit, & auctoris ſtylo eſt conformis. *Glar.*

5 *Turribus.*] Vide ſupra p. 237.

6 *Perfugis.*] Seu ab his, qui primum ad Metellum pertinuerant, & deinde ad Jugurtham perfugerant: quocirca certo ſciebant, ſi capti eſſent, quod de ipſis ſupplicium ſumeretur. *Bad.*

7 *Arietibus.*] Aries machinamentum fuit, quo muros urbium frequenti ictu feriebant, evertebantque. Ejus inventionem Plin. lib. 7. cap. 56. Epeo tribuit, exiſtimans ab equo repertum Trojano. Ita enim ſcribit: *Equum, qui nunc aries dicitur, in muralibus machinis Epeus invenit ad Trojam.* Tertullianus libro de Pallio, Carthaginienſibus aſcribit, ſecutus fortaſſe Vitruvium, qui ita habet libro 10. cap. 24. *Primum ad oppugnationes Aries ſic inventus eſſe memoratur: Carthaginienſes ad Gades oppugnandas caſtra poſuerant; cum autem caſtellum ante cepiſſent, id demoliri ſunt conati: poſtquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumpſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant, & ita gradatim ex ordine totam munitionem diſſipaverunt.* Hæc ille. Sequiori ævo quoque Cancer appel-

dent, aurum, argentumque, & alia, quæ [1] prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino, & epulis onerati, illaque & domum, & ſemet igni corrumpunt, & quas victi ab hoſtibus pœnas metuerant, eas ipſi volentes pependere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido 77
[2] Lepti ad Metellum venerant, orantes uti præſidium, præfectumque committeret: Hamilcarem quemdam, hominem

appellatur. Atque hæc de origine ac nomine. Rem ita deſcripſit Flavius Joſephus tertio Excidii: *Eſt*, inquit, *Aries trabs prægrandis, quæ malum navis aſſimilat. Is ſolidatur in capite gravi ferro, in arietis formam, unde & nomen aſſumpſit: dependet medius, funibus ſuſpenſus ex alia trabe, velut trutina; quæ trabs tignis utrinque firmis munita eſt & fulta. Repulſus porro magna virorum manu retrorſum, iiſdemque antrorſum ſtatim & cum impetu reflectentibus, quatit muros prominulo ferro. Neque eſt ulla turris tam valida, aut mœnia tam lata, quæ ut primas maxime plagas tulerint, ſuſtinere & ſubſiſtere eas aſſiduas poſſint.* Accedat his illud Lucani:

Tu quoſcunque voles in planum effundere muros,
His aries actus diſſpergit ſaxa lacertis.

Et hoc Sidonii:

Nec Pharii nunc regna precor, nec ut hiſce lacertis
Frangat Hydaſpæas aries impactus Erythras.

Ex his Poliocreticòn auctores, & qui omnium circumſpectiſſime & cum cura id argumenti tractavit Clariſſimus Lipſius, triplicem aut duplicem arietem facit, Rudem, & à prima inventione: quem manibus lacertiſque validi homines ſuſtinentes egerint; alterum compoſitum, qui ex trabe altera ex transverſo erecta dependerit, quo vi majore, conatu leviore libraretur: tertius fuerit Teſtudo arietaria. Quæ ſane diſtributio licet haud improbanda, tamen quod ad compoſitum attinet, non ſatis rem exprimit, nam præter rudem, & præter dependentem, exque alia trabe, velut jugo aut trutina, ut habent verba Joſephi, funibus ſuſpenſum, etiam Aries proprie compoſitus fuit ex pluribus trabibus inter ſe connexis, & laminis ac vinculis ferreis arctiſſime circumligatus & compaginatus. Cujus effigies Campis Trans-Iſulaniæ oppido hodieque videtur. Hinc jam intelligentur Lucani & Ammiani Marcellini loca, quæ de Ariete huric in modum compoſito ſ habentur, hactenus aliorſum, & ad priorem compoſitionem, minus, ut exiſtimo, recte traducta. Lucani verba ita ſe habent:

—— nunc conjunctas adſtringere nodis
Inſtabat ferroque trabes, quo frangeret altos
Portarum poſtes, quateretque morantia clauſtra.

Ammiani hæc ſunt lib. 20., ubi ait, Arietem vetuſtum diſſolutum fuiſſe, ut facilius veheretur, iterumque inſtructum. Ubi primum in verbis Lucani conjunctas trabes, quæ nodis & ferro erant adſtringendæ, de ariete ejuſmodi, qui ex duobus aut tribus malis compoſitus conſtabat, omnino acceperim. Nam & Ammianus cum inquit, Arietem, ut facilius veheretur, diſſolutum iterumque inſtructum, quis non de trabe ſimiliter ſolutili, aut potius de trabibus cum, ut indicavimus, in modum in ſe compoſitis atque aptatis id quoque ipſum intellexerit? *Joh. Iſac. Pontanus.*

1 *Prima.*] Id eſt, præſtantiſſima bona.

2 *Lepti.*] Vide ſup. 233. *Lepti.*] Scilicet magna.

minem nobilem, factiosum, novis rebus studere; adversum quem neque imperia magistratuum, neque leges valerent: ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani jam inde à principio belli Jugurthini ad Bestiam consulem, & postea Romam miserant, amicitiam, societatemque rogatum. Dein, ubi ea impetrata, semper boni, fidelesque mansere; & cuncta à Bestia, Albino, Metelloque imperata gnave fecerant. Itaque ab imperatore facile, quæ petebant, adepti. Emissæ eo cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius
78 præfectus. Id oppidum ab [1] Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civilis, navibus in eos locos

1 *Sidoniis.*] A Sidoniis & Phœnicibus per totum terrarum orbem multæ conditæ sunt coloniæ urbesque. Habuêre Sidonii sicut & Tyrii ingenium acre, vividum, & ad omnia flexile. His artibus opes illorum brevi in immensum crevêre, dum iis vacare licuit per longæ pacis otium. Nam pacate diu vixisse præ cæteris mortalibus vel hinc colligas, quod lib. Jud. cap. 18. Sidonii proponuntur in exemplum summæ securitatis. Verum autem esse puto, quod Sidonem scribit Trogus à piscium ubertate sic appellatam fuisse, nam *Zaid*, id est, piscatio, hodieque Sidon dicitur, ut Galilææ opidum Bethsaida, quasi domum piscationis dixeris. Nec Sidoni minus congruit, quam Hebræi nos docent esse ad mare piscosissimum. Itaque cum Gen. 10. 15. Sidon fuisse Chanaanis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel Sidonis conditorem, quocunque fuerit nomine. Sidonem ex hoc loco discimus fuisse valde vetustam, ut quæ conditorem habuerit Chami nepotem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum Sidonis æmulam, antiquam & Cadmæam & Ogygiam Poëtæ passim appellent, & iidem antiquitatis nomine plurimum se efferant, tamen Sidoni Tyrus cogitur submittere fasces. Homerus plurimis in locis Sidonis & Sidoniorum, nunquam Tyri meminit: Sidon autem à Tyro fere distabat stadiis ducentis. Ita habetur in Strabone. In medio Sarepta nomen habet ab æris fusione, cujus ibi magnus proventus, unde Homerus:

Ἐκ μὲ Σιδῶνος πολυχάλκου δῖαν ἐοῦσαν.

Id est:

Ærifera ex Sidone genus mihi glorior esse. Bochart.

Id opidum à Sidoniis conditum.] Alii à Tyriis malunt. Plin. l. 5. c. 19. *Tyrus olim partu clara, Urbibus genitis Lepti, Utica.* Silius lib. 3.

—— *Sarranaque Leptis.*

Sarrana, id est, Tyria. Sed sive Leptis à Tyriis aut à Sidoniis orta sit, eam saltem esse Phœniciam in consensu est omnium. Sic à Sallustio supra didicimus, Phœnices Hipponem, Adrumetum, & Leptim in ora Africæ maritima condidisse. & in veteri oraculo:

Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Id est, Severus Lepti Tripolitana oriundus, de quo Statius lib. 4. sylvarum:

Ten' in remotis Syrtibus aëria
Leptis creavit?

Et mox:

Non sermo Pœnus, non habitus tibi,
Externa non mens.

Pœnam

locos veniſſe; ceterum ſitum inter duas [1] Syrtis: quibus nomen ex re inditum. Nam duo ſunt ſinus prope in extrema Africa, [2] impares magnitudine, pari natura: quorum [3] proxuma terræ prælta ſunt, cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempeſtate vadoſa. Nam ubi mare magnum eſſe, & ſævire ventis cœpit, limum, arenamque, & ſaxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Ejus civitatis lingua modò converſa connubio Numidarum: legum, cultuſque pleraque Sidonica; quæ eo facilius [4] retinebantur, quod procul ab imperio regis ætatem agebant. Inter illos, & frequentem Numidiam inculti vaſtique loci erant.

Sed, quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, egregium, atque memorabile facinus duorum Carthaginienſium memorare. eam rem nos locus admonuit. Qua tempeſtate Carthaginienſes pleræque Africæ imperitabant, [5] Cyrenenſes quo- 79

que

Pœnam linguam pro Africana dixit, nam illam aſſumſiſſe Leptitanos auctor Salluſtius. *Idem.*

1 *Syrtes.*] Duæ Syrtes: Cephalas altum ſylvoſumque magnæ Syrtis initium, quæ & nomine & ingenio par alteri eſt, cæterum multo major, namque ambitum 400. & 30. mil. paſſuum complet. Taphura grandis vicus: à quo Syrtis parva inſinuare ſe incipit. 300 mill. paſſ. à Carthagine diſtans, 200 in reductione, quæ aliquanto magna, clementior eſt: ab tractu denominatæ, quod omnia ad ſe trahant & appropinquantia vadoſo mari hæreant. nam & Strabo difficultates ibi eſſe ait, propter fundum multis in locis cœnoſum, ex quo contigit, ut multi in brevia incidentes inhæreſcant. ſinus quidem ſunt importuoſi, atque atroces, infeſtique ob alternos motus pelagi affluentis, ingruentibus in eas ventis, cum littora circum declivia ſint, ex quo auſtrinis flatibus mare ibi maxime fremit, devolventibus in illud arenas & ſaxa, quæ illinc revomit; quo fit ut inæqualitas fundi magna ſit, alio quidem loco mare profundiſſimum, alio vadoſum ſit, & ſævienti æſtu, quæ modo eminebant, in imo reſidant; quæ vero in imo jacebant, ſupra undas extollantur, ex quo omnis locorum facies ſimul cum ventis mutatur. Vide Strab. l. 17. *D. Marius Niger.*

2 *Impares magnitudine.*] Vide Plinium lib. 5. cap. 4. & Strabonem lib. 2. & 17. etſi locus hic poſterior corruptus eſt: ſcriptum eſt enim, ibi majoris Syrtis ambitum eſſe 930. diametrum vero 15000. quod eſſe minime poteſt, ut ambitu ſuo diameter ſit major. *Caſt.*

3 *Proxima terræ.*] Salluſtium reliquiſſe *terram* probavimus in Obſ. *Gronov.*

4 *Retinebantur.*] Aliter, *retinebant.*

5 *Cyrenenſes.*] Cyrenæ opidum Cyrenaicæ regionis, quæ & Pentapolis dicta Plinio, originem referens ad Græcos, Ariſtippi Philoſophi patria, à Cyrene Hypſei filia dicitur etymon ſuum arceſſere. Ab illa Carthaginis æmula tota regio etiam Cyrene dicta. Noſtro

que magni, atque opulenti fuere. [1] Ager in medio arenoſus, una ſpecie; [2] neque flumen, neque mons erat, qui finis eorum diſcerneret; quæ res eos in magno diuturnoque bello inter ſe habuit. Poſtquam utrimque legiones, item claſſes ſæpe fuſæ, fugatæque, & alteri alteros aliquantum attriverant; veriti, ne mox victos, victoreſque deſeſſos alius aggrederetur, per inducias ſponſionem faciunt, uti certo die legati domo proficiſcerentur; quo in loco inter ſe obvii fuiſſent, is communis utriuſque populi finis haberetur. Igitur duo fratres Carthagine miſſi, quibus nomen Phiſænis erat, maturavere iter pergere; Cyrenenſes tardius iêre. Id ſocordiane, an caſu acciderit, parum cognovi. Ceterum ſolet in locis illis tempeſtas haud ſecus, atque in mari, retinere. Nam, ubi per loca æqualia, & nu-

hoc tempore dicitur Córcu, teſte Cirava. Fuit hæc civitas nobilitata à fonte Solis, qui meridie frigebat, media calebat.

1 *Ager in medio arenoſus.*] Multa loca arenoſa & deſerta in regione Cyrenaica, præſertim ubi olim Jovis Hammonis oraculum. Quem ideo Hammonem appellatum exiſtimant Græci, quod Ἄμμος iis arenam denotet. Sed falluntur egregie. Uti enim tum ab aliis, tum noviſſime à Bocharto in ſuo Phaleg demonſtratum eſt, cum Chamo Jupiter Ammon idem eſt. Chamum ibi Noachi filium inter Deos relatum fuiſſe certum eſt, Ægyptii quippe mollito ſono Ἄμμων vel Ἄμων dixerunt. Unde & tota Africa aliquando Ammonia dicta. Stephanus: Ἀμμωνία ἡ μεσόγαιος Λιβύης, ἣ καὶ πᾶσα ἡ Λιβύη ὅτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄμμωνος. Id eſt, *Ammonia Africæ mediterranea, ſed & ipſa Africa univerſa ſic ab Ammone vocatur.* Hæc obiter. Vide *Bochartum.*

2 *Neque flumen, neque mons erat, &c.*] Naturalis illa eſt finium regionum ſeparatio, quod vel fluminibus vel montibus ſeparentur. De fluminibus ita Tacitus dixit: *certum jam alveo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat.* Diodorus Siculus, ubi controverſiam narrat, quæ inter Egeſtanos & Selinuntios fuit, ποταμῶ, ait, τῶ χώρας ὁρίζοντι, id, *amne fines diſcriminante.* Et Xenophon l. IV. Exp. Cyri, talem amnem ſimpliciter τὸ ὁρίζον, id eſt, *finitorem* vocat. Narrant veteres Acheloum amnem incerto curſu modo ſectum in partes, modo circumactum obliquo agmine (unde tauri & ſerpentis formam induiſſe dicitur) diu de agro adjacente belli cauſam Ætolis & Acarnanibus præbuiſſe, donec eum Hercules aggeribus domuit, eoque beneficio Oenei Ætolorum regis filiam in matrimonium accepit. Sicuti hæc in fluminibus uſurpata, ita & in montibus locum habuere; unde Tacitus de Germania: *à Sarmatis Daciſque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* Plinius lib. XXXVI. de Alpibus loquens: *Evehimus ea, quæ ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant.* Grot. lib. II. cap. III. de Jur. Bell. qui ibidem quæſtionem movet, an, ubi flumen regionis alicujus terminus eſt,

atque

[1]& nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora, oculoſque implere, ita proſpectu impedito, morari iter. Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe eſſe vident, & [2] ob rem corruptam domi pœnas metuunt; criminari Carthaginienſes, ante tempus domo digreſſos; [3] conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. Sed cum [4] Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, [5] peterent, [6] Græci optionem Carthaginienſium faciunt, uti vel illi, quos finis populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros: Philæni, conditione probata, ſeque, vitamque ſuam reipubl. condonavere; ita vivi obruti: Carthaginienſes in eo loco Philænis fratribus [7] aras conſecravere; aliique illis domi honores inſtituti. Nunc ad rem redeo.

Jugurtha poſtquam, amiſſa Thala, nihil ſatis firmum 80
contra Metellum putat; per magnas ſolitudines cum paucis profectus, pervenit [8] ad Gætulos, genus hominum ferum, incultumque, & eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit: ac paullatim conſuefacit ordines habere, ſigna ſequi, imperium obſervare, item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus, & majoribus promiſſis [9] ad ſtudium ſui perducit; quîs adjutoribus regem aggreſſus, impellit, ut advorſum Romanos bellum ſuſcipiat. Id ea gratia

atque alveum mutaverit, etiam fines regionis mutentur. Sed hæc hujus loci non ſunt.

1 *Et nuda gignentium.*] Quia ibi arbores non naſcuntur, quæ res facit, ut etiam ventus à ſuo impetu non frangatur; nam ſi arbores ibi eſſent, impetum ventorum impedirent. *Sold.*

2 *Ob rem corruptam.*] Quia tardius iêre.

3 *Conturbabant rem.*] Conventam & pactam inter ipſos.

4 *Pœni.*] Id eſt, Carthaginienſes: & dicuntur Pœni, quaſi Phœni. nam de Phœnice regione in Africam profecti ſunt, qui Carthaginem condiderunt. *Sold.* Vide ſupra p. 231.

5 *Peterent.*] Aliter: *Quærerent.*

6 *Græci.*] Cyrenenſes.

7 *Aras.*] Hæ Strabonis ætate non extabant: ut ipſe refert Strabo libro 3. *Caſtil.*

8 *Ad Gætulos.*] Cum ſupra deſcriberet Africam, dixit Gætulos habitare ultra Numidiam. *Sold.*

9 *Ad ſtudium.*] Id eſt, favorem ſui.

tia facilius, proniusque fuit, quod Bocchus initio hujusce belli legatos Romam miserat, fœdus, & amicitiam petitum. [1] Quam rem opportunissumam incœpto belli pauci impediverant, cæci avaritia, quîs omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat. Etiam antea Jugurthæ filia [2] Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas, Mauros que levis ducitur: quod singuli pro opibus, quisque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habeant; sed reges eo amplius. Ita animus multitudine distrahitur;
81 nullam pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. Ibi, fide data, & accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos injustos, profunda avaritia, communes omnium hostis esse: eandem illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum, & cum aliis gentibus, [3] lubidinem imperitandi, quîs omnia regna advorsa sint: tum [4] sese, paullo ante Carthaginienses, [5] item Regem Persen post, uti quisque opulentissumus videatur, ita Romanis hostem fore. His, atque aliis talibus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt: quod ibi Q. Metellus prædam, capti-

1 *Quam rem opportunissimam incœpto belli.*] Nihil enim magis commodum Romanis accidere poterat in bello Jugurthino, quam ut Bocchum socium sibi ad id bellum gerendum haberent; quia Bocchus confinis erat Numidiæ. *Sold.*

2 *Bocchi nupserat.*] In nostro probatissimo codice sic legitur: non uti vulgo, *Boccho nupserat.* quæ verba cum diligentius considerarem, in eam opinionem adductus sum, ut existimem, ita Sallustium scripsisse. namque Plut. asserit Jugurtham Bocchi generum fuisse, in Mario. Accedit præterea auctoritas Flori, qui & ipse lib. 3. cap. 1. scribit, Bocchum Jugurthæ socerum fuisse. hæc jam adnotaveram, cum & in illo codice, qui in bibliotheca divi Salvatoris Bononiæ servatur, eodem modo scriptum esse reperi: ut jam non dubitandum sit, quin hæc sit antiqua & germana lectio. *Cast.*

3 *Lubidinem imperitandi.*] Sic Pomponius Mela verbis prope Sallustianis lib. III. cap. III. *Bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, atque imperitandi, prolatandique, quæ possident.* Ursin.

4 *Sese*] Jugurtham. Nunc ego sum hostis pop. Rom. qui contra me bellum gerit: non quia eis aliquam injuriam intulerim, sed quia cupiunt auferre mihi regnum Numidiæ. Nam causa belli est, eorum libido dominandi. *Sold.*

5 *Item regem Persen.*] Perses rex Macedoniæ fuit: hunc Paulus Æmilius consul prælio apud Olimpum montem commisso vicit, captumque cum liberis in triumphum duxit. In eo prælio

captivoſque, & impedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut, capta urbe, operæ pretium fore; aut, ſi Romanus auxilio ſuis veniſſet, prœlio ſeſe certaturos. Nam callidus id modo feſtinabat, [1] Bocchi pacem imminuere; ne, moras agitando, aliud, quam bellum, mallet. Imperator 82
poſtquam de regum ſocietate cognovit, non temere, neque uti ſæpe jam victo Jugurtha conſueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum, haud procul ab Cirta caſtris munitis, reges opperitur; melius eſſe ratus, cognitis [2] Mauris, quoniam is novus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per litteras fit certior, Mario provinciam Numidiam datam. Nam conſulem factum ante acceperat. Quibus rebus ſupra bonum, atque honeſtum perculſus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam; vir egregius [3] in aliis artibus, [4] nimis molliter ægritudinem pati. Quam rem alii in ſuperbiam vortebant: alii bonum ingenium contumelia accenſum eſſe: multi, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur: nobis ſatis cognitum, illum magis honore Marii, quam injuria ſua excruciatum, neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi adempta provincia alii, quam Mario, traderetur.

tradit Plutarchus, XXV. millia hoſtium cæſa ſunt. Biduo omnis Macedonia ſe Æmilio dedidit. *Idem.*

1 *Bocchi pacem imminuere.*] Bocchi pacem interrumpere, & adimere arbitrium Boccho agitandæ pacis cum Romanis. *Caſt.*

2 *Mauris.*] Mauritania, uti notum, dividitur in Tingitanam & Cæſarienſem. Sed primum hæc diviſio facta, teſte Dione, à Claudio. Hæc major à Victore Uticenſi vocatur. Maſſyliam quoque & Maſſæſyliam appellavit Strabo. Hodie regnum Tremiſſenum hoc loco videtur, ut Girava, & D. Niger atteſtantur. Tingitanam à Bogud rege Bogudianam aliquando cognominatam, tradit Plinius. Sitiphenſis & Hiſpania transfretana ab Honorio & S. Rufo: & in libro Notitiarum Hiſpania Tingitana appellatur. Inferior Mauritania à Solino in deſcriptione Nili, & à Xiphilino in vita Severi nuncupatur, ubi dicit Atlantem non longe ab Oceano Atlantico exoriri, prope Macenitas qui ſunt in Mauritania Inferiore. Regnum Maroci ejus loco ſtatuit Auguſtinus Curio, Feſſæ vero Niger. In numiſmatibus antiquis Mauritania per e legitur. Incolæ, ut Strabo teſtatum reliquit, Mauruſii à Græcis, à Latinis Mauri appellantur. *Oreſ.*

3 *In aliis artibus.*] Id eſt, virtutibus.

4 *Nimis molliter.*] Id eſt, muliebriter.

83 tur. Igitur eo dolore impeditus, & quia ſtultitiæ videbatur, [1] alienam rem periculo ſuo curare, legatos ad Bocchum mittit, poſtulatum, ne ſine cauſſa hoſtis populo R. fieret: habere eum magnam copiam ſocietatis, amicitiæque conjungendæ, quæ potior bello eſſet, quamquam opibus ſuis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum ſumi facile, ceterum ægerrume deſinere: non in ejuſdem poteſtate initium ejus, & finem eſſe: incipere cuivis etiam ignavo licere; deponi, cum victores velint: proinde ſibi, regnoque ſuo conſuleret: neu florentis res ſuas cum Jugurthæ perditis miſceret. Ad ea rex ſatis placide verba facit: ſeſe pacem cupere, ſed Jugurthæ fortunarum miſereri: ſi eadem illi copia fieret, omnia conventura. Rurſus imperator, contra poſtulata Bocchi, nuncios mittit. Ille [2] probare partim, alia abnuere. Eo modo, ſæpe ab utroque miſſis remiſſiſque nunciis, tempus procedere, & ex Metelli voluntate bellum intac-
84 tum trahi. At Marius, uti ſupra diximus, cupientiſſima plebe conſul factus, poſtquam ei provinciam Numidiam populus [3] juſſit, antea jam infeſtus nobilitati, tum vero [4] multus, atque ferox inſtare: ſingulos modo, modo univerſos lædere: dictitare, ſeſe conſulatum ex victis illis quaſi [5] ſpolia cepiſſe; alia præterea magnifica pro ſe, & illis dolentia: interim, quæ bello opus erant, prima habere; poſtulare [6] legionibus ſupplementum: auxilia à populis, & re-

1 *Alienam rem.*] Id eſt, rem ad alium, ſeu ad Marium pertinentem. *Sold.* *Rem alienam.*] Id eſt, triumphum, aut victoriam Marianam. *Bad.*

2 *Probare partim, alia abnuere.*] Scribe: *probare, partim abnuere*, ejecto τῶ *alia.* Vid. Gronov. ad Liv. 3. 37.

3 *Juſſit.*] Advertendum eſt, quia populus proprie dicitur jubere, Senatus dicitur decernere. *Sold.*

4 *Multus.*] Vehemens, acer, vel aſſiduus, frequens.

5 *Spolia cepiſſe.*] Eſt tranſlatio ſumpta à militibus, qui ex hoſte victo ſpolia reportant. Nam victor victum armis ſpoliat, & ea cum gloria reportat. *Sold.*

6 *Legionibus ſupplementum.*] Hoc eſt, poſtulabat à Senatu, ut ſibi concederent, ut milites conſcribere poſſet ad explendas legiones, quæ longo bello diminutæ erant. Juſtus numerus legionum ante Cajum Marium ex quatuor millibus militum conſtabat: primus Cajus Marius legionem inſtituiſſe dicitur ſex millium, & ducentorum militum. *Idem.*

& regibus, ſociiſque arceſſere: præterea ex Latio fortiſſumum quemque, pleroſque militia, paucos fama cognitos accire, & [1] ambiundo [2] cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum

1 *Ambiundo.*] Non imperando, ſed blandiendo cogebat eos ſecum ad bellum proficiſci, qui ad militiam de jure compelli non poterant. *Idem.*

2 *Cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci.*] Illi dicuntur emeritis ſtipendiis, qui debita tempora militiæ compleverunt. & hi contra voluntatem ſuam ad militiam compelli non poſſunt: tamen hos C. Marius blandiendo cogebat ſecum proficiſci. *Sold. Homines emeritis ſtipendiis.*] Veteranos: qui cum impleſſent ſtipendia, ad militiam inviti cogi non poterant. legibus enim Romanis decem tantum annos militare cogebantur, ut ait Plutarchus in Gracchis. verum id haud ſemper ſervatum eſt, quod leges apud Polybium l. 6. Cornelium Tacit. lib. 1. item apud Jureconſultos lib. 7. tit. 64. & lib. 10. tit. 54. Codicis. *Caſt. Stipendiis emeritis.*] Sicuti ſeptimo & decimo anno militiæ initiabantur, ita militem liberatum anno demum ætatis quinquageſimo, atque ea de re legem latam ſcribit Lipſius ad Taciti Annales. Videndus Petrus Crinitus lib. 8. de honeſta diſcipl. cap. ult. Quando vero diximus quinquageſimo anno finem militiæ eſſe, non ita intelligendum, ut à prima ætate militiæ capaci ad illud uſque tempus militare quis cogeretur, ſed de iis, qui ſerius ad militiam tranſvecti, quietem illos quinquageſimo anno habuiſſe. Quod autem olim emeritæ militiæ ſtipendia & anni fuerint, diverſimode inter auctores diſceptatur. Alexander Neapolitanus l. 6. Genial. c. 22. adnotatum reliquit, modo undecim, modo ſexdecim annos militiæ finem feciſſe. Apud Tacitum quadragena quidam, alius tricena ſtipendia numerat. Sæpe ea res variavit, ſub principibus præſertim, ut diſcimus ex Annalibus Taciti: *Edixit*, inquit, *Tiberius militare ærarium eo ſubſidio niti: ſimul imparem oneri remp., niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur. ita proximæ ſeditionis male conſulta, quibus ſexdecim ſtipendiorum finem expreſſerant, abolita in poſterum.* Sed idem quoque ab Auguſto ante fuiſſe conſtitutum teſtatur Suidas. imo & libera rep. viginti ſtipendia pedites feciſſe docemur à Polybio lib. 6. viginti item ſtipendia appellari video l. 9. C. de veteranis. videnda quoque l. veteranis. C. quando provocare non eſt neceſſe, & l. ult. C. de his qui non impler. Atqui diſſentire videtur Modeſtinus, dum inquit: *Nam qui viginti annos militaverit, ſimilis illi eſt, qui expleverit militiam.* Juſtus porro Lipſius apud Tacitum auctor eſt, prima ſtipendia annis viginti quinque fuiſſe definita. Ad cujus opinionem inſcriptionem hanc ex tabula veteri adhibendam putavi: IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI. NERVAE. NEPOS. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COS. III. P. P. IIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. PR. MISENENSI. QVAM. EST. SVB. IVLIO. FRONTONE. SEX. ET. VIGINTI. STIPEND. EMERIT. DIMISSIS. NON. MISS. QVOR. NOM. SVB. &c. Qui militant, ſtipendia mereri dicuntur. l. miles, & l. item miles. ff. de re judicata. hinc emerita ſtipendia, quæ Juſtinianus impleta vocavit. C. de his qui non impletis ſtipendiis. inde & emeriti milites, quos etiam veteranos vocarunt. Martianus in l. deferri. ff. de jure fiſci: *Veterani*, inquit, *ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur, propter honorem utique & merita militiæ.* item: *milites propter honorem ſtipendiorum, quæ merent, deferre prohibentur.* Si quid ego video, legendum priori loco, proxime ad ductum vulgatæ ſcripturæ, *propter honorem utique meritæ militiæ.* Sed conſiderent

ſecum proficiſci. Neque illi ſenatus, quamquam advorſus erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum ſupplementum etiam lætus decreverat: quia, [1] neque plebi militia volenti putabatur, & Marius aut belli uſum, [2] aut ſtudia vulgi amiſſurus. ſed ea res fruſtra ſperata. Tanta lubido cum Mario eundi pleroſque invaſerat. ſeſe quiſque præda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia hujuſcemodi animis trahebant: & eos non paullum oratione ſua Marius [3] arrexerat. Nam poſtquam, omnibus, quæ poſtulaverat, decretis, milites ſcribere vult, hortandi cauſſa, ſimul & nobilitatem, uti conſueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. deinde hoc modo diſſeruit:

85 „ Scio ego, Quirites, pleroſque non iſdem artibus [4] im-
„ perium à vobis petere, &, poſtquam adepti ſunt, gere-
„ re: primo induſtrios, [5] ſupplices, [6] modicos eſſe; dein per
„ ignaviam, & ſuperbiam ætatem agere, ſed mihi contra
„ videtur. Nam, quo univerſa reſpubl. pluris eſt, quam
„ conſulatus, aut prætura, eo majore cura illam admini-
„ ſtrari, quam hæc peti debere. Neque me fallit, quan-
„ tum cum maxumo beneficio veſtro negotii ſuſtineam.
„ Bellum parare, ſimul & ærario parcere, cogere ad mili-
„ tiam eos, quos nolis offendere; domi, foriſque omnia
„ curare; & ea agere inter invidos, occurſantis, factio-
ſos,

ſiderent hoc eruditiores. Cæterum qui emeritis ſtipendiis militare rurſum cogebantur, vocabantur *Evocati*, teſte Dione libro 48. Iſidorus *Evocationem* fuiſſe dicit, cum ad ſubitum bellum, non ſolum milites, ſed etiam cæteri vocabantur. *Stewechius.*

1 *Neque plebi militia volenti.*] Eſt Græciſmus. Vulgo, *neque plebe militiam volente*, id eſt, nolente & recuſante militiam plebe. vel exponamus: *neque*, id eſt, nec etiam, ac ſi dixiſſet: Non ſolum nobilitate, ſed etiam plebe recuſante militiam. *Caſtil.*

2 *Aut ſtudia vulgi.*] Id eſt, benevolentiam populi, videlicet ſi milites ſcriberet, & nolentes cogeret ad militiam. *Sold.*

3 *Arrexerat.*] Id eſt, in ſpem excitaverat.

4 *Imperium.*] Conſulatus & prætura proprie dicuntur imperia, ſicuti aperte hoc loco Salluſtius oſtendit. nam paulo poſt dicit: *Nam quanto pluris eſt univerſa Reſpublica, quam conſulatus, aut prætura:* totum hoc referens ad id quod prædixerat. *Sold.*

5 *Supplices.*] Id eſt, humiles.

6 *Modicos.*] Id eſt, modeſtos, moderatos.

1 Opi-

ſos, [1] opinione, Quirites, aſperius eſt. Ad hoc, alii ſi de- ,,
liquere, vetus nobilitas, majorum facta fortia, cognato- ,,
rum & affinium opes, [2] multæ clientelæ, omnia hæc præ- ,,
ſidio adſunt: mihi ſpes omnes in memet ſitæ: quas ne- ,,
ceſſe eſt & virtute, & innocentia tutari. nam alia [3] infirma ,,
ſunt. Et illud intellego, Quirites, omnium ora in me ,,
converſa eſſe, [4] æquos, bonoſque favere: quippe bene- ,,
facta mea [5] reipubl. procedunt: [6] nobilitatem locum in- ,,
vadendi quærere. Quo mihi acrius adnitendum eſt, uti ,,
[7] neque vos capiamini, & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc ætа- ,,
tis à pueritia fui, ut omnis labores, pericula conſueta ha- ,,
beam. Quæ [8] ante veſtra beneficia gratuito faciebam, ea ,,
uti accepta mercede deſeram, non eſt conſilium, Qui- ,,
rites. [9] Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui ,,
[10] per ambitionem ſeſe probos ſimulavere: mihi qui om- ,,
nem ætatem in optumis artibus egi, bene facere jam ex ,,
conſuetudine in naturam vertit. Bellum mę gerere cum ,,
Jugurtha juſſiſtis: quam rem nobilitas ægerrume tulit. ,,
Quæſo, reputate cum animis veſtris, num id mutarі me- ,,
,, lius

1 *Opinione aſperius.*] Id eſt, difficilius, quam quiſquam opinari poſſit.

2 *Multæ clientelæ.*] Recte ait Cicero: *in invidiam trahemus adverſarios, ſi vim, potentiam, factionem, divitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hoſpitum ſodalitates, affinitates adverſariorum proferemus.* hæc omnia fere à Mario poſita ſunt. *Sold.*

3 *Infirma ſunt.*] Invalida ſunt, quia non habeo.

4 *Æquos bonoſque.*] Plebem ſignificat, eamque hac laude demulcet: quia ab ipſa potiſſimum conſul factus erat. *Sold.*

5 *Reipubl. procedunt.*] In manuſcripto aliiſque vetuſtioribus eſt, *Beneſacta mea reip. præcedunt:* quomodo & Venetum habet, cujus modo facta à nobis mentio eſt, & Florentinum ut intelligas Marium ante collatum in ſe honorem gratuito benefeciſſe, eaque re æquos bonoſque omneis favere. *Sold.*

6 *Et intelligo nobilitatem quærere locum invadendi.*] Ego (inquit) cognoſco omnes me conſulem aſpicere: & bonos quidem viros ac juſtos mihi favere, nobiles autem quærere, quo pacto mihi noceant. *Sold.*

7 *Neque vos capiamini.*] Id eſt, decipiamini per ſpem & expectationem veſtram de me.

8 *Ante veſtra beneficia.*] Videlicet antequam eſſem conſul.

9 *Illis difficile eſt.*] Nobiles, quando petunt magiſtratus, ſimulant ſeſe probos, cum tamen improbi ſint. Sed hæc ſimulatio diu tegi non poteſt. Nam, quando adminiſtrant ipſos magiſtratus, facere non poſſunt, quin appareant id quod ſunt. nam cito oſtendunt ignaviam ſuam & ſuperbiam. *Sold.*

10 *Per ambitionem.*] Id eſt, affectationem imperii, aut tantiſper dum ambibant.

„ lius ſit, ſi quem [1] ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud
„ tale negotium mittatis, hominem [2] veteris proſapiæ, ac
„ [3] multarum imaginum, & [4] nullius ſtipendii, ſcilicet ut
„ in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat ali-
„ quem ex populo [5] monitorem officii ſui. Ita plerumque
„ evenit; uti, quem vos imperare juſſiſtis, is ſibi impera-
„ torem alium quærat. At ego ſcio, Quirites, qui, poſt-
„ quam conſules facti ſunt, [6] acta majorum, & [7] Græco-
„ rum militaria præcepta legere cœperint; homines præ-
„ poſteri: Nam gerere, quam fieri, tempore poſterius, [8] re,
„ atque uſu prius eſt. Comparate nunc, Quirites, cum il-
„ lorum ſuperbia me hominem novum. Quæ illi audire,
& le-

1 *Ex illo globo.*] Id eſt, ex illa multitudine.

2 *Veteris proſapiæ.*] Quid ſit Proſapia docent Feſtus & Nonius. cæterum Quintilianus lib. 1. cap. 9. itemque Cicero de Univerſitate, Proſapiam vetus verbum eſſe teſtantur: ſed Salluſtius ſequitur antiquos, & maxume Catonem, qui & ipſe libro 1. Originum *veteres proſapias* dixit. merito igitur noto hoc epigrammate (ut inquit Quintilianus) Salluſtius inceſſitur:

Et verba antiqui multum furate Catonis,
Criſpe, Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Scimus præterea Aſinium Pollionem Salluſtii ſcripta reprehendiſſe, ut nimia priſcorum verborum affectatione obſcura, ſed & Lenæus etiam Pompeii libertus appellavit eum priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem. Auctor Suetonius in libello de claris Grammaticis. *Caſtil.*

3 *Multarum imaginum.*] Id eſt, multorum honorum. Antiqui, ſi rem aliquam præclaram pro repub. geſſiſſent, decreto Senatus ſtatua donabantur, ut poſteri ad imitandam eorum virtutem provocarentur. unde quia in domibus nobilium plerunque imagines & ſtatuæ multæ erant majorum ſuorum, qui vel in conſulatu, vel in prætura, vel in alio magiſtratu præclarum aliquid geſſerant: ille dicebatur homo multarum imaginum, qui multas imagines & multos magiſtratus familiæ ſuæ & majorum ſuorum oſtendere poterat. Vide ſupra.

4 *Nullius ſtipendii.*] Id eſt, qui ipſe nunquam ſtipendia fecerat, neque militaverat.

5 *Monitorem officii.*] Qui eum doceret, quo modo gereret ſuum officium.

6 *Legere acta majorum.*] Id eſt, geſta antiquorum, ut id quod per uſum ignorabant, ex literis diſcerent.

7 *Græcorum militaria ſcripta.*] Extitêre olim præſtantiſſimi ac diverſi de re militari ſcriptores, non Græci tantum, ſed & Latini. Græcorum pauciſſimi ſuperſunt, pauciores Latinorum, uno fere Vegetio excepto, qui niſi Epitomen ſuam compilaſſet, haberemus puto Catonis, Cornelii Celſi, Tarrutem Paterni, Macri, Menandri, aliorumque veterum in diſciplina bellica leges, præcepta & libros. Verum illud infortunium auctorum fuit probatiſſimorum, ut in compendium redacti ipſi quoque interirent. Sic Florus pro T. Livio eſſe cæpit, pro Trogo Pompejo Juſtinus, pro aliis alii. Hac re quantum reip. literariæ damnum illatum ſit, neminem ignorare puto.

8 *Re.*] Experientia.

1 *Ex-*

& legere ſolent, [1] eorum partem vidi, alia egomet geſſi. „
quæ illi litteris, ea ego militando didici. nunc vos ex- „
iſtumate, facta, an dicta pluris ſint. Contemnunt novi- „
tatem meam, ego illorum ignaviam. Mihi fortuna, illis „
probra objectantur. Quamquam ego naturam unam, & „
communem omnium exiſtumo, ſed fortiſſumum quem- „
que generoſiſſumum eſſe. Ac ſi jam ex patribus [2] Albini, „
aut Beſtiæ quæri poſſet, me ne, an illos ex ſe gigni ma- „
luerint: quid reſponſuros creditis, niſi, ſeſe [3] liberos „
quam optumos voluiſſe? Quod ſi jure deſpiciunt me; fa- „
ciant idem majoribus ſuis; quibus, uti mihi ex virtute no- „
bilitas cœpit. Invident honori meo: ergo invideant la- „
bori, innocentiæ, periculis etiam meis: quoniam per hæc „
illum cepi. Verum homines corrupti ſuperbia, ita æta- „
tem agunt, quaſi honores veſtros contemnant: ita hos „
petunt, quaſi honeſte vixerint. Næ illi falſi ſunt, qui di- „
verſiſſumas res pariter exſpectant, ignaviæ voluptatem, „
& [4] præmia virtutis. Atque etiam cum apud vos, aut in „
ſenatu verba faciunt, pleraque oratione majores ſuos ex- „
tollunt; eorum fortia facta memorando clariores ſeſe pu- „
tant: quod contra eſt. Nam, quanto vita illorum præ- „
clarior, tanto horum ſocordia flagitioſior. Et profecto „
ita ſe res habet. majorum gloria poſteris lumen eſt, ne- „
que mala eorum in occulto patitur. Hujuſce rei ego in- „
opiam patior, Quirites. Verum id, quod multo præcla- „
rius eſt, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, „
quam iniqui ſint. Quod ex aliena virtute ſibi arrogant, „
id mihi ex mea non concedunt: ſcilicet quia imagines „
non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt: quam certe „
„ pepe-

1 *Eorum partem vidi.*] Reponendum *partim* multis docuimus Obſ. l. 3. c. 2. *Gr.*

2 *Albini aut Beſtiæ.*] Iſtos nominat, quia licet nobiles eſſent, tamen conſules in hoc bello Jugurthino male rem geſſerant: ſicuti ſupra viſum eſt.

3 *Liberos quam optimos.*] Ac ſi diceres: Reſponderent, voluiſſe, ut potius ego virtute præditus, quam illi ignavi, naſcerentur ex ipſis. *Sold.*

4 *Præmia virtutis.*] Per præmia virturis, honores intelligit Salluſtius. nam hi propter magna merita claris viris deferuntur & dantur.

„ peperiſſe melius eſt, quam acceptam corrupiſſe. Equi-
„ dem ego non ignoro, ſi jam mihi reſpondere velint, ab-
„ unde illis facundam, & compoſitam orationem fore.
„ Sed in maxumo veſtro beneficio, cum omnibus locis
„ me, voſque maledictis lacerent, non placuit reticere:
„ [1] ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret. Nam me
„ quidem, ex animi mei ſententia nulla oratio lædere po-
„ teſt. Quippe vera, neceſſe eſt bene prædicet: falſam, vita
„ moreſque mei ſuperant. Sed quoniam veſtra conſilia ac-
„ cuſantur, qui mihi ſummum honorem, & [2] maxumum
„ negotium impoſuiſtis: etiam atque etiam reputate, num
„ id pœnitendum ſit. Non poſſum, fidei cauſſa, imagines,
„ neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum
„ oſtentare: at, ſi res poſtulet, [3] haſtas, vexillum, [4] pha-
„ leras, [5] alia dona militaria, præterea cicatrices [6] advorſo
„ corpore. Hæ ſunt meæ imagines, hæc nobilitas, non
„ hereditate relicta, ut illis, ſed quæ ego plurimis meis la-
„ boribus, & periculis quæſivi. Non ſunt compoſita ver-
„ ba mea. Parvi id facio. Ipſa ſe virtus ſatis oſtendit: il-
„ lis artificio opus eſt, uti turpia facta oratione tegant.
„ Neque litteras Græcas didici. parum placebat eas diſce-
„ re, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.
„ At illa multo optuma reipubl. doctus ſum; hoſtis ferire,

præ-

1 *Ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret.*] Modeſtia eſſet tacere, & non reſpondere maledicentibus: ſed ego nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modeſtiam: ſed, quia conſcius ſum, adverſarios vera dicere. *Sold.*

2 *Maxumum negocium.*] Videlicet gerere bellum contra Jugurtham. *Idem.*

3 *Haſtas, vexillum.*] Id eſt, ſigna hoſtium capta. *Badius.*

4 *Phaleras.*] Id eſt, ornamenta equorum. *Phaleras.*] Qui hoſtem dejecerit, aut ſpolia legerit, duplex jam hinc præmium; diverſum pro genere militiæ: nam peditі datur phiala ſive armilla, equiti phalera. Phaleræ diſtinctæ à torquibus: illæ demiſſæ ad pectus pendebant, hæ ſtringebant magis & ambibant ipſum collum. Diverſitas etiam in forma, quod illæ planiores, & magis jacentes; iſtæ contortæ, & ex annulis aut catellis plexæ. Unde ipſæ Catellæ dictæ ſunt. *Lipſ.* Proprie autem phaleræ ornamenta equorum. Φάλαρα Græci dixerunt, atque Etymologicon magnum in fronte & buccis equorum ornatum eſſe dixit.

5 *Alia ornamenta militaria.*] Quibus ob virtutem, quod ea hoſtibus detraxerim, ab imperatore donatus ſum. *Idem.*

6 *Advorſo corpore.*] Non in tergo, ſed in corpore adverſo.

1 *Præ-*

Digitized by Google

[1] præſidia agitare, nihil metuere, niſi turpem famam; hiemem, & æſtatem juxta pati, humi requieſcere; eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor: [2] neque illos arcte colam, me opulenter; neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc eſt utile, hoc civile imperium. Namque, cum tute per mollitiem agas, exercitum [3] ſupplicio cogere, hoc eſt, [4] dominum, non imperatorem eſſe. Hæc, atque talia majores veſtri faciundo, ſeque, remque publicam celebravere. Quîs nobilitas freta, ipſa diſſimilis moribus, nos illorum æmulos contemnit; & omnis honores non ex merito, ſed quaſi debitos, à vobis repetit. Ceterum homines ſuperbiſſimi procul errant. Majores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam ſui præclaram. virtutem non reliquere; neque poterant. Ea ſola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus ajunt: quia parum ſcite [5] convivium exorno, neque hiſtrionem ullum, neque pluris

1 *Præſidia agitare.*] Id eſt, expellere oppidis præſidia, ſcilicet hoſtium. Vel præſidia hoſtium in fugam agere. *Bad.*

2 *Neque illos arcte colam, me opulenter.*] In Veneto quod eſt à Pincio excuſum, *ut me opulentent.* In aliis quibuſdam, *ut me opulentem.* Cui ocium eſt, excutiat hunc locum diligenter. Mihi vulgata lectio bene habere videtur: ut inter ſeſe opponantur, *arcte* & *opulenter.* Eſt enim ſenſus: Non ego illos arcte contemteque habebo, me ipſum molliter & delicate: Vel, non tractabo illos nimis aſpere atque injurioſe, me ipſum indulgenter. Nam hunc eſſe ſenſum, ea quæ ſequuntur indicant: Namque cum tute per molliciem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt, dominum, non imperatorem eſſe. Simile quid Livius de Catone ſcribit lib. 4. Dec. 4. *Sed in Conſule* (inquit) *ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per ſe adiret atque ageret: nec cogitaret modo, imperaretque, quæ in rem eſſent, ſed pleraque ipſe tranſigeret: nec in quenquam omnium gravius ſeveriuſque, quam in ſemetipſum imperium exerceret, parcimonia, & vigiliis, & labore cum ultimis militum certaret, nec quicquam in exercitu ſuo præcipui præter honorem atque imperium haberet.* Rivius.

3 *Supplicio.*] Id eſt, per ſupplicium & tormentum. *Bad.*

4 *Eſſe dominum.*] Id eſt, tyrannum & ſuperbum regem, non imperatorem liberi populi. *Idem.*

5 *Convivium exorno.*] Seneca: *Utrum tandem ſapientiorem putas, qui verſatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut ſubinde alia facies atque alia ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur: an eum, qui & aliis & ſibi hoc monſtrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperaverit?* Idem alibi Seneca: *tenet me ſummus amor parcimoniæ: placet miniſter inculta, & nudis vernula, argentum*

„ ris pretii coquum, quam villicum, habeo. quæ mihi lubet
„ confiteri, Quirites. Nam & ex parente meo, & ex aliis
„ ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris labo-
„ rem convenire, omnibuſque bonis oportere plus gloriæ
„ quam divitiarum eſſe: arma, non ſuppellectilem, decori
„ eſſe. Quin ergo, quod juvat, quod carum æſtumant, id
„ ſemper faciant: ament, potent: ubi adoleſcentiam ha-
„ buere, ibi ſenectutem agant, in cõviviis, dediti ventri,
„ & turpiſſumæ parti corporis: ſudorem, pulverem, & alia
„ talia relinquant nobis, quibus illa epulis jucundiora ſunt.
„ Verum non ita eſt. Nam, ubi ſe flagitiis [1] dedecoravere,
tur-

tum grave ruſtici patris, ſine ullo nomine artificis, & menſa non varietate maculararum conſpicua, nec per multas elegantium dominorum ſucceſſiones civitati nota: ſed in uſum poſita, quæ nullius convivæ oculos, nec voluptate moretur, nec accendat invidia. Porro quæ ad ſtructuram conviviorum pertinebant, in magnificentia ſua fere omnium fidem excedebant. Tricliniares lecti magna ex parte è ligno precioſo erant adfabre facti, aut teſtudinum ſectis laminis, ebore, argento, atque etiam auro veſtiti, aut etiam ſolidi. Scribit Plinius l. xxxvii. c. ii. Cn. Pompejum in tertio triumpho, quem de Pyratis, Aſia & Ponto duxit, lectos tricliniares tres ex auro tranſtuliſſe. Lectis opere & materia pretioſis, ſuperbiſque & magnificis veſtibus inſtratis, pares adhibebantur menſæ aut etiam pretioſiores; ex citro enim arbore magna ex parte conſtabant, quæ quanto in precio haberentur, unus Plinii locus oſtendit lib. xiii. cap. xv. *Aſinius Gallus citream menſam decies ſeſtertiũm mercatus eſt.* Menſis coronæ argenteæ, aureæ, interdum & gemmis diſtinctæ addebantur. Ita tradit Scævola in l. qui uxori, ff. de Aur. & Arg. legat. Illud omnem luxuriam excedit, privatos cives Romanos tantum argenti ad menſæ apparatum poſſediſſe, quantum tota Carthago, Romanæ urbis æmula, terrarum orbis avida, cum maxime floreret, habuerit, ut teſtatur Plinius. In ipſis autem epulis profuſiſſimi erant mortalium Romani, præcipue nobiles. Lucullum extemporali cœna, quam ut quotidianam Ciceroni & Pompeio dedit, μυριάδας πέντε, hoc eſt, fere quinque ſcutatorum millia inſumpſiſſe, Plutarchus auctor eſt in ejus vita. Quis facile crederet Lucilii ætate ſingula oſtrea mille nummis (hoc eſt ſcutatis decem) empta fuiſſe? Quin & nonnunquam ubi precioſa fercula inferebantur, miniſtri coronati cum tibicine procedebant, ut teſtatur Macrobius lib. iii. cap. xv. Inter cœnandum acroamata omnis generis adhibebantur. nam aut ſymphonia perſonabat triclinium, aut inſtrumenta, organaque varia concinebant, aut Tragœdiæ, Comœdiæque, Mimique agebantur, aut ſpectacula alia jucunda inducebantur, incendebantur & odores naribus gratiſſimi. Vide Senecam de Vit. Beat. cap. xi. Itaque recte hic Hiſtriones quoque addidit Salluſtius. Atque hæc quidem in privatis conviviis, nam cum celebrabantur cœnæ Pontificales, Augurales, triumphaleſve, apparatus adhuc multo ſolebat eſſe magnificentior. *Ciaccon.* de Tricl. Vide & Bullinger. de conviv.

1 *Dedecoravere.*] Id eſt, inquinaverunt, maculaverunt. *Sold.*

1 *Præ-*

turpiſſumi viri, [1]bonorum præmia ereptum eunt. [2]Ita „
injuſtiſſume luxuria, & ignavia, peſſumæ artes, illis, qui „
coluere eas, [3] nihil officiunt, reipubl. innoxiæ [4]cladi „
ſunt. Nunc, quoniam illis, quantum mores mei, non „
illorum flagitia poſcebant, reſpondi: pauca de republ. „
loquar. Primum omnium de Numidia bonum habete „
animum, Quirites. Nam quæ ad hoc tempus Jugur- „
tham tutata ſunt, omnia [5] removiſtis, avaritiam, imperi- „
tiam, ſuperbiam. Dein exercitus ibi eſt [6]locorum ſciens, „
ſed mehercule magis ſtrenuus, quam felix. Nam magna „
pars ejus [7] avaritia, aut temeritate ducum [8] attrita eſt. „
Quamobrem vos, quibus militaris ætas eſt, adnitimini „
mecum, & [9] capeſſite rempubl. neque quemquam ex ca- „
lamitate aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus ce- „
perit. Egomet in agmine, in prælio conſultor idem, „
& ſocius periculi vobiſcum adero: meque, voſque in „
omnibus rebus juxta geram. Et profecto, diis juvantibus, „
omnia matura ſunt, victoria, præda, laus: quæ ſi dubia, „
aut procul eſſent, tamen omnis bonos reipubl. ſubve- „
nire [10] decet. Etenim nemo ignavia immortalis factus: „
[11] neque quiſquam parens liberis, ut æterni forent, opta- „
„ vit;

1 *Præmia bonorum.*] Scil. honores.

2 *Ita injuſtiſſime.*] Hoc modo, inquit, hæc duo vitia, luxuria & ignavia, nihil nocent illis, qui ipſa vitia poſſident, & nocent innocenti reipublicæ, quæ res injuſtiſſima eſt. Hoc autem ideo dicit, quia injuſtum eſt, ut luxurioſi & ignavi honores habeant, quæ ſunt præmia bonorum virorum. *Sold.*

3 *Nihil officiunt.*] Id eſt, nihil nocent: quia quamvis luxurioſi & ignavi ſint, tamen honores eis demandantur. *Idem.*

4 *Cladi ſunt.*] Id eſt, damno & detrimento.

5 *Removiſtis.*] Videlicet avaritiam, quæ in Beſtia fuit, & Albino: & imperitiam in Aulo, & ſuperbiam in Metello. *Badius.*

6 *Locorum ſciens.*] Nam ad bellum gerendum multum prodeſt loca ſcire.

7 *Avaritia aut temeritate ducum.*] Cladem & infelicitatem exercitus vitio imperatorum adſcribit, ut oſtendat recte ſibi conſulatum demandatum, qui poſſit cladem ſuperiorum imperatorum receptam emendare. *Idem.*

8 *Attrita.*] Id eſt, conſumpta.

9 *Capeſſite.*] Id eſt, ſuſcipite defendendam remp.

10 *Decet.*] Lege, *decet*; non, *decebat*. Sic enim eſt in cunctis vetuſtioribus libris. *Caſt.*

11 *Neque quiſquam parens.*] Sumpſit Salluſtius hanc ſententiam ex Platone. Sic enim inquit in Epitaphio: ἀ γὰρ ἀθανάτους σοφὸν παῖδας ἔχειν χρή-ζῃ, ἀλλ' ἀγαθὸς ἢ ἔνλεως. *Idem.*

„ vit; magis, [1] uti boni, honeſtique vitam exigerent. Plura
„ dicerem, Quirites, ſi timidis virtutem verba adderent.
„ nam ſtrenuis abunde dictum puto.

86 Hujuſcemodi oratione habita, Marius poſtquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, ſtipendio, armis, aliiſque utilibus navis onerat. cum his A. [2] Manlium legatum proficiſci jubet. Ipſe interea milites ſcribere [3] non more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque lubido erat, capite cenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem conſulis memorabant; quod ab eo genere celebratus, auctuſque erat, & homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſque opportuniſſimus, cui neque

1 *Uti boni honeſtique.*] Quia ſciunt, nemini niſi per famam æternitatem concedi. *Bad.*

2 *Manlium.*] Plinius lib. XXXIII. cap. 1. *Manilium* vocat.

3 *Non more majorum, &c.*] Id eſt, non ſecundum ritum & conſuetudinem majorum. Nam majores perſcribere conſueverant milites ex claſſibus: Marius autem ſcripſit etiam ex his, qui non erant in claſſibus. nam multos capite-cenſos ſcripſit. Servius Tullius, qui ſextus à Romulo Romæ regnavit, primus cenſum inſtituit: ex quo belli paciſque munia & onera non viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum populum univerſum in claſſes centuriaſque ex cenſu deſcripſit atque diviſit. Ex his qui centum millium æris aut majorem cenſum haberent, octoginta confecit centurias quadragenas ſeniorum ac juniorum. Primæ claſſis omnes appellati ſeniores, ad urbis cuſtodiam ut præſto eſſent: juniores, ut foris bella gererent. Secunda claſſis, intra cenſum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta eſt. Ex his ſenioribus junioribuſque viginti conſcriptæ centuriæ. Tertia claſſis, in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit: totidem centuriæ. Quarta claſſis, quinque & viginti millium: totidem centuriæ factæ. Quinta claſſis aucta: nam centuriæ triginta factæ ſunt. Hæc claſſis undecim millibus cenſebatur. Hæ claſſes ſicuti numero, ita armis diſtinctæ erant. Nam prima claſſis arma habebat, galeam, clypeum, ocreas, loricam, omnia ex ære, quæ corporis tegumenta eſſent: tela in hoſtem, haſtam & gladium. Secunda claſſis ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem habebat. Tertia claſſis eadem habebat, præter ocreas. Quartæ claſſis arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum. Quinta claſſis, fundas lapideſque miſſiles gerebat: in hac accenſi, cornicines tibicineſque in tres centurias diſtributi. Minor cenſus reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta immunis à militia. Ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoque, Equitum ex primoribus civitatis duodecim ſcripſit centurias. Quando igitur bellum gerere oportebat, ex his quinque claſſibus milites conſcribebantur. Servi, capitecenſi, & qui exclaſſes erant, ad militiam non recipiebantur, utpote propter inopiam ſuſpecti. Capitecenſi dicebantur, ut tradit A. Gellius, qui aut nullo, aut perquam parvo ære cenſebantur: hi pro capite tributa pendebant, à cenſione capitis nominati. *Soldum.*

neque ſua curæ (quippe quæ nulla ſunt) & omnia cum pretio honeſta videntur. Igitur Marius cum aliquanto majore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam advehitur. Exercitus ei traditur à P. Rutilio legato. Nam Metellus conſpectum Marii fugerat; ne videret ea, quæ audita animus tolerare nequiverat. Sed conſul, expletis legionibus, cohortibuſque auxi- 87
liariis, in agrum fertilem, & præda onuſtum proficiſcitur. Omnia ibi capta militibus donat: dein caſtella, & oppida natura & viris parum munita aggreditur: prælia multa, ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites ſine metu pugnæ adeſſe: videre fugientis capi, aut occidi: fortiſſimum quemque tutiſſumum: armis libertatem, patriam parenteſque, & alia omnia tegi: gloriam, atque divitias quæri. Sic brevi ſpatio novi veteresque coaluere, & virtus omnium æqualis facta. [1] At reges ubi de adventu Marii cognoverunt, diverſi in locos difficiles abeunt. Ita Jugurthæ placuerat, ſperanti, mox effuſos hoſtis invadi poſſe: Romanos, ſicuti pleroſque, remoto metu [2] laxius, licentiuſque futuros. Metellus interea Romam profectus, 88
contra ſpem ſuam lætiſſumis animis excipitur, plebi, patribuſque, poſtquam invidia deceſſerat, [3] juxta carus. Sed Marius impigre, prudenterque, ſuorum, & hoſtium res pariter attendere; cognoſcere, quid boni utriſque, aut contra eſſet: explorare itinera regum; conſilia, & inſidias eorum antevenire: nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum pati. Itaque & [4] Gætulos, & Jugurtham, [5] ex ſociis noſtris prædas agentes, ſæpe aggreſſus in itinere fuderat, ipſumque regem haud procul ab oppido [6] Cirta armis exuerat. [7] Quæ poſtquam

1 *At reges.*] Seu Jugurtha & Bocchus, qui ſocietatem inierant.

2 *Laxius.*] Id eſt, ſolutius.

3 *Juxta carus.*] Quia revera optimus imperator fuerat, & bellum ſapienter & feliciter geſſerat.

4 *Gætulos.*] Vide ſupra p. 226.

5 *Ex ſociis noſtris.*] Videlicet ex urbibus, & ex agris populorum Numidiæ, qui ſe populo Rom. dediderant.

6 *Cirta.*] Vide ſupra p. 236.

7 *Quæ poſtquam.*] Id eſt, poſtquam Marius cognovit, ea quæ faciebat eſſe tantummodo glorioſa: & non eſſe talia,

quam glorioſa modo, [1] neque belli patrandi cognovit, ſtatuit urbis, quæ viris, aut loco pro hoſtibus, & advorſum ſe opportuniſſumæ erant, ſingulas circumvenire: ita Jugurtham aut præſidiis nudatum iri, ſi ea pateretur, aut prœlio certaturum. Nam Bocchus nuncios ſæpe ad eum miſerat, velle populi Rom. amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret. Id ſimulaverit ne, quo improviſus gravior accederet, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare ſolitus, pa-
89 rum exploratum eſt. Sed conſul, uti ſtatuerat, oppida, caſtellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut præmia oſtentando, avertere ab hoſtibus. [2] Ac primo mediocria gerebat, exiſtumans Jugurtham ob ſuos tutandos [3] in manus venturum. Sed ubi illum procul abeſſe, & aliis negotiis intentum accepit; majora, & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt. Erat inter ingentis ſolitudines [4] oppidum magnum, atque valens, nomine Capſa: cujus conditor Her-

lia, ut propter hæc bellum conficeretur: quia licet Marius in itinere Jugurtham ſæpe prælio ſuperaret, tamen ei leve detrimentum inferebat, quia tota acie non dimicabat.

1 *Neque belli patrandi, &c.*] Additur vulgo, *copiam*, & ſic conſtantiſſime habent tam manuſcripti, quam typis impreſſi codices. & ſententia ita quoque aperta eſt. *Quæ poſtquam glorioſa modo, neque belli, &c.*] Priſcianus etiam, hunc locum citans lib. 18. *copiam* omittit, & *cauſam* ſubaudiri teſtatur. Atque ita legi poteſt quoque, *Neque belli patrandi cognovit:* ut ſubaudiatur, *eſſe*, pro, Non ſpectare ad conficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum. Ita Hircius de Bello Alexand. *Multa contra morem conſuetudinemque militarem fierent, quæ diſſolvendæ diſciplinæ ſeveritatiſque eſſent.* pro, quæ pertinerent ad diſſolvendam diſciplinam. Eodem modo Livius interdum, velut quinto ab V. C. *Quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum? quam diſſolvendæ maxime tribunitiæ poteſtatis rentur eſſe.* Idem 7. Dec. 3. *Nam tum quidem quæ temere agitaſſent, ea prodendi imperii, tradendæ Annibali victoriæ eſſe.* pro, ſpectare ad tradendam victoriam. *Riv.*

2 *Ac primo mediocria gerebat.*] Primo quidem Marius eas res geſſit quæ mediocres erant: exiſtimans Jugurtham laturum eſſe auxilium ipſis urbibus, & ita in manus ſuas venturum. Sed poſtquam vidit Jugurtham appropinquare nolle, ſtatuit majora aggredi. *Sold.*

3 *In manus venturum.*] Libentius legerem, *Ad manus venturum:* quo modo habent quidam impreſſi codices. & ita ſane loquitur etiam Cic. in Verr. orat. 7. *Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.* Caſt. De hujus loci explicatione conſulendus Gronovius ad Livium lib. 2. c. 46.

4 *Oppidum magnum, atque valens, nomine Capſa.*] Ptolomæus Capſæ meminit ad occaſum Tritonidis paludis. Strabo l. ultimo ait, Jugurthæ theſauros fuiſſe in eo oppido, cum hic noſter auctor in oppido Suthul eos fuiſſe ſupra

[1] Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti advorsum hostes non mœnibus modo, & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam [2] præter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquæ, [3] infesta serpentibus: quarum vis, sicut omnium ferarum, inopia cibi acrior: ad hoc, natura serpentium ipsa pernicioſa, siti magis, quam alia re accenditur.

pra dixerit. Fieri autem potuit, ut in diversis locis, firmis ac munitis, thesauros suos habuerit Jugurtha: ut de Thala quoque supra dicit, pleroſque ejus thesauros ibidem fuisse. *Glar.*

1 *Hercules Libys.*] Vide supra p. 227. *Hercules Libys.*] Orosius lib. 5. cap. 15. Capsam ab Hercule Phœnice conditam scribit; ibique ait fuisse thesauros Jugurthæ. quod etiam affirmat Strab. libro 17. Mendum est apud Ptolomæum in codice verso, ubi *Campsa* pro *Capsa* legitur. Græcus enim recte habet. *Cast.*

2 *Præter oppido propinqua.*] Vulgo, *præter oppida propinqua.* Priorem lectionem unus ille ex nostris codicibus, quem ex Bibliotheca divi Salvatoris habuimus, servavit. *Idem.*

3 *Infesta serpentibus, &c.*] Huc facit egregius locus Nicandri, quo docet quando potissimum à serpentibus cavendum sit. Ita autem loquitur:

Εἰ δὲ πυ σὺν δαπέτοιν ἀφαρμάκῳ ἔχοι κύρσης
Ἄκμηνος σίτων, ὅτε δὴ κακὸν ἄνδρας ἰάπτει,
Αἶψα κεν ἡμιτέρῃσιν ἐρωήσειας ἐφέλμαις.
Τῶν ἤτοι θήλειαι παλίσκιοι ἀντομένοισι,
Δέρμασι πολυσπείρῃ, ἢ ὀλκαίῳ ἐπὶ σειρῷ.
Τὰς ἕνεκα ἢ θανάτοιο θοὸν τέρας ἴξεν ἕκαστα,
Ἀλλ' ἤτοι θήρην βλάβιον δόκον ἐξαλίασθαι,

Πληϊάδων φάσιας δεδοκημένον, αἵθ' ὑπὸ Ταύρῳ
Ὀλκαίῳ ψαίρουσαι, ὀλίζονες φορέουσι),
Ἢ ὅτε σοὶ τέκνοισι θερειομένοισιν ἄδοσκος
Φωλεὸν λοχαίδιον ὑπὸ γώλεα δίψας ἰαύσῃ.
Ἢ ὅτε δὴ λιπόπτοσι μετ' ὀρνίθων ἑὸν ἦτορ
Ἐκ νομοῦ ὑπανύουσα κίῃ κεκορημένη ὕλης.

Quod ita Latinis versibus interpretatur doctissimus I. Gorræus:

Sin nullo occurras serpentibus unguine tutus
Atque cibi vacuus, gravis est tum noxa ferarum,
Vitabis morsus, animo hæc præcepta recondens:
Fœmina præcipiti ante omnes agitata furore
Occurrit, rictu patulo, caudaque tumente;
Inde ferit fati multo graviore periclo.
Et vitare feras debes æstate nocentes,
Pleiadum observans ortus, quæ corpore Tauri
Extremo affixæ, non omnes æthera tranant.
Aut ubi cum pullis per aprica jacentibus antra
Dormit, in insidiis sitiens impastaque serpens:
Aut avida ad pastum properat, vel lumina somno

ditur. Ejus potiundi Marium maxuma cupido invaſerat, cum propter uſum belli, tum quia res aſpera videbatur: & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, [1] haud diſſimiliter ſitum, munitumque: niſi quod apud Thalam non longe à mœnibus aliquot fontes erant. Capſenſes una modo, atque ea intra oppidum [2] jugi aqua, cetera pluvia utebantur. Id ibique, & in omni Africa, [3] quæ procul à mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidæ plerumque [4] lacte, & ferina carne veſcebantur, & [5] neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta quærebant. Cibus illis advorſum famem, & ſitim, non lubidini, neque luxu-
90 riæ erat. Igitur conſul, omnibus exploratis, credo diis fretus, (nam contra tantas difficultates conſilio ſatis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidæ pabulo pecoris magis, quam arvo, ſtudent, &, quodcumque natum fuerat, juſſu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, & frugum vacuus ea tempeſtate: nam æſtatis extremum erat) tamen pro rei copia ſatis providenter exornat: pecus omne, quod ſuperioribus diebus præda fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis

Condens, à paſtu petit exaturata cubile. Vide ejuſdem *Gorræi* notas in Nicandrum.

1 *Haud diſſimiliter ſitum munitumque.*] Nam ſicuti ſupra viſum eſt, Thala urbs inter ingentes ſolitudines poſita eſt: ſicuti etiam Capſa, de qua nunc agitur. *Sold.*

2 *Jugi.*] Id eſt, fontana.

3 *Quæ procul à mari.*] Ad mare enim habitantes, per negociatores & reliquos advenas ſolent cultiores ſumere mores. *Bud.*

4 *Lacte.*] Qua de cauſa iidem & γαλακτοφάγοι dicebantur: quaſi dicas, lacte veſcentes: atque item γαλακτοπόται, ſicuti libro 7. teſtatur Columella, quo loco nationibus quibuſdam frumenta expertibus victum commodare lac docet. *Riv.*

5 *Neque ſalem.*] Hoc mirum eſt, cum ſal veluti neceſſarium condimentum vitæ ſit, quandoquidem humiditates nimias abſumit, exterget, à putredine conſervat, virtutem nativam colligit atque conſtringit. Niſi ſale quidem uſi, ſed eatenus non quærerent, quatenus eſſet incitamentum gulæ vel etiam libidinis. Propter quam cauſam Ægyptios præcipue ſacerdotes ſal rejeciſſe, tanquam libidinis incitamentum legimus. Atque hinc ipſa quoque Venus ἁλιγενὴς dicitur. *Thyſius.* Quid mirum de ſale, cum etiam carne ferina eos uſos ſine pane Leo Africanus auctor eſt?

1 *Oppi-*

peditis ad [1] oppidum Laris, ubi ſtipendium, & commeatum locaverat, ire jubet: dicitque ſe prædabundum poſt paucos dies eodem venturum. Sic incœpto ſuo occultato, pergit ad flumen [2] Tanam. Ceterum in itinere quotidie 91
pecus exercitui [3] per centurias, item turmas æqualiter diſtribuerat; &, ex coriis utres uti fierent, curabat: ſimul & inopiam frumenti lenire, & ignaris omnibus, parare, quæ mox uſui forent: denique ſexto die, cum ad flumen ventum eſt, maxuma vis utrium effecta. Ibi caſtris levi munimento poſitis, milites cibum capere, atque, uti ſimul cum occaſu ſolis egrederentur, paratos eſſe jubet; omnibus ſarcinis abjectis, aqua modo ſeque, & jumenta onerare. Dein, poſtquam tempus viſum, caſtris egreditur: noctemque totam itinere facto, conſedit. idem proxuma facit. Dein tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, ab Capſa non amplius duûm millium intervallo: ibique, quam occultiſſume poteſt, cum omnibus copiis opperitur. Sed, ubi dies cœpit; & Numidæ, nihil hoſtile metuentes, multi oppido egreſſi; repente omnem equitatum, & cum his velociſſumos pedites curſu tendere ad Capſam,

1 *Oppidum Laris.*] Si ita legas, erit *Laris* patrius caſus, ut apud Virgil. *Urbem Patavi*, id eſt, Patavium. veteres tamen impreſſi codices habent, *oppidum Larim:* à Ptol. Λάρης dicitur. *Caſtil. Ad oppidum Laris.*] Lares Cirteſiorum oppidum ponit Ptolomæus aliquanto magis ad meridiem, quam Vaccam (ipſe Vagam appellat) ad Juliam Cirtam. Cæterum cum paulo ante retulerit auctor, Marii cum duobus regibus pugnam ante Cirtam, interea vero aliquot oppida caſtellaque capta: denique veniſſe in mentem ei, ut Capſam tentaret, quæ ſatis longe à Cirta abeſt, atque à Laribus: Commentatoribus venia dari poteſt, etiamſi ea ne verbo quidem attingunt, cum auctor ipſe tam negligens in re ſeria fuerit, ipſe inquam Africæ provinciæ Prætor, quam non abſque nominis ſui infamia ſpoliaſſe fertur. Ubi enim Tanam flumen, quod hic ſubjungit, fuiſſe exiſtimemus? Itinere à Cirta Capſam, flumina duo ſunt à Ptolomæo deſcripta, Rubricatus & Bagrada, præterea paludum Siſaræ & Hipponitidos flumen. Fieri tamen poteſt & plura alia interfuiſſe, ſed dubitet Lector mecum. Nam, ut antea conqueſtus ſum, ex Africæ topographia non temere apud hunc auctorem & Livium te explices. *Glar.*

2 *Tanam.*] Manuſcripti codices multi, item excuſi quidam *Tanaim* habent, nec aliter vocat Sabellicus. nomen tamen celeberrimi fluminis, quod Europam ab Aſia dividit, errati hujus anſam librariis præbuiſſe exiſtimamus. *Caſt.*

3 *Per centurias.*] Centuriæ ſunt peditum, turmæ vero equitum.

pſam, & portas obſidere jubet: deinde ipſe intentus propere ſequi, neque milites prædari ſinere. quæ poſtquam oppidani cognovere; res trepidæ, metus ingens, malum improviſum, ad hoc pars civium extra mœnia in hoſtium poteſtate, coëgere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incenſum. Numidæ puberes interfecti, alii omnes venumdati, præda militibus diviſa. Id facinus [1] contra jus belli non avaritia, neque ſcelere conſulis admiſſum: ſed quia locus Jugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis: genus hominum mobile, infidum, ante neque beneficio,
92 neque metu coërcitum. Poſtquam tantam rem Marius ſine ullo ſuorum incommodo patravit, magnus, & clarus antea, major, atque clarior haberi cœpit. [2] Omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur. Milites modeſto imperio habiti, ſimul & locupletes, ad cœlum ferre: Numidæ magis, quam mortalem, timere: poſtremo omnes ſocii, atque hoſtes credere, illi aut mentem divinam eſſe, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed conſul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit. pauca, repugnantibus Numidis, capit. plura, deſerta propter Capſenſium miſerias, igni corrumpit. luctu, atque cæde omnia complentur.

1 *Contra jus belli.*] Jus belli eſt, ut qui ſe dedunt, ſerventur incolumes, ſecundum fidem datam. Nemo enim ſe dederet, niſi ſalus & incolumitas promitteretur ei. *Sold. Contra jus belli.*] Sed & acceptos in deditionem ſine conditione ulla legas ſæpe apud Hiſtoricos interfici, ut à Romanis Pometiæ principes, à Sulla Samnites, à Cæſare Numidas, & ipſum Vercingetorigem: imo mos hic ferme perpetuus Romanorum in hoſtium duces ſive captos, ſive deditos, ut triumphi die occiderentur, quemadmodum nos Cicero docet quinta Verrina, Livius tum alibi, tum libro XXVIII. Tacitus Annal. XII. & alii multi. Eodem Tacito memorante, Galba decimari juſſit, quos deprecantes in fidem acceperat: & Cæcina in deditionem accepto Aventico, in Julium Alpinum è Principibus, uti concitorem belli animadvertit: cæteros veniæ vel ſævitiæ Vitellii reliquit. Quin & incendere urbes deditorum belli fuit licentia. Hinc Tacitus Annal. XIII. *Oppidani portis ſponte patefactis Romanis permiſere, quod ſalutem illis tulit: Artaxatis ignis immiſſus.* Grotius. Quod itaque hic contra jus belli factum dixit Salluſtius, hoc alibi apud Hiſtoricos licitum dicitur.

2 *Omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur.*] Id eſt, res etiam temere cœptæ geſtæque, cum fortuna proſpere ceſſiſſent, Marii virtuti tribuebantur. & ſic eſt in noſtris libris calamo ſcriptis, cæte-

tur. Denique multis locis potitus, ac pleriſque exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem aſperitate, qua Capſenſium, ceterum haud ſecus difficilem. [1] Namque haud longe à flumine Mulucha, [2] quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planitiem [3] mons ſaxeus, mediocri caſtello, ſatis patens, in immenſum editus, uno peranguſto aditu relicto: [4] nam omnis naturâ, velut opere, atque conſulto, præceps. Quem locum Marius, quod ibi regis theſauri erant, ſumma vi capere intendit: ſed ea res forte, quam conſilio, melius geſta. Nam caſtello virorum, atque armorum ſatis magna vis, & frumenti, & fons aquæ: [5] aggeribus, [6] turribuſque, & aliis [7] machinationibus locus importunus. Iter caſtellanorum anguſtum admodum, utrimque præciſum. Vineæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur. nam cum eæ paullo proceſſerant, [8] igni, aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque pro opere conſiſtere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare: optumus quiſque cadere, aut fauciari, ceteris metus augeri. At Ma- 93
rius, multis diebus, & laboribus conſumtis, anxius [9] trahere cum animo ſuo, omitteret ne inceptum, quoniam fru-

cæterum in impreſſis quibuſdam: *Omnia non bene conſulta, verum etiam caſu data in virtutem trahebantur.* Caſt.

1 *Namque haud longe à flumine Mulucha.*] Vide, ut ſaltum faciat auctor, à Capſa ad Mulucham, quæ tam longe diſtant invicem loca, niſi excuſemus, quod ait: *Multis locis potitus.* Glarean.

2 *Quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat.*] Manuſcripta & alia pleraque: *disjungebat*; pro Regni fines diſcernebat, diſterminabat. Nam hic amnis ingentium olim regnorum terminus Bocchi Jugurthæque fuit, uti Pomponius inquit. Vulgo, *dividebat.* Riv.

3 *Mons ſaxeus.*] Vide Frontinum, Strab. libro 3. cap. 9. Florus autem libro 3. cap. 1. urbem Mulucham vocat. *Caſtil.*

4 *Nam omnis naturâ, velut opere atque conſulto præceps.*] In manuſcriptis eſt, *Opere*; aliter, *opera:* ſed eodem ſenſu, Hoc autem dicit Salluſtius, totum montem fuiſſe natura præcipitem, ac ſi humana induſtria ſic, & opere manuque factus eſſet. Julius Frontinus 3. Stratagematum, totum hunc locum, ſed aliis interdum verbis repetit. *Riv.*

5 *Aggeribus.*] Vide ſupra p. 239.

6 *Turribuſque.*] Vide ſupra p. 237.

7 *Machinationibus.*] Aliter: *Machinis.* Caſt.

8 *Igni aut lapidibus.*] Vide ſupra p. 299. & ſeq.

9 *Trahere cum animo ſuo.*] Id eſt, cogitabat an relinqueret oppugnationem inceptam hujus caſtelli.

1 *Æſtuans.*]

fruſtra erat, an fortunam opperiretur; qua ſæpe proſpere uſus fuerat. Quæ cum multos dies, noctesque [1] æſtuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli, [2] quod advorſum prœliantibus erat, [3] animadvertit inter ſaxa repentes [4] cochleas: quarum cum unam, atque alteram, dein plures peteret, ſtudio legundi, paulatim prope ad ſummum montis egreſſus eſt. Ubi poſtquam ſolitudinem intellexit, more [5] humanæ cupidinis ignara viſundi animum vortit. Et forte in eo loco grandis ilex

1 *Æſtuans.*] Id eſt, anxius, ſollicitus. *Idem.*

2 *Quod advorſum prœliantibus erat.*] Quidam contra omnium exemplarium fidem *Averſum* legendum eſſe contendunt, nos autem nihil mutamus. cur enim non potuit Ligus, cum non longe abeſſet ab eo latere caſtelli, quod Romanis oppoſitum erat, paulatim cochleas legens, ad ſummum montis pervenire? *Caſtil.*

3 *Animadvertit.*] Et hic Mſſ. *animum advertit*, ut vid. eſt apud Grut. Vid. c. 69.

4 *Cochleas.*] Cochleæ non tantum antiquis in pretio, atque cœnis expetitæ, ut teſtatur Plinius lib. IX. cap. LVI. ſed & hodieque nonnullis gentibus in deliciis. De iis ita Dioſcorides: *terreſtres cochleæ ſtomacho utiles ſunt, & non facile corrumpuntur. Optimæ Sardonicæ, Africanæ, Aſtypaleicæ, & quæ in Sicilia, aut Chio gignuntur, & quæ in Liguriæ Alpibus, Pomatiæ, id eſt, operculares cognominatæ. Quæ vero vepribus frutetiſque conglutinata cohærent, ventrem, ſtomachumque turbant.* Hæc Dioſcorides. Addit Matthiolus, cochleas, quæ in apricis admodum locis odoratis victitant herbis, guſtu præſtare cæteris, quæ in opacis ac paluſtribus degunt; nam illæ inſipidæ habentur, vel paluſtrem reſipiunt limum. Ita per abſynthium depaſtæ amaritudinem reddunt. Et prout paſtus eſt, commendantur vel vilescunt. Nobis Batavis non contigit eſſe tam delicatis. Cum autem hic ſuperius Africanas cochleas commendet Dioſcorides, non mirum eſt ad delicias gulæ tanto cum ſtudio collegiſſe militem.

5 *Humanæ cupidinis.*] Hæc eſt incorrupta & vera lectio, quam ex Gellio lib. 9. cap. 12. & Nonio repoſuimus. cum antea legeretur: *More ingenii humani cupido difficilia faciundi*: etſi Nonius in dictione (ignarus) ubi citat hunc locum pro *More*, legit *Amore*: & pro *Cupidinis*, *Cupiditatis*. Caſt. *More humanæ cupidinis ignara viſundi, animum vortit.*] Mſſ. cuncta, *animum vortit*: quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Vulgo *animadvertit*. Nonius Marcellus, quo loco *ignarum* eſſe dicit & qui neſcit, & cui quid ſit incognitum, ita hunc locum citat: *More humanæ cupidinis ignara viſundi.* pro, ignota explorandi & inſpiciundi. Nam *cupidinis*, pro *cupiditatis* dixit, ut alias ſæpe. Hanc lectionem magis ad ſenſum Salluſtii quadrare ſuſpicor. Nam habeti eodem modo Gellius quoque lib. 9. cap. 12. quo loco & ipſe docet, *ignarum* utroverſum dici, non ſolum qui ignoret, ſed & qui ignoretur. Id vero ſic ſe habere, cum ex hoc ipſo auctore, ut cum ait, *Præter nomen cætera ignarus populo Romano*: tum ex aliis etiam liquet. Tacitus: *Per occulta & vigilibus ignara.* Idem: *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & æſtus oppugnationum.* Riv.

1 *Eodem*

ilex coaluerat inter ſaxa, paullulum modo prona, dein flexa, atque aucta in altitudinem, quò cuncta gignentium natura fert: cujus ramis modò, modò eminentibus ſaxis niſus Ligus, caſtelli planitiem perſcribit; quod cuncti Numidæ intenti, prœliantibus aderant. Exploratis omnibus, quæ mox uſui fore ducebat, [1] eodem regreditur, non temere, uti aſcenderat, ſed tentans omnia, & circumſpiciens. Itaque Marium propere adit: acta edocet: hortatur, ab ea parte, [2] quo ipſe deſcenderat, caſtellum tentet: pollicetur ſeſe itineris periculique ducem. Marius cum Ligure promiſſa ejus cognitum ex præſentibus miſit: quorum, uti cujuſque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem renunciavere. Conſulis animus tamen paullulum arrectus. [3] Itaque ex copia tubicinum, & cornicinum, quinque numero quam velociſſimos delegit, & cum his, præſidio qui forent, [4] quatuor centuriones: omniſque Liguri parere jubet: & ei negotio proxumum diem conſtituit. Sed ubi ex 94
præcepto tempus viſum; paratis, compoſitiſque omnibus, ad locum pergit. Ceterum illi, qui centuriis præerant, prædocti ab duce, arma, ornatumque mutaverant, capite, atque pedibus nudis, uti proſpectus, niſuſque per ſaxa facilius foret: [5] ſuper terga gladii, & ſcuta; verum ea [6] Numidica

1 *Eodem regreditur.*] Lego: *eadem degreditur.* Gronov.

2 *Quo ipſe deſcenderat.*] Ita Manuſcripti codices, item veteres impreſſi habent: vulgo, *quæ ipſe aſcenderat.* Caſtilioneus.

3 *Itaque ex copia tubicinum & cornicinum.*] In diviſione claſſium & centuriarum, ſupra diximus, accenſos & tubicines & cornicines in quinta claſſe, in tres centurias fuiſſe diſtributos: Tubicines, qui tuba: Cornicines, qui cornu canunt. Tubicines igitur & cornicines, quia ex claſſibus ſcribebantur, cum honore in ordines redigebantur. igitur ex his Marius quinque velociſſimos delegit, & cum his quatuor centuriones: & hos omnes Ligurem ſequi, & ei parere juſſit. *Sold.* vide p. 176. 177.

4 *Quatuor centuriones.*] Et ita quadringentos milites, qui forent præſidio, id eſt, protectioni. *Bad.*

5 *Super terga gladii & ſcuta.*] Ne aſcenſum impedirent.

6 *Numidica.*] Quæ Numidæ Citura appellabant. Vetus Scholiaſtes Juvenalis ad illa verba Satyræ 11.

Et Gætulus Oryx.

Oryx animal minus, quam bubalus, quem Mauri uncem vocant: cujus pellis ad cituras proficit, ſcuta Maurorum minora. כשירה, id eſt, Ceſchira pro clypeo in Chaldaica Paraphraſi ſumitur Prov. 6. 11. Cetram tamen brevioris clypei genus Virgilius quoque Oſcis tribuit, Hiſpanis Plutarchus & Silius, Heſy-

dica ex coriis, [1] ponderis gratia; ſimul & [2] offenſa, quo lenius ſtreperent. Igitur prægrediens Ligus, ſaxa, & ſi quæ vetuſtate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius adſcenderent: interdum timidos inſolentia itineris levare manu: ubi paullo aſperior adſcenſus erat, ſingulos præ ſe inermos mittere; dein ipſe cum illorum armis ſequi: [3] quæ dubia niſui videbantur, potiſſumum tentare: ac ſæpius eadem adſcendens, ac deſcendens, dein ſtatim digrediens, ceteris audaciam addere. Igitur diu, multumque fatigati, tandem in caſtellum perveniunt, deſertum ab ea parte: quod omnes, ſicut aliis diebus, advorſum hoſtes aderant. Marius, ubi ex nunciis, quæ Ligus egerat, cognovit; quanquam toto die intentos prœlio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites, & ipſe extra vineas egreſſus, [4] teſtudine acta ſuccedere, & ſimul

Heſychius Iberis & Celtis, Tacitus Britannis. *Bochart.*

1 *Ponderis gratiâ.*] Nam ſcuta Romana ex ferro graviora ſunt.

2 *Offenſa.*] Id eſt, contacta à lapide, ſtreperent lenius, ſcilicet quam ferrea. *Bad.*

3 *Quæ dubia niſui videbantur potiſſimum tentare.*] Sin aliquo loco aſcenſus periculoſus eſſe videbatur, ipſe Ligus præibat, aſcendebatque & deſcendebat, & ita aliis audaciam præbebat. *Niſui.*] Id eſt, aſcenſui. *Sold.*

4 *Teſtudine acta.*] Id eſt, facta teſtudine. Teſtudo eſt ſcutorum connexio, curvata in teſtudinis modum. Nam milites ſcutati ita ſe invicem connectunt, atque condenſant, ut nemo per eos irrumpere poſſit; ita autem ſe ſcutati connectunt, ut curvaturam quandam faciant in modum teſtudinis. Et hoc eſt genus pugnæ acerrimum. Virgilius in 9.

Accelerant acta pariter teſtudine Volſci.

Sold. *Teſtudine.*] Iſidorus lib. 18. cap. de fundis: *Teſtudo ſeries armorum, umbonibus inter ſe connexorum.* Idem libro eodem cap. de clypeis: *Eſt & teſtudo ſcutorum connexio curvata in teſtudinis morem.* Item vetus onomaſticon: *Teſtudo, connexio ſcutorum.* hactenus nominis rationem habes. Res ipſa ab Hiſtoricis petenda. Livius originem à ludicro Circenſi deducit lib. 54. *Juvenes*, inquit, *etiam quidam Romani ludicro Circenſi ad uſum belli verſo, partem humillimam muri ceperunt.* Ceterum ex eodem diſcamus primum id genus exercitii, quod armaturæ, quæ ſub campiductoribus erant, inter varia ſpectaculorum genera, Romæ exhibere ſolent in Circo. Livius dicto loco: *Inter cetera*, inquit, *ſexageni ferme juvenes, interdum plures: ab apparitoribus ludi, armati inducebantur.* horum inductio, in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat; ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum uſum. Cum alios decurſus edidiſſent motus, quadrato agmine facto, ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſecundis ſubmiſſioribus, tertiis magis, & quartis, poſtremis etiam genu nixis; faſtigiatam, ſicut tecta ædificiorum ſunt, teſtudinem faciebant: hinc quinquaginta ferme pedum

ſpatio

simul hostem * tormentis, † sagittariisque, & funditoribus emi-

spatio distantes duo armati procurrebant, comminatique inter se, ab imo in summam testudinem, per densata scuta cum evasissent; nunc velut propugnantes, per oras extremæ testudinis; nunc in media inter se concurrentes, haut secus, quam stabili solo persultabant. Ad imitationem testudinis jam propositæ duplicem excogitarunt Romani, alteram in campis patentibus, alteram in oppugnationibus. In campis patentibus; si quando circumfusis undique hostibus, pares esse non possent; in genua milites procumbebant, & clausis undique extremis gravis armaturæ scutis, receptis in medio impedimentis, & levi armatura, requiescebant. Post cum visum esset, tanquam redivivi redintegrabant prœlium. Si forte mihi nolis, at crede Historiarum scriptoribus: Lucius Florus l. 4. c. 10. *Deletæ*, inquit, *reliquæ copiæ forent, nisi urgentibus telis, in modum grandinis, quadam forte, quasi docti procubuissent in genua milites, & elatis supra capita scutis, cæsorum speciem præbuissent. Tum Parthus arcus inhibuit. deinde Romani, cum se rursus extulissent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris emiserit vocem, Ite, & bene valete Romani, merito vos victores fama gentium loquitur.* Meminit & Plutarchus in Antonio, & Appianus de bello Parthico. Quinimo in testudine hac construenda, præter impedimenta, & levem armaturam, etiam equites in medium recipi solent. qui ne quid aliis incommodarent, etiam equos genua flectere, seque inclinare docebant. Testis luculentissimus Dio Nicæus in Augusto. Itidem usi testudine Romani in invasione murorum. Livius eodem loco, quo supra, ubi de testudine illa Circensi: *Huic*, inquit, *testudini simillima, parti muri admota, cum armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabatur, depulsisque iis, in urbem duorum signorum milites transcenderunt. Id tantum dissimile fuit, quod & in fronte extremi, & ex lateribus soli non habebant super capita elata scuta; ne nudarent corpora, sed prætecta pugnantium more. Ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laserunt, & testudini injecta imbricis in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur.* Hæc ille. Idem genus oppugnationis etiam Batavos nostros à Romanis didicisse, & usurpasse, ex Tacito probabo libro quarto Historiarum. De Batavis loquitur castra Romanorum oppugnantibus: *Appositis plerique scalis, alii per testudinem suorum jam quidem scandebant.* Simili testudine Persæ quoque regem suum à balistarum ictibus, & sagittarum multitudine servavere incolumem: apud Ammianum libro vigesimo. Ejusdem quoque modi testudo composita fuit in navali prœlio; de qua luculentum testimonium apud eundem Ammianum lib. 26. *Conjunctis*, inquit, *tribus navigiis testudinem hac specie superstruxit: densatis cohærentes super capita scutis, primi transtris instabant armati, alii post hos, semet curvantes humilius, tertiis gradatim inclinatis submisse, ita ut novissimi suffraginibus insidentes, formam ædificii fornicati monstrarent. quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missilium ictus, atque saxorum per decursus cadentes labiles, instar imbrium, evanescant.* Ita Ammian. Præterea si exercitu proficiscente, in locis concavis, angustis, & lutosis hæsura videbantur impedimenta, tali testudine facta, milites, equos, & ipsa etiam vehicula transmittere solent. quod nos vult credere idem Dio, loco quo supra. *Stew. Testudine.*] Usi ea Romani in triplici discrimine, in oppugnando, pugnando, repugnando: unde & triplex testudo. In oppugnando fuit, cum scutis super capita elatis muro succedebant, primis altioribus, & ordine paulatim, tecti simplicis in morem, decrescente. Causa, ut tela injecta per proclive laberentur, & minus insidere possent aut infi-

gi. In

eminus terrere. At Numidæ, ſæpe antea [1] vineis Romanorum ſubverſis, item incenſis, non caſtelli mœnibus ſeſe tutabantur; ſed pro muro dies, noctesque agitare; maledicere Romanis, ac Mario vecordiam objectare; militibus noſtris Jugurthæ ſervitium minari; [2] ſecundis rebus feroces eſſe. Interim, Romanis omnibus, hoſtibuſque prœlio intentis, magna vi utrimque, pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus, repente à tergo [3] ſigna canere: ac primo mulieres, & pueri, qui viſum proceſſerant, fugere, deinde, uti quiſque muro proximus erat, poſtremo cuncti armati, inermeſque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani inſtare, fundere, ac pleroſque tantummodo ſauciare, dein ſuper occiſorum corpora vadere, avidi gloriæ cer-

gi. In has ergo teſtudines manipulatim aut centuriatim ſe conglobabant. Hujus teſtudinis finis unus, ſuccedere & ſubruere: aliter, ſuccedere & aſcendere. Nam aſcendebant alii ſuper alios, ut faſtigio altitudinis muri æquarentur. Id Tacitus vocat Iteratam teſtudinem, & quaſi duplicatam, imo etiam tertii ſuper duplicem illam ſeriem aſcenderunt. Teſtudo altera in pugna eſt, cum globo facto, & tecti ſcutis, ſic invadebant ac perrumpebant. Ea denſatio firma utiliſque fuit in equitatum repellendum. In hac autem ſecunda teſtudine nec latera ſemper tecta, nec item ſubſeſſio illa & inclinatio per gradus. Tertia teſtudo eſt in Repugnando, cum ab equitatu aut levi armatura cincti, huc decurrunt, ut in orbem ſe muniant, mediis altioribus, extremis undique deſidentibus. Accuratiſſime hanc deſcripſit Dio, lib. 49. his verbis: *Teſtudo talis eſt, & fit hoc modo: Impedimentis, & levi armatura, & equite omni in medium acceptis, gravis armaturæ pedites illi, qui oblongis & in tubi dimidiati modum factis ſcutis utuntur, in extremis partibus pro muro ponuntur, & reliquos omnes ipſi extra ſpectantes ambiunt. Cæteri, qui latiora ſcuta gerunt, in medio denſi locantur, & ſcuta cum ſuper ſe, tum ſuper alios tollunt, ut in tota phalange non aliud ſit, quam ſcuta cernere, & à telorum jactu omnes tutos eſſe, ob denſitatem inſtructionis. Adeo enim valide firmant, ut & ſuper eam homines aliquot ingredi poſſint; imo etiam equi & currus agi, quoties in cavo & anguſto aliquo loco conſtipantur. Hæc eſt forma ejus inſtructionis, & nomen à teſtudine cepit, ob firmitatem, & quia optime tegit. Uſus autem duplex.* (Illum pugnæ omittit, qui tarus Romanis) *Nam & in oppugnanda munitione aliqua ſubeunt, & ſæpe in ipſum murum quoſdam attollunt: aut circumventi à ſagittariis, inclinant ſe omnes ſimul; (nam & equi docti ſunt in genua ſubmittere ſe & inflectere) ſic opinionem hoſtibus defatigationis ſuæ præbentes, iis appropinquantibus, ſtatim terrore injecto, conſurgunt atque incurrunt.* Lipſ.

* *Tormentis.*] Vide ſupra.

† *Sagittariiſque & funditoribus.*] Vide ſupra p. 284. 285. & ſeq.

1 *Vineis.*] Vide ſupra p. 237.

2 *Secundis rebus.*] Id eſt, proſperis, quia ſæpe ſubverterant vineas Romanorum, nec eos muris appropinquare permiſerant. *Sold.*

3 *Signa.*] Vide ſupra p. 176.

certantes murum petere; neque quemquam omnium præda morari. Sic forte correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa evenit. Ceterum, dum ea res geritur, L. Sulla quæ- 95
ſtor cum magno equitatu in caſtra venit: quod, ut ex [1] Latio, & à ſociis cogeret, Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti viri res admonuit; idoneum viſum eſt, de natura cultuque ejus paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullæ rebus dicturi ſumus: & [2] L. Siſenna optume, & diligentiſſume omnium, qui eas res dixere, perſecutus, [3] parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciæ nobilis fuit, familia [4] prope jam exſtincta majorum

1 *Latio & ſociis.*] Vide ſupra p. 270. & ſeq.

2 *L. Siſenna.*] Bello Numantino, ut Vellejus Paterculus loquitur, hiſtoriarum auctor jam tum Siſenna erat juvenis: ſed opus belli Civilis Sullani poſt aliquot annos ab eo ſeniore editum eſt. Fuit hic Hiſtoricus è gente Cornelia, ut Feſtus teſtatur. Cujuſmodi fuerit orator & Hiſtoricus Cicero docet. Is enim in Bruto ita loquitur: *Doctus vir & ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus Reipub. non ſine facetiis; ſed neque laboris multi, neque ſatis verſatus in cauſis.* De Hiſtoria ejus ita ibidem: *Siſennæ omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: quæ cum facile vincat omnes ſuperiores; cum indicat tamen, quantum abſit à ſummo; quamque genus hoc ſcriptionis nondum ſit Latinis literis illuſtratum.* Et in primo de Legg.: *Siſenna omnes adhuc noſtros Scriptores, niſi forte qui nondum ediderunt, de quibus exiſtumare non poſſumus, facile ſuperavit. Is tamen neque orator in numero veſtro unquam eſt habitus, & in hiſtoria puerile quiddam conſectatur: ut unum Clitarchum, neque quenquam præterea de Græcis legiſſe videatur, eum tamen velle duntaxat imitari: quem ſi aſſequi poſſet, aliquantum ab optimo tamen abeſſet.* Quod argumentum in Hiſtoria ſua Siſenna tractaverit, ex fragmentis ſatis cognoſcitur. Nam inde ab iis orſum liquet, quæ contigere poſt urbem à Gallis captam; deſiiſſe autem in rebus Sullæ. De quibus non libere ſcripſiſſe Salluſtius hic noſter teſtatur. Vertit idem & Mileſiacas fabulas Ariſtidis, unde Ovid. lib. II. Triſtium:

Vertit Ariſtidem Siſenna, nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe jocos.

Meminere etiam veteres Grammatici commentarii ejus in Plautum: neque mirum in eo auctore enucleando illum operam ſuam poſuiſſe, cum de eo ſcribat Cicero: *quid recte loqui putaret eſſe inuſitate loqui.* Eum Siciliæ aliquando, itidem Achaiæ prætorem fuiſſe, ex veterum monimentis apparet. *Voſſ. L. Siſenna.*] Deſignat L. Cornelium Siſennam, qui Hiſtoriarum libros XXII. conſcripſit, quique Siſenna in ænea apud me tabella Prætor inter cives & peregrinos deſcribitur M. Lepido, Q. Catulo Coss. cujus filius Cn. Cornelius Siſenna habetur in argenteis denariis cum inſcriptione: CN. CORNEL. L. F. SISENNA, unico N antique. *Urſin.*

3 *Parum libero ore locutus videtur.*] Quia non eſt auſus vitia Sullæ deſcribere.

4 *Prope jam extincta.*] Vell. Paterculus lib. 2. *Hic natus familia nobili ſextus à Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiæ ejus claritudo intermiſſa eſſet.*

rum ignavia, [1] litteris Græcis, atque Latinis juxta, atque doctiſſume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, ſed gloriæ cupidior: otio luxurioſo eſſe; tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, niſi quod de uxore [2] potuit honeſtius conſuli: facundus, callidus, & amicitia facilis: ad ſimulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxume pecuniæ largitor: [3] atque illi, feliciſſumo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit; multique dubitavere, fortior, an felicior eſſet. Nam, poſtea quæ fecerit, incer-
96 tum habeo, pudeat magis, an pigeat diſſerere. Igitur Sulla, uti ſupra dictum eſt, poſtquam in Africam, atque in caſtra Marii cum equitatu venit, rudis antea & ignarus belli, ſollertiſſumus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt. Ad hoc milites benigne appellare: multis rogantibus, aliis

1 *Literis Græcis.*] Is etiam reliquit libros rerum geſtarum, quorum ex ſecundo aliquid adfert Gell. lib. I. c. XII. & lib. XX. cap VI. Iis in libris de rebus ſuis egit, Plutarcho teſte in vita Sullæ. Nec abſolvere potuit morte præventus. Sed quod non quivit Sulla, id fecit libertus ejus Epicadus. Suetonius in illuſtribus Grammaticis: *Cornelius Epicadus, Lucii Sullæ Dictatoris libertus, calatorque ſacerdotio auguralı, filioque ejus Fauſto gratiſſimus fuit: quare nunquam non utriuſque ſe libertum edidit. Librum autem, quem Sulla noviſſimum de rebus ſuis reliquerat, ipſe ſupplevit.* Apud Plutarchum ſemel iterumque lego, Sullam commentarios ſuos dicaſſe Lucullo, idque ea conditione, ut is digereret, poliretque. Sed Epicadus, ut credo, fecit, quod potuit: hinc Lucullo obtulit, ut is ſupremam manum adderet. Alioquin Epicadi tanquam idonei auctoris meminere Victorinus, Chariſius, Macrobiuſque. *Voſſ.*

2 *Potuit honeſtius conſuli.*] Sulla cum decimas Herculi ſolvens prandia populo daret, Metellam uxorem jam animam agentem repudiavit, ac in aliam domum viventem adhuc transferri juſſit, idque fecit hortatus ab amicis, ne voluptates interrumperentur. Hoc igitur fortaſſe ſignificavit Salluſtius hoc loco: vel potius illud, quod Sulla Valeriam in theatro laſcive nimis blandientem ſibi uxorem duxit. Vide Plutarchum. *Caſt.*

3 *Atque illi, feliciſſimo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit.*] Ante civilem victoriam Sulla omnium fortunatiſſimus fuit: quia fortuna ei in omnibus propitia erat. ſed tamen non minus virtute & induſtria, quam fortuna valebat. ſed poſt civilem victoriam fortunatus non fuit, quia dominatum aliquandiu tenuit, ſed priſtinam virtutem amiſit: & eam in impietatem crudelitatemque convertit: nam parta victoria, totam urbem civili ſanguine replevit Sulla: Cajum Marium urbe pepulit: deinde Cinnam quinquies conſulem, qui contracto exercitu Cajo Mario favebat, victum occidit. Item C. Carbonem & Marium juniorem crudeliter necavit.

Poſtre-

aliis per ſe ipſe dare, [1] beneficia invitus accipere; ſed ea properantius, quam æs mutuum, reddere, ipſe ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent: [2] joca atque ſeria cum humillumis agere. In operibus, in agmine, atque ad [3] vigilias [4] multus adeſſe. neque interim, quod ambitio prava ſolet, conſulis, aut cujuſquam boni [5] famam lædere: tantummodo neque conſilio, neque manu priorem alium pati: pleroſque antevenire. Quibus rebus, & artibus brevi Mario, militibuſque cariſſumus factus. At Jugurtha poſtquam oppidum [6] Capſam, alioſque 97
locos munitos, & ſibi utilis, ſimul & magnam pecuniam amiſerat; ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret: prœlii faciundi tempus adeſſe. Quem ubi cunctari accepit, dubium belli, atque pacis rationes trahere: rurſus, ut antea, proxumos ejus donis corrumpit: ipſique Mauro pollicetur Numidiæ tertiam partem, ſi aut Romani Africa expulſi, aut, integris ſuis fini-

Poſtremo parta ex omnibus victoria, crudeliſſimus omnium totam urbem civili ſanguine replevit. *Sold.*

1 *Beneficia.*] Beneficiorum ſacratiſſimum jus, ex quo amicitia oritur. Eadem accipienda nonnunquam, ita tamen, ut citius reddamus. Alacrior pietas eſt, ſi ad reddenda beneficia cum vincendi ſpe quis venerit. Magni animi eſt, beneficium perdere, & dare. Ad dandum non debet nos adducere cogitatio avara, nec ſordida: ſed humana, liberalis, cupiens dare etiam cum dederit, & augere novis ac recentibus vetera. quin & ultro dandum eſt. Beneficium ſero dedit, qui roganti dedit. vide Senec.

2 *Seria & joca.*] Maximum plerunque Nobilitatis venenum ſuperbia, & contemptor vulgi animus. Sapiens nullum ab amicitia ſua abigit, niſi improbum. Ita vitam inſtituit, ut in pectora etiam infimorum deſcendat, & amorem ſui veluti invitis extorqueat. Neminem itaque contemnet. Omnes, ſi ad primam originem revocentur, à Deo ſunt. Plato ait nullum regem non ex ſervis eſſe oriundum, nullum non ſervum ex regibus: omnia iſta longa varietas miſcet. Modeſtia itaque & cum humilibus familiaritas, radix eſt & altrix veræ honeſtæque famæ.

3 *Vigilias.*] Vide ſupra p. 280.

4 *Multus.*] Id eſt, frequens.

5 *Famam lædere.*] Livor & obtrectatio paſſim bonorum operum impedimenta, aut venena. Minuti illi ſunt, inquit Lipſius, qui non ſe attollunt, nolunt etiam alios: & factis cum obſtare non poſſunt, conantur linguis, & ſpargunt verborum iſta levia tela. Atque id eminus, ut Parthi fugientes: nam cominus non ſe componunt, ne rectis oculis virtutem alicujus intueantur. Nemini detrahere, virtutis proprium eſt. Et ſemper bene dicentis ſermo melior eſt, quam male dicentis.

6 *Capſam.*] Vide ſupra.

finibus, bellum compositum foret. Eo præmio illectus Bocchus, cum magna multitudine Jugurtham accedit. Ita, amborum exercitu conjuncto, Marium jam in hiberna proficiscentem, [1] vix decima parte die reliqua invadunt, rati noctem, quæ jam aderat, victis sibi munimento fore, &, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant: contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem fore. Igitur simul consul ex multis de hostium adventu cognovit: & ipsi hostes aderant: & prius quam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique, antequam signum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri, atque Gætuli, non acie, neque ullo more prœlii, sed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt. Qui omnes trepidi improviso metu, attamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hostibus defensabant: pars [2] equos escendere, obviam hostibus ire: pugna latrocinio magis, quam prœlio similis fieri: sine signis, sine ordinibus, equites pedites permixti, cædere alios, alios obtruncare: multos contra adversos acerrume pugnantes ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma satis tegere; quod hostes numero plures, & undique circumfusi erant: denique Romani [3] veteres, novique, & ob ea scientes belli, si quos locus, aut casus conjunxerat, [4] orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti, & instructi hostium vim sustenta-

1 *Vix decima parte die reliqua.*] Explicandum: *die vix quod ad decimam partem reliqua.* Vide sis Gronovium ad Livium 29. 7.

2 *Equos escendere.*] Sic Fronto legit In quo dubitarem mendum inesse, nisi ab eo literarum ordinem servatum viderem. Hæc enim recitat in verbo *Escendo.* Manut. Vide Turneb. Adversar. xx. cap. 30.

3 *Veteres.*] Veterani milites.

4 *Orbes.*] Eo genere defensionis resistere adversarii milites exercitati queunt, etsi numero multo inferiores; sed commodissimum putatur, si qui orbem compositi sint, locum paulo editiorem vel montem occupare possint. Sic equites Romani, cum auctore Sexto Temponio decurione totam Volscorum aciem perrupissent, atque eadem ratione, id est, cuneo ad suos redire non possent, tumulo occupato & orbe instructo, magnam diei partem & totam noctem ibidem se tutati sunt, & maxima cum gloria ad suos tandem rediere. Testis Livius lib. 4. *Stewech.*

ſtentabant. Neque in eo tam aſpero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, demiſſo animo fuit; ſed cum turma ſua, quam ex fortiſſimis magis, quam familiariſſimis paraverat, vagari paſſim; ac modo laborantibus ſuis ſuccurrere, modo hoſtis, ubi confertiſſimi obſtiterant, [1] invadere: [2] manu conſulere militibus, quoniam imperitare conturbatis omnibus non poterat. Jamque dies conſumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere; atque, uti reges præceperant, noctem pro ſe rati, acrius inſtare. Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit: atque, uti ſuis receptui locus eſſet, collis duos propinquos inter ſe occupat. Quorum in uno, [3] caſtris parum amplo, fons aquæ magnus erat: alter uſui opportunus, quia magna parte editus, & præceps, pauca munimenta quærebat. Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipſe milites diſperſos paullatim, neque minus hoſtibus conturbatis, in unum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita reges, loci difficultate coacti, prœlio deterrentur; neque tamen ſuos longius abire ſinunt, ſed, utroque colle multitudine circundato effuſi conſedere. Dein crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari more ſuo lætari, exſultare, ſtrepere vocibus: [4] & ipſi duces feroces, [5] quod non fugêre, ac pro victoribus agere. Sed ea cuncta Romanis, ex tenebris, & editioribus locis facilia viſu, magnoque hortamento erant. Plurimum vero Marius imperitia hoſtium confirmatus, quam maxumum ſilentium 98 99

1 *Invadere.*] Hic diſtinguerem ego, ut poſtea ſit: *Conſulebat militibus manu.* Caſt.

2 *Manu.*] Quaſi diceret: Manu indicium dabat militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat, ut ait auctor. *Glar.*

3 *Caſtris parum amplo.*] Quia hic collis non erat tantæ capacitatis, ut caſtra Romana capere poſſet, & continere. *Sold.*

4 *Et ipſi duces feroces.*] Id eſt, indomiti atque elati. Duces feroces erant, quia non fugiebant, ſed tanquam victores ſe gerebant, obſeſſis collibus, in quibus erant Romani. Aut *pro victoribus agere*: id eſt, gerebant ſe pro victoribus: quia tanquam victores Romanos obſeſſos in collibus tenebant. *Sold.*

5 *Quod non fugêre.*] In codicibus quibuſdam Lugduni impreſſis eſt: *Quod ſui non fugerant.*

tium haberi jubet: [1] ne ſigna quidem, uti per vigilias ſolebant, canere: dein, ubi lux adventabat, [2] defeſſis jam hoſtibus, ac paullo ante ſomno captis, de improviſo [3] vectigalis, item cohortium, turmarum, legionum tubicines ſimul omnes ſigna canere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere. [4] Mauri, atque [5] Gætuli, ignoto atque horribili ſonitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere, aut providere quidquam poterant. Ita cunctos [6] ſtrepitu, clamore, nullo ſubveniente, noſtris inſtantibus, tumultu, terrore, formidine, [7] quaſi vecordia ceperat: denique omnes fuſi, fugatique: arma, & ſigna militaria pleraque capta: pluresque eo prœlio, quam omnibus ſuperioribus, interemti. Nam ſomno, & metu inſolito impedita fuga. Dein Marius, uti cœperat, in hiberna proficiſcitur, quæ propter commeatum in oppidis maritumis agere decreverat: neque tamen victoria ſocors, aut inſolens factus; ſed pariter, atque in conſpectu hoſtium, [8] quadrato agmine incedere. Sulla cum equitatu apud

1 *Ne ſigna quidem.*] Noluit, ut tuba caneret ea nocte, ſicut fieri ſolet, quando cuſtodes exercitus dant ſigna.

2 *Defeſſis jam hoſtibus.*] Nam majorem partem noctis exultaverant; ſed tandem feſſi, dormire inceperant.

3 *Vectigales.*] Vectigal proprie dicitur tributum, quod pro vectura penditur. unde populi vectigales dicebantur, qui populo Romano annuatim tributa ſolvebant. Unde hoc loco fortaſſe *tubicines vectigales* dicit, qui miſſi erant ab alienigenis populis, videlicet ab his, qui populo Romano vectigalia pendebant; ſed hanc expoſitionem infirmam relinquo. Non enim ſatis placet. *Sold.*

4 *Mauri.*] Quibus præerat Bocchus.

5 *Gætuli.*] Quibus præerat Jugurtha.

6 *Strepitu, clamore.*] Hic clamor *barritus* appellabatur veteri Gallica voce. Inconditum murmur nos hodieque *baren* appellamus, ſicuti & fluctus marinos. Unde lucem accipit Ammiani Marcellini locus lib. XVI. *Excipiunt eos jam geſturientes barritum citre vel maximum: qui clamor ipſo fervore certaminum à tenui ſuſurro incipiens, paulatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum.* Unde emendandus locus Feſti, qui ita ſcribit: *Barbaricum appellatur clamor exercitus, videlicet, quod eo genere Barbari utuntur.* Pro *Barbaricum*, lege, *barritum.* Cui rei autem hic immenſus clamor? Proculdubio ut terrorem injicerent, & quo teſtatior eſſet eorum virtus. Audi hic Cæſarem lib. 3. Belli civilis: *neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut ſigna undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri & ſuos incitari exiſtimarunt.* Vide Joh. Iſac. Pontan. in Gloſſar. Gall.

7 *Quaſi vecordia ceperat.*] Id eſt, quaſi amentia & inſania cunctos occupaverat, nam neſciebant, quid facerent.

8 *Quadrato agmine.*] Id eſt, exercitu quadripartito. Et ſtatim declarat, quomodo

apud [1] dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius cum [2] funditoribus, & ſagittariis, præterea [3] cohortes Ligurum curabat: primos, & extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. Perfugæ, [4] minime cari & regionum ſcientiſſumi, hoſtium iter explorabant. [5] Simul conſul, quaſi nullo impoſito, omnia providere: apud omnis adeſſe, laudare, increpare merentis. Ipſe armatus, intentuſque item milites cogebat: [5] neque ſecus, atque iter faceret, caſtra munire, [6] excubitum in portis, cohortis ex legionibus, [7] pro caſtris equites auxiliarios mittere: præterea alios ſuper vallum in munimentis locare, [8] vigilias ipſe circuire, [9] non tam diffidentia futuri, quæ imperaviſſet, quam [10] uti militibus exæquatus cum imperatore labos volentibus eſſet.

modo quadratum erat agmen, nam diſpoſuerat Marius, qui à dextra & ſiniſtra parte, à fronte & à tergo curarent. *Sold.*

1 *Dextimos.*] Docet & Sext. Pompejus, *dextimum* & *finiſtimum* antiquos dixiſſe. *Riv.*

2 *Funditoribus & ſagittariis.*] Vide ſupra p. 283. & ſeq.

3 *Cohortes Ligurum curabat.*] Vide ſupra p. 267.

4 *Minime cari.*] Et ideo periculis objiciebantur. Hæc tamen duo verba non ſunt in omnibus exemplaribus. *Caſtil. Perfugæ minime chari & regionum ſcientiſſimi.*] Monſtro ſimile eſt, tres illas voces, *minime cari &*, exulaſſe libris noſtris jam ſupra ſæculum: cum tot interim jactarint collatum à ſe Salluſtium cum veteribus codicibus. neque enim ſolum editiones principes, ſed mſſ. ad unum omnes, voces illas diſerte expreſſerunt. ſuſtulit autem primum Pomponius Lætus. prorſus injurie. ſunt enim auctoris genuina; ac volunt periculoſiſſima quæque mandata fuiſſe perfugis, vili damno ſi periiſſent. valde enim falluntur perfugæ, ſi ſe alicui eſſe putant caros, niſi quatenus expedit. *Grut.*

5 *Neque ſecus, atque iter faceret, caſtra munire.*] Ex his verbis videtur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuiſſe: ſed jam conſediſſe & caſtra poſuiſſe; cum tamen ſupra dixerit, illum in hyberna proficiſcentem quadrato agmine inceſſiſſe. Et ſine dubio hoc tempore in hyberna proficiſcebatur atque in itinere erat. Sed vide quid dicat. Marius quanta providentia & diligentia utebatur, ut cùm exercitus incederet & iter faceret, tanta diligentia utebatur, cum caſtra locabat. nam ſicuti caute incedebat quadrato agmine, & quæſtore ac legato, nec non tribunis diſpoſitis, qui univerſo exercitui præeſſent: ſic cum caſtra locabat, ea ipſa caſtra foſſa ac vallo muniebat, equites ante caſtra diſponebat, qui ad cuſtodiam exercitus excubarent: Vigilias fieri, & vallum cuſtodiri videbat. *Soldus.*

6 *Excubitum.*] Id eſt, ad excubandum & vigilandum.

7 *Pro caſtris.*] Id eſt, ante caſtra.

8 *Vigilias ipſe circuire.*] Vid ſup. p. 280

9 *Non tam diffidentia futuri, quæ imperaviſſet.*] Forte: *non tam diffidentiâ: futura quæ imperaviſſet.* Gronov.

10 *Uti militibus exæquatus cum imperatore labor volentibus eſſet.*] Uti libentius milites laborem paterentur, cum

ſet. Et ſane Marius illoque aliiſque temporibus Jugurthini belli, pudore magis, [1] quam malo, exercitum coërcebat: [2] quod multi per ambitionem fieri ajebant: pars, quod à pueritia conſuetam duritiam, & alia, [3] quæ ceteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet. [4] Niſi tamen reipub. pariter,

viderent, Imperatorem æque ſibi laborem ſumere. *Caſt.*

1 *Quàm malo.*] Hoc eſt, ſupplicio, aut duro imperio.

2 *Quod multi per ambitionem fieri ajebant, pars, quod à pueritia.*] Hic locus egregie corruptus eſt Commentatores verum ſenſum magis ſomniarunt, quam explicuerunt. Badius tamen propius vero eſt. Sed notandum, Salluſtium duas opiniones de Mario judicantium adferre: alteram æmulorum, qui id ambitionis gratia à Mario factum interpretabantur: alteram amicorum, qui laudi dabant hoc in Mario, optimæque educationi adſcribebant. Cæterum auctor ſuum judicium non interponit. Hoc tamen dicere videtur, utcunque id interpretemur: Certe hoc Marii pudore, quo de retulit, reſpubl. non minus quam ſæviſſimo aliorum imperio, bene atque decore geſta eſt. Item illud *niſi*, quod quidam habent codices, forte tollendum eſt. *Glar.*

3 *Quæ ceteri miſerias vocant.*] Sic Tacitus Hiſtoriarum 4. *Virgulta poſtremo & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas vellentes, miſeriarumque, patientiæque documenta fuere.* Alio ſenſu dixit ſupra *Capſenſium miſerias.* Ciacconius.

4 *Niſi tamen Reipubiicæ pariter ac ſæviſſimo imperio bene atque decore geſta.*] Ordo & ſenſus pendet à ſuperiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores ſubire & duriſſima ſuſtinere propter ambitionem: ſed ego neſcio, utrum hoc fecerit propter ambitionem; niſi quod hoc ſolum ſcio, illum ita utiliorem fuiſſe Romanæ reipublicæ, mitem ſcilicet & manſuetum, ſed laboris patientiſſimum ſe præbendo, quam ſi crudelem & ſæviſſimum ſe præbuiſſet in imperio. Locus iſte videtur obſcurus, niſi diligenter ſenſus conſideretur. Vult oſtendere, Marium in imperio mitem fuiſſe, & laboris patientiſſimum: & tamen reipubl. magis profuiſſe, dum mitis eſt, & patiens laborum, quam ſi ſæviſſimus, & crudeliſſimus fuiſſet, & imperioſus, ſicuti ſolent eſſeduces. Nam duces ſolent ipſi delicate & molliter vivere, & imperioſe cogere milites ad labores & pericula. Sed ipſe Marius aliter faciebat. nam Marius ſemper primus erat, qui labores & pericula ſubibat: atque ita faciendo, non quidem ſuperbe & crudeliter imperando, milites pudore cogebat, ut facerent, quod ipſe faciebat. Et dum hoc facit, ita rempublicam magis utiliter adminiſtravit, quam ſi ſæviſſimus in imperio fuiſſet. Sed forte diceret aliquis, an fortaſſe qui crudeles & ſæviſſimi ſunt in imperio, utiles ſint reipublicæ? Salluſtius hoc ideo dicit, quia ferme hoc evenire ſolet, ut duces, niſi ſeveri ſint & imperioſi, contemnantur à militibus. Quando autem dux contemnitur, res benigne geri non poteſt. Sed hoc evenit in ducibus, qui ſine opere nihil valent. Nam dux qui neque imperio neque opere aliquid valet, jure contemnitur. Sed Marius, quamvis mitis imperio eſſet, tamen non contemnebatur: quia opere multum valebat, & omnes ad æmulationem exemplo provocabat, ut tam reipubl. prodeſſet bene agendo, quam ſevere & duriter imperando *Sold.* Etiam ita legitur, *Niſi tamen reſp. pariter ac ſæviſſimo imperio, bene atque decore geſta omnia.* Codices in pergamenis deſcripti *omnia* non habent, & ſenſus ipſe reſpuit atque repudiat. Nam illud *geſta* ad id quod paulo ante præcedit, nempe *Reſp.* ſpectat; ubi

tamen

riter, ac ſæviſſumo imperio, bene, atque decore geſta. Igitur quarto denique die haud longe ab oppido Cirta ſi- 101
mul undique ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt: qua re hoſtis adeſſe intelligitur. Sed quia divorſi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes idem ſignificabant; conſul incertus quonam modo aciem inſtrueret, nullo ordine commutato, advorſum omnia paratus ibidem opperitur. Igitur Jugurtham ſpes fruſtrata, qui copias in quatuor partis diſtribuerat, [1] ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hoſtibus venturos. Interim Sulla, quam primum hoſtes attigerant, cohortatus ſuos, turmatim, & quam maxume confertis equis, ipſeque aliique Mauros invadunt: ceteri in loco manentes, ab jaculis eminus emiſſis corpora tegere, & , ſi qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites prœliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius ejus adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, poſtremam Romanorum aciem invadunt. Tum Marius apud primos agebat, quod ibi Jugurtha cum plurimis erat. [2] Dein Numida, cognito Bocchi adven-

tamen exemplar Venetum, Baſilienſe, alia pleraque *Reipublicæ*. Quæ res credo anſam errori præbuit, quaſi omnia ſint à Mario bene atque decore ad utilitatem Reip. geſta *Riv. Pariter ac ſæviſſimo imperio.*] Id eſt, tam utiliter quam ſi ſæviſſimo imperio Marius ea geſſiſſet. *Sold.*

1 *Ratus ab omnibus æque aliquos ab tergo hoſtibus venturos.*] Vide ut acceperit verbum, *æque*. Badius exponit *æque*, id eſt, pariformiter. Ego exponerem, *Æque venturos*, id eſt, æquali fortitudine reſtituros: ſed judicet lector. *Glarean. Ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hoſtibus venturos.*] Si conjecturæ locus detur (nam codices ita omnes habent) illud adverbium *æquè* transferrem, & ita legerem: *Qui copias in quatuor æque partes diſtribuerat, ratus ex omnibus aliquos ab tergo hoſtibus venturos.* Caſtil. Videtur legendum: *utique*. hoc eſt, minimum, duntaxat. *Gronov.*

2 *Dein Numida, cognito Bocchi adventu.*] Hic locus duas habet difficultates: Unam, Jugurthane locutus hic ſit, an alius quiſpiam Numida: alteram, apud quoſnam locutus ſit. Soldus alium quempiam, non Jugurtham locutum cenſet. Badius hæret. Ego Jugurtham locutum exiſtimo. Nam de eo etiam ſupra dixerat, ſub Scipione Æmiliano apud Numantiam militaſſe, ubi Latine loqui didicerat. Et eſt ſane hoc unum ex ſtratagematis illius. Porro & ad Romanos locutum contendo, quod & Badius exiſtimavit. Nam quid attinebat Numidis Latine loqui? Verum hoc additum oportuit, quo in latere hoc factum: cum Jugurthæ oppoſitus eſſet Marius, ut paulo ante dixit auctor: ut hercle non poſſet Regis ſtratagema de occiſo Mario eo latere obſcurum eſſe. Verum quia auctor *clam* adjecit, veriſimile videtur clamantem Jugurtham

adventu, clam cum paucis ad pedites convortit: ibi Latine (nam [1] apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, noſtros fruſtra pugnare: paullo ante Marium ſua manu interfectum: ſimul gladium ſanguine [2] oblitum oſtendere, quem in pugna, ſatis impigre occiſo pedite noſtro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuncii, terrentur: ſimulque barbari animos tollere, & in perculſos Romanos acrius incedere. Jamque paullum à fuga aberat, cum Sulla, profligatis iis, quos advorſum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit, Bocchus ſtatim avertitur. At Jugurtha, dum ſuſtentare ſuos & prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus dextra, ſiniſtra, omnibus occiſis, ſolus inter tela hoſtium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, [3] fugatis equitibus, accurrit auxilio ſuis, quos pelli jam acceperat. Denique hoſtes jam undique fuſi. Tum ſpectaculum horribile in campis patentibus; ſequi, fugere; occidi, capi; equi, atque viri afflicti: ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere poſſe, neque quietem pati; [4] niti modo, ac ſtatim concidere: poſtremo omnia, qua viſus erat, conſtrata telis, armis, cadaveribus, & inter ea humus infecta ſanguine. [5] Poſtea loci conſul, haud dubie
102 jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo [6] initio profectus

non ad primos conſtitiſſe, ſed conceſſiſſe ad latus ſiniſtrum Romanorum, ubi A. Manlius erat. porro in dextro latere Sulla erat cum equitatu, apud primos Marius, poſtremam aciem invaſerat Bocchus. Ergo à ſiniſtro latere Jugurtha invaſit Romanos: ubi & hoc ſtratagema, quando aliquantulum aberat Marius, locum habet. *Glar.*

1 *Apud Numantiam.*] In exercitu Romano, quando Micipſa rex Numidiæ auxilia peditum & equitum miſit ad bellum Numantinum, quibus Jugurtham præfecit. *Sold.*

2 *Oblitum.*] Id eſt, inquinatum.

3 *Fugatis equitibus, accurrit auxilio.*] Scripti, *fatigatis equitibus.* optime. quod forte reponendum. non enim jam fugabantur Romani, ſed paululum à fuga aberant. *Puſch.*

4 *Niti modo.*] Id eſt, tantummodo conabantur ſurgere: ſed ſtatim cadebant, quia vulnerati erant. *Soldus.*

5 *Poſtea loci.*] Id eſt, poſtea. nam *loci* ſyllabica adjectio eſt, ſicuti *Minime gentium.*

6 *Initio profectus intenderat.*] Id eſt, ad quam urbem à principio diſcedens ire diſpoſuerat. *Sold. Profectus intenderat.*] *Proficiſci* interdum eſt diſcedere, & incipere iter facere. Livius Dec. 4. libro 5. *Quintius, quo profectus erat, Demetria-*

fectus intenderat. Eo poſt diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati à Boccho veniunt: qui regis verbis à Mario petivere, duos quam fidiſſumos ad eum mitteret, velle de ſuo, & de populi R. commodo cum iis diſſerere. Ille ſtatim L. Sullam, & A. Manlium ire jubet. qui quamquam [1] acciti ibant; tamen placuit verba apud regem facere; ingenium aut [2] advorſum uti flecterent; aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sulla, cujus facundiæ, non ætati, à Manlio conceſſum, pauca verba hujuſcemodi locutus:

Rex Bocche, magna lætitia nobis eſt, cum te talem virum dii monuere; ut aliquando pacem, quam bellum, malles, neu te optumum cum peſſumo omnium Jugurtha miſcendo commaculares; ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, pariter te errantem, & illum ſceleratiſſumum perſequi. [3] Ad hoc, populo R. jam à principio inopi, melius viſum, amicos, quam ſervos, quærere: [4] tutiuſque rati, volentibus, quam coactis, imperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitia noſtra: primum quod procul abſumus; in quo offenſæ minumum, gratia par, ac ſi prope adeſſemus: dein, [5] quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium

metriadem contendit. Plautus Aulular. *Nunc, quo profectus ſum, ibo.* Caſtil.

1 *Acciti.*] Vocati à rege. Quanquam acciti ibant, tamen placuit ante ad regem verba facere. hoc ideo dicit, quia magis convenire videbatur, ut regem audirent, quam apud regem loquerentur, qui eos acciverat. *Sold.*

2 *Adverſum.*] Manuſcripta, *Aut averſum uti flecterent:* pro, à Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum: *Qui averſiſſimo à me animo Patriæ fuit.* pro maxime alieno. *Riv.*

3 *Ad hoc.*] Sed & populus Rom. uſque à principio, quando erat pauper, ſemper melius eſſe putavit acquirere amicos, quam ſervos. Amici ſunt, qui ſponte ſe cum populo Rom. conjungunt, & ejus ſocietatem habere conantur: ſervi ſunt, qui reſiſtentes bello ſubiguntur, & ſubacti obediunt imperio pop. Rom. *Sold.*

4 *Tutius rati, &c.*] Id enim (inquit Livius libro VIII.) firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent.

5 *Quod parentes abunde habemus, amicorum.*] Supra dixerat Romanis à principio melius viſum eſſe, amicos quam ſervos quærere: nunc ſervos appellat *parentes* Græcorum more, qui ſubditos ὑποτελεῖς & δορυφόρους vocant. Ergo à parendo deductum. Victorius lib. 4. cap. 16. *Ciaccon.*

1 *A prin-*

„ omnium ſatis fuit. Atque hoc utinam[1] à principio tibi pla-
„ cuiſſet: profecto ex P.R. ad hoc tempus multo plura bona
„ accepiſſes, quam mala perpeſſus eſſes. Sed quoniam hu-
„ manarum rerum fortuna pleraque regit, [2] cui ſcilicet pla-
„ cuit & vim, & gratiam noſtram experiri: nunc, quando per
„ illam licet, feſtina; atque, uti cœpiſti, perge. Multa, atque
„ opportuna habes, quo facilius errata officiis ſuperes. Po-
„ ſtremo hoc in pectus tuum demitte, numquam P.R. [3] be-
„ neficiis victum eſſe.[4] Nam, bello quid valeat, tute ſcis.

Ad ea Bocchus placide, & benigne ſimul pauca pro delicto ſuo verba facit; Se non hoſtili animo, ſed ob regnum tutandum arma cepiſſe. Nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, [5] jure belli ſuam factam, eam vaſtari à Mario, pati nequiviſſe: præterea, miſſis antea Romam legatis, repulſum ab amicitia. Ceterum vetera omittere, ac tum, ſi per Marium liceret, legatos ad ſenatum miſſurum. Dein, [6] copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Sullæ, & Manlii, metuens

1 *A principio.*] Cum Metellus (ut puto) legatos ad eum miſit: nam antea Bocchus Romam miſerat fœdus & ſocietatem petitum. *Caſt.*

2 *Cui ſcilicet placuit & vim & gratiam noſtram experiri.*] Gruterus *placuiſſe* nullo apice minus in Ms. inveniri ait, & ſolere *ſcilicet* infinitivo conjungi. Recte: ſed præterea ut conſtet oratio, lege: *cui ſcilicet placuiſſe, & vim & gratiam noſtram experirere.* Gronovius.

3 *Beneficiis victum.*] Quia ſemper plus reddit, quam accepit.

4 *Nam bello quid valeat, tute ſcis.*] Dixi quod populus Romanus nunquam victus eſt beneficiis: quia non eſt neceſſe ut dicam, quod è contrario injuriis etiam vinci non poteſt. Nam tu hoc ſcis: quia es expertus, quod injurias bello ulciſcitur. Et ideo non eſt neceſſe, ut dicam, quia tu ſcis & expertus es, quantum bello valeat ad injurias vindicandas: velis ergo potius experiri, ut amicus gratiam populi Romani, quam ut hoſtis vim ejus. *Sold.*

5 *Jure belli.*] Non intelligo, promiſſione Jugurthæ facta in eo bello. licet enim dictum eſt, quod Jugurtha promiſerat illi tertiam partem Numidiæ, ſi voti compos evaderet, ſine regni imminutione: non tamen congrueret huic loco, ut id Bocchus confiteatur. ſic enim ſignificaret ſe mercede conductum ad bellum alienum, & ita pro excuſatione afferret avariciam ſuam, odioſiſſimum malum, quod non procedit. Intelligam itaque, antequam Jugurtha illi filiam ſuam daret (niſi Bocchus ſit ſocer) notam fuiſſe litem de confinibus regni, & partem à Boccho invaſam, illi pro dote ab Jugurtha conceſſam, propter bellum, quod ab Romanis metuebat. *Bad.*

6 *Copia facta.*] Tollatur verbum *mittendi*; non enim in antiquis codicibus reperitur.

Digitized by Google

tuens id quod parabatur, donis corruperat. Marius interea, exercitu in hibernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiſcitur [1] in loca ſola, obſeſſum turrim regiam, quo Jugurtha profugas omnis præſidium impoſuerat. Tum rurſus Bocchus, ſeu reputando, quæ ſibi duobus præliis evenerant, ſeu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Jugurtha reliquerat, ex omni copia neceſſariorum quinque delegit, quorum & fides cognita, & ingenia validiſſuma erant. Eos ad Marium, ac dein, ſi placeat, Romam legatos ire jubet: agendarum rerum, & quocumque modo belli componendi [2] licentiam ipſis permittit. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiſcuntur. dein à [3] Gætulis latronibus in itinere circumventi, ſpoliatique, pavidi, [4] ſine decore ad Sullam profugiunt; quem conſul, in expeditionem proficiſcens, [5] pro prætore reliquerat. Eos ille [6] non pro vanis hoſtibus, uti meriti erant, ſed accurate & liberaliter habuit. Qua re barbari & famam Romanorum avaritiæ falſam, & Sullam ob munificentiam in ſeſe amicum rati. [7] Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: [8] dona omnia in benignitate habebantur. 103

1 *In loca ſola.*] Id eſt, loca deſerta.

2 *Licentiam.*] Poteſtatem. Tacitus lib. 1. *Cur veniſſet, neque augendis militum ſtipendiis, neque allevandis laboribus, denique nulla bene faciendi licentia?* & lib. 14. *Statuerant, ut vellent, data etiam abſolvendi licentia.* Quare non eſt, cur miretur Eraſmus, quod Julius Capitolinus dixerit: *Petiit, ut ſibi daret licentiam contendendi cum iis qui, &c.* Caſt.

3 *Gætulis.*] Vide ſupra.

4 *Sine decore.*] Id eſt, ornatu aut apparatu legatis debito.

5 *Pro Prætore.*] Hi legati Pro Prætore alibi dicuntur à Salluſtio, & in veteribus numiſmatibus; quod extraordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marii quæſtor erat, Quæſtor Pro Prætore, hoc loco, ut videtur, nominandus eſſet. *Urſin.*

6 *Non pro vanis.*] Id eſt, mendacibus & inconſtantibus hoſtibus. *Pro vanis hoſtibus.*] Quippe legati regis erant, qui copia facta mittendi legatos ad Senatum, uti poſtulaverat, flexus ab amicis ſtatim eos (ſic enim par erat) minime miſerat. *Caſt.*

7 *Nam etiam tum, &c.*] Hæc ex Pacuvii Duſoreſte, à Nonio recitari video, in verbo *Munes*; ut fortaſſe vel à Pacuvio Salluſtius hoc ſumſerit, vel aliquid in Nonio deſideretur. *Manut.*

8 *Dona omnia, &c.*] Si quis donum alicui faciebat, non putabatur facere hoc per largitionem, videlicet ut illum corrumperet, ſed per liberalitatem, videlicet quia putaret illum dignum eſſe eo munere.

1 *Inſi-*

tur. Igitur quæſtori mandata Bocchi patefiunt: ſimul ab eo petunt, uti fautor, conſultorque ſibi adſit: copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quæ aut utilia, aut benevolentiæ eſſe credebant, oratione extollunt: dein, Sulla omnia pollicito, docti quo modo apud Marium, item apud ſenatum verba facerent, circiter dies XL ibi-
104 dem opperiuntur. Marius poſtquam [1] infecto negotio, quo intenderat, Cirtam redit, de adventu legatorum certior factus, [2] illoſque, & Sullam venire jubet, itemque [3] L. Bellienum prætorem Utica, [4] præterea omnis undique ſenatorii ordinis: quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit: in quibus, legatis poteſtas eundi Romam fit: ab conſule interea induciæ poſtulabantur. Ea Sullæ, & pleriſque placuere: pauci ferocius decernunt, ſcilicet ignari humanarum rerum, quæ fluxæ, & mobiles ſæpius in advorſa mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti ſunt C. Octavio Ruſone, qui [5] quæſtor ſtipendium in Africam portaverat: duo ad Regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem, & ſtudium Sullæ accepit. Romæque legatis ejus, [6] poſtquam, erraſſe regem, & Jugurthæ ſcelere lapſum, deprecati

1 *Infecto negocio.*] Ita pleraque vetera exemplaria habent: vulgo, *confecto negocio.*

2 *Illoſque & Sullam, &c.*] In noſtris manuſcriptis locus hic manſit incorruptus. ita enim illi habent: *Illoſque & Sullam ab Utica venire jubet.* præter enim priſcorum codicum auctoritatem, ſunt etiam rationes, quibus hanc eſſe ſinceram lectionem confirmare poſſemus. *Caſt.*

3 *L. Bellienum.*] Aliter: *L. Belligerum.* Prior lectio non diſplicet. fuit is fortaſſe pater L. Bellieni, de quo Cicero Phil. 2. mentionem fecit. legimus etiam in excuſis quibuſdam libris, *L. Belligi-num.* Caſt. *L. Bellienum.*] Ita legendum, fuit hic avunculus Catilinæ, ut teſtatur Aſconius. *Coler.*

4 *Præterea omnis.*] Dixi antea, quod conſuetudo fuit, ut conſul convocaret principes exercitus, & viros ordinis ſenatorii, cum aliquid grave atque arduum deliberandum erat: veluti ſi deditio ſuſcipienda eſſet, vel pax cum hoſte facienda, vel tale aliquid.

5 *Quæſtor in Africam.*] Hic non erat Marii Quæſtor, ſed ejus qui Africam provinciam cum imperio obtinebat. nam Sulla Quæſtor Marii erat, ut ſupra retulit Salluſt. *Ciacon.*

6 *Poſtquam erraſſe regem.*] Quidam ita legere malunt: *Poſtquam erraſſe regem, & Jugurthæ ſcelere lapſum deplorati ſunt*: pro, *deploraverunt*, id eſt, conqueſti ſunt: antiquo more. nec tamen id veterum cujuſquam auctoritate comprobarunt. nihil enim probant, cum dicunt,

Digitized by Google

cati ſunt, amicitiam & fœdus petentibus hoc modo reſpondetur:

S. P. Q. R. beneficii, & injuriæ memor eſſe ſolet. „
Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam fa- „
cit. fœdus & amicitia dabuntur, cum meruerit. „

Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras à Mario 105
petivit, uti Sullam ad ſe mitteret; cujus arbitratu de communibus negotiis conſuleretur. Is miſſus cum præſidio equitum, atque peditum, [1] funditorum Balearium: præterea

dicunt, veteres uſi ſunt in eadem ſignificatione *populo* & *populor*, *reverto* & *revertor*, ergo uſi ſunt *deploro* & *deploror*. In uno ex noſtris manuſcriptis ita legimus: *Romæque legatis poſtquam dixerunt erraſſe regem, & Jugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt.* quæ vera eſt, meo judicio, & incorrupta lectio: ut ſit, & Jugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt. Eadem dicendi forma ſatis apud bonos auctores frequens, qua utitur Cicero ſæpiſſime, & præſertim Epiſtolarum famil. l. 4. ad Marcellum: *Hic te unius ſolicitudines, unius etiam multæ & aſſiduæ lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecantur.* & contra Rullum oratione 2. *Sic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur.* Caſt.

1 *Funditorum Balearium.*] Aliter: *Funditorumq; Balearium.* Prius rectius. *Balearium.*] In Balearibus inſulis præſtantiſſimi & forſan primi funditores. Balerides eas inſulas Strabo nominat. Gymneſias à Græcis appellatas ſcribit Dioſcorides & Plinius. Duæ ſunt numero, quamvis Balearis in ſingulari uſus eſt Suetonius. Χοιραδες ab Apollonio vocari annotavit Gerbelius. & idem tradit ex Timæo Iſacius Tzetza. Maris mediterranei inſulæ ſunt, juxta Hiſpaniam, de quibus Ariſtoteles in Admirandis. Hodie Majorca & Minorca indigitantur: quaſi Latine diceres Major & Minor, uti eas Pomponius & Procopius quoque nominant. Sic eas etiam diſtinguit Antoninus, qui majorem Columbam, minorem Nuram vocat. Alteram harum Aphrodiſiadem vocari ſcribit Iſidorus, neſcio qua fultus auctoritate. *Ortel. Balearium.*] Eorum originem Græci conantur ſibi aſſerere, aliis è Bœotia cum Lycophrone, aliis illos è Rhodo deducentibus. Nomen ipſum tamen Phœnicium eſt. Unde recte Strabo: *Ajunt autem Gymnetas à Phœnicibus Balearides dici, quia exercitationes Balearides vocant.* Pœnos hujus regionis potitos aliquando conſtat ex Livio lib. 28. ubi de Magonis & Pœnorum claſſe ita loquitur: *In minorem inde Balearium inſulam trajecerunt, fertilem agro, viris armiſque haud æque validam: Itaque egreſſi navibus ſupra portum loco munito caſtra locant, ac ſine certamine urbe agroque potiti, duobus millibus auxiliariorum inde conſcriptis, miſſiſque Carthaginem ad hibernandum, naves ſubduxerunt.* Jamno autem & Mago ab iis condita oppida, ſicuti tradit Mela. Gens hæc aliena fuit ab omni cultu, domus illis antra fuere, veſtes, ut quidam ajunt, æſtate nullæ, hyeme ex pellibus. Pro unguentis, queis ſe inungerent, oleum lentiſcinum, cum adipe ſuillo. Ignotum argenti pondus & auri. Vini ultra modum avidi, quo tamen carebat regio, & ita mulierioſi, ut in nuptiarum ſolennibus cognati & amici omnes cum ſponſa concumberent, priuſquam ea viro permitteretur. Itaque in bello pro ſtipendio nihil exigebant, quam vinum & mulieres. Et pro muliere captiva

λύτρα

terea iere ſagittarii, & [1] cohors Peligna cum [2] velitaribus armis, itineris properandi cauſſa: [3] neque his ſecus, atque aliis armis, advorſus tela hoſtium, quòd ea levia ſunt, muniti. Sed in itinere, quinto denique die, Volux, filius Bocchi repente in campis patentibus cum mille non amplius

λύτρῳ dabantur viri quatuor. Cadavera fuſtibus minutatim concerpta & in vaſis recondita lapidibus obruebant. Unicum in bello telum, fundæ tres è Melancræna ſeu Melancrani junci genere, quarum diverſus uſus. Aliæ enim propius, aliæ eminus feriebant. Una circa caput aut circa collum, altera circa ventrem & lumbos, tertia in manu fuit. Tam certi ictus & deſtinati, ut raro aut nunquam à ſcopo aberrarent, & tam validi, ut à baliſta viderentur aut catapulta miſſi, frangerentque ſcuta, & galeas atque omne genus armorum. Nempe id unum erat omnibus ab infantia ſtudium. Et cibum puer à matre non accipiebat, niſi quem ipſa monſtrante percuſſerat. (*quod & ſuperius dictum.*) Hinc & Baleares Græce Gymnetes dicti ſunt, & inſulæ Gymneſiæ propter eorum nuditatem, quia in bellum prodeunt ſolis inſtructi fundis, quo referenda hæc Heſychii: Γυμνῆτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ τοὺς σφενδονιστὰς, οἱ δὲ τοὺς γυμνοὺς μαχομένους: Id eſt, *Gymnetes, qui ſunt inermes, alii funditores exponunt, alii eos qui nudi pugnant.* Sunt qui Gymnetas dici volunt, quia ætatem nudi exigunt. Ita Livius & Diodorus. *Bochart.*

1 *Cohors Peligna.*] Peligni. Peligni Italiæ populi, apud Plinium, Ptolemæum, Strabonem alioſque. Πελίγνοι male vocantur apud Memnonem. Ex Illyrico ortos tradit Feſtus. Vulgo nunc Valva vocari, refert Ciofanus in Sulmonis urbis deſcriptione, vel Talvenſes, ut placet Leandro. *Ortel.* Dictum ſupra ex Feſto Pelignos eſſe Illyrici generis. Locus adſcribi meretur. Ita autem ſe habet: *Peligni ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volſini regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ occuparunt. Hujus fuerunt nepotes Pacinus: à quo Pacinates; & Pelicius à quo Peligni.* Hæc illi. Quinam hi fuerint, & an omnino ulli fuerint Pacinates, nemo facile dixerit, quando nulli aliorum auctorum memorati, niſi Πελιγνῖται Stephani ſint, quos Pelignos eſſe alibi docuimus. Pelignos vero tametſi Illyrici fuiſſe generis ea maxime perſuadet ratio, quod Liburnorum quædam pars ex eodem Illyrico Piceni etiam agri portionem quondam tenuit: tamen alii auctores Italici generis eoſdem fuiſſe, ab Sabinis ortos tradiderunt. Ovid. Faſt. lib. II.

Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis
Convenit. ——

Martucinis ſimulque Veſtinis ab ortu Solis hiberni continuabantur Peligni. Quos & ipſos inter μικροὺς ἔθνη, id eſt, parvas gentes cenſet Strabo lib. v. ab occaſu æquinoctiali Marſis, ab Auſtro Samnitibus jungebantur. Verſus ortum æſtivum, ac ſeptentriones à Frentanis ſubmovebantur Peligni montium jugo, quod à Raſini Sagrique confluentibus ad Fori uſque procurrit fontem. *Cluver.* Oppida illorum fuere præcipua, Sulmo, Cortinum, & Superequum.

2 *Velitaribus armis.*] Velitaria arma facit Polybius μάχαιραν, καὶ γεῖσσον, καὶ παῤῥόνιον, hoc eſt, *gladium, haſtam, parmam.* Varro περὶ Φιλαρχείας: *Quem ſequuntur cum rotundis velites leves parmis.* Coler.

3 *Neque his ſecus, &c.*] Videtur dicere, hos qui velitaria portant arma, non ſecus atque alios munitos adverſus tela hoſtium, quod & ea levia ſint.

1 *Sæpe*

plius equitibus ſeſe oſtendit: qui temere & effuſe euntes, Sullæ aliiſque omnibus & numerum ampliorem vero, & hoſtilem metum efficiebant. Igitur ſe quiſque expedire: arma, atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe victoribus, & advorſum eos, quos [1] ſæpe vicerant. interim equites, exploratum præmiſſi, rem, ut erat, quietam nunciant. Volux adveniens quæ- 106
ſtorem appellat: ſe à patre Boccho obviam illis ſimul, & præſidio miſſum. Dein eum, & proxumum diem ſine metu conjuncti eunt. Poſt, ubi caſtra locata, & diei veſper erat; repente Maurus, [2] incerto vultu pavens, ad Sullam accurrit; dicitque ſibi ex ſpeculatoribus cognitum, Jugurtham haud procul abeſſe; ſimul, uti noctu clam ſecum profugeret, rogat, atque hortatur. Ille [3] animo feroci negat ſe totiens fuſum Numidam pertimeſcere; virtuti ſuorum [4] ſatis credere: [5] etiam ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potius, quam [6] proditis, quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forſitan [7] poſt paullo morbo interituræ vitæ parceret. Ceterum ab eodem monitus, ubi noctu proficiſcerentur, conſilium adprobat: ac ſtatim milites cœnatos eſſe in caſtris: [8] igniſque quam creberrumos fieri, dein [9] prima vigilia ſilentio egredi jubet. Jamque nocturno itinere feſſis omnibus, Sulla pariter cum ortu ſolis caſtra metabatur;

cum

1 *Sæpe vicerant.*] Nonnulli addunt, *pugnaturis*: ſed male.

2 *Incerto.*] I.e. mobili & inſtabili vultu, quia in vultu colorem mutabat. *Sold.*

3 *Animo feroci.*] Id eſt, impavido, audaci, forti.

4 *Satis credere.*] Id eſt, ſatis confidere. nam *credere*, ſignificat confidere. Virg. in Bucol.

O formoſe puer, nimium ne crede colori.

Idem.

5 *Etiamſi certa peſtis.*] Id eſt, pernicies & mors certa.

6 *Proditis.*] Vulgo, *perditis*. In vetuſtioribus eſt, *Proditii*: pro, *deſertis*. Ita & ſententia poſtulat. Nam Maurus Sullam, uti clam ſecum noctu profugeret, hortabatur. id Sulla facturum negabat, quod turpe ſibi duceret, proditis ac deſertis iis quos ducebat, fuga ſalutem petere. *Riv.*

7 *Poſt paulo.*] De eo ordine harum particularum vide noſtras notas ad Livium 22. 60. *Gronov.*

8 *Igniſque quam creberrumos fieri.*] Ut hoſtes exiſtimarent eos vigilias agere, & poſt profectionem viſis ignibus adhuc illic eſſe. *Bad.*

9 *Prima vigilia.*] Romani noctem in quatuor vigilias dividebant. unde apud auctores primam, ſecundam, tertiam & quartam vigiliam invenimus, qui mos fuit etiam Græcorum, ut ex Phavorino & Suida diſcimus. *Caſt.*

cum equites Mauri nunciant, Jugurtham, cirtiter duûm millium intervallo, ante eos conſediſſe. Quod poſtquam auditum eſt, tum vero ingens metus noſtros invadit: credere ſe proditos à Voluce, & inſidiis circumventos. Ac fuere qui dicerent manu vindicandum, neque apud illum
107 tantum ſcelus inultum relinquendum. At Sulla, quamquam eadem exiſtumabat, tamen [1] ab injuria Maurum prohibet: ſuos hortatur, uti fortem animum gererent: ſæpe ante paucis ſtrenuis advorſus multitudinem bene pugnatum: quanto ſibi in prœlio minus peperciſſent, tanto tutiores fore, [2] nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, & in maxumo metu, [3] nudum & cæcum corpus ad hoſtis vortere. Dein Volucem, quoniam hoſtilia faceret, Jovem maxumum obteſtatus, uti ſceleris, atque perfidiæ Bocchi teſtis adeſſet, caſtris abire jubet. Ille lacrumans orare, ne ea crederet: [4] nihil dolo factum, ac magis calliditate Jugurthæ; cui videlicet ſpeculanti iter ſuum cognitum eſſet. Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet; & ſpes, opeſque ejus ex patre ſuo penderent; credere illum

1 *Ab injuria prohibet.*] Id eſt, nece, contra jus gentium. *Bad.*

2 *Nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere.*] Nonius Marcellus, ubi agit de mutata declinatione, ita legit. vulgo, *nec decere, quem manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere.* prior lectio mihi ſummopere probatur. eſt enim minus aſpera, & in vetuſtioribus libris reperitur. *Caſt.*

3 *Nudum & cæcum corpus.*] Id eſt, inerme. & ita intendit argumentum: In maximo metu decet corpus inerme contra hoſtes vertere, quanto magis vos armatos decet ire contra hoſtem, & non fugere? Tota enim intentio Sullæ eſt, hortari milites, & perſuadere eis, ut non fugiant, ſed forti animo ſint. *Sold.* *Cæcum.*] Cæcum autem dicit, quando ſine reſpectu per media tela erumpit: quia

Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. (ſic autem fere exponitur hic locus) ſed quia negocio præpoſita utrunque ſequentium negare videntur, malim dicere: Et neque decere vertere corpus nudum, id eſt, inerme abjectis armis; & cæcum, id eſt, non habens reſpectum, quo ſe præcipitet, ut faciunt fugientes in maximo metu. *Bad.*

4 *Nihil dolo factum.*] Seu factum eſſe dicebat, ut Jugurtha iter obſideret. Nam hac de cauſa Sulla ſe à Voluce proditum eſſe credidit, quia Jugurtha copiis ſuis iter obſederat, qua tranſiturus erat. Sed hoc dolo Volucis factum non erat, ſed potius aſtutia Jugurthæ, qui per ſpeculatores iter Volucis explorave-rat. *Sold.*

illum nihil palam auſurum, cum ipſe filius teſtis adeſſet. Quare optumum factum videri, [1] per media ejus caſtra palam tranſire; ſeſe, vel præmiſſis, vel ibidem relictis Mauris, ſolum cum Sulla iturum. Ea res ut in tali negotio, probata: ac ſtatim profecti, quia de improviſo acceſſerant, dubio, atque hæſitante Jugurtha, incolumes tranſeunt. Dein paucis diebus, quo ire intenderant, perventum eſt. Ibi cum Boccho Numida quidam Aſpar nomine, multum, 108
& familiariter agebat, præmiſſus ab Jugurtha, poſtquam Sullam accitum audierat, orator, & ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia: præterea Dabar, Maſſugradæ filius, ex gente Maſiniſſæ, ceterum materno genere impar: (nam pater ejus ex concubina ortus erat,) [2] Mauro ob ingenii multa bona carus, acceptuſque, [3] quem Bocchus fidum eſſe Romanis, multis ante tempeſtatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, paratum ſeſe facere, quæ populus Rom. vellet: colloquio diem, locum, tempus ipſe deligeret: conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere: neu Jugurthæ legatum pertimeſceret: [4] accitum eſſe, quo res communis licentius gereretur: nam ab inſidiis ejus aliter [5] caveri nequiviſſe. Sed ego comperior, Bocchum magis Puni-

1 *Per media caſtra.*] Mirum mihi hoc videtur, quandoquidem Sulla Jovem Maximum tanquam teſtem perfidiæ Volucis invocaverit, illud conſilium poſtea approbaſſe, ut per caſtra Jugurthæ tranſirent, cum facillime Volux, ſi voluiſſet, proditionem inſtituere potuiſſet. Quinetiam quid Jugurthæ inauſum contra Romanos? Nata vero illi erat optima ſe vindicandi occaſio. *Thyſ.*

2 *Mauro ob ingenii multa bona carus acceptuſque.*] In Veneto atque aliis, *Ob ingentia facta:* ſed utrum rectius, nos in medio relinquemus. Vulgata lectio magis probanda videtur. *Riv.*

3 *Quem Bocchus fidum eſſe Romanis.*] Verbum hoc poſtremum quidam tollendum putant. quaſi vero nihil referret, eſſetne Romanis fidus is, cui tantis de rebus negocium committendum erat, præſertim cum fere omnes proximi reges ab Jugurtha corrupti eſſent. *Caſt.*

4 *Accitum eſſe.*] Sic nulli Mſſ. In octo codicibus Gruteri tantum unus *illum acitum:* alter, *quod eo advocatus eſſet.* Indicio hæc inſerta ab iis, qui vetere ſcriptura quod agerent non inveniebant. In qua nihil mutandum, niſi rò *quo* in *quin.* Senſus eſt: ne putaret obſtare ſibi Aſparem quo minus libere diceret ageretque quæ in rem utriuſque eſſent: nam illum neceſſario admittendum fuiſſe ut aliæ Jugurthæ inſidiæ excluderentur. *Gronovius.*

5 *Caveri nequiſſe.*] Non dicit Bocchus, ſe aliter non potuiſſe cavere ab Jugurthæ inſidiis, ſed Sullam; ideo loquitur

Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos, & Numidam ſpe pacis attinuiſſe: multumque cum animo ſuo volvere ſolitum, Jugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: lubidinem advorſum nos, metum pro
109 nobis ſuaſiſſe. [1] Igitur Sulla reſpondit, pauca ſe coram Aſpare locuturum, cetera occulte, nullo, aut quam pauciſſumis præſentibus: ſimul edocet, quæ ſibi reſponderentur. Poſtquam, ſicuti voluerant, congreſſi; dicit ſe miſſum à conſule veniſſe quæſitum ab eo, pacem an bellum agitaturus foret. Tum rex, [2] uti præceptum fuerat, poſt diem decimum redire jubet; ac nihil etiam nunc decreviſſe, ſed illo die reſponſurum. Dein ambo in caſtra ſua digreſſi. Sed ubi plerumque noctis proceſſit, Sulla à Boccho occulte arceſſitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. [3] Præterea Dabar internuncius, ſanctus vir, ex ſententia ambobus jurat: ac ſtatim rex ſic incipit:
110 „ Numquam ego ratus ſum fore, uti rex maxumus in
„ hac terra, & omnium, quos novi, opulentiſſumus, [4] pri-
„ vato homini [5] gratiam deberem. Et hercule Sulla, ante
„ te cognitum, multis orantibus aliis ultro egomet opem
„ tuli, nullius indigui. [6] Id imminutum, quod ceteri do-
„ lere ſolent, ego lætor. Fuerit mihi [7] pretium, eguiſſe ali-

quitur per verbum impersonale, ut vocant Grammatici. *Cast.*

1 *Igitur Sulla respondit pauca se coram Aspare locuturum.*] Veteres nonnulli codices habent: *Igitur Sulla respondit coram Aspare locuturum.* Idem.

2 *Uti præceptum fuerat.*] Seu à Sulla: quia, uti dixi, Sulla docuit & præmonuit, ut Bocchus ita sibi responderet. in hoc autem colloquio intelligimus Asparem fuisse præsentem. *Sold.*

3 *Præterea Dabar internuncius, sanctus vir, ex sententia ambobus jurat.*] Aliter: *Præterea Dabar internuncius sancte jurat ex sententia amborum.* Sensus est: Dabar internuncius jurejurando affirmat, se fideliter utriusque orationem interpretaturum. *Cast.*

4 *Homini privato.*] Id est, qui non esset rex, nec imperator, qualis erat Sulla. *Bad.*

5 *Gratiam deberem.*] Id est, obligatus essem. Ille gratiam debet, qui ob beneficium acceptum alicui obligatus est.

6 *Id imminutum.*] Aliter: *Id immutatum.*

7 *Precium.*] Tò *pretium* non esse Salluſtii vel ex eo apparet, quod in codicibus fere scriptis alio loco inculcatum est: nimirum, *fuerit mihi eguisse aliquando pretium tuæ amicitiæ.* Nonnulli, *pretii.* Sed deleatur utrumque & recipiatur, quod est in optimis: *fuerit mihi eguisse aliquando amicitiæ tuæ.* Genus loquendi illustravimus l. 4. Observ. c. 8 *Gronovius.*

aliquando tuæ amicitiæ; qua apud animum meum nihil „
carius habeo. Id adeo experiri licet: arma, viros, pecu- „
niam, poſtremo quidquid animo lubet, ſume, utere: [1] & „
quoad vives, nunquam tibi redditam gratiam putaveris; „
ſemper apud me integra erit: denique nihil me ſciente „
fruſtra voles. Nam, ut ego exiſtumo, regem armis, quam „
munificentia, vinci, minus flagitioſum. Ceterum de re- „
publ. veſtra, cujus curator huc miſſus es, paucis accipe. „
[2] Bellum ego populo Rom. neque feci, neque factum „
umquam volui: [3] finis meos advorſum armatos armis tu- „
tus ſum. id omitto: quando vobis ita placet, gerite, uti „
vultis, cum Jugurtha bellum. [4] Ego flumen Mulucham, „
quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar, neque „
id intrare Jugurtham ſinam. Præterea, ſi quid meque „
„ vobiſ-

1 *Et, quoad vives, nunquam tibi redditam gratiam putaveris, ſemper apud me integra erit.*] Hoc eſt, donec vives, nunquam exiſtimes me tibi gratiam retuliſſe pro tuis erga me beneficiis: ſed me tibi debere ita, ac ſi nunquam tibi aliquam gratiam retuliſſem. *Sold.*

2 *Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam volui.*] Volumen noſtrum maxime probatum ſic habet. vulgo, *Bellum populo Romano nunquam paravi, neque factum volui.* prius eſt in codice bibliothecæ divi Salvatoris. *Caſtilioneus.*

3 *Finis meos.*] Mulucha flumen dividebat regnum Bocchi à regno Numidiæ. Sed Bocchus revera fines ſuos egrediens, geſſerat bellum contra Romanos in Numidia. Quomodo ergo dicit fines ſuos tutatum eſſe, cum non fines ſuos, ſed Numidiam defendere voluerit? Hoc ideo dicit, quia, ſicuti etiam ſupra dixit, partem Numidiæ jure belli ſuam factam eſſe putabat. ſed Romani hoc ferre nolebant, videlicet ut Bocchus partem Numidiæ ſibi vendicaret, & eam tanquam ſuam bello defenderet. *Sold.*

4 *Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar.*] Hic Jacobus quiſpiam Bononienſis *Mulucha* legendum contendit, non *Mulucham*: ſed cunctis refragantibus, quotquot ipſe viderim, exemplaribus. Tametſi, ne quid diſſimulem, è vetuſtis quidam grammaticis neutrum eſſe hoc nomen volunt. Nam Phocas: *Barbara* (inquit) *neutri generis duo lecta ſunt apud Salluſtium nomina fluminum: hoc Mulucha, hoc Turia.* Quod ad poſterius attinet, facit cum eo Probus. Diſſentit ab utroque Priſcianus 5. *Quod autem Turia* (inquit) *& ſimilia fluminum nomina maſculina ſint, oſtendit etiam Salluſtius, in* am *terminans ejus accuſativum, in ſecundo Hiſtoriarum:* Inter læva mœnium & dextrum flumen Turiam. *Nam ſi eſſet neutrum, ſimilis eſſet accuſativus nominativo.* Idem ſexto: *Quod autem non ſint neutra* (inquit) *Turia & Mulucha, & ſimilia, oſtendit etiam natura ipſius ſermonis Punici, in quo omnia nomina vel maſculina ſunt, vel fœminina.* Hæc Priſcianus, cujus eſt opinio verior. *Riv. Flumen Mulucham.*] Ita legi debet, quidquid dicat Phocas. vide Priſcianum ſtatim in principio libri ſexti. *Caſt.*

„ vobiſque dignum petiveris, [1] haud repulſus abibis.

111 [2] Ad ea Sulla pro ſe breviter, & modice; de pace, & de communibus rebus multis diſſeruit. Denique regi patefecit, quod polliceatur, ſenatum & populum Rom. quoniam armis amplius valuiſſent, [3] non in gratia habituros: faciundum aliquid, quod illorum magis, [4] quam ſua retuliſſe videretur; id adeo in promtu eſſe; quoniam copiam Jugurthæ haberet: quem ſi Romanis tradidiſſet, fore, ut illi plurimum deberetur: amicitiam, fœdus, Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc [5] ultro adventuram. Rex primo negitare: cognationem, [6] affinitatem, præterea [7] fœdus interveniſſe: ad hoc metuere, ne fluxa fide uſus popularium

1 *Haud repulſus abibis.*] Pro, Impetratum à me auferes. vel, Non feres repulſam. Ita Virg.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Id eſt: ſuum quiſque honorem atque munus reportabit. *Riv.*

2 *Ad ea Sulla pro ſe breviter, & modice; de pace, & de communibus rebus multis diſſeruit.*] Valde hallucinatur heic Urſinus, quod minus adſequeretur mentem hiſtorici; quæ hæc: reſpondiſſe bifariam Boccho Sullam; ei parti orationis, quæ de ſe erat, breviter & modeſte; quæ de pace & rebus populi Rom. diffuſe & compoſite. Imitatus eſt Tacitus lib. 11. Annal. *Ad ea Germanicus, de ſocietate Romanorum Parthorumque magnifice; de adventu regis & cultus ſui, cum decoro ac modeſtia reſpondit.* Gruter.

3 *Non in gratia habituros.*] Sunt qui legunt, *Non in gratiam habiturum.* Caſt.

4 *Quam ſua.*] Scilicet Bocchi. Quaſi dicat: quod jam armis deſiſtat, plus eſſe ad utilitatem Bocchi jam fere victi, quam Romanorum, qui victores erant. *Bad.*

5 *Ultro.*] Id eſt, etiamſi non requireret.

6 *Affinitatem.*] Quia, ſicut ſupra dixit, filia Bocchi Jugurthæ nupſerat.

7 *Fœdus interveniſſe.*] Scilicet inter ipſum & Jugurtham: quod quidem percutiebatur cum obteſtatione deorum, & ſui maledictione, ſi non ſervarent. dicebant enim: *Ita fœde me percutiat magnus Jupiter, ut fœde hunc porcum macto, ſi pacta fœderis non ſervavero.* Bad. *Fœderis.*] Fœderum maxima ſemper religio fuit apud Gentes. Varius illorum percutiendorum ritus. Polybius ſcribit in fœdere icto inter Carthaginienſes & Romanos, ſolitos hos fuiſſe per Jovem Lapidem jurare. Verba ejus ſunt: *Romani, per Jovem Lapidem ſecundum vetuſtiſſimum ritum, ac per Martem & Enyalium juraverunt.* Ritus jurisjurandi per Jovem Lapidem fuit hujuſmodi: Fœcialis ſumpto in manibus lapide, poſtquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit: ſi recte ac ſine dolo malo hoc fœdus atque hoc jusjurandum facio, dii mihi cuncta fœlicia præſtent: ſin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus ſalvis in propriis legibus, in propriis Laribus, in propriis templis, in propriis ſepulchris: ſolus ego peream, ut hic lapis è manibus meis decidet. Nec plura locutus lapidem manibus dejiciebat. Solebat quoque fœdus juxta Romanorum non ſolum, verum etiam aliarum gentium morem effu-

larium animos averteret: quîs & Jugurtha carus, & Romani inviſi eſſent. Denique ſæpius fatigatus, lenitur, & ex voluntate Sullæ omnia ſe facturum promittit. Ceterum ad ſimulandam pacem, cujus Numida, defeſſus bello, avidiſſumus, quæ utilia viſa, conſtituunt. Ita, compoſito dolo, digrediuntur. At rex poſtero die Aſparem, Jugurthæ 112
legatum, appellat, dicitque ſibi per Dabarem ex Sulla cognitum, poſſe conditionibus bellum poni: quamobrem regis ſui ſententiam exquireret. Ille lætus in caſtra Jugurthæ proficiſcitur. Dein ab illo cuncta edoctus, properato itinere, poſt diem octavum redit ad Bocchum, & ei nunciat, Jugurtham cupere omnia, quæ imperarentur, facere; ſed Mario parum fidere: ſæpe antea cum imperatoribus Romanis [1] pacem conventam, fruſtra fuiſſe. Ceterum Bocchus, ſi ambobus conſultum, & ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quaſi de pace, in colloquium veniretur, ibique ſibi Sullam traderet: cum talem virum [2] in poteſtatem habuiſſet, tum fore, uti juſſu S. P. Q. R. fœdus fieret; neque hominem nobilem non ſua igna-

effuſione ſanguinis ſeu animalium cæde confirmari, præcipue porcæ: unde Virgil.

Poſt iidem inter ſe poſito certamine reges,
Armati Jovis ante aras, pateraſque tenentes
Stabant, & cæſa jungebant fœdera porca.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis
Conſpectu in medio Procerum, tum rite ſacratas
In flammam jugulant pecudes, & viſcera vivis
Eripiunt.

Hujus fœderis formula hæc fuit, auctore Livio. Audi Jupiter, audi Pater patrate, ut illa palám prima, poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt ſine dolo malo: utque ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt: illis legibus Populus Romanus prior non deficiet: ſi prior defecerit publico conſilio, dolo malo, tu ille Dieſpiter populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. *Fung.* Quia ergo ſeipſos execrabantur, ſi contra fœdus feciſſent, etiam religioſi erant in iis ſervandis. Quod hic prætexit rex Bocchus.

1 *Pacem conventam fruſtra fuiſſe.*] Sicuti pax facta cum Calpurnio Beſtia conſule, & cum Aulo fratre, Albino conſule. Nam Senatus utramque pacem improbavit & reſcidit: ſicuti viſum eſt ſupra. *Sold.*

2 *In poteſtatem.*] Pro, *In poteſtate.* Cicero pro lege Man. *Cum veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Caſt.

ignavia, ſed ob rempubl. in hoſtium poteſtate relictum iri.
113 Hæc Maurus ſecum ipſe diu volvens, tandem promiſit. Ceterum dolo, [1] an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiæ voluntates, uti vehementes, ſic mobiles, ſæpe ipſæ ſibi advorſæ. Poſtea, tempore & loco conſtituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Jugurthæ legatum appellare: benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter læti, ac ſpei bonæ pleni eſſe. Sed nocte ea, quæ proxuma fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, [2] ac ſtatim immutata voluntate, remotis [3] ceteris dicitur ſecum ipſe multum agitaviſſe, vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius: quæ ſcilicet, tacente ipſo [4] occulta oris immutatione patefeciſſe. Tamen poſtremo Sullam arceſſi jubet; & ex illius ſententia Numidæ inſidias tendit. Deinde, ubi dies advenit, & ei nunciatum eſt, Jugurtham haud procul abeſſe; cum paucis amicis, & quæſtore noſtro, quaſi obvius honoris cauſſa procedit in tumulum facillumum viſu inſidiantibus. Eodem Numida cum pleriſque neceſſariis ſuis inermis, uti dictum erat, accedit; ac ſtatim ſigno dato, undique ſimul ex inſidiis invaditur. Ceteri obtruncati; [5] Jugurtha Sullæ vinctus tra-

1 *An vere.*] Aliter: *An vero.*

2 *Ac ſtatim immutata voluntate, &c.*] Hoc *Immutata voluntate* referendum eſt ad illud ſuperius dictum: *Hæc Maurus ſecum ipſe diu volvens, tandem promiſit.* Nam habebat tunc in animo, ut Sullam Jugurthæ traderet. Hic contra in animo habet Jugurtham tradere Sullæ. *Glar.*

3 *Ceteris.*] Hæc vox abundare videtur. *Remotis ceteris.*] Quid ſi legas, *Remotis arbitris?* pro, Nemine præſente, ſolus ipſe exiſtens. nihil tamen immuto. *Riv.*

4 *Occulta oris immutatione patefeciſſe.*] Variant hic antiqui codices, in pleriſque enim eſt: *Occulta pectoris oris immutatione patefeciſſe.* in illo autem antiquiſſimo & emendatiſſimo: *Occulta cordis, oris immutatione patefeciſſe.* utram vero ſequaris, idem eſt ſenſus. *Caſlilioneus.*

5 *Jugurtha Sullæ vinctus traditur.*] De hac Jugurthæ traditione, quæ à Fauſto Sullæ filio in numiſmatibus quoque veteribus ſignata eſt, Plin. libro XXXVIII. cap. I. ſic ait: *Sulla Dictator traditione Jugurthæ ſemper ſignavit.* & Valer. Maximus lib. VIII. cap. XV. *L. autem Sulla, etſi ad neminem Scriptorum animum direxit, tamen Jugurtha à Boccho rege ad Marium perducto, totam ſibi laudem cupide aſſervit, ut anulo, quo ſignatorio utebatur, ſculptam illam traditionem haberet.* Urſin.

traditur, & ab eo ad Marium deductus. [1] Per idem tem- 114
pus [2] advorſum Gallos ab [3] ducibus noſtris * Q. Cæpione, & M. Man-

1 *Per idem tempus.*] Hoc ad bellum Jugurthinum non pertinet; ſed cauſam oſtendit, quare ſecundo Marius conſul factus eſt. *Sold.*

2 *Adverſum Gallos.*] Adverſum Cimbros, ut refert Livius: vel adverſum Cimbros & Teutonas, ut Valerius Max. lib. 4. cap. 7. & Paterculus lib. 2. volunt. alii autem, ut Oroſius & Eutropius, Manlium & Cæpionem à Cimbris, Teutonis, Tigurinis & Ambronibus victos fuiſſe ſcribunt. ſed cum conſtet, fuiſſe Cimbros & Teutonas, Germanos: Tigurinos vero & Ambronas, Gallos: in eam opinionem adducor, ut exiſtimem Salluſtium, cum (ut infra docebimus) id bellum Cimbricum & Teutonicum, nunquam niſi hoc loco, quod ſciam, Gallicum appellatum ſit: hîc Gallos etiam Germanos vocaviſſe, ut Gallorum nomine etiam Germani contineantur. quandoquidem etiam Germania aliquando Gallia vocata ſit. Procopius de Ædificiis Juſt. lib. 4. κάτεσι μὲν ἐξ ὀρέων τῶν ἐν Κελτοῖς πολέμου ἱερῶν, οἳ νῦν Γάλλοι ἐπικαλοῦνται. Satis conſtat Gallos omnes & Germanos uno vocabulo veteres Græcos Celtas, Romanos autem Gallos nuncupaſſe: quam rem etiam Volaterranus animadvertit. Germaniæ enim vocabulum (ut docent Cor. Tac. in libro de Morib. & populis Germaniæ & Strabo Geogr. lib. 7.) recens erat Salluſtii tempore, & nuper additum. unde nemini mirum videri debet, ſi is Gallorum nomine etiam Germanos nuncupavit. Recte itaque Livius à Manlio & Cœpione male adverſus Cimbros pugnatum eſſe ſcribit, non autem adverſus Gallos: ut hîc Salluſtius inquit. nam (uti diximus) hîc Salluſtius ſub nomine Gallorum intelligit etiam Germanos. auctoritate etiam veterum comprobare poſſemus, Manlium & Cœpionem à Cimbris victos fuiſſe. id enim ex iis, quos ſupra citavimus, Valerio & Paterculo, item ex Cornelio Tacito, in lib. de Situ & mor. pop. Germ. & Plutarcho in Camillo & in Lucullo cognoſcimus. *Caſt. Adverſum Gallos.*] Bellatorum multitudo & principes ejus expeditionis, non Cimbri tantum, ſed & majori ex parte Galli fuere, & ex Gallis potiſſimum Helvetii, eorumque complices. Denique ex Helvetiis maxime Tigurini atque Tugini. Cujus rei locupletiſſimus teſtis eſt idem Strabo lib. ſeptimo. *Glar.*

3 *Ducibus noſtris.*] Lucius Florus in Epitome Livianâ, in lib. 67. *Cajus Aurelius Scaurus fuſo exercitu, à Cimbris captus eſt: & cum in conſilium ab iis vocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent, Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci minime poſſe: à Belo rege, feroci juvene occiſus eſt. Ab iiſdem hoſtibus C. Manlius & Q. Servilius Cæpio proconſules victi prælio, caſtriſque binis exuti ſunt. Octoginta militum occiſa, calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundum populi Rom. juſſionem Cepio, cujus temeritate clades accepta erat, damnatur: bona publicata ſunt, primoque poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho Caii Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus. Marius triumphali veſte in ſenatum venit, quod nemo ante eum fecerat; eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magiſtratus eſt, conſulatu ſecundo & tertio abſens conſul creatus: quartum diſſimulanter captans conſecutus eſt. Cimbri vaſtatis omnibus, quæ circa Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi: ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt: reverſique in Galliam, bellicoſis quidem Teutonis ſe conjunxerunt.* Et in libro ſequenti: *Antonius prætor in Sicilia maritimos prædones perſecutus eſt. Cajus Marius conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus ca-*

[1] M. Manlio [2] male pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illique & inde uſque ad noſtram memoriam Romani ſic habuere, alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe; cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. Sed poſtquam bellum in Numidia confectum, & Jugurtham [3] Romam vin-

ſtra defendit: duobus deinde prœliis circa aquas Sextias eos hoſtes delevit, in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quintum conſul creatus eſt, triumphum oblatum, donec Cimbros vinceret, diſtulit. Cimbri repulſo ab Alpibus, fugatoque Q. Catulo proconſule, qui fauces Alpium obſederat, ad flumen Atheſim caſtellum editum inſederat, reliqueratque; ubi virtute ſua explicata fugientem proconſulem exercitumque proſecuti, in Italiam trajeciſſent: junctis ejuſdem Catuli & C. Marii exercitibus prœlio victi ſunt ab eis: in quo cæſa traduntur hominum centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius totius civitatis conſenſu receptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquantulum, ut novo homini, ad tantos honores evecto invideram, conſervatam ab eo rempub. fatebantur. Hæc ille. *Badius.*

* *Q. Cæpione.*] Corrupti duo loci ſunt apud Plutarchum; alter in Camillo, alter in Lucullo, ubi hic *Scipio*, non *Cæpio*, perperam vocatur. Cæterum is Q. Servilius Cœpio conſul fuerat cum C. Atilio Serrano, quem Gellius *Q. Servanum* nominat, anno ab V. C. 647. Val. Max. tradit Cœpionem in carcerem conjectum, ab L. Regino amico liberatum fuiſſe. conjecit enim eum in carcerem C. Norbanus tribunus plebis, ut ex lib. Cicer. 2. de Orat. diſcimus. Id vero notandum, diſſentire Strabonem à Livio, quippe qui ſcribat Cœpionis filios hæredes bona paterna diſſipaſſe; cum Livius (uti vidimus) aſſerat Cœpionis bona publicata fuiſſe. vide Gellium lib. 3. cap. 9. & Proverbium apud Eraſmum, *Toloſanum aurum.* Caſt.

1 *M. Manlio.*] *Marcus* is vocatur etiam ab Eutropio lib. 5. & Tacito de populis Germaniæ. At Livius & Oroſius in locis ſupra citatis *Cajum* appellant. fuit autem conſul cum P. Rutilio Rufo anno Urbis conditæ 641. *Idem.*

2 *Male pugnatum.*] Hoc enim dicit, quia Q. Servilius Cæpio conſul, & M. Manlius proconſul, à Gallis & Cimbris victi prælio, caſtriſque binis exuti ſunt, militum millia octingenta occiſa, calonum & lixarum quadraginta millia. Bona Q. Cæpionis, *ut ſupra vidimus*, cujus temeritate clades accepta eſt, publicata ſunt, imperium ei abrogatum eſt. *Sold.*

3 *Romam vinctum adduci.*] Ductus eſt Jugurtha cum duobus filiis vinctus in triumpho, ac mox in carcere necatus. Livius, Oroſius, Eutropius, Plutarchus. *Caſtil. Vinctum.*] Jugurtham cum duobus filiis Marius in triumphum duxit, teſte Plutarcho: atque Jugurtha in carcerem poſt triumphum tractus, nuduſque in barathrum conditus eſt, ibique ſex dierum fame contabuit, ſuſpenſum ſemper ſpe vitæ ſpiritum trahens, ut ita Manibus fratrum, quos ſcelerate necaverat, egregie parentaret. Numidia hoc bello in Provinciæ formam redacta non eſt, ut quidam ſcribunt: obſervo namque Numidiam Regibus P. R. ſociis quatuor fuiſſe donatam, Hiempſali, qui Marium exulem fovit, teſte Plutarcho; Hiarbæ, qui quod Marianas partes adjuverat, Sullæ auſpiciis per Cn. Pompeium victus & captus eſt, qui Numidiam cum Gætulis Hiempſali (ut Cicero in Agraria teſtatur) tradidit. Hiempſali Juba filius ſucceſſit, quem Cæſar, quod Pompeii partes ſequeretur, profligavit, vicit, Numidiamque occupavit, & provinciam fecit. (Ita Hir-

vinctum adduci nunciatum eſt; [1] Marius conſul abſens factus eſt; & ei decreta provincia Gallia; iſque Kalendis Januar. magna gloria conſul [2] triumphavit. Ex [3] ea tempeſtate ſpes, atque opes civitatis in illo ſitæ erant.

Hirtius & Dion.) Criſpumque Salluſtium ei primum præfecit. *Stad.* De Jugurthæ captivitate ita Florus: *ſic fraudulentiſſimus regum, fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt, & Sullæ in manus traditus, tandemque opertum catenis Jugurtham in triumpho populus Romanus aſpexit. Sed ille quoque, quamvis victus, & vinctus, vidit Urbem; quam venalem & quandoque perituram, ſi habuiſſet emptorem, fruſtra cecinerat. Tamen ut venalis fuiſſet, habuit emptorem: & quum ille non evaſerit, certum erit eam non eſſe perituram.*

1 *Marius conſul abſens factus eſt.*] Id per leges Romanas fieri non poterat, ſed in tanto periculo legibus ſolutus eſt. vide Plutarchum. *Idem.*

2 *Triumphavit.*] Vide ſupra pag. 79. & ſeq.

3 *Ea tempeſtate.*] Id eſt, victis Cimbris, tertium Romæ conditorem Marium populus Rom. appellabat. ut auctor eſt Plutarchus. *Bad.*

FINIS BELLI JVGVRTHINI.

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER I.

1 RES populi R.M. Lepido, Q. Catulo Coss. ac deinde militiæ & domi gestas composui.. *Donatus & Pomp. Messalinus.*

Cato

1 *Res populi.*] In tanta rerum antiquarum obscuritate, tamque densis errorum tenebris, quæ prima sint in his C. Sallustii Crispi historiis, quæ secunda; difficilis est dijudicatio, atque eo difficilior, quod neque veteres eam rem oratione persecuti sunt: & si qui ætatis posterioris idem agere tentarunt, iisdem etiam vestigiis, quibus insistimus, inhærere, & per omne scriptorum genus errare debuerunt: neque certam aliquam scribendi rationem, quasi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus hujusmodi diligentius inquirendis industriam graviorum disciplinarum tractatio negavit, & in inveniendis ingenium, natura satis parce est elargita, ita hæc historiæ Sallustianæ fragmenta, & veluti è naufragio tabulas, componemus, ut si navem integram & sartam tectam esse præstare non possimus: (quis enim id speret?) saltem efficiamus, ut minus lacera, minusque dissipata, & in partes pauciores dissoluta esse videatur. Hæc autem primo historiæ loco posui, quod Tib. Donatus sub initium Æneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde posuerit personam, ita tueatur; ut Sallustium omni metrorum ratione liberum hic historiam cœpisse scribat. primo ut rem, mox pop. Rom. personam poneret. Adde quod Ausonius in Protreptico suo, historiarum Sallustii argumentum breviter recensens, ita canat:

Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romæ
Orsus, bis senos seriem connecto per annos:
Jam lego civili mistum Mavorte duellum,
Movit quod socio Sertorius exsul Ibero.

Quæ Ausonii ac Donati, commode, ni fallor, ad hæc verba referri possunt. quæ cum bis à Prisciano, primo genitivum *Romæ*, pro adverbio notante, deinde idem posterius repetente, tum vero etiam apud Rufinum, sive quis alius auctor est libelli de *Metris Comicis*, à Pompeio Messalino adducuntur. Messalini verba ex libro *de Pedibus & Numeris oratorum* adscribam. neque enim parum ad eam, quam exprimendam curavi, scripturam confirmandam, & vero multum ad Priscianum vehementer

[1] Cato Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit. *Servius & Acron.*

[2] Fannius vere. *Victorinus.*

Nos

ter duobus libris xv. in locis corruptum emendandum faciunt. *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianæ periodi numeros inſpiciamus. Res popu*, dactylus. *li Romani Marco*, tres ſpondei. *Lepido*, anapæſtus. *Quinto Catulo*, ſpondeus & anapæſtus. *Conſulibus*, pæan primus. *ac deinde*, dichoreus ſive ditrochæus. *militi*, dactylus. *& domi*, creticus. *geſtas*, ſpondeus. *compoſui*, choriambus. Hactenus ille. quod ita certum loci hujus conſtituendi argumentum ſit, ut vehementer mirer homines quoſdam, cum in hunc ſcriptorem incidiſſent, magis etiam, quaſi dedita opera ejus ſcripturam vitiare voluiſſe: tamen & apud Meſſalinum & apud Rufinum, copulam *&*, ex veteribus Priſciani libris, cum in alio etiam vulgato exſtaret, neceſſario repoſui. Fuerunt conſules M. Aimilius Q. F. M. N. Lepidus, & Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus, anno V. CIↃCLXXV. *Carrio.*

1 *Cato.*] Id eſt M. Porcius Cato Cenſorius, Hiſtoricus eximius, & aliis quoque nominibus laudatiſſimus. Siquidem, ut Plinius ſcribit lib. VII. cap. XXVII. *tres ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator. Cujus & illud proprium, ut ibidem dicitur, quater & quadragies cauſam dixiſſe; nec quenquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutum.* Unde & Elogium ejus apud Valer. Max. lib. VIII. cap. VII. Vitam ejus ſcripſit Plutarchus. Florere cœpit bello Punico ſecundo, in quo ſub Fabio maximo militavit. Vitam autem produxit uſque ad bellum Punicum tertium, ad quod ille imprimis concitavit Romanos. Scripſit præter Grammaticos etiam libros de Re militari, Vegetio teſte. Sed præcipue celebres ſunt Originum libri, in quibus non tantum Italicarum urbium origines, auctore Dionyſio, ſed & res geſtas Populi Romani perſecutus eſt, ut Feſtus teſtatur. Quid continuerint hi libri & quæ ejus vita fuerit, egregie oſtendit Cornelius Nepos: *In omnibus rebus ſingulari fuit prudentia, & induſtria: nam & agricola ſolers, & Reipub. peritus, & Juris conſultus, & magnus Imperator, & probabilis orator, & cupidiſſimus literarum fuit. Quarum ſtudium etſi ſenior arripuerat, tamen tantum progreſſum fecit, ut non facile reperire poſſis, neque de Græcis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adoleſcentia confecit orationes: ſenex hiſtorias ſcribere inſtituit, quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas regum populi Romani. Secundus & tertius, unde quæque civitas orta ſit Italica: ob quam rem omnes* Origines *videtur appellaſſe. In quarto autem bellum Punicum primum, & quinto ſecundum. Atque hæc omnia ſine capitulatim dicta. Reliqua bella pari modo perſecutus eſt, uſque ad Prætoram Serg. Galbæ, qui diripuit Luſitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, ſed ſine nominibus res notavit. In iiſdem expoſuit, quæ in Italia Hiſpaniaque viderentur admiranda. In quibus multa induſtria, & diligentia compâret, multa doctrina.* Hæc C. Nepos. Atque hi libri iidem ſunt cum Hiſtoriarum libris, ſecus atque Colerus exiſtimat. Cicero ejus Orationes atque Originum libros impenſe laudat. In orationibus omnes oratorias virtutes extollit idem Cicero, florem & lumen eloquentiæ in Originum libris laudat; etſi hæc non probet Brutus. *Voſſius.*

2 *Fannius.*] Duo fuere Fannii, cujus utriuſque meminit in Bruto Cicero: *Horum ætatibus adjuncti duo C. Fannii, Caii Marcique filii fuerunt: quorum Caii filius, qui conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit: ſane & bonam & nobi-*

Nos [1] in tanta doctiſſimorum hominum copia. *Servius.*

Neque me diverſa pars in civilibus armis movit à vero. *Aruſianus.*

Nobis primæ diſſenſiones vitio humani ingenii evenêre: quod inquies, atque indomitum, ſemper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit. *Priſcianus.*

Nam à primordio urbis ad bellum [2] Perſi Macedonicum. *Idem.*

Res

nobilem. & poſt aliqua: *Aliter autem & Fannius M. F. C. Lælii gener, & moribus, & ipſo genere dicendi durior. Is ſoceri inſtituto, (quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præſertim cum ille Q. Scævolam ſibi, minorem natu generum prætuliſſet: cui tamen Lælius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed majori filiæ detuliſſe) is tamen inſtituto Lælii Panætium audiverat: ejus omnis in dicendo facultas ex hiſtoria ipſius non inelegans ſcripta perſpici poteſt: quæ neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta.* Ejus quoque Annalium meminit Cicero primo de LL. & lib. 11. de Orat. item ad Atticum lib. XII. epiſt. v. ubi & indicat à Bruto fuiſſe in compendium redactos. *Voſſ.*

1 *In tanta doctiſſimorum.*] Locutus fuerat arbitror de Cælio, Rutilio, Pictore, Quadrigario, Antiate, Siſenna, præcipuis Hiſtoricis, ſeque omnibus ætate præcedentibus. His adde & Venonium ex Cic. 1. de leg. & lib. 12. ad Atticum. *Coler.*

2 *Perſi.*] Perſes Philippi ex pellice Gnathænia filius, Demetrium fratrem juſta matrefamilias ortum, regnique ſucceſſorem, invidia, calumniis, & confictis criminationibus apud patrem pernicioſe degravatum, ex inſidiis & patris mandato, ut per Didam Pæoniæ prætorem veneno interficeretur, effecit. Philippus mœrore ob innoxii filii mortem ſenioque conſumptus, in apparatu belli contra Romanos moritur. Perſes, regnum, quod parricidio ſcelereque occuparat, accipit, & quaſi hæreditarium ſibi cum P. Romano à patre bellum relictum eſſet, ita omnia conſilia ad ejus apparatum & cauſas convertit, regeſque populi Romani ſocios invadit, Abrupolin Sapæorum regulum regno expellit, Aretarum Illyriorum interficit. Eumenem Pergamenorum regem Delphis graviſſime per ſubmiſſos percuſſores affligit. Græciam contra Rom. ad arma ſollicitat. Legatos P. Romani ad res repetendas miſſos, ſuperbe & contemptim exceptos, regni finibus intra triduum exire compellit: atque iis de cauſis ipſi bellum indictum eſt, quod à Perſe Perſicum, & Macedonicum ſecundum dictum eſt. P. Licinius Craſſus Cos. contra regem profectus, tertio & viceſimo anno, ex quo petenti Philippo pax data erat, equeſtri prælio ad Sycutium Theſſaliæ juxta Oſſam oppidum à Perſe victus eſt: pacem tamen petenti regi, niſi ſenatus arbitrio ſeſe permitteret, negavit: iterumque cum rege in Phalannæo agro congreſſus, meliore ſucceſſu pugnavit. Licinio Hoſtilius ſucceſſit, ſub quo ſoluta eſt per licentiam militaris diſciplina; ſocios tamen cum fide coluit, & à regis injuria egregie defendit. Q. Marcius Philippus Cos. Macedoniam per invios ſaltus ingreſſus, regem nec inopinantem adventu ſuo ita perterrefecit, ut præcipiti fuga, omnes aditus reliquos, quos præſidio ſepſerat, nudaverit, aurique magnam vim Pellæ demergi juſſerit, & claſſem Theſſa-

Res Romana plurimum imperio valuit, Ser. Sulpitio & M. Marcello Coss. [1]omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare

Thessalonicæ incendi. Quartus in Macedoniam consul [illegible]aulus Æmilius venit, & ad Pidnam Pieriæ urbem collatis signis III. Nonas Septembris, Persæum, XX. M. peditum cæsis, equitatu cum rege fugiente, vicit, castris exuit, atque Macedonum urbes per deditionem accepit. Rex ab amicis desertus in Samothraciam templi religione se defensurus fugit, sed à Cn. Octavio classis præfecto, cum tribus filiis, Philippo, Alexandro, (tertii nomen nusquam repperi) captus & in triumphum ductus est. Hunc regem avaritia sua sociorum auxilia ab se dissociasse scribunt, crudelitate sua ab amicis desertum, indignumque majestate tanti nominis, ob servilem & degenerem animum, & Demetrii fratris sui Manibus servitute & domus suæ calamitate parentasse: ipse enim Albæ squaloribus carceris & filii duo perierunt. Alexander quidem tertius filius, scriba Romanorum fuit. *Stadius. Ad bellum Persi.*] Omissa est computatio annorum. Fuerunt DXXCIII. C. Hostilio Mancino, C. Atilio Serrano Coss. *Coler.*

1 *Omni Gallia cis Rhenum.*] Ammianus Marcellinus eadem lib. XV. tradidit: sed verbis ita corruptis, ut qui ea ex ingenio emendare sunt conati, magis etiam corrupisse videantur. *Galliæ regiones*, inquit, *præcipue quæ confines Italicis, paullatim levius odere, sub imperium venire Romanum. primo tentatæ per Fulvium prœliis parvis, quassatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ, cui negotii plenus effectus asperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. nam omnes Galliæ, nisi quæ paludibus inviæ fuere, ut Sallustio docetur auctore, post decennalis belli mutuas clades * societatique nostræ fœderibus junxit æternis.* Verba Ammiani attuli: primum ut ea ad historiæ fidem examinarem: deinde, ut quid alii, dum corrigere voluerunt, promoverint, ostenderem. postremo, ut cum nostro hoc loco componerem. Igitur, ut ne ulteriora attingamus, quæ ab ipso pæne urbis Romæ natali repetenda erant, utque bella Gallica Cisalpina prætereamus, anno ab V.C. IↃCXXVIII. M. Plautio Hipsæo, M. Fulvio Flacco Coss. bellum Allobrogicum exarsit: qui M. Fulvius biennio post de Liguribus, Vocontiis & Salviis triumphavit. de quibus iisdem sequenti deinde anno à C. Sextio Calvino procons. ut à C. Cassio Longino de Allobrogibus, Arvernis, & Ruthenis triumphus actus est. post Allobroges cum rursus viribus refectis Romanis sese opponerent, in eosque pro gentis suæ consuetudine continuum bellum gererent, tandem à Q. Fabio Maximo Procos. una cum rege Arvernorum Bituito superati, ab eodem anno IↃCXXXIII. in triumphum ducti sunt. atque, hoc est, quod ait Marcellinus, Gallias à Fulvio tentatas, à Sextio quassatas, à Fabio Maximo devictas in Romanorum potestatem concessisse. quod vero ait ex Allobrogibus devictis Fabii Maximi cognomentum inditum fuisse; id equidem semper ne verum esset, summopere sum veritus: cum in Fastis Capitolinis, etiam ante triumphum hunc Maximi titulo insignem esse inveniatur. additur in Marcellino: *post decennalis belli mutuas clades, societatique nostræ fœderibus junxit æternis*: quæ ejus oratio apertis vitiis non caret: iisque ejusmodi, ut à me sine veteribus libris purgari nequeant. nam quod quidam suppositum: *Cæsar societati nostræ fœderibus junxit æternis*: hoc cum & contra rei gestæ veritatem, & præter historiæ fidem sit, concoquere nullo modo possum. Cæsar id fecit? qui potest? cum Servius Sulpicius Rufus & M. Claudius Marcellus, sub quibus omnem Galliam perdomitam fuisse scribit Sallustius, ann. V.C. IↃCCII. hoc est, biennio ante bellum civile Cæsaris &

Pom-

mare noſtrum, atque Oceanum, niſi quæ à paludibus invia fuit, perdomita. [1] Optumis autem moribus, & maxuma concordia egit populus R. inter ſecundum atque poſtremum bellum Carthaginienſe. *Victorinus & Auguſtinus.*

At diſcordia, & avaritia, atque ambitio, & cetera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium maxume aucta ſunt. Nam injuriæ validiorum, & ob eas diſceſſio plebis à patribus, aliæque diſſenſiones domi fuere jam inde à principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus à Tarquinio & [2] bellum grave cum Etruria poſitum eſt, æquo & modeſto jure agitatum: dein, ſervili

Pompeii, fuerint conſules. Igitur locum corruptum eſſe fateamur, atque ita à nobis relinqui debere, doleamus. nam quod in Mariangeli Accurſii, hoc eſt, prima, ni fallor, hujus hiſtorici editione legitur: *Omnes Galliæ, niſi quæ paludibus inviæ fuere, Salluſtio docetur auctore poſt decennalis belli mutuas clades perpeſſas, ſocietatique noſtræ fœderibus junxit æternis:* id ſatis magno argumento eſſe debet reliquorum ſcripturas ab ingenio & conjectura, non autem ab ipſa rei veritate proficiſci. *Carrio.*

1 *Optimis moribus.*] Salluſtius in Jugurth. *Nam ante Carthaginem deletam Pop. & Senatus Rom. placide modeſteque inter ſe Rempublicam tractabant, neque gloriæ, neque dominationis certamen inter cives erat: metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat. ſed ubi formido illa mentibus diſceſſit: ſcilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere.* Vide Auguſtinum lib. 1. cap. 3. de civit. Dei. Eo ipſo tempore meliores artes & Poëſin à Græcia Romam commigraſſe teſtatur Porcius Licinius:

Pœnico bello ſecundo Muſa pennato gradu
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram.

Servius: *Bello Punico ſecundo, ut ait Ennius, placata Juno cœpit favere Romanis.* Coler.

2 *Bellum grave cum Etruria poſitum.*] Primis Coſſ. L. Junio Bruto, & Valerio Voluſio, poſtea Poplicola dicto, dum exules Tarquinii res ſuas per vim repetunt, prima hæc arma ſumta ſunt à Populo Romano pro libertate contra Vejentes & Tarquinienſes: qui dum reducere cives ſuos Tarquinios in regnum conabantur, à Romanis ad Arſiam ſilvam victi ſunt, Arunte regis Superbi filio Brutoque mutua vi, & ita pridie Calendas Martias in prælio occiſis. Poplicola Bruti collega de Etruſcis poſtridie primus quadrigis in Urbem vectis triumphavit. Superbus rex eo prælio, & filii morte fractus, ad Porſenam regem fugit, qui ad miſericordiam afflictis Tarquinii rebus allectus (ut regale nomen regibus & magnum, & ſanctum eſt) ita Porſena anno proximo pro Tarquinii reſtitutione arma ſumpſit: qui etiamſi Populum Romanis armis fameque fatigaverat; tamen novæ fortitudinis Romanæ exemplis, Horatii, Mucii, & Clæliæ Virginis perculſus, pacem eodem anno, deſerta Tarquinii cauſa, cum Populo Romano fecit. Hinc apparet, quare hoc bellum Etruſcum dicatur, quia huic bello ſe immiſcuerant Vejentes, qui trans Tiberim centum ab urbe ſtadiis ſiti erant, Tarquinienſes, denique Porſena rex Cluſii. *Stad.*

1 *Et,*

vili imperio patres plebem exercere; de vita atque tergo regio more consulere; agro pellere, [1] &, ceteris expertibus, soli in imperio agere. Quibus sævitiis, & maxume [2] fenoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul & militiam toleraret, armata [3] montem sacrum, atque Aventinum insedit. Tumque trib. pl. & alia sibi jura paravit. Discordiarum & certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum. *Augustinus.*

[4] Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit, [5] plurimæ turbæ, seditiones, & ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant; bonique & mali cives appellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus, & injuria validior, quia præsentia defendebat, pro bono dicebatur. [6] Ex quo tempore majorum mores non paullatim, ut antea, sed

1 *Et, ceteris expertibus, soli in imperio agere.*] Expertibus, scil. imperii ac dominationis. Nam si omnis potestas (ut vult Poëta) impatiens consortis, eo magis Regia. Simile postea in oratione ad Cæsarem de Pompejo: *Nam particeps dominationis neque fuit quisquam, &c.* Douza.

2 *Fenoris.*] Vide supra p. 87.

3 *Montem sacrum, atque Aventinum insedit.*] Vide supra p. 256. *Insedit.*] Diomedes vero lib. 11. c. ult. prolepsin figuram hic esse docet: eo quod mons, postea quam plebs illum insederat, sacer dictus est. totum autem hoc historiæ fragmentum pessime ab iis acceptum est, qui se harum historiarum emendatores esse sunt professi. *Carrio.*

4 *Postquam.*] In Agellio Buslidiano est: *post remoto metu Punicos milites exercere vacuum fuit.* non recte. Vult enim Sallustius, Romanis metu belli Punici impeditis parum otii fuisse exercendis simultatibus: remoto vero metu Punico, statu Reipub. nimio & otio & luxu conquassato, privatim singulos privis simultatibus indulsisse. quod bello Catilinario & Jugurthino, itemque multis historiarum locis frequenter repetit. de quo item Silius Italicus, quem plurima à Sallustio mutuari, alibi testati sumus, extremo decimo libro, ita canit:

Hæc tum Roma fuit, post te cui vertere mores
Si stabat fatis; potius Carthago maneres. Idem.

5 *Plurimæ turbæ, &c.*] Arusianus Messus primo historiarum libro à Sallustio dictum notat; *concedere in gratia.* quæ apud Augustinum lib. 3. cap. 17. (is enim totum hoc Sallustio fragmentum conservavit) mutata loquendi ratione leguntur: *quorum in gratiam plerique concesserant.* Carrio.

6 *Ex quo tempore.*] Sintne hæc certa Sallustianæ orationis verba, an vero etiam tum superioribus debeant conjungi, valde dubito; certe idem Augustinus eodem, quo superiora loco, paucis interjectis memorat. *Idem.*

ſed torrentis modo præcipitati: adeo juventus luxu atque avaritia corrupta eſt; uti merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati. *Agellius & Auguſtinus.*

[1] Igitur venditis proſcriptorum bonis, aut dilargitis. *Agellius.*

[2] Id bellum excitabat metus [3] Pompeii victoris [4] Hiempſalem in regnum reſtituentis. *Idem.*

Maxumeque ferocia regis [5] Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus & Aruſianus.*

Quin

1 *Igitur.*] Opinor autem hunc locum de Sullana proſcriptione accipiendum. Auguſtinus enim cap. XVIII. libro II. plura hic Salluſtium de Sullæ vitiis ceteraque fœditate reipub. tradidiſſe ſcribit. *Idem.*

2 *Id bellum.*] Agellius lib. 9. hæc adducens, Pompeii metum, interpretatur, non quod Pompejus metueret, ſed quod metueretur. quod & Nonium Marcellum in voce (*metus*) obſervare memini: apud quem tamen prima vox eſt emendanda. *Idem.*

3 *Pompeii.*] Cn. Pompejus ex magnitudine rerum geſtarum *Magni* nomen accepit, L. Sullæ partes ſecutus, ab eoque ad ulciſcendos inimicos in Africam miſſus, Domitium expugnavit, deinde & Iarbam Regem cepit, de quo triumphavit ante legitimam ætatem. Quare ab exercitu Sullæ *Magnus* eſt ſalutatus. Inde contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, Metelli copiis ſe conjungens eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus Imperator ad bellum pyraticum, tribus menſibus id confecit. Dein ſucceſſor L. Lucullo miſſus, de Mithridate triumphavit. Tigranem Armeniæ regem, ad genua procumbentem in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Judæos debellavit, capto eorum rege Ariſtobulo. Tandem vero ſequentis belli civilis calamitate, (nam Pharſalica pugna à Cæſare copiis longe inferiore ſuperatus) in Ægyptum fugiens regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus eſt.

4 *Hiempſalem.*] Qui poſt devictum Jugurtham, cum tribus aliis, de quibus ſupra in fine belli Jugurthini actum eſt, Numidiæ regnum partitus eſt. Et poſtmodum ejectus regno civilibus motibus, à Pompejo reſtitutus eſt.

5 *Mithridatis.*] Mithridates rex Ponti, vi tanta fuit & animi, & corporis, ut ſex juges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic diffidentibus Romanis ſociali bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam inſulaſque omnes, excepta Rhodo, occupavit: Cives Romanos tota Aſia negotiantes, nocte una occidendos curavit: Q. Oppium Proconſulem & Apulejum legatum in vincula conjecit: Sed à Sulla apud Dardanum fuſus, cum L. Lucullo apud Cyzicum congreſſus, tanta ſuorum clade ſuperatus eſt, ut rebus ſuis diffidens ad Tigranem Armeniæ regem confugerit: cujus ope cum bellum inſtauraſſet, à Pompejo omnibus prorſus viribus exutus, tandemque à Pharnace filio in regia obſeſſus veneno vitam abrumpere tentavit. Verum cum ea via parum proficeret, quod corpus multis antea antidotis firmaviſſet, immiſſum percuſſorem Gallum, auctoritate vultus ejus territum revocavit, & in cædem ſuam, manum trepidantis adjuvit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis:

Quin lenones & vinarii laniique, quorum præterea vulgus in dies uſum habet, precio [1] compoſiti. *Cariſius.*

Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum. *Aruſianus.*

M. Æmilii Lepidi Coſ. ad P. R. Oratio contra Sullam.

Clementia & probitas veſtra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi, & clari eſtis, plurimum timoris mihi faciunt, advorſus tyrannidem L. Sullæ: ne [2] aut ipſi nefanda quæ

litatis: nam Laodicen conjugem & ſororem, præterea matrem, fratremque ac tres filios impuberes totidemque filias interfecit. *Mithridatis.*] Rectius legitur *Mithridates* juxta Goltzium. Nomen autem à mitra accepiſſe videtur. Mitra autem antiquis erat incurvum pileum, de quo pendebat buccatum tegmen, qua Phryges & Lydii utebantur, ut ſcribit Servius. Euſtathius mitram exponit ἀναδημα τ῀ κεφαλῆς, id eſt, redimiculum capitis & faſciam. Et quia hoc inſigne regium, inde forſan Mithridates nomen accepit. niſi quod & *Mitri* dominum denotat Orientalibus.

1 *Compoſiti.*] Nonius in iiſdem verbis, *compoſiti*, exponit, *redempti*. Carrio.

2 *Aut ipſi, nefanda quæ æſtumatis.*] Ita in pleriſque exemplaribus hodie legitur: *Ne aut ipſi, nefanda quæ non exiſtumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini.* Ego malim id quod in quibuſdam libris viſus ſum animadvertere: *Ne quæ ipſi nefanda æſtumatis.* Atque ita optime & ſibi, & nobis conſtituta eſt ſententia alioqui inexplicabilis, ut ſignificet Lepidus Populum Roman. alios ex ſuo ingenio probare conſueſſe, & quoniam ipſorum mores à tyrannide, omnique adeo perfidia impenſiſſime abhorreant, ceteros omnes etiam ſui ſimiles putare, eoque ipſos nimia ſua crudelitate per fidem facilius decipi, ac dolis Sullanis opprimi poſſe, quum quæ ipſi nefanda ſibi atque abominanda exiſtimant, ea haud temere in quenquam mortalem cadere poſſe arbitrantur. Quid? quod ita hunc locum interpretandum eſſe, clamant ea quæ præceſſere. Ceterum quod de Sulla ab omnibus Scriptoribus prædicatur, eum A. V. DCLXXIV. qui hunc Lepidi Conſulatum anteceſſerat, Dictaturam depoſuiſſe; falſum alicui, neque hercule injuria, videri poſſit: qui quidem hanc Æmilianam Orationem ſecum & cum animo ſuo paulo curioſius perpenderit; in qua de abdicatione dictaturæ verbum nullum, de dominatione aucta ſermo plurimus. ſed tamen (ut, quod res eſt, fabuler) veriſimile non eſt, Sulla Rempubl. tractante, locum adeo liberæ orationi in urbe conceſſum fuiſſe, parituræ alioqui præſens haud dubie incommodum tam auctori quam auditoribus, quos frequentes quidem & conglobatos adfuiſſe oportuit: ſi tamen ea pubi præſenti in concione, pro Roſtris habita fuerit, ex more Romano. Quo magis in eam ſententiam inclinat animus, ut credam depoſita quidem à Sulla Dictatura hæc verba M Æmilium Cos. ad Quirites feciſſe; ſed depoſita modo titulo tenus. quippe cujus vis etiam poſtea per idoneos homines retenta, ex lubidine Sullaturientium partium aſpere violenterque exerceretur in plebem; eorum, inquam, opera, qui malo Reip. creverant, quorum cum primis intererat, ne Acta Sullæ reſcinderentur. teſtis Appianus, qui hoc genus hominum perpetuos dignitatis Sullanæ propugnatores etiam poſt ejuſdem exceſſum fuiſſe aſſerit. In hos igitur potius quam in Sullam, magnam harum inve-

quæ æſtumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini: (præſertim cum illi ſpes omnis in ſcelere atque perfidia ſit; neque ſe aliter tutum putet, quam ſi pejor atque [1] inteſtabilior metu veſtro fuerit, [2] quo captivis libertatis curam miſeria eximat:) [3] aut ſi provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciſcendo teneamini. Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus optumis majorum exemplis, nequeo ſatis mirari, dominationis in vos, ſervitium ſuum mercedem dant: & utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure liberi agere: præclara Brutorum, atque Æmiliorum & Lutatiorum proles, geniti ad ea, quæ majores virtute pepererè, ſubvertunda. Nam quid à [4] Pyrrho, Han-

ctionum partem convenire perſuaſum eſt mihi. cui ſententiæ noſtræ non minimam fiduciam tribuit ter iterata in hac ipſa Oratione Satellitum Sullanorum mentio, quos ille, dum Dictator fuerat, quo fidos ſibi obnoxioſque magis in perpetuum faceret, ex præda civili acerbiſſima ditatos dilargitis proſcriptorum bonis, ad ſummos inſuper honores extulerat. in quorum ſtabili poſſeſſione quoniam ſe, Sulla jam privato, permanere poſſe diffiderent, ideo pro ipſius Actis, ſummis porro opibus atque induſtriis, haud ſequius quam pro aris & focis nitebantur. Utut eſt, illud certe extra controverſiam, in hunc primum Lepidi Conſulatum, qui geſtus fuit Anno Urbis DCLXXV. Sullæ mortem incidiſſe. quom anno ante Dictatura ſe abdicaſſe ab Hiſtoricis prodatur. *Douza.*

1 *Inteſtabilior.*] Vulgo; *inſtabilior.* male. ſic idem Jugurth. *Improbus inteſtabiliſque.* verbis ex legibus XII. tab. derivatis, quæ in jure noſtro civili ſunt frequentia. *Carrio.*

2 *Quo captivis libertatis curam miſeria eximat.*] *Captivis*, ſcilicet *vobis*, quos ille pro *captivis*, ac proinde ut ſervos, ſeu capite diminutos habet. *Douza.*

3 *Aut ſi provideritis, in tutandis periculis magis, quam ulciſcendo teneamini.*] Mira locutionis ratio; niſi à Salluſtio hæc eſſet. Et profecto fuit tempus, quom probiſſimam lectionem ſolicitare auſus, pro *Tutandis*, *Vitandis*, (id quod in neſcio quo exemplari reperiſſe mihi videbar) reſcribendum cenſerem. Nunc aliquando ad verum converſus mutata ſententia, mutuo pariter factum; &, *Tutandis periculis*, propulſandis ac defendendis interpretor. *Idem.*

4 *Pyrrho.*] Æacidæ filius, Epirotarum rex, paternum genus ad Achillem, maternum ad Herculem referebat. Habuit cognatam Olympiadem Alexandri Magni matrem, utpote Neoptolemo avunculo genitam. Hic cum à ſuis ob odium paternæ crudelitatis, ad necem quæreretur, clam à matre ſubductus, ad Illyricos defertur, tradituſque Heroæ Glauci regis uxori nutriendus fuit. Quumque natus annos undecim eſſet, revocatus à ſuis tanta virtute crevit, ut, quum imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello conſuluerit. Ille ambigue reſpondit:

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe.

Hoc ad ſe dictum putans, auxilio Tarenti-

[1] Hannibale, [2] Philippoque & Antiocho [3] defensum est aliud, quam libertas, & suæ cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? quæ cuncta sævus [4] iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet, non tot exercituum clade, neque consulis, & aliorum principum, quos fortuna belli consumserat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundæ res in miserationem ex ira vertunt. Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia [5] in post futuros composuit: [6] quîs prius injuria quam vita certa esset: praviſſumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus furit;

rentinis contra Romanos venit, adversus quos vario eventu pugnavit. Periit ictu tegulæ percussus, cum Argos cepisset. vide vitam ejus latius apud Plutarchum. *Pyrrhus*] Pausanias lib. 1. non ita longe ab initio Græcum neminem ante Pyrrhum bellum Romano imperio intulisse refert. nempe ex vera illa & veteri Græcia, nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, & ipsis Tarentinis conflixere Romani. *Freinshemius.*

1 *Hannibale.*] Vide supra p. 201.

2 *Philippo.*] Sub hoc fuit bellum Macedonicum primum. Philippus enim Demetrii filius Macedoniæ rex, cum Annibale, post Cannensem calamitatem animo ad Pœnos inclinato, fœdus & societatem belli per legatos contra P. R. sanxerat. Romani interceptis legatis & literis de hoc fœdere edocti, ut Philippum ab Italia jacerent in Macedoniam, Valerio Lævino prætori imperium mandant: is Apolloniam & Oricum à Macedonibus obsessas liberat, Philippumque regem in regnum suum abire coëgit, ann. ꝺ. xxxix. Lævinus deinde cum Ætolis, cum Attalo Pergameno, Pleurato & Scerdilaido Illyriorum regibus societatem adversus Philippum confirmat, Cos. declaratus in Urbem revocatur ann. DXLI. Huic successor missus Sulpicius Galba Proconsul, qui adversus Philippum & Achæos rem bene gessit: quousque & hujus successor P. Sempronius proconsul inter Ætolos eorumque socios & Philippum pacem fecit ann. DXLIX. Romani autem Africano bello levati, infensique iterum Philippo ob infidam cum Ætolis cæterisque Græciæ sociis pacem, tum quia nuper auxilia in Africam Annibali Pœnisque submiserat, & Athenienses de ejusdem injuria questi, calamitate sua commiserationem commoverant, bellum cum Philippo omnes centuriæ jusserunt, Sulpitio Galba & Aurelio Cotta Cos. anno DLIII. *Stadius.*

3 *Defensum.*] Pro, à vi, impetu atque injuria Pyrrhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque assertum. Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hostibus defensam Sallustium hoc loco dixisse immerito calumniari ausit, notamque vanitatis certissimo Historico falsò inurere. *Donza.*

4 *Romulus iste.*] Per contemptum: id est, Sulla qui se alterum Romulum dicit.

5 *In post futuros.*] Quia etiam nondum natis servitutem intulit.

6 *Quîs prius injuria, quam vita certa esset.*] Ita Schurrerianum, id quod sententia quoque postulat. Nam Sullam ait unum omnium post hominum memoriam supplicia in post futuros composuisse, hoc est, proscriptorum liberos à rep. submovisse, ac petendorum honorum jure prohibuisse. Ut ita nimirum injuria iis prius, quam vita certa foret. *Riv.* Vulgo, *certa esset.*

rit; dum vos, metu gravioris ſervitii, à repetunda libertate terremini. Agendum atque obviam eundum eſt, Quirites: ne ſpolia veſtra penes illum ſint: non prolatandum, neque votis paranda auxilia: niſi forte ſperatis, per tædium jam, aut pudorem tyrannidis, eſſe eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum. At ille eo proceſſit, uti nihil glorioſum, niſi tutum, & omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtumet. Itaque illa quies, & otium cum libertate, quæ multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capeſſebant, nulla ſunt. Hac tempeſtate ſerviundum, aut imperitandum: habendus metus eſt, aut faciundus, Quirites. Nam, quid ultra? quæve humani ſuperant, aut divina impolluta ſunt? populus Romanus paulo ante gentium moderator, exſutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, deſpectuſque ne [1] ſervilia quidem alimenta reliqua habet. [2] Sociorum, & Latii magna vis, civitate pro multis, & egregiis factis, à vobis data, per unum prohibentur: & plebis innoxiæ patrias ſedes occupavere pauci ſatellites, mercedem ſcelerum. Leges, judicia, ærarium, provinciæ, reges, penes unum; denique necis civium, & vitæ licentia. Simul humanas hoſtias vidiſtis, & ſepulchra infecta ſanguine civili. Eſt ne viris reliqui aliud, quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem? [3] quoniam quidem unum omni-

1 *Servilia alimenta.*] Quinos frumenti ſeu farris modios in ſingulos menſes intellige. Id enim (uti ad Phormionem notavit Donatus) ſervorum demenſum erat. qua de re Criſpus etiam poſtea in Oratione Macr. Tribuni Pl.: *Niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur, qua tamen quinis modiis libertatem omnium æſtimavere.* Ita enim & locum eum, & priorem Donati ex Seneca caſtigandum commonefecit nos princeps in ablectiſſimo illo Electorum ſuorum Commentario Juſtus Lipſius. *Douza.*

2 *Sociorum & Latii.*] Vide ſupra p. 270. & ſeq.

3 *Quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro ſeptis ſtatuit.*] Hoc eſt, obſeptis circumquaque, & quaſi vallatis ferro, pro muro, ſeu munimento, propugnaculoque ferreo, ni fallor. Egregia γνώμη, & conſimilis Propertianæ illi:

Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahet inde caput.

Neque aliter primus Oratorum Demoſthenes Oratione de corona: πέφυκε μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐκ τοῦ βίου ὁ θάνατος καὶ οὐ οἰκίσκων αὐτὸν κατείρξας τις. Quod exemplum ſententiæ huic opportuniſſimum, mihi ab ocula-

omnibus finem natura vel ferro ſeptis ſtatuit: neque quiſquam [1] extremam neceſſitatem nihil auſus, niſi muliebri ingenio, exſpectat. Verum ego ſeditioſus, uti Sulla ait, qui [2] præmia turbarum queror: & bellum cupiens, quia jura pacis repeto. Scilicet, quia non aliter ſalvi, ſatiſque tuti in imperio eritis, niſi Vettius Picens, [3] ſcriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: niſi approbaveritis omnis proſcriptiones innoxiorum, ob divitias: cruciatus virorum illuſtrium: vaſtam urbem fuga, & cædibus: bona civium miſerorum, quaſi [4] Cimbricam prædam, venum, aut dono datam. At objectat mihi profeſſiones ex bonis proſcriptorum: quod quidem ſcelerum illius vel maxumum eſt, non me, neque quemquam omnium ſatis tutum fuiſſe, ſi recte faceremus. Atque illa, quæ tum formidine mercatus ſum, precio ſoluto, jure, dominis tamen reſtituo: neque pati conſilium eſt, ullam ex civibus prædam eſſe. Satis illa fuerint, quæ, rabie contracta, toleravimus, manus conſerentes inter ſe Romanos exercitus, & arma ab externis in noſmet verſa. Scelerum & contumeliarum omnium finis ſit.

Quorum

oculatiſſimo Lipſio ſuggeſtum, ſilentio prætetire, non fuit conſilium. *Douza.*

1 *Extremam neceſſitatem.*] Extrema neceſſitas, pro morte uſurpatur à Tacito ſæpe.

2 *Præmia turbarum queror.*] Legendum videtur *quæro*, hoc eſt, petere vel affectare videor. *Gronov.*

3 *Scriba.*] *Scribæ* dicti ſunt, qui rationes publicas ſcriberent in tabulis: ob idque apparebant ſingulis magiſtratibus. Cic. Ver. 5. *Eſt vero honeſtus ordo, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, peculiaque magiſtratuum committuntur.* Diſtributi autem erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum ſibi emere conſueverant, qui ſcribæ fieri nolebant. Æmilius Probus in vita Eumenis, ait Scribæ munus multo eſſe apud Græcos honorificentius, quam apud Romanos. *Nam apud nos*, inquit, *revera, ſicuti ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur: at apud illos contra nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum cum eſſe participem.* Hinc & dicebat idem Eumenes, Philippi regis & poſt Alexandri Magni Scriba: ſe vitam potius poſiturum eſſe, quam fidem. Scriba quidem clariſſimus in Nov. 64. dicitur: ſed is erat in Provincia quaſi Prætor tutelaris quidam. Alioquin & ſervi publici & Scribæ apud Capitolinum conjunguntur: ita enim ille loquitur; non Scribæ, non ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent.

4 *Cimbricam prædam, &c.*] Id eſt, venditam, aut dilargitam, quomodo idem locutus eſt antea. Sed corrigendum haud dubie, *data.* Etenim ad bona civium, non ad Cimbricam prædam referendum. *Douz.*

Quorum adeo Sullam non pœnitet, [1] ut & facta in gloria numeret, &, si liceat, avidius fecerit. Neque jam, quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis vereor: ne, alius alium principem exspectantes, ante capiamini, nor opibus ejus, quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra socordia, [2] quam captum iri licet, & quam audeat, tam videri felicem. Nam præter satellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, præter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine, Tarrulæ, Scyrroque, pessumis servorum, divitiæ partæ sunt. an, quibus prælatus in magistratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, [3] cui per tot vulnera & labores, nihil præter tyrannum quæsitum est. Nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam à majoribus suis; utique jura & judicia sibimet extorquerent; egregia scilicet mercede, cum [4] relegati in paludes & silvam, contumeliam atque invidiam suam, præmia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? [5] quia secundæ res mire sunt vitiis

1 *Ut & facta in gloria numeret.*] Ceterum hæc eo pertinere arbitror, quod Sulla post depositam Dictaturam, dimisso à se publico præsidio, palam in foro edixerat, sese omnium ab se gestarum rerum paratum esse rationem reddere. Auctores Appian. & Plutarc. *Idem.*

2 *Quam captum iri licet.*] Ciacconius ante hæc verba aliquid deesse putat. Forte scribendum: *Ne alius alium principem exspectantes, ante capiammi (non opibus ejus, quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra socordia) quam captum ire illbeat, & quantum audebitis tum videri felicibus.* Antequam vobis libeat ire captum Sullanos, & esse tam felicibus, quam tum audere volueritis. *Gronov.*

3 *Cui per tot vulnera & labores nihil præter tyrannum quæsitum est.*] Credo illud volt dicere Lepidus: Maxima spes, imo confidentia est fore, ut exercitus à Sulla tandem ad Remp. deficiat, postquam viderint suorum volnerum ac laborum præmia ad alios, nempe satellites ejus (quos Brutorum, Æmiliorum, ac Lutatiorum prolem appellitavera: supra) immeritissimo transire, atque per tot pericula & ærumnas bellorum, nihil aliud se præter tyrannum lucrifeciſſe. *Douza.*

4 *Relegati in paludes.*] Hanc Æmilii Lepidi orationem ex lib. 1. historiarum Sallustii esse, præterquam quod magno satis argumento sit oratio Philippi, qua Æmilio bellum moventi resistit, idem tamen Messus demonstrat, qui libello de Elocutionum exemplis primo historiarum libro has voces, *relegati in paludes*, tribuit. *Carrio.*

5 *Quia secundæ res.*] Sententiam hanc Seneca

vitiis obtentui: quibus labefactatis, quam formidatus antea eſt, tam contemnetur; [1] niſi forte ſpecie concordiæ & pacis, quæ ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit. Neque aliter populo Romano eſſe belli finem ait, niſi maneat expulſa agris plebes, præda civilis acerbiſſuma, jus, judiciumque omnium rerum penes ſe, quod populi Romani fuit. Quæ, ſi vobis pax, & concordia intelleguntur, maxuma

Seneca pater Thucydidæ tribuit, locum tamen Demoſth. laudat, qui Olynth. ſecunda legitur: εἰ γὰρ ὑπερφυΐαν δεινὰ συσκευάσειν τοιαῦτα ὀνείδη. In hac, inquit Seneca controverſia XXV. ſententia Græca tam brevi, habes quæ ſalvo ſenſu detrahas: deme vel συσκευάσειν, vel συσκιάσειν, conſtabit ſenſus, etſi non æque comtus, æque tamen integer. At in Salluſtii ſententia nihil demi ſine detrimento poteſt. Sic Criticus iſſe. Verum Fabii & Paterculi auctoritate facile adductus ſum ad credendum, à Thucyd. primum id pronunciatum; cujus maxime æmulus fuit, cum Demoſthene. Salluſtii locum itaque dum ſtudioſe inveſtigo, tandem aliquando in Thucyd. lib. III. in orat. Cleonis repperi. Quare propius factum eſt nihil, quam ut cum Archimede Geometra apud Vitruvium lib. II. Architecturæ exclamarem, εὕρηκα, εὕρηκα. Thucydidæ verba adſcribam, ut ex comparatione precium operæ ſit: Εἰώθασι δὲ οἱ πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα τὴν δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος ὑπεροψία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν. Qui idem eſt cum eo, qui apud Clementem Alexandrinum libro IV. Stromat. habetur: Εἰώθασιν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησὶν οἷς ἂν μάλιστα ἀπροσδόκητος ὑπεροψία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Quem & Philiſtus Hiſtoricus ſic eſt imitatus: τὰ δὲ πολλὰ τῷ λόγῳ τοῖς ἀνθρώποις δύσχυσις, ἀσφαλέστερα τῆς δόξης καὶ κατορθώματα· εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ τῆς δόξης ἀπροσδοκήτως ὑπερέχοντες, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Solon quoque Athenienſium legiſlator, idem & Poëta, & ab illo mutuatus (ut pleraque in gnomas ſuas exillo tranſtulit) Theognis Megarenſis eandem ſententiam per παροιμίαν extulit:

Τίκτει τοι κόρον ὕβρις, ὅτ' ἂν πολλῷ ὄλβῳ ἕπηται.

Naſcitur ex magnis opibus petulantia major.

Sed cum Græcis Latinus quoque hiſtoricus ſymbolam conferat: Trebellius enim Pollio, *Claudii*, inquit, *plerique milites, ſecundis rebus elati, quæ ſapientum quoque animos fatigant.* Hæc eſt Cl. Andreæ Schotti ſuper hoc loco ſententia, quam hic, ita ut in ſuis ad me literis eam edi voluit, candide repræſentavi, ne manum in alienam ſegetem miſiſſe viderer. Neque interim ſatis mirari queo Lud. Carrionem in antiquis ſuis lectionibus, & Nicol. Fabrum J.C. notis ad Senecæ Rhetoris controverſias, negare Salluſtii illud dictum ſupra commemoratum in Thucyd. exſtare, cum tamen id Seneca diſerte affirmet, & Cl. Schottus locum jam indicaverit. *Putſch.*

1 *Niſi forte ſpecie concordiæ & pacis.*] Scriptura haud dubie corrupta, & cui medicina ſit opus, quam hac ratione facere poſſe videor: *Niſi forte ſpes eſt concordiæ & pacis.* Nam ni ita legatur, quis ſenſus commode elici poſſit, haud ſane video. Conjecturam noſtram confirmat prorſus huic pariſſimum loquendi genus, quo hac ipſa Oratione uſus paullo ante: *Niſi forte ſperatis, per tædium jam, aut pudorem tyrannidis, &c.* Douza.

xuma turbamenta reipubl. atque exitia probate: annuite legibus impoſitis; accipite otium cum ſervitio; & tradite exemplum poſteris ad populum Romanum [1] ſuimet ſanguinis cæde [2] circumveniundum. Mihi, quamquam per hoc ſummum imperium ſatis quæſitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam præſidio; tamen non fuit conſilium, privatas opes facere; potiorque viſa eſt periculoſa libertas, quieto ſervitio. Quæ ſi probatis, adeſte Quirites; &, bene juvantibus diis, [3] M. Æmilium Conſulem ducem & auctorem ſequimini ad recipiundam libertatem.

[4] Tunc vero & poſci. cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare.*

[5] Curionem quæſivit, ut adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, [6] ætati concederet Mamerci. *Priſcianus lib.* x.

Phi-

1 *Suimet ſanguinis cæde.*] Omnino legendum, *mercede.* Douza.

2 *Circumveniendum.*] Id eſt, decipiendum. *Sold.*

3 *M. Æmilium Conſulem, ducem & auctorem ſequimini, &c.*] Id ex veteri formula ſumtum videtur, cujus exſtat typus quidam apud Livium lib. XXXIV. in quo eſt: *Clamitans, ut qui ſalvam remp. vellent, auctorem & ducem libertatis ſequerentur.* Urſin.

4 *Tunc vero & poſci.*] Videtur deeſſe nomen proprium ducis, quod ex his reliquiis, licet corruptis, concinnandum eſt, legendumque: *Tum V..... poſci, cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſe nactos rati, maximo gaudio irritare.* Idem.

5 *Curionem.*] Ex Priſciano lib. x. videtur autem Curio ſe Æmilio Lepido oppoſuiſſe & præferri voluiſſe. *Carrio. Curionem quæſivit, &c.*] Hoc eſt, qui honorum ad id uſque tempus petitionis expers, per immaturam ætatem prenſationibus publicis abſtinuerat. Ita enim malo quam ademta præpoſitione ſententiam ex illuſtri obſcuram efficere.

6 *Ætati concederet Mamerci.*] Sic in Jugurtha: *Itaque Sulla, cujus facundiæ, non ætati à Manlio conceſſum.* Per Mamercum porro Lepidus ſignificatur. Mamercus enim Æmiliorum prænomen. Ceterum Curionem pariter cum Lepido Conſulatum petiiſſe ex hoc loco colligi poteſt. quem tamen non hoc, ſed proximo anno DCLXXVII. ſimul cum Cn. Octavio primum adeptus. Neque illud prætermittendum, *Quæſivit*, in hoc Fragmento, pro Rogavit, obſecravitque poſitum eſſe, ab antiqui verbi formatione, Quæſo, Quæſere: ne quis præteritum iſtud è Quæro derivandum, rei ſimilitudine deceptus, falſo porro ſibi perſuadere inſiſtat, quod à mente Hiſtorici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocæ, qui Quæſere, apud Tullium & Salluſtium noſtrum lectum eſſe diſerte notavit. quod alii quo referrent ignorantes, verbum iſtud, ut Fragmentum, inter incerta Criſpi inſcite poſuerunt. *Douza.*

1 *Phi-*

[1] Philippus, qui ætate & consilio ceteros anteibat. *Servius lib.* IX.

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

[2] Maxume vellem, P. C. remp. quietam esse, aut in periculis à promtissimo quoque defendi: denique prava incœpta consultoribus noxæ esse. Sed contra, seditionibus omnia turbata sunt, & ab iis, quos prohibere magis decebat. Postremo, quæ pessumi & stultissimi decrevere, ea bonis & sapientibus faciunda sunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis invisa, tamen, quia Lepido placent, sumenda sunt. Nisi forte cui pacem præstare, & bellum pati consilium est. Prô, dii boni, qui hanc urbem, omissa cura, adhuc regitis; M. Æmilium omnium flagitiosorum postremus, qui pejor an ignavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimundæ libertatis habet, & se è contemto metuendum effecit: vos mussantes, & retractantes verbis, & [3] vatum carminibus, pacem optatis magis quam defenditis: neque intelligitis mollitia decretorum, vobis dignitatem, illi metum detrahi. [4] Atque id jure: quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cujus sceleribus tanta præmia tribuistis? At scilicet, ii, qui

1 *Philippus.*] A Servio lib. IX. Æneid. non expresso historiæ numero hæc afferuntur. quæ quod fragmento proxime consequenti est L. Philippi oratio, huc pertinere non dubitavi. *Carrio.*

2 *Maxume vellem Patres Conscripti.*] Et reliqua quæ sequuntur. Confer quæso, hic mihi inter se capita illa rerum contraria, videbisque Reipubl. quietæ aptissime seditionum turbas opponi; defensioni Reipubl. seditiones contra eorum hominum, quos maxime easdem prohibere decebat, parva denique incœpta, tantum abesse dicit, ut consultoribus suis noxæ, vel incommodi aliquid pariant, ut contra etiam à Senatu iis obtemperetur: quæque pessimi ac stultissimi decreverint, ea bonis & sapientibus adversus animi sui sententiam sint exsequenda. *Douza.*

3 *Vatum carminibus.*] Vide supra p. 119. & seq.

4 *Atque id jure: quoniam ex rapinis Consulatum.*] Unde perspicue palam est, historiæ ordinem male in hac editione servatum, & Fragmentum, quod statim porro à calce Orationis hujus sequitur, ante eandem conlocandum esse. Id enim sic habet: Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur. Uterque scilicet ad Provincias sibi decretas: Lepido enim Gallia ulterior, Catulo ejusdem collegæ Italia ex Senatusconsulto forte obvenerat. *Douz.*

1 *Pepe-*

qui ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, gratiam ab eo [1] peperere. Immo deſpecti & indigni repub. habiti, prædæ loco æſtumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiſerant. Equidem à principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos arceſſi, largitionibus rempubl. lacerari videbam; maturandum putabam, & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum. Cæterum illi, qui gentis Æmiliæ benefacta extollebant, & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum [2] Lepidum progreſſum videbant; cum privata arma opprimundæ libertatis cepiſſet, ſibi quiſque opes aut patrocinia quærendo, conſilium publicum corruperunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus, & paucis ſicariis; [3] quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit: nunc eſt proconſul cum imperio, non emto; ſed dato à vobis, cum legatis adhuc jure parentibus: & ad eum concurrêre homines omnium ordinum corruptiſſumi; flagrantes inopia & cupidinibus ſcelerum conſcientia exagitati: quibus [4] quies in ſeditionibus; in pace, turbæ ſunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt, Saturnini olim, poſt, [5] Sulpicii, dein [6] Marii, [7] Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites.

Præ-

1 *Peperere.*] Omnes teſtantur in Mſſ. eſſe *peperiſſe.* Recte igitur Palmerius Mellerus, *At ſcilicet eos, &c. peperiſſe.* Adi librum 3. Obſerv. c. 9. *Gronov.*

2 *Lepidum progreſſum videbant.*] Scribe: *qui gentis Æmiliæ benefacta extollebam, & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum Lepidum progreſſum dicebam.* Poſſes etiam: *populum Romanum,* ſed auxiſſe dicit, pro actam eſſe, ut Cato: *Eo res eorum auxit.* Gronovius.

3 *Quorum nemo.*] Glareanus: *nemo diurna mercede vitam mutaverit.* alii, *quorum nemo diuturna mercede vitam mutaverit:* atqui contra ſentit Philippus, eos vel diurna mercede conductos, vitam etiam nihili facturos. *Carrio.*

4 *Quies in ſeditionibus.*] Quia tunc ſolum contenti ſunt.

5 *Sulpicii.*] Nam P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario perniciosas leges promulgavit, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur, in tribus, &c. qui cum in quadam villa lateret, indicio ſervi retractus & occiſus eſt. Servus ob mercedem manumiſſus eſt, ſed ob infidelitatem ſaxo dejectus eſt. *Bad.*

6 *Marii.*] Vide ſupra p. 306. 307.

7 *Damaſippi.*] Vide ſupra p. 144. vel lege, *Damacii.* Nam Lucius Damacius prætor ex juſſu Marii omnem nobilitatem, quæ in urbe erat, trucidavit. *Bad.*

1 *Etru-*

Præterea [1] Etruria, atque omnes reliquiæ belli arrectæ: [2] Hiſpaniæ armis ſolicitatæ: [3] Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circumſpicit: quin, [4] præter idoneum ducem, nihil abeſt ad ſubvertendum imperium. Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis; neu patiamini licentiam ſcelerum, quaſi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. An [5] exſpectatis, dum exercitu rurſus admoto, ferro, atque flamma urbem invadat? [6] quod multo propius eſt ab eo, quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia: quæ ille advorſum divina & humana omnia cepit, non pro ſua, aut quorum ſimulat injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertundæ. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers conſilii, inquies: hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur veſtra ſocordia. Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: qui vide-

1 *Etruria.*] Vide ſupra p. 71. & 74.

2 *Hiſpaniæ.*] Vide ſupra p. 45.

3 *Mithridates.*] Vide ſupra p. 386. 387.

4 *Præter idoneum ducem.*] Vide, ut Mamercum faſtidioſe & contemtim conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad remp. evertendam agnoſcere velle videatur. *Donza.*

5 *Exſpectatis, dum exercitu rurſus admoto.*] Hoc contra hiſtoriæ fidem eſſe omnia veterum monumenta conſentiunt. Neque enim Lepidus ante poſtremam expeditionem illam, & pugnam commiſſam cum Catulo, quo victus deſerta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana mœnia exercitum umquam admoviſſe legitur: nedum ut urbem ferro & flamma invaſerit. unde mihi dubium non eſt, quin, *invadant*, legi atque emendari debeat. quod ſi mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptiſſimos, veris ſupra coloribus à Philippo depictos, Cinnanos puta, & Marianos ſatellites, quorum in patriam reditu quantum civilis ſanguinis exhauſtum fuerit, Plutarchus, Appianus, Eutropius teſtes, poſtremo omnes veteres Memoriæ. *Donza.*

6 *Quod multo propius eſt ab eo, quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia.*] Scriptura haud dubie mendoſa, & quam juxta cum ignariſſimis intelligo: niſi tamen totus locus interpolandus, & fortaſſe in hunc morem conſtituendus: *Quam ad pacem & concordiam ab armis civilibus:* ſententia apertiſſima, quam tamen abſque libris auctoribus integram & ſinceram eſſe, nondum ſatis acceptum eſt mihi. *Idem.*

videmini intenta mala [1] quasi fulmen optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem. Et quæso considerate quam conversa rerum natura sit. Antea malum publicum, occulte; auxilia palam instruebantur, & eo boni malos facile anteibant: nunc pax, & concordia disturbantur palam: defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis sunt; vos, in metu. Quid exspectatis? nisi forte pudet aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait sua cuique reddi, & aliena tenet: belli jura rescindi, cum ipse armis cogat: civitatem confirmari: qui ademtam negat: concordiæ gratia plebei tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiæ accensæ. Pessume omnium, atque impudentissume, tibi ne egestas civium, & luctus curæ sunt, cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per injuriam? alterum consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quæris, quo parta disturbatur: nostri proditor, istis [2] invidus, hostis omnium bonorum, ut [3] te neque hominum, neque deorum pudet, quos perfidia aut perjurio violasti! qui, quando talis es, maneas in sententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in solicitudine

1 *Quasi fulmen.*] Fulmina enim feralia habebantur. Et qui locus fulmine tactus, bidental appellabatur. Glossarii auctor recte exposuit: Bidental, τόπος κεραυνόπληξ. Quin Persius ipsum hominem κεραυνοπλῆγα bidental vocat:

Triste jacet lucis, evitandumque bidental.

Bidental autem vocatur, quod talibus locis ovibus sive bidentibus sacrificia fierent. Artemidorus libro II. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τὰς συνδυομένας βαμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. Græci bidental vocant σύηλύσιον. Glossæ Græcorum: Σύηλύσια τὰ κατασκηφθέντα χωρία. nam σκηπτὸς, fulgur. *Scalig.*

2 *Invidus.*] Aliter & melius: *infidus.*

3 *Te neque hominum, neque Deorum pudet.*] Hoc eo spectare videtur, quod Lepidus, cum legem Sulla mortuo de Actis ejus rescindendis promulgasset, ut qui à Sulla proscripti fuerant, & civitatem, & bona sua recuperarent. cumque eidem Catulus collega, ceteriique obnixe adversarentur, re in concionibus agitata, Lepidus à Senatu sacramento adactus bellum se patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam sortitus erat, profectus, ad Comitia, tamquam exacto consulatu suo bellum illaturus, non venit. Appianus, Florus. Atque hoc est, quod perfidiam & perjurium Lepido objectat Philippus. *Donza.*

1 *Dele-*

dine retineas. Neque te provinciæ, neque leges, neque dii penates civem patiuntur. Perge, qua cœpisti; ut quam maturrume merita invenias. Vos autem, P. C. quousque cunctando remp. intutam patiemini, & verbis arma tentabitis? [1] Delectus advorsum vos habiti; pecuniæ publice, & privatim extortæ; ex lubidine leges imperantur: cum interim vos legatos & decreta paratis. Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: cum intelleget se metu magis, quam æquo & bono sustentatum. [2] Nam, qui turbas, & cædem civium odisse ait, & ob id armato Lepido vos inermes retinet, quæ victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi à vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent. Hæc si placent; si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti [3] scelerum Cinnæ, cujus in urbem reditu, [4] decus, atque ordines omnes interierunt, nihilo minus vos, atque conjuges, & liberos Lepido permissuri sitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni rempubl. frustra curant. Agite, uti lubet; parata vobis Cethegi, atque alia proditorum

1 *Delectus.*] Vide supra.

2 *Nam qui turbas, & cædem civium odisse ait.*] Si quis penitius loci huius constructionem ac sententiam investiget, ne illi facile odorari fuerit, vel ex posteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus: *Ait, retinet, censet*, perperam à sciolis inversam esse. Quod tamen à nato nemine usque adhuc animadversum demiror; præsertim cum ejus rei ipsos commonefacere potuerit numeri illius diversitas, quæ in isto argutissimo epiphonemate comparet. Ita illi à vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent. In quo enarrando quomodo isti sibi satisfecerint nescio: hoc scio, lectionem receptam & secum, & cum Sallustiana elegantia pugnare. Nam quæ obsecro locutionis ratio sit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermes retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res est) fidenter castigandum pronuncio: *Nam qui turbas, & c. c. o. ajunt, & ob id a. L. v. i. retinent; quæ v. t. f. c. q. f. p. p. p. censent.* Non enim de Lepido, sed de factiosis Lepidi fautoribus, quos ipse satellites indigitare amat, intelligendum. *Idem.*

3 *Scelerum Cinnæ.*] Nam Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium & Aritiam & Lavinium colonias devastavit: & cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi, Cinna & Marius in urbem recepti, eam velut raptam cædibus & rapinis vastaverunt. *Bad.*

4 *Decus atque omnes ordines interierunt.*] Sic in v.c. leguntur, *Decus ordinis hujus interiit.* Ursinus.

1 *Decer-*

rum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt, & rurſum advorſum Deos penates manus armare. Sin libertas & bella magis placent; [1] decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adeſt novus exercitus, &, ad hoc, coloniæ veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi, fortuna meliores ſequitur. Jam illa, quæ collecta ſunt ſocordia noſtra dilabentur. Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitum privato conſilio, paratum cum peſſumis, & hoſtibus reipubl. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius [2] interrex cum Q. Catulo proconſule, & ceteris quibus imperium eſt, urbi præſidio ſint; operamque dent, ne quid reſpubl. detrimenti capiat.

Uti

1 *Decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus.*] Quid eſt, *Augere ingenium?* an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* Gerræ germanæ. Proinde inducatur, atque ejus vicem mea auctoritate, fiducia, quamvis audacter, reponatur: *Augere imperium viris fortibus*, hoc eſt, Rempublicam veſtram. cui haud diſſimile illud oratione ad Cæſarem: *Quæ res populos, nationeſve magnis auctoribus auxiſſent.* Douza.

2 *Interrex.*] Id eſt, fungens imperio aut conſulatu interea, dum novi conſules creabantur: quia Lepidum dixit ſecundum conſulatum petere. Olim autem verus erat interrex, & verum interregnum, cum mortuo rege, donec novus creabatur, ceſſabat regnum: erat tamen, qui interea officio regis fungeretur. *Bad. Interrex.*] Antiquis temporibus is magiſtratus ſtatim à morte Romuli eſt inſtitutus. Nam cum in metu omnes eſſent, ne civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur: rem inter ſe centum patres conſociant, decem decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, decem imperitabant: unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in ordinem ibat. Hæc fere Livius. A quo non longe diſcedit Plutarchus; niſi quod vix unius diei imperium uni interregi tribuere videtur. Poſtea exactis etiam regibus, quoties comitia ea à Conſulibus, aut morbo, aut bello, aut ſeditione impeditis, haberi non poterant, ſi Dictatorem dici non placuiſſet, Interrex creabatur. Qui cum quinque dies magiſtratum obtinuiſſet (nam hoc Interregni tempus fuiſſe ſatis conſtat) alteri imperium tradebat. Ille, niſi quid impediret, Senatuſconſulto de Comitiis conſularibus facto, Conſules creabat. Solus hic patricius magiſtratus cum plebe communis factus non eſt. Neque enim populi ſuffragio creabatur, ſed à patriciis coëuntibus auſpicato prodebatur, ut teſtatur Appius Claudius apud Livium. Creabatur autem, ut Pædianus docet, ad III. Calendas Februar. Ejus officium erat omnia ea obire, quæ vel Regum, vel Conſulum fuiſſent. Itaque jus dicebat, Senatum vocabat, Rempublicam quoque turbulentis temporibus, ſub extremi atque ultimi Senatuſconſulti formula ſæpe accipiebat, ſurrogatiſque magiſtratibus Comitia habebat. *Janus Gulielm.*

1 *Uti-*

Digitized by Google

[1] Uti Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturrumè proficiſcerentur. *Cariſius* lib. II.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulſo, ſegnior neque minus gravis, ſed multiplex cura patres exercebat. *Servius. Marius Victorinus in Ciceronem.*

Obviam ire, & commori hoſtibus. *Aruſianus Meſſus.*

Lepidus pœnitens conſilii. *Cariſius* lib. III.

Sic vero quaſi formidine attonitus, neque animo, [2] neque auribus, aut lingua competere. *Nonius, Competere, rei cujuſque meminiſſe, aut conſtanter valere.*

Prudens omnium, quæ ſenatus cenſuerat. *Aruſianus.*

Magnis operibus [3] profectus, oppidum cepit, per L. Catilinam legatum. *Feſtus.*

[4] Domitium proconſulem ex citeriori Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, arceſſivit. *Priſcianus* lib. X. *Arceſſivit, inquit, & laceſſivit.*

Sanctus aliter, & ingenio validus. *Cariſius* lib. I. *aliter, pro alias.*

Gens raro egreſſa finis ſuos. *Servius ad* lib. XI. *Æneidos, Aruſianus Meſſus.*

Niſi cum ira belli deſenuiſſet. *Priſcianus* lib. X.

Maturaverunt exercitum [5] Dyrrhachium cogere. *Aruſianus Meſſus.*

Illo

1 *Uti Lepidus, & Catulus, &c.*] Videndum an de Bell. Ital. hic agatur. Lepidus enim & Catulus Conſules habentur in ænea apud me tabella, in qua Italici belli fit mentio. *Urſin.*

2 *Neque auribus aut lingua competere.*] Tacit. libro 3. *Oppidani neque oculis, neque auribus ſatis competebant.* & Hiſt. 3. *Trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.* Douza.

3 *Profectus.*] Sunt qui legendum putent, *profectis*; alii vero, *operibus confectis.* ſed in re ambigua quid aſſeveres? *Carrio.*

4 *Domitium proconſulem.*] Non puto deſignari Cn. Domitium Calvinum Conſulem anno DCCXIII. cum C. Aſinio Pollione, quippe ex Hiſpania, de qua Procoſ. triumphaverat, Imp. deſcribitur in argenteo denario Oſcæ ſignato, cum inſcriptione DOMIT. COS. ITER. IMP. OSCA. *Urſin.*

5 *Dyrrachium.*] *Dyrrhachium* poſui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonenſi eſſet. quo etiam modo legendum eſſe, cum quidam conjeciſſent, alii pro certo id, ſine ulla librorum auctoritate, audacter receperunt. *Carrio. Dyrrhachium.*] Aliter Epidamnus dicitur, Thucydidi Dalmatiæ aut Macedoniæ colonia, & oppidum propter inauſpicatum

[1] Illo profectus, vicos, caſtellaque incendere, &, fuga cultorum deſerta, igni vaſtare: neque elato, aut ſecuro eſſe animo, metu gentis ad furta belli peridoneæ. *Nonius. Servius ad* XI. *Æneidos.*

Liberis ejus avunculus erat. *Donatus ad Phormionem Terentii.*

Nihil ob tantam mercedem ſibi abnituros. *Aruſianus Meſſius.*

Inſanum aliter ſua ſententia, atque aliarum mulierum. *Cariſius.* lib. I.

Solis viis. *Donatus Phorm.* act. V. ſcen. VIII.

Juſſu Metelli [2] cornicines occanuerunt. *Priſcianus* lib. X. *Servius* II. *Georg. Virg. Diomed.* lib. I. cap. IV.

Nexuit catenæ modo. *Priſcianus* lib. X.

Ductus militiam. *Aruſianus Meſſius.*

Neque

nomen à Romanis Dyrrachium appellatum fuiſſe, tradunt Livius, Strabo, Plinius, & Mela. Quibus aſſentitur quoque Dion lib. 41. ita tamen ut ſubdubitet, num duo diverſa ſint oppida. Appianus autem 2. Civil. hoc plane adfirmat, ait enim Epidamnum paullum remotum à mari, Dyrrachium vero prope ipſum mare: (in peninſula, teſte Strabone) Epidamnique navale eſſe dicit. Additque hoc falſo à quibuſdam Epidamnum dictum: poſtea tamen ſic nominatum à Corcyrenſibus, quod Dyrrachii nomen ominoſum habebatur, vetuſtam autem appellationem viciſſe, & Dyrrachii nomen manere. Diſcrepat à cæteris omnibus Appianus, hic namque Dyrrachii nomen ominoſum, cæteri Epidamni faciunt; Hic nominis mutationem Corcyrenſibus, alii Romanis tribuunt. Hodie vetus nomen obtinere videtur. Durazzo enim urbs interior & Cabo Durazza maritima nominatur in tabulis Geographicis recentioribus. *Drazio* legit Marius Niger. *Ortel.*

1 *Illo profectus, vicos, &c.*] Et hoc Fragmentum, contagione credo rei quam narrat, periculum vaſtationis vix effugit, non quidem à Volcani violentia, ſed librariorum ignorantia conflatum ſyllabas abbreviantium. quo de genere ſum queſtus jam antea, quorum comitate effectum videtur, ut tres dictiones in unam concreverint. quod conjectores iſti Salluſtiani non advertentes, ſibique cum ſimplici excetrarem modo eſſe arbitrantes, mirum quas nobis Lernas peperere: dum partim *ſecuro*, alii *ſecuriſſimo*; nonnulli etiam *vetuſtiſſimo* nobis objectare non dubitant, quod eo illis firmius viſum, quoniam in manuſcripto forte *fecundiſſimo* reperiſſent. Sed his plorate juſſis in rem præſentem venire melius eſt, lectorique de conjecturæ noſtræ ratione gratiam facere. Ea vero hæc eſt; *Neque elato, aut ſecuro eſſe animo, metu gentis, &c.* ſententia apertiſſima; & quam à Salluſtio eſſe arguta ejus brevitas etiam me tacente indicium facit. *Douza.*

2 *Cornicines occanuerunt.*] Priſcianus libro X. *Quidam occanui, pro, occinui protulerunt.* Servius II. Georg. Virgil.

A cano

Digitized by Google

Neque ſe recipere aut inſtruere prœlio quivere. *Priſcianus* lib. X.

[1] Equi ſine rectore exterriti, aut ſaucii conſternantur. *Idem* lib. IV.

Occupatuſque collis editiſſumus apud [2] Hilerdam: & cum multa opera circumdata. *Priſcianus* lib. V.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, proceſſit ad oppidum. *Priſcianus* lib. XVIII. *requie, pro requiei.*

Agreſte. *Cariſ.* lib. I.

Ardebat omnis Hiſpania citerior. *M. Fabius Victorinus de invent. Ciceronis* lib. I.

[3] * & ponere validam urbem multos dies [4] reſtantem pugnando vicit. *Nonius.*

Itaque Sertorius, levi præſidio relicto [5] in Mauritania, nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtivaque celeritate, vitare prœlium in tranſgreſſu conatus eſt. *Agellius* lib. X. cap. XXVI. *Nonius Marcellus.*

Tranſgreſſos omnis, recipit [6] mons Ballera, præceptus à Luſitanis. *Idem ibidem.*

Ea-

A cano, inquit, *veteres non cecini, ſed tanni dixerunt.* Salluſtius: *Cornua occanuerunt.* Carrio.

1 *Equi ſine rectore.*] Hoc fragmentum idem Priſcianus citat ex lib. I. epiſtolarum; corrupte, ut puto, pro Hiſtoriarum. neque enim Salluſtium epiſtolas vulgaſſe ullibi lectum. *Coler.*

2 *Hilerdam.*] Ilergetum urbs Ptolemæo, & Stephano, in Hiſpania Tarraconenſi: Lerida eſt Vaſæo. Fluvius Ilerda eſt ibidem, niſi fallat Vibius. *Ortel.*

3 *Et ponere validam.*] Suſpicabar leviter legendum eſſe, *Hipponem*, docente Stephano ὡδὲ πόλεων, Ἵππων πόλις Λιβύης, eamque à Phœnicibus conditam ſciebam. Salluſt. Jugurtha: *Poſtea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ, pars imperii cupidine ſollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Sed cum viderem viros doctos in Mſſ. Nonii codicibus reperiſſe *Digonem*, non dubitavi ſcribendum eſſe, *Vizonem.* Stephanus, Βιζώνη πόλις πονλεχή. Probus, qui mihi dux ad hanc conjecturam, in Zo: *Hæc quoque ſyllaba nullum nomen reperi terminatum, niſi unum barbaræ civitatis lectum in Salluſtio*, Vizo Vizonis. *Putſch.*

4 *Reſtantem.*] *Reſtantem* poſuit, pro *reſiſtentem*: ut Livius lib. XXXII. *Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc pauci plures reſtatis?* & Tacitus lib. III. *Paullum moræ attulere ferrati, reſtantibus laminis adverſum pila & gladios.* Urſin.

5 *In Mauritania.*] Vide ſupra. *In Mauritania nactus.*] Lipſius, *In Mauritaniam*, lib. 4. epiſt. 14. Nam ſcribit Plutarch. Sertorium cum tribus millibus militum confugiſſe Carthaginem novam. Idem paullo poſt corrigit: *Furtim abiit; celeritate vitare prælium.* Coler.

6 *Mons Ballera.*] In membranis Fuldenſi-

Earum aliæ paullulum progreſſæ, nimio ſimul & incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. *Servius* VIII. *Æneidos. Aruſianus Meſſus.*

[1] Et mox Fufidius adveniens cum legionibus, [2] poſtquam tantas aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque erumperet, tam levi copia navibus fugam maturabat. *Servius Fuldanus. Meſſus.*

Itineris eorum Metellus per litteras gnarus. *Aruſianus.*

Itaque Servilius [3] ægrotum [4] Tarenti collegam prior tranſgreſſus, iter vortit ad [5] Corycum urbem inclutam: paſtuſque nemore, in quo crocum gignitur. *Priſcianus. Nonius.*

Ad

denſibus *Belloia*, hinc forſan *Belona*, cujus meminit Stephanus. *Putſch.* De monteBallera nihil legere me recordor. Servius *Mſ. Fuldenſis montem iſtum Belloiam vocat.* Sed puto & illud vitioſum. Pallenæ quidem montis Avienus meminit:

—— *hic melliſluis Pallena ſub antris.*

Verum is non in Hiſpania. *Coler.*

1 *Et mox Fufidius.*] Lipſius: *Auſidius.* Sic de bello Sertoriano accipietur. videndus Plutarch. *Idem.*

2 *Poſtquam tantas aſperitates.*] VV. CC. habent, *ſpiras*, non *aſperitates.* quod verbum ab aliis repoſitum eſt. Feſtus exponit *ſpiram* hominum multitudinem. Profertque Ennii verſum:

Spiras legionibus nexunt.

Urſinus.

3 *Ægrotum collegam.*] Potius eſt, ut Salluſtium ſcripſiſſe credam, *ægroto collega.* Idque de Lipſiana ſententia. *Douza.*

4 *Tarenti.*] Calabriæ hæc ſive magnæ Græciæ urbs eſt. Suidas & Ælianus in Militaribus adſcribit Tarentum Siciliæ. Ex quo patet, hujus tempore hanc Italiæ partem (ut nunc quoque) Siciliam appellatam. In regum titulis enim utriuſque Siciliæ memoria eſt. Taras appellatur Straboni & Ptolemæo. Romanam coloniam eſſe ex Strabone & Plutarcho diſcimus. Oebalia à Virg. vocatur, teſte Servio. Sed arcem Tarentinam ſic vocari annotavit Philargyrus. Eleganter hanc Urbem deſcribit Florus lib. 1. *Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ caput, cum magnitudine & muris, portuque nobilis, tum mirabilis ſitu: quippe in ipſis Hadriatici maris faucibus poſita, in omnes terras, Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit.* Hæcille. Tarento hodie vocatur. Tarentini aliquando Spurii vocati ſunt, ut ſcribit ex Trogo Juſtinus lib. 20. Partheniatas vocatos ſcribit Servius ad 3. Æneid. item Phalantiades à Phalanto quodam cive eorundem celeberrimo, ut tradit Stephanus. *Ortel.* Vide & Strabonem lib. 6. & Plin. 3. 10. præcipue vero Cluver. Ital. lib. IV.

5 *Corycum.*] Plinio & Ptolemæo Ciliciæ opidum, quod Curco Nigro, Chura Mercatori appellatur. Plinius opidum, portum & antrum uno nomine appellat Corycos. Eſt & Ciliciæ mons quoque Plinio, Vibio & Stephano. Promonto-

[1] Ad Olympum atque Phaſelida. *Priſcianus.*

Apud Corycum. *Idem.*

[2] Apud Læte oppidum, cui nomen oblivionis condiderant. *Idem. Servius ad* I. *Æneidos.*

Repulſus à Læte oppido. *Idem. Priſcianus.*

Apud [3] Mutinam. *Idem.*

Apud

montorium quoque eſt Straboni, & in eo antrum Corycium, in quo optimus crocus naſcitur. Meminit & ejus Q. Calaber. *Ortel.* Corycius autem crocus celeberrimus, quem Iſidorus lib. 14. c. 3. *Coriſcon* nominat, addens inde plurimum & optimum venire crocum. Hinc & Cilicum florem *crocum* appellat Statius Papinius lib. 2. Sylv. aliique.

1 *Ad Olympum atque Phaſelida.*] Urbes ſunt Lyciæ maritimæ & maximæ, quæ pyratarum & prædonum domicilium & receptaculum fuerunt, & ea de cauſa bello Pyratico à Servilio expugnatæ & deletæ ſunt. Strabo lib. 14. Cic. in Verrem 4. *Ad Olympum.*] Et hæc ad ſuperiora quodammodo pertinent. ſcribit enim Pædianus Verrina tertia, P. Servilium bellum in Cilicia geſſiſſe, deque ea triumphaſſe, captis Coryco, Olympo, & Phaſelide, tribus magnis ejus terræ urbibus, ſed in Aſconio depravatum eſt, *Faſilide.* Carrio.

2 *Apud Læte oppidum.*] Hæc ita conjunximus ex ſententia clariſſimi D. Jani Douzæ, cujus opinionem firmat Silius Italicus, Salluſtii in locis deſcribendis imitator, de bello Punico lib. 2.

Quæque ſuper Gravios lucentes volvit arenas,
Inferni populis referens oblivia Lethe.

Putſch. *Læte.*] Macedoniæ Urbs Stephano. Ad Thermæum ſinum, Plinio. Eadem Mygdoniæ regionis in Macedonia, apud Ptolemæum. Sed hæc forſan alia Urbs. *Ortel.*

3 *Mutina.*] Galliæ Togatæ oppidum, vulgo nunc Modona & Modena vocitata. Memoratur Polybio, Ciceroni, Livio, Paterculo, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolemæo, aliiſque. Coloniam fuiſſe Romanorum complures teſtantur auctores. Cicero Philipp. v. Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimam Populi Romani Coloniam appellavit. Quo anno deducta fuerit Colonia, Liviu ſoſtendere voluit l. XXXVIII. *Eodem*, inquit, *anno Mutina & Parma Coloniæ Romanorum civium ſunt deductæ: bina millia hominum in agro, qui proxime Bojorum ante Tuſcorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt.* Nempe is annus erat Urbis Romæ DLXVIII. quo anno Conſules fuere Q. Fabius Labeo, & M. Claudius Marcellus. Polybius autem lib. III. ante Coloniam jam inde à P. Cornelii Scipionis, & Ti. Sempronii Longi conſulatu annis triginta quatuor ante extitiſſe affirmat. Addendum hoc, quod refert Plin. Mutinenſi agro exire è petra flammam ſtatis Vulcano diebus. Nec alienum fuerit mirum ejuſdem agri portentum hoc loco inſerere, quod idem Plinius lib. II. cap. LXXXIII. refert, quo ipſa natura ſoli noſcatur: *Factum eſt*, inquit, *ingens terrarum portentum L. Marcio, Sex. Jul. Conſulibus, in agro Mutinenſi. namque montes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo adſultantes, recedenteſque: inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte, interdiu ſpectante è via Æmilia magna Equitum Romanorum familiarumque & viatorum multitudine. Eo concurſu villæ omnes eliſæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata ſunt; anno ante ſociale bellum: quod haud ſcio, an funeſtius ipſi terræ Italiæ fuerit, quam civilia bella.* Cluver.

Apud [1] Præneste locatus. *Idem.*

Medio diei. *Messus.*

Quietam à bellis civitatem. *Idem.*

Militiæ peritus. *Idem.*

[2] Sertorius portis turbam morantibus, & nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora, ad medium quasi deinsuper adstantium manibus in murum attollitur. *Nonius. Servius.*

Neque detrusus aliquotiens terretur. *Priscianus* lib. XV.

Dubitavit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Carisius.*

Rumore primo. *Carisius.*

[3] Idem fecere Octavius & Q. Cæpio sine gravi cujusquam exspectatione, neque sane ambiti publici. *Servius ad* lib. IV. *Æneidos: Ambire significat & rogare. Sallustius in Jugurtha: Quos ego audio ambire, fatigare vos singulos. Dicebatur & ambio illum, pro rogo. Sallustius in* I. Idem fecere, *&c.*

Cum

1 *Præneste.*] Urbs Latii mediterranea, ducentis fere stadiis dissita ab Urbe Roma, Ptolemæo Πραίνεστος, quanquam Strabo scribit olim dictam Πολυσίφωνον, Plinius etiam Stephanen, nomenque habere à quodam Præneste (ita enim fabulantur) Ulyssis nepote, & filio Latini, qui primus ejus fuerit conditor, sicut asserit Solinus ex Zenodoro. Cæterum Servius à silicibus, qui πρῖνοι veteribus Græcis, quorum ibidem maxima copia, dictam affirmat: Græcanicam esse hanc urbem origine, sicut & Tybur aliquando vicinius Romæ, affirmat idem Geographus lib. 5. Utramque rursus urbem loci natura munitam prædicat, etsi Præneste excelleret, cui arcis loco mons imminebat excelsus, idemque avulsus angusto quodam transitu, & quasi collo à reliquis montanis locis contiguis. Accedebat ad hanc munitionem naturalem, quod urbs undique occultis cuniculis perforata fuerit, in quorum uno Marius Junior obsessus periit. *Fungerus.* Leander Albertus dicit hodie Pilestrina nominari.

2 *Sertorius.*] Neque habeo certi, quod hoc de loco definiam; etsi Servius l. IX. Æneid. quid sibi voluerit Sallustius satis indicat. *Muri*, inquit, *olim alti non erant, sed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Sallustius ostendit, ubi Sertorium humeris sublatum muros ascendisse memorat.* quæ postrema qui pro Sallustianis accipiunt, frustra sunt; cum huc referri debeant. *Carrio.*

3 *Idem fecere.*] Quæ sequuntur ad finem usque libri primi addidimus ex quâdam Servii editione, quam debemus diligentiæ & solertiæ Cl. viri Petri Danielis. nam si absque illo esset, multa Sallustii loca non haberemus, multa deteriora essent, quæ nunc ad Sallustianæ navis tabulas coæquandas multa optima habemus.

1 *Sardi-*

Cum aræ & alia diis ſacrata, ſupplicum ſanguine fædarentur. *Idem.*

Poſtremo ipſos colonos per miſerias & incerta humani generis orare. *Idem ad illud* XI. *Æneidos:*

——— per everſæ genitor fumantia Trojæ
Exſcidia obteſtor.

Ea paucis, quibus peritia & verum ingenium eſt, abnuentibus. *Idem.*

Perpenna tam paucis profectus vera eſt æſtimanda. *Idem ad* XII. *Æneidos.*

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER II.

1 SArdinia in Africo mari facie veſtigii humani, in orientem, quam in occidentem latior prominet. *Agellius* lib. VIII. cap. XVIII. *Nonius: Faciem totius corporis formam,* τὸ πρόσωπον, *id eſt, os, poſuit antiquitas prudens; ut ab aſpectu ſpecies, & à fingendo figura, ita à factura corporis facies. Salluſt. hiſt.* lib. II. *Sardinia, &c. Iſidorus.*

Inde

1 *Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani.*] Fraudi, uti ſpero, futurum mihi non eſt, ſi has Salluſtiani velut naufragii tabulas aſſulis aliquantis auctiores reddidero: non quidem de meo, ne quis erret, (unde enim mihi, quæſo, Romanæ hiſtoriæ proferre pomœria, ſcriptorum præſertim codicum armamentis deſtituto?) ſed de Iſidori ſchediis & pluteis, quos jam dudum, conjuratis tot barbarorum ſæculorum procellis, & plus quam decumanis ignorantiæ fluctibus, à reliqua Salluſtiana rate disjectos, ac avulſos fuiſſe perſuaſum eſt mihi: atque hanc inde conjecturam facio, quod idem ille centonum, quem dico, ſarcinator unicus l. IX. Originum ſuarum, quo loco de Gentium vocabulis diſſerit, Maurorum & Numidarum prima quaſi incunabula, atque incrementa, retractans, iiſdem pæne verbis ordine paul-

Inde [1] Ichnuſa appellata. *Solinus.*

Dubium an inſula ſit, quod Euri atque Auſtri ſuperjactis fluctibus, circumlavit. *Nonius, lavit, pro lavat.*

Nam Sullam conſulem [2] de reditu ejus legem ferentem ex

lum immutato narrationem longiſſimam à Salluſtiano Jugurtha petitam ad ſe traxit, ſuppreſſo auctoris, unde eam acceperat, nomine. quod ille paſſim etiam in aliis ſolemne quaſi ſuum ſervaſſe videtur. Exemplum Iſidori ſic habet: *Sardis Hercule procreatus cum magna multitudine à Libya profectus Sardiniam occupavit, & ex ſuo vocabulo inſulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie veſtigii humani in Oriente, quam Occidente latior prominet; ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem & Septentrionem vertunt. ex quo ante commercium à navigantibus Græcorum ἰχνος appellata eſt. Terra patet in longitudinem millia CXL. latitudine XL. In ea neque ſerpens gignitur, neque lupus, ſed ſolifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non naſcitur, niſi herba perſcriptores plurimos & poëtas memorata, apiaſtro ſimilis, quæ hominibus rictus contrahit, & quaſi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, ſi ſacramento dato oculos aquâ ejus tetigerint.* Hactenus Iſidorus; quæ univerſa ut à Salluſtio eſſe præſtare non auſim, ita pleramque partem eidem deberi quovis pignore ſponſionem facere ſum paratus. Fragmentum certe iſtud eodem inſertum plane arguit ſuſpicionem hanc noſtram de nihilo non eſſe. Et vero (ut rem loquar meram) ſi paucula quædam, quo de genere ſunt illa, *Infirmis medelam, furibus cæcitatem præbere:* item hoc, *Græcorum ἰχνος:* quod ad proximum Salluſtii Fragmentum, (illud, *Unde Ichnuſa appellata*, volui dicere) haud dubie pertinere, atque inde adeo emendandum ipſa res clamat: Iſidori ſordes potius, quam Salluſtianam munditiam redolentia iſtinc excipias, quidnam his additamentis Hiſtorico noſtro tantopere indignum inſit, non video. Cæterum cauſſam deſcriptionis Sardiniæ Lepidum Salluſtio præbuiſſe veriſimiliter inducor, quem male regeſta verſoriam in eam inſulam capere coactum, atque inibi paullo poſt tabe colliquiſſe veteres nobis Memoriæ confirmant. *Douza.*

1 *Ichnuſa.*] Scribit Plinius, cum Sardinia aliis Sandaliotis appelletur, Meliſſum eam à ſimilitudine plantæ humanæ ichnuſam dixiſſe; quod poſterius Solinus, Plinii tranſſcriptor Chryſippo tribuit; ut quidem vulgo eſt. nam in veteribus libris Criſpum, non Chryſippum eſſe, deque Salluſtio Criſpo accipiendum videri olim obſervavimus; & V. C. Martinus Delrius cum laude multa in his ſtudiis verſatus, in Scholiis Solinianis notavit: quod eo mihi propius vero eſt, quod videam Silium Italicum, qui in pleriſque, ut alibi docemus, Salluſtium ſtudioſe imitatus eſt, idem in poëma ſuum tranſtuliſſe. Verſus ejus lib. XII. ſunt:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis: compreſſaque gurgite, terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis:
Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens
Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terræ.

Carrio.

2 *De reditu ejus legem ferentem.*] Notat Agellius lib. X. cap. XX. Salluſtium proprietatis in verbis retinentiſſimum conſuetudini conceſſiſſe, & privilegium quod de Cn. Pompeii, Magni Pom-

ex compoſito trib. pl. C. Herennius prohibuerat. *Agellius* lib. x. cap. xx.

Nam procul, & diverſi ex regionibus. *Cariſius. Aſper, procul, inquit, eſt è loco.*

Obviam fuere. *Cariſius ibidem. Aſper, ait, vetuſtè* obviam fuere, *adverbio quam nomine uti maluit.*

Urbe, patriaque extorres. *Meſſus.*

Genus militum ſuetum à pueritia latrociniis. *Idem.*

Inter læva mœnium, & dextrum [1] flumen Turiam, quod [2] Valentiam parvo intervallo præterfluit. *Priſcianus* lib. v. & VI.

Pompeii patris reditu ferebatur, legem appellaſſe. *Idem.*

1 *Flumen Turiam.*] Non bene quidam miſcuerunt *Turiam* cum *Durio*, idem ambobus nomen facientes, credo ob Hiſpanicarum rerum ignorationem, quia Turia non tam celebris eſt. Fluit autem Turia juxta Valentiam, de quo Pomponius libro ſecundo: *Setabin, & Turiam, & Sucronem non magna excipit flumina.* & Plin. lib. 3. cap. 3. *Valentia Colonia tribus m. paſſ. à mari remota: flumen Turium.* Ita enim legendum & apud Pomponium, & apud Plinium erudite & vere contendit Hermolaus. Corrupte autem hic vulgo legitur *Durium.* Turiam enim vocari id flumen, de quo Pomponius loquitur, oſtendit Plutarchus in Sertorio: *Remedia*, inquit, *in rebus adverſis, magis claram ejus virtutem faciebant, veluti in ea pugna, quæ apud Sucronem contra Pompejum commiſſa eſt, & rurſus in ea quæ apud Turiam, adverſus Metellum ſimul & Pompejum.* Claudianus tamen etiam Durium Turiam appellavit, in Laudibus Strenæ:

Te naſcente ferunt, per pinguia culta tumentem
Divitiis undaſſe Tagum, Gallæcia riſit,
Floribus & roſeis formoſus Turia ripis
Vellere purpureo paſſim mutavit ovile.

Nam cur fluvium parvum & alias ignobilem, prætermiſſis Ibero, Bæti, Ana, ac Durio, Minioque maximi momenti fluminibus, tanta pompa ſeligeret, ac formoſum roſeis ripis vocatum ipſi Tago, fluminum Hiſpanorum vulgatiſſimæ famæ conjungeret? Vide *Reſend.* de Antiq. Luſit. Eſt igitur Turia ſive Durias Hiſpaniæ Tarraconenſis fluviolus in Sucronenſem ſinum effluens. Guadalajar Gluſio hodie eſt. Durius autem Plinio Hiſpaniæ maximus fluvius, in Pelendonibus ortus, Aſturiam, à Vettonibus, & Luſitaniam à Gallæcis diſterminat. Duero noſtra ætate vocatur. Doris Ptolemæo, & Dorias Straboni appellatur, qui eundem eodem fere loco l. 3. Durium appellavit. *Ortel.* Durius igitur claritate ſua & ſcriptorum teſtimonio celebratiſſimus, aquarum mole ipſum Tagum ſuperat, niſi quod compreſſiore, ut fere inter montes, alveo fluit, Tago per liberos & planos campos ad oſtentationem ſe dilatante: Turia autem, uti jam monuimus, exiguus eſt fluviolus. *Rezend. Flumen Thuriam.*] Ita ſcribendum videtur. Græci quoque Scriptores Θυρίαν ποτᾰμὸν edunt, licet diverſus ab eo flumine, à quo Thurios appellatos eſſe dicunt, quod ex ipſis etiam Thuriorum numiſmatibus conſtat, in quibus Crathis quidem fluvius taurina forma impreſſus eſt, Thuria vero fons, Leonis capite aquam fiſtula ex ore fundente. Hic autem de Thuria intelligendum, qui Vibonem, ſive Valentiam præterfluit. *Urſin.*

2 *Valentia.*] Plures hujus nominis urbes: ſed hæc Valentia eſt Conteſta-

& VI. Turiam dixit, qui accuſativus generis maſculini eſt, non neutri.

In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Donatus Phorm.* act. I. ſc III. *& Hecyr.* act. IV. ſc. IV. *Nonius Fiducia eſt audacia. Servius.*

Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret pugnæ ſuos. *Aruſianus.*

Ipſe animo atrox. *Idem.*

Copiis integra. *Idem.*

Eodem anno in [1] Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in [2] Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coëgit. *Nonius, dicere eſt promittere.*

Poſt, ubi fiducia nimius. *Aruſianus.*

[3] Sed ipſi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corſa nomine Ligus mulier. *Priſcianus* lib. VI.

Nam

norum in Hiſpania Tarraconenſi urbs Ptolemæo: Edetanis eam aſcribit Plinius. Valencia hodie Cluſio. Aliam Valentiam in Hiſpania habet Livii Epitome 55. quam ad habitandum conceſſum Viriati veteranis militibus à Junio Bruto tradit. Sita ad Minium fluvium, Tidæque objecta eſt. Vide Joh. Marianam libro 3. cap. 7. de Reb. Geſt. Hiſpan. *Ortel.*

1 *Macedonia.*] Vide ſupra.

2 *Dardania.*] Oroſio, Ptolemæo, & aliis, Europæ regio, Myſia Mediterranea vocatur in Codice. quæ à Wolfg. Lazio *Boſſen* appellatur. Illyriæ pars, teſte Æliano in Variis, & Nicolao, apud Stobæum: qui ſcribit hos tantum ter in vita lavari; cum naſcuntur, in nuptiis, & in funere. Dardanos Serviam & Raſciam habitaſſe, Cuſpinianus, & Volaterranus teſtantur, Σιρβίαν, & Παιονίαν, habet Sophianus. *Ortel.*

3 *Sed ipſi ferunt taurum.*] Et hoc Fragmentum ex Iſidoro haud mediocri acceſſione augeri, noſtraque comitate ex ſupplemento ejuſdem redivivam lucem accipere poteſt. Id vero eſt hujuſmodi ex lib. XIV. Originum cap. VI. *Corſicæ inſulæ exordium incolæ Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quædam Corſa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore anclo remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum à ceteris digredientem uſque ad inſulam navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt.* Vides ut ex omni parte pulcre fundata & conſtituta ſit hæc navis, paucis exceptis, in quibus nos non materiarius, verum architectus fruſtratur: quæ tamen Salluſtii non eſſe ſuo ſe indicio produnt; veluti extremum illud de nomine mulieris Liguris auctoris & ducis vocabuli Corſicæ. quod ſemel antea dictum Salluſtiana à ſe breviloquentia ſpernit procul, nam majorem partem ejus Hiſtorici eſſe, argumentis, ſi ſit opus, vincere me poſſe confidentia eſt: fortaſſis & ea quæ ſequuntur, de quibus tamen lente & ſuſpenſa manu judicium

meum

Nam quædam Corſa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum à cæteris degredientem uſque ad inſulam navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt. *Iſidorus* lib. 14. cap. 6.

[1] Ne illa tauro parata ſint. *Donatus* act. IV. ſcen. II. *Andriæ.*

[2] Dædalum ex Sicilia profectum, cum * Minois fugeret iram, atque opes. *Priſcianus* lib. 6. *Servius.*

Quem

meum profero. Dividitur autem à Sardinia XX. millium freto, cincta Liguſtici æquoris ſinu ad proſpectum Italiæ. Eſt autem multis promontoriis anguloſa, gignens lætiſſima pabula, & lapidem quem Catochitem Græci vocant. Utut eſt hujuſmodi tam accurata regionis deſcriptio, à Salluſtianæ hiſtoriæ ratione abhorrere non nimium videtur: quem & multum in hoc genere atque adeo curioſum fuiſſe, ſimilium locorum conlationes arguere poſſunt. *Dousa.*

1 *Ne illa tauro.*] Particulam, *ne*, pro, *nedum*, poſitam docent Grammatici. Sic Apulejus Apologia 1. *At ego Æmiliano, non huic Afro, ſed illi Africano & Numantino, & præterea Cenſorio vix crediderim, ne huic frutici credam, non modo odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe.* Urſin.

2 *Dædalum ex Sicilia profectum.*] Videtur ex hiſtoria legendum; *Dædalum in Siciliam profectum, cum Minois, &c.* Herodotus lib. VII. λέγε δὲ Μίνω τὸν ζητήσιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, &c. Unde in alio fragmento eſt: *Ariſtæus cum Dædalo in Sardiniam tranſivit.* Niſi forte dicamus Dædalum in Siciliam primo profectum, ex Siciliâ rurſus in Japygiam Apuliæ contermi-

nam veniſſe. Quam ſane à Japyge ejus filio dictam docent Græci ſcriptores, & confirmat Græcum vetus numiſma in Apulia apud Daunios ſignatum Arpis ſive Argyrippæ, in cujus altera parte alatum Japygis, ſive Icari, Dædali filii, ſimulacrum expreſſum eſt, in altera Diomedeæ aves duæ, ea plane qua Plinius & alii tradunt forma, Diomedis urnam ſepulcralem, ut idem ait Plinius, circumſtantes, qui Argyrippæ conditor dicitur. *Urſin. Dædalus.*] Hic inſignis fuit Mathematicus & ſtatuarius, artificum omnium ſuæ ætatis ingenioſiſſimus, primuſque omnium vela & antennas navi impoſuiſſe dicitur: unde forte fabula alarum Dædali: nam & Virgilius inquit:

Velorum pandimus alas.

Statius quoque immobilibus, abditis quibuſdam nervis effecit, ut huc atque illuc moverentur. Exul ob dejectum tecto per invidiam ſororis ſuæ Perdicis filium, in Cretam ad Minoëm ſe recepit, atque ibi Labyrinthum, ad Ægyptii formam conſtruxit, multiplici & intricata viarum perplexitate irremeabilem, in qua poſtea ipſe una cum Icaro filio fuit incluſus. Itaque inde navigio ad Cocalum Siciliæ regem ſe contulit. Plura Tzetzes, Pauſanias in Achaicis & Arcadicis, Diodorus, Suidas, alii. Lucianus in li-

Quem ex Mauritania rex Leptaſta proditionis inſimulatum cum cuſtodibus miſerat. *Priſcianus* lib. 1.

Quos advorſum multi ex [1] Bithynia volentes occurrere, [2] falſum filium arguituri. *Priſcianus* lib. x.

[3] Ut actione deſiſteret. *Meſſus.*

Veſpera. *Cariſius* lib. 11.

Argentum mutuum arceſſivit. *Priſcianus* lib. x.

Eam deditionem ſenatus, per nuncios Oreſtis cognitam, approbat. *Priſcianus.* lib. VI.

Niſi

in libro de Aſtrologia ſcribit Dædalum fuiſſe Mathematicum, & filium Icarum docuiſſe Aſtrologiam, ſed eum juvenili ardore & perſuaſu doctrinæ elatum à vero, & decidiſſe in mare rerum immenſæ profunditatis. Neque vero ſolum ſimulacra fecit, ſed præclarum opus, compactilem ſellam, quæ in Minervæ delubro apud Athenienſes dicata fuit. Plato in Menone commemorat quædam Dædali ἀγαλμάτα, quæ ſoluta aufugiunt, ſed vincta manent. Unde Socrates apud eundem in Euriphrone argumenta non conſiſtentia Dædaleis operibus videri ſimilia dicit.

* *Minos.*] Cretæ rex, qui Dædalum claſſe perſecutus ad Cocalum Siciliæ regem, ab Cocali filiabus calidis aquis per caput infuſis extinctus eſt. Multa de eo Plutarchus, Pauſanias in Achaicis, Diodorus Siculus, Herodotus, alii.

1 *Bithynia.*] Βιθύνια, Aſiæ Minoris regio. Pet*ei* in ſecunda, nummus antiquus Hadriani Imp. habet. ſic & alii quoque. Hæc olim Mygdonia Μυγδονία, & Bebrycia Βεβρυκία, dicta fuit, Marciano Capellæ. item Cronia, Maliande, Strymonis, & Theſſalis Plinio. Phrygiam Majorem vocatam, dicit Salluſtius apud Servium, ad 5. Æneid. Ejus incolas Halyzonas, (ἁλιζόνες, eſt in Græco) vocat Suidas & Herodotus. & idem dicit eos primum Strymonios (Στρυμόνιοι) dictos. Thynos, priuſquam ex Europa in Aſiam tranſmigraſſent, dictos, ex Heſychio, & Plinii l. 5. cap. 31. docetur. Bithyniæ ea pars, quæ ſpectat ad Pontum Euxinum à Boſpori initio, ad Heracleam urbem uſque, Aſiatica Thracia, teſte Xenophonte, nuncupatur. Eadem Thraceſium, ut Euſtathius ait. Metapontus videtur à Juſtino, lib. 16. nominari: ubi ſcribit Heracleam à Phocenſibus in Metaponto conditam. Pro *Metaponto* autem legit Bongarſius, *in Pontum.* Bithynia ſimul cum Ponto, hodie Burſia, ut Girava refert; & Becſangial, ut Caſtaldus tradit, vocatur. Oram omnem Thyni, interiora Bithyni renent, inquit Plinius. *Ortel.*

2 *Falſum filium arguituri.*] Mirum, ni hæc ad Nuſam Nicomedis filium referunda: quem Regi illi haud dubie natum, hoc eſt, haud vitio, aut illegitime conceptum fuiſſe, Epiſtola porro Mithridatis teſtabitur. quod tamen Bithynos iſtos, qui à Romanis in regnum illud mortuo Diomede, quaſi in vacuum venientibus ac poſſeſſionem occupantibus, gratiam ſeſe inire ſtudebant, redarguere conatos eſſe, fragmentum iſtud liquido ſignificare videtur. *Donza.*

3 *Ut actione deſiſteret.*] Sic alibi locutus eſt ipſe Salluſtius, & Terentius Phormione, cum dixit:

Herus his deſiſtat litibus.

Item Virgil. lib. IV.

Mene incepto deſiſtere victam?

Urſinus.

1 *Flu-*

Niſi qua [1] flumen Lurda [2] Tauro monte defluens. *Idem ibidem.*

Frugum, pabulique lætus ager. *Aruſianus Servius* lib. 1. *Æneidos.*

Neque

1 *Flumen Lurda.*] Priſcianus, *Flumen Clurda:* quomodo & in duobus aliis repererat Carrio. Mihi vox hæc penitus incognita. Dura quidem fluvius eſt apud Strabonem, ſi recte memini. *Coler.*

2 *Taurus.*] Ταῦρος, mons Aſiæ, totius orbis terrarum maximus, ſic dictus, ut Dionyſio Alexandrino placet, quod inſtar tauri elato capite incedit: vel, ut Euſtathius ejus Commentator putat, ob ejus magnitudinem: *nam* πάχος, inquit, *veteres omnia grandia atque robuſta vocavère.* Hic univerſam Aſiam ab Eoo Oceano, ubi Tamos promontorium à Pomponio ſtatuitur, (& Samara ab Oroſio vocatur) ad Ægæum uſque Pelagus: aut, ut nonnullis videtur, Pamphylium mare; in duas partes, in Septentrionalem ſcilicet & Meridionalem diſcriminat. Multa brachia, maxia tentanti ſimilis, ſubinde emittit, quin etiam confractus, quaſi maria quaque effugiens, plurimis ſe gentium nominibus hinc & illinc impertit. *Pro gentium ac linguarum varietate* (inquit Solinus) *plurifariam nominatur:* vel ut Plinius tradit, *numeroſis nominibus & novis, quacumque incedit, inſignis.* Apud ipſum hæc ejus nomina habentur: *Imaus, Emodus, Paropamiſus, Circius, Chambades, Pharphariades, aliter Pariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Caucaſus, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, Hyrcanus, Caſpius, Pariedrus, Moſchius, & Scythicus. Etiam ubi debiſcit, ſeque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem ſibi vindicans, alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ Pylæ vocantur.* Apud alios alia ſunt quoque nomina: Strabo Parachoatram, Maſium, Polyarrim, Zagrium, & Gordæum inter ejus nomina refert. Oroſius habet Ariobarſanem, Memarmalim, Parthaum, & Oſcobarem, (Oſcobagus habet Iſidorus.) Menalium etiam inter ejus brachia numerat Æthicus monſtroſorum vocabulorum auctor. Horum ejus nomina meminit in eo deſcribendo Ammianus, Aſcanimia, Comedus, Tapurius, Aria, Nazavitium, Aſmira, & Opurocarra. Dionyſio, Armenius. Videntur quoque apud Ptolemæum hujus Taurini capitis (ut ſic dicam) cornuum hæc peculiaria vocabula: Semanthinus, Sericus, Bepyrrus, Damaſſus, Parſuetus, Corax, Sariphus, Maſdoranus, Coranus, Jaſonius, Strongylus, Orontes, Chaboras, Udaceſpis, Paryadres, Abus, Maſicytus, Celænus, Phœnix, Hippicus, Sugdius, Amanus, & Antitaurus. Plinius hos montes dicit in univerſum Ceraunios Græcis vocari. Mela etiam ſub eodem vocabulo maximam ejus partem comprehendit. Idem horum nominat Amazonicos, Caſpios, & Coraxicos. Ceraunum Euſtathius circa Caucaſum & Caſpium mare locat. Q. Curtius videtur eum ſub duobus nominibus tantum deſignare, Tauro, & Caucaſo. In Sacris literis Ararath appellatur, Ar. Montano, & Becano teſtibus. Taurus proprie dicitur ejus pars quæ Pamphyliam & Ciliciam ab Armenia Minore & Cappadocia diſtinguit: ubi hodie Canibel, Bacras, & Giulich nomen habere videtur. Ramuſius Caramam quoque appellari putat. Cortheſtan etiam Joſepho Barbaro. Circa Euphratem, indigenarum lingua Munzzarum; & alicubi quoque in Aſia Minori, Maurum nuncupari ex Zonara, Cedreno, & Curopalate deprehenditur. Singula hujus nomina vide etiam ſuis locis. Hunc Taurum deſcribit Philoſtratus 2. ſub Caucaſi nomine. *Ortel.*

1 *Inte-*

Neque virgines nuptum à parentibus mittebantur, ſed ipſæ belli promptiſſumos delegebant. *Meſſus.*

Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationem. *Donatus Phorm.* act. I ſc. II.

Noctu, diuque ſtationes, & vigilias tentare. *Cariſ.* lib. II.

At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. Multique commeatus [1] interierant inſidiis latronum. *Priſcianus* lib. VII. *& Nonius.*

Namque primum [2] Jaſonem novo itinere maris [3] Æetæ hoſpi-

1 *Interierant.*] Aliter, *interfecti erant.* Cui loquendi generi & conſimile eſt Lucilianum illud: *Fragmenta interfici panis.* Item compluria apud Plautum. *Douza.*

2 *Jaſonem novo itinere.*] Ille qui primus longa navi maria tentavit, quanta nominis celebritate in omnium animis verſatur? quanto ambitu celebratur? ut vere Poëtis fabularum Oceanum recluſiſſe videatur:

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes:
Neve inde navis inchoandæ exordium
Cæpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum.

Longa enim nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus auctor eſt, ut ait Plin. l. 7. c. 56. Fuit hæc πεντηκόντορος prima, in eam cum Jaſone quatuor & quinquaginta Argonautæ ſunt ingreſſi. Hæc nempe erat illa delecta Heroum manus, θεῖος ἡρώων ἄνθος. In hanc unam flos totius Græciæ coivit, Hercules, Caſtor, Pollux Dis geniti, aliique reges & regum filii, Vates Mopſus & Idmon, naupegus Argus, celeuſtes ipſe Orpheus, navis magiſter & gubernator Tiphys. Denique navem ipſam fatidicam & humana voce locutam, in fabulis eſt. Habuit enim πρόπυλα ἐκ Δωδώνης δρυὸς, *carinam è Dodonide quercu.* Unde & Ciceroni *divinum Argonautarum vehiculum* dicitur. Itineris quoque ſtadiaſmi, & curſus ita accurate à Poëtis proditi ſunt, tanquam ſingulos ex ipſorum diariis expreſſiſſent. per quæ maria, quibus ventis cucurrerint, quæ littora prætervecti ſint, quos portus intrarint, quæ freta tranſierint, quæ promontoria & quorumdam fluviorum oſtia præternavigaverint, ad quas gentes & nationes acceſſerint, quemadmodum in ultimum Euxini Ponti angulum penetraverint, atque ita porro. Et iſta quidem hactenus τὰ περὶ τὸν Εὔξεινον Euxini Ponti nobis univerſim ob oculos ponunt, & heroum duros labores, quos in hac expeditione pertulerunt; quis autem finis adeo difficilis expeditionis fuerit, ex Plinio facile intelliges: Is enim lib. 33. c. 3. eas oras auri feraces eſſe tradidit. *Jam*, inquit, *regnavérat in Colchis Salauces & Eſibopes, qui Terram Virginem nactus, plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Suanorum gente, & alioquin velleribus aureis inclyto regno.* Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque paraſtatæ. Hinc adeo iſtis heroibus ſacra illa fames, & cupiditas, & ardor, & pericula, & lues, & diſſidia, & cædes, & moræ atque ambitus itinerum. Hoc nempe illud erat, ad cujus famam univerſa Græcia aures arrigeret; hæc illa præda, quam jam animo atque oculis deſtinaverat, quæque iſtos patriis ſedibus excitos ad terram inhoſpitam mitteret. Vide *Snellium* in præfatione ad Typhin Batavum.

3 *Æetæ.*] Æetes, uti ex fabulis notum

hoſpitis domum violaſſe. *Priſcianus* lib. 8.

[1] Tarteſſum Hiſpaniæ civitatem, quam nunc Tyrii [2] mutato nomine Gaddir habent. *Priſcianus* lib. v.

Neque

tum eſt, à filia Medea proditur Jaſoni, & aureo vellere & duobus filiis orbatus eſt.

1 *Tarteſſus.*] Fuit hæc in Hiſpania urbs opulentiſſima inter duo Bætis oſtia. Plinius autem & Arrianus Tarteſſi nomine pro Gadibus abutuntur. Sciendum itaque eſt, quod triplex fuerit Tarteſſus apud Veteres: una proprie dicta in inſula ad Bætis oſtia, qui & ipſe Tarteſſus de nomine Urbis dictus eſt: duæ ſic dictæ καλλιχρησικῶς, Carteia nimirum, quæ & ipſa Tarteſſus dicitur à Strabone, Mela, Plinio, Appiano, deinde & Gades ita appellatæ. Sicuti autem Tarteſſi nomen Gadibus tribui docuimus, ita contrario errore Tarteſſus à nonnullis Gaddir dicitur. Auctor hic Salluſtius, & Avienus in oris maritimis. De Tarteſſo urbe ita Stephanus: Ταρτησσὸς ἐστὶ πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ Ταρτησσοῦ Ἀργυρῶν ὄρους ῥέοντος, ὅστις πολλαχοῦ τῆς Ἀσσυρίας ἐν Ταρτησσῷ καταφέρεται. Id eſt, *Tarteſſus eſt Iberiæ urbs à fluvio dicta, qui fluit ex argenteo monte, & ſtannum, etiam Tarteſſum defert.* & in Marciano Heracleota:

Ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς ἐπιφανὴς πόλις,
Χρυσοῦ τε καὶ χαλκὸν φέρουσα πλείονα.

Id eſt:

Tarteſſus Urbs eſt celeberrimi nominis,
Unde auri & æris fertur ingens copia.

Et quid mirandum? Philoſophus tradit primos Phœnices magna argenti vi inde allata ad immenſas opes brevi evectos eſſe. Ita autem loquitur: τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας, λέγεται τοσοῦτον ἀργύριον ἀνενεγκεῖν φορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυλικὸν ῥῦπον εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν δυνατὰς μήτ' ἐπιδέξασθαι τὸν ἀργυρόν. Id eſt, *primos Phœnices ajunt, cum Tarteſſum navigaſſent, tantam argenti vim oleo aliiſque nauticis ſordibus permutaviſſe, ut nec capere naves, nec ferre poſſent.* Addit inde diſcedentes (ſit fides penes auctorem) ex argento conflaſſe anchoras, & reliquam ſupellectilem. Quibus ſimilia habet ex Poſidonio Diodorus. Sic Colæum Samium, qui primus Tarteſſum navigavit, quæſtum ex mercibus maximum feciſſe teſtatur Herodotus lib. IV. Succeſſere Phocæi, qui eodem auctore amicitiam contraxerant cum Tarteſſi rege Argantonio. Tarteſſus itaque à veris Gadibus multum differt, qui extremus noti orbis apud antiquos terminus erat, teſte Solino. *Bochartus.*

2 *Mutato nomine Gaddir.*] Feſt. Avienus:

Gaddir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Adtollitque caput geminis inſerta columnis:
Hic Cotinuſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſumque dehinc Tyrii dixere coloni:
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,
Pœnus quippe locum Gaddir vocat undique clauſum.

Dixerat etiam haud dubie Salluſtius hujus appellationis Punicæ cauſſam. ex quo itidem ſuo more ſumſit Iſidorus lib. 14. Sed & iſte Avieni locus huc merito tranſcribendus videtur:

— *Gaddir eſt opidum.*
Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gaddir vocabat. ipſa Tarteſſus prius
Cognominata multa opulens civitas
Ævo vetuſto: nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum agger eſt.
Nos hic locorum præter Herculaneam
Sollemnitatem vidimus miri nihil.
At vis id illis tanta vel tantum decus

Ætate

Neque ſubſidiis, [1] uti ſoluerat, compoſitis. *Priſcianus* lib. x.

Neque inermos ex prœlio viros quemquam agnoturum. *Idem ibidem.*

Ea continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior. *Aruſianus. Nonius in Gravis.*

Omnes qui circum ſunt, [2] præminent altitudine millium paſſuum duorum. *Aruſianus.*

* & Pœni ferunt adverſus A. N. C. M. *Donatus.*

Quia corpore, & lingua percitum, & inquietem, nomine hiſtrionis vix ſani, [3] Barbuleium appellabant. *Priſcianus* lib. VI.

Audaciter. *Idem* XV.

Ibi Fimbriana ſeditione, qui regi per obſequelam orationis, & maxume odium Sullæ, graves, carique erant. *Nonius.*

Mœnibus deturbat. *Nonius, deturbare.*

[4] E muris canes ſportis demittebant. *Idem.*

Ad hoc rumoribus, advorſa in pravitatem; ſecunda in caſum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem.*

At

Ætate priſca ſub fide rerum fuit,
Rex ut ſuperbus omniumque præpotens,
Quos gens habebat forte tum Mauruſia,
Octaviano principi acceptiſſimus,
Et litterarum ſemper in ſtudio Juba,
Interfluoque ſeparatus æquore
Inluſtriorem ſemet ubis iſtius
Duumviratu crederet.
Coler.

1 *Uti ſoluerat.*] Ex Priſciani libro x. *ſoluerat* autem eſt, ſolitus fuerat. *Carrio.*

2 *Præminent.*] Lipſio noſtro legi placet, *præminet*; ut de monte quopiam reliquis editiore loquatur. cui ego non hac in parte modo, ſed etiam in ceteris omnibus aſſentior lubens: ſed montis nomen quæro quod ſit. *Donza.*

3 *Barbuleium.*] Priſcianus ille toties à me laudatus l. VI. hoc affert. Vult Salluſtius, neſcio quem Romanorum ob corporis geſtum & linguæ procacitatem nomine hiſtrionis cujuſdam Barbulcii fuiſſe appellatum. An ille eſt, de quo ſupra etiam Salluſtius, Curio pater? Eſt profecto. Ita enim vero mihi auguratus videor ex Plinii l. 7. c. 12. quem tamen rectius puto ſcribere Barbuleium, quemadmodum & Solinus, & Valer. Maximus lib. 9. cap. 14. *At M. Meſſala Conſularis & Cenſorius Menogenis: Curioque omnibus honoribus abundans Barbulcii: ille propter oris adſpectum, hic propter parem corporis motum, uterque ſcenici nomen coactus eſt recipere.* Coler.

4 *E muris.*] Idem Nonius ſportas à ſparto, quaſi ſparteas, aut ab aſportando dictas eſſe vult. *Carrio.*

1 *At*

[1] At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus; magna gloria concurrentium, undique virile & muliebre ſecus, per vias ac tecta omnium viſebatur: cum quæſtor C. Urbinus, aliique, cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, exornatis ædibus per [2] aulæa & inſignia,

1 *At Metellus, &c.*] Totum hunc locum citat Macrobius Saturnal. lib. III. cap. XIII. pro eo, quod eſt in Macrobio: *Concurrentibus undique virili & muliebri ſexu.* poſui aliquando: *concurrentium undique virile & muliebre ſexus.* primum quod ita Nonio legeretur: deinde quod Charisius, & ille ipſe Nonius obſervent hic *ſexus* neutro genere. quod hic alioqui probari non poterit. quamquam & apud Cariſium & Probum legitur *ſecus*, pro, *ſexus*. Soſipatri libro I. Inſtit. Gramm. verba hæc ſunt: *Secus neut. generis nomen, unde & Salluſtius dixit, virile ſecus, hoc eſt, virilis ſexus, quod per omnes caſus integra forma declinatur. eſt & ſecus adverbium.* Probus Catholicis; *Secus*, inquit, *duas res ſignificat, adverbium ſeparandi, & ſexum.* Salluſtius: *Virile & muliebre ſecus.* Hactenus illi. fuit cum divinarem utrumque eſſe hallucinatum, & *ſexus* apud Salluſtium neutro genere eſſe retinendum. quod etiam in Plauto Priſcianus notavit. is enim libro V. *Plautus*, inquit, *hoc ſexus neutro genere protulit* in Rudente: *Virile ſexus nullum umquam habui.* Sed cum in Feſti veteribus libris, *ſecus eſſe*, non *ſexus*: in exemplis autem à Feſto citatis *ſexus*, non *ſecus*; monuerit Antonius Auguſtinus J. C. elegantiſſimus; ſcripturam, quam expreſſi, retinendam judico. neque virum doctiſſimum mihique familiarem audio, qui cum in veteri ſcriptura, *ſecus* eſſe fateretur, *ſexum* tamen neutro genere, apud Feſtum alioſque ſcriptores à Feſto adductos, reponi volebat. hoc enim eſſet arbitrarias deque opinione factas emendationes libris veteribus, & à quibus libri veteres longe vincuntur ætate, Grammaticorum, quos dixit, ætati præponere; quod nemo, credo, doctus temere fecerit. neque enim in librorum correctionibus Pythagoricum illud, αὐτὸς ἔφα, ſed ea quæ modo laudavi, vetuſtatis teſtimonia ſolidiſſimis rationibus adjuta, apud bonos harum rerum judices valere conſueverunt. Adde quod idem Charisius eodem lib. I. ita ſcribat: *Alia nominativum & ablativum habent; ut tabes, pluris, ſiremps; facit ab hac tabe, plure, ſirempſe.* Cinna autem in Smyrna, *hujus tabis* dixit, nullo auctore. alia unius tantum caſus ſunt, ut hoc ſecus, adfatim, adincitas, infitias, ſuppetias, pedum, ſponte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi. ita enim locus ille Chariſii, reliquis, quæ interpoſita ſunt, ejectis, de veteri libro reſtituendus eſt. *Idem.*

2 *Aulæa.*] Sunt ſtragula verſicoloria, ut ſcribit Servius, enarrans illud Virgilianum:

—— *Aulæis jam ſe Regina ſuperbis,*
Aurea compoſuit ſponda.

Sic autem ideo dicta ſunt, quod in aula Attali Regis Pergamenorum in Aſia primo inventa fuerint. Babylon quidem colores varios pictura prima veſtibus dedit: hinc Babylonica. Unde Petronius Arbiter de pavone ita loquitur: *plumato amictus aureo Babylonico.* At aurum intexere in Aſia Attalus rex invenit. Unde Propertius:

Porticus aulæis nobilis Attalicis. ——

Et Silius:

—— *Quæque Attalicis variata per artem*
Aulæis ſcribuntur acu. ——

Periſtromata quoque dicuntur picta & verſicoloria. Sunt & quæ peripetaſmata

ſignia, ſceniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul [1] croco ſparſa humus, & alia, in modum templi celeberrumi. Præterea cum ſedenti [2] tranſenna demiſſum [3] Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur. [4] Toga picta plerumque amiculo erat ei accum-

ad ornandum locum ſuſpenſa extenduntur. Intellexit de his Horatius in Satyris:

Interea ſuſpenſa graves aulæa ruinas,
In patinam fecere trahentia pulveris atri.

Grapald.

1 *Croco ſparſa humus.*] Crocum hic intelligit aqua dilutum, qui odoratiſſimus ex Cilicia mittebatur, unde Martialis feſtiviſſimus Poëta:

Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

Atque is ab Apuleio *odorus imber*, apud Senecam *odoratus imber* dicitur.

2 *Tranſenna.*] Tranſennam Servius Æneid. lib. v. extenſum funem interpretatur. Nonius vero, *non tranſitum, ut quidam*, inquit, *putant, ſed feneſtram.* Servii autem interpretatio & melior eſt, & cum hoc loco magis convenit. *Carrio.*

3 *Victoriæ ſimulachrum.*] Illam præpetem ſive alatam fingebant, quod ejus fama ſtatim ſe humo tollat, amplexaque gloriam longe lateque per ſummum volet æthera, perque immenſos terrarum tractus expatietur. Itaque alatum extitit ejus in Olympia ſimulachrum, ipſiuſque alias ſignum accipiter eſt, volucres reliquas agilitate remigii alarum ſuperans. Porphyrius: Ἐκ δὲ Μούσας ἐπλάσαντο καὶ ἐκ Σειρῆνας. καὶ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὴν Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, id eſt, *Muſas autem & Sirenas alatas fecere, eodemque modo & Victoriam, & Irin, & Amorem, & Mercurium.* Ovid. lib. 2. Triſtium:

Auſoniumque ducem ſolitis circumvolat alis,
Ponat ut in nitida laurea ſerta coma.

Addendum obiter hoc eſt, ſtatuam aureæ Victoriæ fuiſſe olim Romæ in Jovis Capitolini templo, ſicuti teſtatur P. Victor. Antiquiſſimum templum, præter ædiculas duas, in Aventino conditum fuit ab Arcadibus, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo. Ludos quoque quinquennales in ejus honorem, decennales, vicennales inſtitutos teſtantur veterum monumenta. *Funger.*

4 *Toga picta.*] *Toga picta*, toga palmata eſt. Plutarcho ἁλουργίς. Plinius de hac intelligit lib. 8. cum dicit Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. Iſidorus libro 19. *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hoſtibus palmas. Ipſa vocabatur & toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.* Olim tamen aliam fuiſſe pictam ſcribit Feſtus in ſchedis: *Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata eſt, eaque erat ſine pictura.* ejus rei argumentum eſt pictura in æde Vertumni & Conſi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Hoc ita eſſe ex Livio quoque patet, nam quam lib. 30. togam pictam, lib. 31. *purpuream* appellat. *Coler.*

Toga picta.] Toga picta, veſtis Etruſca fuit, purpurei coloris, auro diſtincta, à triumphantibus geri ſolita, quam ſubactis Thuſciæ populis Tarquinius Priſcus Romam tranſtulit: Macrobius, Plinius, id non Priſco, ſed Hoſtilio tribuunt. Picta vocabatur, quod in ea figuræ ita fingerentur, ut ea ſpecies ad picturæ ſimilitudinem accederet. Duos hiſtoriæ memorant quorum virtuti tributum ſit, ut picta toga, quanquam privati

accumbenti: epulæ quæſitiſſimæ, neque per omnem modo provinciam, ſed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera. quibus rebus, aliquantam partem gloriæ demſerat, maxume apud veteres & ſanctos viros, ſuperba illa, gravia, indigna Rom. imperio exiſtumantes. *Macrob. Saturnal.* lib. III. cap. 13. *Nonius. Soſipater* lib. I.

Ruuntque pars magna ſuiſmet, aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur. *Nonius.*

[1]Occurrere duci, & prœlium accendere, adeo uti Metello in [2]ſagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

[3]Avidiſque ita, promptiſque ducibus, uti Metellus [1]ictu

privati uterentur, Paulum Æmilium & Pompejum. Pingebatur acu ex invento Phrygum indice Plinio. Vide *Sigonium.* Aurum intexere in Aſia invenit Attalus rex, colores diverſos pictu ræ intexere Babylon maxime celebravit & nomen impoſuit: plurimis vero liciis texere, quæ polymitra appellant, Alexandria inſtituit, ſcutulis dividere Gallia, ut Plinius teſtatur. Primitus autem forma ſemicirculari fuiſſe Halicarnaſſæus auctor eſt.

1 *Occurrere, &c.*] *Sagum*, inquit Nonius, *veſtimentum militare eſt.* & hæc Salluſtii ex II. hiſtoria affert. pro *uti*, non recte, ibi eſt, *ut:* pro *Hirtuleio*, *Herculeio.* de quo nihil me quidquam memini legere. præterea in vet. cod. manifeſte eſt *Hirtuleio* quem Eutropius lib. VI. Epitome Liviana XC. & XCI. Oroſius lib V. *Sertorii ducem* nominant, voce nonnihil in omnibus corrupta. de eodem hoc Hirtuleio ita ſcribit Frontinus Stratagematum lib. II. cap. VII. *Q. Sertorius, cum acie decertaret, Barbarum, qui ei nuntiaverat, Hirtuleium periiſſe, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.* quanquam & alius Hirtuleius hujus ducis frater fuiſſe videtur, qui in bello Sertoriano quæſtor fuerit, ut Epitome Liviana nominat. ideoque Plinius & Oroſius Hirtuleios fratres à Q. Metello Pio in Hiſpania oppreſſos ſcribunt. *Carrio.*

2 *Sagum.*] *Sagum* Gallicam eſſe vocem Strabo aliique monuerunt, Plinius inſuper lib. 8. cap. 48. inventum eſſe Gallorum dixit, ſcutulis ſagos dividere. Scutulatum ergo ſagum à reticulato diſtinctum fuit, in ſpeciem cancellorum. Nam idem Plinius ſcutulas appellat plagas in retibus itemque caſſibus araneorum. Unde intelligi jam Virgilium liquet, qui 8. Æneidos de Gallis dixit, *Virgatis lucent ſagulis*, quamvis ibi virgatum ſagulum purpureum inſuper interpretatus eſt Servius. Trabeata ſaga, apud Trebellium in Gallieno, huc quoque fecerint. Porro militare hoc proprie indumentum fuiſſe ex Cæſare aliiſque colligere eſt, licet Tacitus quinto Hiſtoriarum improprie etiam vela navium ſagula nominavit: *Sagulis*, inquit, *verſicoloribus haud indecore pro velis navium juvabantur.* Pontan. Nos, ſi conjectare licet, hodieque *Saeien* dicimus. Dictionarium Vetus Belgicum expeditam in militia veſtem, atque ideo deconſam nominat.

3 *Avidiſque, &c.*] De pugna in Saguntinis campis à Sertorio commiſſa loquitur, in qua Memmius Pompeii Legatus contra conſerta manu acerrime

[1] ictu tragulæ ſauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Donatus* act. v. ſc. II. *Andr.*

Primo incidit forte per noctem in [2] renunculo piſcantis. *Nonius.*

Ad hoc pauca piraticæ adjungit [3] actuaria navigia. *Idem in, Piraticæ naviculæ.*

[4] Omnia ſacratá corpora in ratem impoſuiſſe. *Aruſianus.*

Suos equites hortatus vado tranſmittit. *Idem.*

Ictu eorum, qui in flumine [5] ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* act. III. ſc. II.

Circumventi dextra, unde ferrum erat, ſaxa, aut quid tale capiti affligebant. *Aruſianus.*

Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* act. I. ſc. IV.

Immane quantum animi exarſere. *Nonius.*

[6] At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere. *Servius F. Urſini.*

Mu-

pugnans occubuit. Metellus Imperator multa ſuorum ſtrage defenſus, ictu tragulæ à Sertorio ſauciatus deceſſit. Vide Plutarchum in ejus vita. Quo etiam pertinere judico Fragmentum illud lib. incerti: *Sed Metellus in volnere.* Douza.

1 *Ictu tragulæ.*] Uſus & hac voce Suidas: Τραγέλας, inquit, ὄπλον, ᾧ χρησάμενος ὁ Κότιλας, ὅτε βίαιον ἔφηκε πληγὴν, ὥστε τὸ βληθέντα, καὶ ἀφ' ὧν πλοῖα ἀφῆκεν, καὶ τὴν γῆν ἐφοπλῶσαι. *Urſin. Tragula.*] Genus teli ſimilitudine haſtæ, ita dictum, quod ſcuto infixum trahatur.

2 *Renunculo.*] Quam vocem Agellius lib. x. cap. XXI. pro navigio piſcatorio accipit. *Carrio. Renunculo.*] Non improbamus hanc ſcripturam, licet in notis ad Cæſarem dixerimus, *Lenunculum*, pro *renunculum*, reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus uſurpavit lib. XVII. cum ait: *Lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis.* Tacitus tamen *Lembunculum* dixit lib. XIV. *Nandeinde occurſu Lembunculorum, &c.* Urſin.

3 *Actuaria navigia.*] Velocia & facilia ad circumagendum, quæque huc atque illuc facile flecti, moverique poſſunt. Græcis κωπήρεις dicuntur.

4 *Omnia ſacrata corpora.*] Fallor ego? an de Chiis loquitur Criſpus? quos à Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exſutos armis, poſt MM. talentorum exactionem, cauſſante deeſſe aliquid juſto ponderi, mares ſeorſum à mulieribus & pueris in naves impoſitos, atque ita diſpulſos à patria in Euxinum porro deportari juſſos memorat Appianus. Sacrata corpora ergo, deſtinata morti, & quæ devota dîs manibus, interpretor. Neque abſimiliter Maro Sacratum caput Sinonis ſcripſit. *Douza.*

5 *Ruebant.*] Donatus Adelph. act. III. ſc. II. *Ruere*, inquit, *eſt toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt.*

6 *At illi quibus.*] Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc reduximus, ex au-

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Servius Fuldanus.*

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.
LIBER III.

EXaudirique ſonus [1] Bacchanaliorum. *Macrob.* lib. 1. cap. 4. *Saturnal. Nonius.*

Diverſa, uti ſolet rebus perditis, capeſſunt. Namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam

ex auctoritate Mſ. codicis Fulvii Urſini, in quo diſerte legitur, *Salluſtius l. II. Hiſtoriarum.* nam quod in vulgatis bello Jugurthæ tribuitur, ineptum eſt & vitioſum, quodque non niſi ab imperitis deſcriptoribus manavit, qui ſecundum hiſtoriarum librum bellum Jugurthinum interpretabantur, primum, bellum Catilinarium, Salluſtium nihil ultra ſcripſiſſe rati: eodem modo peccatum eſt in fragmento à Priſciano bello Jugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet, nos inter incerta retulimus. Sic quod hoc eodem libro delevimus: *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere:* in bello Jugurthino, totidem verbis perſcriptum extat. citaverat illud Arufianus ex ſecunda Salluſtii hiſtoria, innuens bellum Jugurthinum. Prima tamen hiſtoria à Chariſio pro primo hiſtoriarum libro adducitur, in *Aliter.* Hæc paulo aliter in codice Serviano Petri Danielis leguntur: *At illi quibus aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* Salluſtianè magis. *Putſchius.*

---

1 *Bacchanaliorum.*] A Baccho *Bacchanalia* dicta, quæ fiebant apud Romanos decimo quinto Calend. Aprilis, quod Ovidius etiam teſtatur lib. III. Faſt.

Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.

Originem horum ſacrorum in Italia Servius ad Julium Cæſarem refert, in ſuis commentariis ad Eclogæ 5. Virgil. hos verſus:

Daphnis & Armeniæ curru ſubjungere tigres
Inſtituit, Daphnis thyrſos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

Sed fallitur: nam & ante Cæſarem Bacchi ſacra fuerunt, ut indicat Livius lib. XXXIX. *Græcus quidam homo ignobilis, ſed ejuſmodi ſacrorum antiſtes, primo in Hetruriam attulit, ibique ritus eorum docuit. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit.* Eorum ritum turpiſſimum primo ſic deſcribit Livius eodem loco: *Initia*, inquit, *erant, quæ primo*

tam fugam ſparſi, alii globis eruptionem tentavere. *Priſcianus* lib. x. *Nonius.*

Unus

mo paucis tradita ſunt, dein vulgari cœpta per viros & mulieres, additæ voluptates religioni vini & epularum, quo plurimum animi illicerentur. Quum vinum animos, & nox, & miſti fœminis mares ætatis teneræ majoribus diſcrimen omne pudoris extinxiſſent, corruptelæ primum omnis generis cœptæ, quum ad id quiſque, quo naturâ pronioris libidinis eſſet, paratam voluptatem haberet: nec unum genus noxæ; ſtupra promiſcua ingenuorum, fœminarumque erant, falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque ex eadem officina exibant, venena identidem inteſtinæque cædes, ita ut ne corpora quidem interdum ad ſepulturam extarent, multa dolo, pleraque per vim audebant. Sed his mox longe atrociora ſubjicit ex Hiſpaniæ libertinæ indicio, quæ ancilla dominæ comes his ſacris aliquando interfuerat. Ea coram Sp. Poſthumio Albino conſule confeſſa eſt, primo ſacrarium id fœminarum fuiſſe, nec quenquam virum eò admitti ſolitum: tres in anno ſtatutos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur: ſacerdotes invicem matronas creari ſolitas fuiſſe. Paculam vero Miniam Eſoponam ſacerdotem, omnia tanquam Deorum monitu immutaſſe, nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe, & nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum fuiſſe ſacros. Ex quo inde promiſcua ſacra ſint, & permiſti viri fœminis & noctis licentia acceſſerit, nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii prætermiſſum: plura virorum inter ſe quam fœminarum eſſe ſtupra; ſi qui minus patientes dedecoris ſint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari: nihil nefas ducere: nec id multis cognitum, quum nulla vox [illegible] tantium aut queritantium præ [illegible] ympanorum cymbalorumque [illegible] exaudiri poſſit, & mortui ex [illegible] ctu [illegible] ns abdantur. Hanc ſummam inter eas religionem eſſe: viros velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demiſſaſque in aquam faces, quia vivum ſulphur cum calce inſit, integra flamma efferre. Raptos à diis homines dici, quos machinæ alligatos ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant: eos eſſe, qui aut conjurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum eſſe, in his nobiles quoſdam viros fœminaſque; Biennio proximo inſtitutum fuiſſe, ne quis major xx. annis initiaretur, captari ætates, & erroris & ſtupri patientes. Hæc omnia Livius, refert etiam Valer. Max. lib. 6. Quæ pleraque privatim in ſacrario circa initiationes eorum, qui his ſacris intereſſe cupiebant, facta arbitror: publice autem non minus horrenda ab iis perpetrata ſunt. *nam*, ut Varro ait, *tanta turpitudinis licentia Liberi patris ſacra in omnibus compitis peragebantur, ut in ejus honorem virilia colerentur pudenda, palam exultante nequitia.* Nam Liberi membrum per hunc diem Feſtum magna celebritate ploſtellis per agros prius, mox & in urbem vectabatur, quo toto tempore unuſquiſque ſpurciſſimis abutebatur verbis, donec per forum tranſveheretur membrum illud, cui, inſpectantibus omnibus, matremfamilias honeſtiſſimam neceſſe erat imponere coronam. Sic Deus ille propitiabatur. Atque hæc ſacra Romæ & per totam Italiam vetita, Sp. Poſthumio Albino, & Q. Martio Philippo Coſſ. Progreſſu vero temporis, turpes & ocioſas ſuperſtitiones, ut Tertullianus loquitur, reſtituerunt Romani, abrogatis tamen illis, quæ nimiam & profligatam haberent turpitudinem. Vide Ovidium lib. III. Faſtor. Hoc ipſo

Unus conſtitit [1] in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor. *Idem* lib. VI. *Probus Catholicis.*

Male jam aſſuetum ad [2] omnis vis controverſiarum. *Priſcianus* lib. VI.

Conjuratione claudit. *Idem* lib. X.

Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat; ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi ſtagnabant, redundantibus cloacis adverſo æſtu maris. *Nonius in Mador.*

Equis, & armis decoribus cultus. *Priſcianus* lib. VI.

Dedecores, inultique terga ab hoſtibus cædebantur. *Idem.*

Contra ille calvi ratus, quærebat num ſomnio theſaurus portenderetur. *Idem* lib. VIII. *Nonius in Calvitur.*

[3] Parte conſumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus fallerent. *Priſcianus* lib. X.

Epi-

ipſo præterea die, quo Bacchi ſolennia fiebant, & antecedente etiam cum proceſſione pergebant ad templum Caſtoris & Pollucis, quod conſecratum fuit apud aquam Juturnam, iis in locis, quæ appellata fuerunt Argea, ſicut Ovid. loco ſupra citato docet. *Hoſpinian.*

1 *In agro Lucano.*] Ager Lucanus Apuliæ conterminus fuit juxta Bradanum amnem. Lucanos hoſpitales & juſtos vocavit Heraclides de Rebuspublicis. A Samnitibus originem traxiſſe auctores ſunt Plin. lib. III. cap. v. & Strabo lib. v. eoſque Oenotriis ejectis eorum ſedem invaſiſſe tradit, atque eos cum Brutiis & generis ſui auctoribus Samnitibus ita bellorum cladibus attritos docet, ut eorum oppida diſtinguere difficile ſit. Terminos tamen Lucanis ſtatuit ad Tuſcum mare, ſimul cum aliis auctoribus, à Picentinis Silarum, à Brutiis Lacum amnem. Ad ipſum quoque Silari oſtium celebre Junonis Argivæ templum olim ab Jaſone conditum fuiſſe idem memorat. quanquam templum hoc Plin. lib. III. c. v. ad dextram ponit ripam, in Picentinorum agro. *Cluver.*

2 *Omnis vis controverſiarum.*] Excipitur, inquit Priſcianus lib. VI. *hæc vis, hujus vis*, cujus plurale ſimiliter *vis*, tam Lucretius quam Salluſtius protulerunt. Lucretius lib. II.

Sed quam multarum rerum vis poſſidet in ſe,
Atque poteſtatem. Idem.

3 *Parte conſumta.*] Quid, ſi quarta vox ſecundo loco tranſponatur, reſcribaturque potius hoc modo? *Parte cadaverum conſumta, reliqua ad, &c.* quamquam & volgatam lectionem ferri poſſe haud negaverim. Ceterum monendus lector, iis me exemplaribus aſſentiri potius, qui Fragmentum iſtud in quartum librum rejiciunt. Utut eſt, huic certe loco convenire non poteſt. Namque Epiſtola Pompeii, quæ ſtatim porro huic Fragmento ſubjungitur, tribus ante, quam hæc accidere, annis, ſcripta fuerit neceſſe eſt. Ego enim Hiſtoricum noſtrum de Calaguritanis obſeſſis loqui autumo; quorum invictæ in rebus

Epiſtola Cn. Pompeii ad Senatum.

[1] Si advorſus vos, patriamque, & Deos penates, totiens labores & pericula ſuſcepiſſem, quotiens à prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſumi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quæſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis, quam adhuc agitis P. C. quem contra ætatem projectum [2] ad bellum ſæviſſumum, cum exercitu optume merito, quantum eſt in vobis, fame, miſerruma omnium morte, confeciſtis. Hac in ſpe populus R. liberos ſuos ad bellum miſit? Hæc ſunt præmia pro vulneribus, & totiens ob rempubl. fuſo ſanguine? feſſus ſcribundo, mittundoque legatos, omnis opes & ſpes privatas meas conſumſi: cum interim à vobis per triennium vix annuus ſumtus datus eſt. Per Deos immortalis, utrum cenſetis [3] me vicem ærarii præſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? equidem fateor, me ad hoc bellum majore ſtudio, quam conſilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii à vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hoſtiſque in cervicibus jam Italiæ agentis ab [4] Alpibus in Hiſpaniam ſummovi. Per eas, iter aliud atque Hannibal,

perditis animi firmitudini hujuſmodi teſtimonium à Valerio Maximo tributum legimus: Calaguritani, quo perſeverantius interemti Sertorii cineribus obſidionem Cn. Pompeii fruſtrantes, fidem præſtarent, quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal, uxores ſuas, natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt, & cadaverum reliquias ſalierunt. *Dauza.*

1 *Si advorſus vos.*] Hæc epiſtola Cn. Pompeii ad ſenatum pro ſtipendio & commeatu habendo ſcripta, fiduciæ plena eſt: ut agnoſcamus ab eo ſcriptam, qui magnifico & incorrupto animo rem gerebat. *Bad.*

2 *Ad bellum ſæviſſimum.*] Quale erat contra Sertorium in Hiſpania.

3 *Me vicem ærarii præſtare.*] Id eſt, hic eſſe pro ærario, id eſt, ut mea pecunia poſſim exercitum ſuſtinere.

4 *Alpes.*] Montes longiſſimi tractus, qui Italiam à Germania & Gallia tanquam muro nativo ſeparant. Albia, & Alpionia olim dictos fuiſſe, ſcribit Strabo. Stephano etiam Ἄλπια, & Ἄλπιοι, dicuntur. Ὄλπια ſunt Phavorino. Hodie multis locis, in Germania, adhuc *Alben* vocantur. ut circa Saltburgum *Billacher Alben*, *Swanberger Alben*, &c. Iſidorus, item Jun. Philargyrus ad Virgilii Georgica ſcribit altos montes Gallorum Alpes vocari. Locutos ergo Gallos olim Germanica lingua, conjicere ex eo quis poterit, & ni fallor, vere: quod multis argumentis nuper docuit doctiſſime doctiſſimus noſter Goropius, & nos pluribus quoque poſſemus; ſi quam

bal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, [1] Pyrenæum, [2] Lacetaniam, Ilergetum: & primum impetum Sertorii victoris novis quidem militibus, & multo pauciori-bus sustinui: hiememque in castris inter sævissimos hostis, non per oppida, neque [3] ex ambitione mea, egi. Quid dein

si quam verum, tam gratum illi genti putaverimus. Immo omnes Celtas hac una eademque (quid mirum?) lingua usos; differente etsi, (quod commune omnibus linguis) dialecto. Celtæ autem ubi, & quam late olim habitaverint (ne eadem bis repetamus) legere licet ad nostram Europæ veteris tabulam. Salpii, Σάλπιοι, videntur à Lycophrone appellari, ut sentit ejus commentator Isaacius, Ἄλπις quoque singulari numero (ut & hoc addam) usus est Lucanus & Dionysius Alexandrinus. item Juvenalis, & Ovid. 3. amandi: *Nec quot in Alpe feræ.* Abax vocat Serapio, cap. de resina. Celticos montes eos vocat Procopius 1. Gothicor. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis in libellum Taciti de Germania: Sed in primis Josiam Simlerum, in libello quem de Alpibus inscripsit. Alpes Juliæ Tacito, in Foro Julio, regione Italiæ. Zeliæ Leandro, Julien Schudo hodie. Julias Alpes à Mela Taurum appellari putat Gaud. Merula. Eas quoque Carnicas, & Noricas, nominari scribit Simlerus, sed lege ipsius de Alpibus commentarium. Sed & Pyrenæus nomine Alpium sæpe venit, ut ex hoc loco apparet. *Ortel.* Vide P. Cluv. in descript. Ital.

1 *Pyrenæus.*] Πυρήνη, Ptolemæo & cæteris, mons qui Hispaniam à Gallis dividit. Stephanus Πυρλώνη legit, Silius Italicus lib. 3. Pyrene. Ab Æmilio Probo nuncupatur *Saltus Pyrenæus.* Alpes vocantur à Gellio ex Varrone. nominat enim horum accolas, Hispanos Alpinos. Bebrycios videtur eos appellare Silius 3. Etsi hodie varia, pro ratione locorum sortiatur nomina: Hispani tamen vulgo Los Pireneos vocant. Pyrenæi hi montes, quod monendum duxi, non tantum inter Galliam & Hispaniam sunt, sed & hinc ad Occidentalem usque Oceanum, testibus Pomponio 3. Dione 53. & Orosio 6. c. 21. Addo, ad Celticum promontorium usque, ubi hactenus Pyrenæos ab accolis vocari, testis mihi fide dignus & oculatus D. Georgius Austriacus Præpositus Harlebecensis, vir harum & similium rerum in peregrinando observator diligentissimus. Pyrenæus quoque mons Germaniæ, & pars Alpium: hujus meminit Appianus, & Plinius Cæcilius in Panegyrico, item Seneca de Consolatione ad Albinam, cap. 6. ubi non fero quorundam censuram, qui hic Poëninum substituunt. Pyrrhenes est in Prisciani Dionysio. apud ipsum Dionysium vero πυρρηνεῖον. Bassi quoque Epigramma huc adferendum, quod ita vertit Guil. Stuckius,

Saxa Pyrenæi & depressa vallibus Alpes,
Quæ Rheni fontes haud procul adspicitis.

Brennum vocat Phylargyrus: unde Mellam fluvium oriri addit. Brenner vel Prenner ab urendo nempe, hactenus à Germanis nominatur, quem in Comitatu Tirolensi aliquando superavimus, frigoreque urere in media æstate experti fuimus. *Ortel.*

2 *Lacetaniam, Ilergetum.*] In aliis est, *Laletaniam*, uti etiam in omnibus iis, quos modo jam nominavi, libris, *Indigetes* non *Ilergetum.* sunt autem Laletani & Indigetes Plinio l. III. c. III. noti. *Carrio.*

3 *Ex ambitione mea egi.*] Quod postremum quid sit, explicat nobis Gracchanum illud apud Agellium lib. xv. cap. XII. ex Oratione ejus ad pop. in

dein prœlia, aut expeditiones hibernas, oppida exciſa, aut recepta enumerem? quando res plus valent quam verba. Caſtra hoſtium apud [1] Sucronem capta, & prœlium apud flumen [2] Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe [3] Valentia, & exercitu deleti, ſatis clara vobis ſunt: pro quîs, ô grati patres, egeſtatem, & famem redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Namque ſtipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire poteſt. [4] Quod ego vos moneo, quæſoque, ut animadvortatis; neu cogatis [5] neceſſitatibus privatim mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vaſtavimus; præter maritumas civitates, quæ ultro nobis ſumtui, onerique: Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque aluit: & nunc [6] malis fructibus, ipſa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem conſumſi. Reliqui vos eſtis: qui niſi ſubvenitis, invito & prædicente me, exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hiſpaniæ in Italiam tranſgredietur.

Namque his, præter ſolita vitioſis magiſtratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus eſſet. *Nonius.*

Hi

concione habita poſt reditum ſuum ex Sardinia: *Verſatus ſum in provincia, quomodo ex uſu veſtro exiſtimabam eſſe, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar.* Douza.

1 *Sucronem.*] Sucro Plinio & Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius. Xucar Beutero, & C. Cluſio dicitur. Eſt etiam Sucro Livio & Straboni urbs, eodem tractu, quæ hodie Cullera à Chriſtophoro Stella nominatur. Sucronenſis ſinus eſt ibidem apud Pomponium. *Ortel.*

2 *Durium.*] Vide ſupra p. 409.

3 *Valentia.*] Vide ſupra p. 409. 410.

4 *Quod ego vos moneo.*] Eadem verba repetita habes, poſtea in Oratione Marci Trib. pl. *Quod ego vos moneo quæſoque, ut animadvortatis, neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, &c.* Item ſupra in Philippi: *Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis, neu patiamini, &c.* Quæ eo magis viſum eſt adſcribere, ut ex hujuſce & conſimilium exemplorum collatione perſpicere poſſit juventus, quam ſui ſimilis Salluſtius in hiſtoria ubique. *Douza.*

5 *Neceſſitatibus.*] Cariſius lib. 1. *Neceſſitas*, inquit, *imperii eſt; neceſſitudo, ſanguinis conjunctio.* Salluſtius tamen, *neceſſitudinem* ſæpe pro *neceſſitate*, ponit: nec unquam pro neceſſitudine, neceſſitatem, aut ipſe aut quiſpiam veterum. ita Cariſium emenda.

6 *Malis fructibus.*] Id eſt, infœcundis & imminutis: quia eo anno non erat magnus

Hi ſaltibus occupatis, [1] tum externorum agros invaſere: frumentique ex inopia gravi ſatias facta. *Idem*, *Satias pro ſatietas.*

Neque jam ſuſtineri poterat immenſum aucto mari, [2] & vento gliſcenti. *Idem.*

Ac tum maxume, uti ſolet extremis in rebus, ſibi quiſque cariſſumum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia ſequi. *Idem*, *Munia*, *officia.*

Et forte in navigando cohors una, grandi [3] faſelo vecta, à ceteris deerravit, marique placido à duobus prædonum [4] myoparonibus circumventa. *Idem in voce Faſelus, & Myoparo.*

Eum

magnus proventus frumenti in Gallia: & ita caritas annonæ. *Bad.*

1 *Tum externorum agros.*] Lipſius lib. 4. epiſt. 14. emendavit ingenioſe: *Hi ſaltibus occupatis Termeſtinorum agros invaſere.* Termeſtini populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, teſte Tac. lib. 4. Opidum Termes nuncupatur Plinio lib. 3. Florus Terme vocat. *Coler.*

2 *Et vento gliſcenti.*] Nonius, *gliſcit*, inquit, *eſt congelaſcit*, *colligitur*, *igneſcit*, *ereſcit.* in veteri eſt, *gliſcenti*, pro vulgato, *gliſcente.* recte, ad ipſum enim mare, non non ad ventum referendum. *Carrio.*

3 *Phaſelo.*] *Phaſelus* eſt navigium Campanum ut à Nonio ſcribitur, qui ſuper hoc Varronem, Salluſtium & Siſennam citat. Meminit & Cicero ad Atticum. Sunt qui à Phaſelide loco deduci opinantur. *Pictos Phaſelos* appellat Poëta eo verſu:

Et circum pictis vehitur ſua rura Phaſelis.

Legitur elegans Catulli Epigramma, quo Gemellis Caſtoribus *Phaſelum* dedicat. Alii *Phaſelum* navem oblongam eſſe ſcribunt, quali ſtagnante Nilo Ægyptii utuntur, ut Virgilius. Atque inde Horatius *fragilem ſolvere Phaſelum* dixit. Iſidorus vero in Etymologico inquit; *Phaſelus eſt navigium, quod corrupte baſellum dicimus, noſtro vero nunc tempore vaſellum appellamus.* Gyrald. Hodieque Hiſpani vetus vocabulum retinent, & dicunt *Vaſcello.* Straboni & Appiano navigii genus eſt, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi, quod tam velis quam remis agi poterat. Unde Catullus:

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe navium celerrimus,
Neque ullius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire, ſive palmulis
Opus foret volare, ſive linteo.

4 *Myoparonibus.*] Pyratarum navis eſt, quod Nonius M. Tullii, Salluſtii & Siſennæ auctoritatibus comprobat. A Tyrrhenis Myoparo inventus creditur. Sextus Pompejus inquit, Myoparonem eſſe genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Sunt quidem Parones, quos & Pirones vocat Ethicus Hiſter. His navibus, eodem auctore Hiſtro, utuntur Albani, Mæotæ, Mazetæ, Gangines. Hæ & alio nomine Tulchiæ vocantur. Porro Parones dictos Suidas innuit ab inſula Paro, cui & Ariſtophanis interpretes aſſentiuntur. *Gyrald.* Quid ſi Gallica vel potius Germanica vox ſit? nam & *Parones* ſive *Varones* à navigando dictos vetus Lexicon Belgicum atteſtatur. *Vaeren* enim navigare. *Thyſ.* Myoparo ex Myo & Parone componitur.

Eum, atque Metrophanem ſenatus magna induſtria perquirebat, cum per tot [1] ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis percunctatum miſerant. *Idem, & Cariſius* lib. 1.

Duos [2] quam maxumos utres levi tabulæ ſubjecit: qua ſuper omni corpore quietus, invicem tractu pedis quaſi gubernator exiſteret: ea inter molem, atque inſulam mari vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum pervenit. *Idem.*

Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe ferramentis navium, aut vulnerati à ſuis, aut [3] afflicti alveos undarum vi, multato fœde corpore, poſtremo tamen periere. *Idem, & Aruſianus Meſſus.*

Nam tertia tunc erat, & ſublima nebula cœlum obſcurabat. *Nonius.*

Illum nautis [4] forum. *Idem.*

Oratio

nitur. A forma autem *μυᾶνες*, hoc eſt, anguſta & oblonga: ut Myobarbum, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. *Scaliger.*

1 *Scapha.*] Scaphæ, teſte Nonio, naviculæ ſunt, quæ majores naves conſequuntur. Unde Jabolenus JC.: *ſi navem*, inquit, *cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi debebit ſcapha navis.* Cæſar in commentariis: *Quod cum animad virtiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Sane crebra eſt apud auctores *ſcapharum* mentio: nunc vulgo pro *ſcapha* noſtri nautæ *ſcyphum* appellant, ſic quidem & ab eruditis putatur. Sed certe & *ſcyphus* nomen eſt navigii. Id quod Aurel. Macrobius vir multæ eruditionis apertiſſime oſtendit Sat. v. Sunt & qui *ſcaphas* Liburnis aſſociari dicant, exploratoriaſque vocari, ut eſt apud Vegetium. Sunt & qui ab Illyricis inventas tradant. Sane venter navis *ſcapha* antiquis dicebatur, teſte Suida. *Gyrald.*

2 *Quam maxumos utres, &c.*] Hiſtoria eo haud dubie pertinet, quod Lucullus, tametſi Cyzicum terra marique tam arcte obſideretur, ut anguſtiſſimus etiam pelagi meatus, qui oppidum à continenti dirimebat, regiis navibus teneretur, parvo tamen navigio ex Daſcylitide ſtagno in mare tranſlato, Cyzicenis denocte auxilia ſubmiſerat: quorum ducem, Florus auctor eſt, utri incubantem per medias hoſtium ſtationes ad Cyzicum uſque nando ſe penetraſſe: atque hoc hujus Salluſtiani loci argumentum fuiſſe videtur. *Douza.*

3 *Afflicti alveos.*] Puto Præpoſitionem deſiderari, atque emendandum: *Afflicti ad alveos undarum vi.* quomodo & Plautus:

Affligam te ad terram colaphis.

Accipioque *alveum*, pro carina, hoc eſt, extima navis alvo, ne quis aquæ fundum, ſeu vadum interpretetur inſciens.

4 *Forum.*] *Forum* generis maſculini obſervat Nonius. ego vero de navium foris loqui eum non dubito. atque ita vana erit hæc Nonii, ut pleræque aliæ, obſervatio. in quibuſdam lib. 1. in aliis hæc aſſignantur tertio. *Carrio.*

1 *Si*

Oratio Macri Licinii tribuni plebis ad plebem.

[1] Si, Quirites, parum exiſtumarctis, quid inter jus à majoribus relictum vobis, & hoc à Sulla paratum ſervitium intereſſet, multis mihi diſſerendum fuiſſet, docendumque, quas ob injurias, & quotiens à patribus armata plebes ſeceſſiſſet; utique vindices paraviſſet omnis juris ſui trib. pleb. Nunc hortari modo reliquum eſt, & ire primum via, qua capeſſundam arbitror libertatem. Neque me præterit, quantas opes nobilitatis ſolus, impotens, inani ſpecie magiſtratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam ſoli innocentes. Sed præter ſpem bonam ex vobis, quæ metum vicit, ſtatui certaminis advorſa, pro libertate potiora eſſe forti viro, quam omnino non certaviſſe. Quamquam omnes alii creati pro jure veſtro vim cunctam, & imperia ſua gratia, aut ſpe, aut [2] præmiis in vos convortêre; meliuſque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere. Itaque omnes conceſsêre jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, provincias occupavere, & arcem habent ex ſpoliis veſtris: cum interim more pecorum vos multitudo ſingulis habendos, fruendoſque præbetis, exſuti omnibus, quæ majores reliquere: [3] niſi quia voſmet ipſi per ſuffragia, uti præſides olim, nunc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illuc omnes: & mox ſi veſtra receperitis, ad vos redibunt plerique. [4] Rarus enim animus eſt ad ea, quæ placent, defendenda. Ceteri validiorum ſunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis uno

1 *Si Quirites.*] Oratio Macri Tribuni pl. ad populum de Tribunicia poteſtate, quam Caſſio Varo & M. Lucullo Coſſ. habitam indicant illa verba: *Lucullus ſuperiore anno.* Vulgo inſcribitur M. Lepido turpi mendo. nam Lepidi cognomen habuit Armilia gens patricia, cui non patebat aditus ad Tribunatum: at Macri cognominati Licinii plebei, ut ex hiſtoriis notiſſimum eſt. *Auſon. Popma.*

2 *Præmiis.*] Inepte pleræque editiones, *prævis*; quod jam olim arbitrario jure conſtituimus; pro quo nunc omnes libri dicunt. *Carrio.*

3 *Niſi quia voſmet ipſi.*] Ciacconius è libris *vobiſmet ipſis.* Scribe: *vobiſmet ipſi.* Sic enim ut plurimum malebant. *Gronovius.*

4 *Rarus enim.*] Emenda ex tribus libris, *raris enim.* Idem.

uno animo pergentibus poſſit, quos languidos ſocordeſque pertimuere? niſi forte C. Cotta ex factione media conſul, alitèr quam metu jura quædam tribunis pleb. reſtituit, & quamquam [1] L. Sicinius primus de poteſtate trib. loqui auſus, muſſantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos injuriæ pertæſum eſt. Quod ego nequeo ſatis mirari, Quirites. Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis. Sulla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſervitium, finem mali credebatis. Ortus eſt longe ſævior [2] Catulus. Tumultus interceſſit Bruto, & Æmilio Mamerco Coſſ. dein C. Curio ad exitium uſque inſontis tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis [3] animis ierit in L. Quinctium, vidiſtis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto incaſſum agerentur, ſi, prius quam vos ſerviundi finem, illi dominationis facturi erant: præſertim cum his civilibus armis dicta alia, ſed certatum utrimque de dominatione in vobis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arſere. Permanſit una res modo, quæ utrimque quæſita eſt: & erepta in poſterum vis tribunicia, telum à majoribus libertati paratum. quod ego vos moneo, quæſoque, ut animadvertatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro ſervitio appelletis, quo jam ipſo frui, ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit, non eſt conditio: fuiſ-

1 *L. Sicinius.*] Varie hoc nomen eſt corruptum: alii, *L. Cinium*: alii, *Cincium*: alii, *Sincium* appellarunt. *Sicinium* præter vet. cod. Dionyſius, & Pædianus nominant. neque vero *Sicinii* in Rep. R. ignobiles fuere. vidi enim præter cetera numiſma, in cujus fronte hæ erant notæ: Q. SICINIVS III. VIR. in tergo hæc, C CORONIVS. P. R. S. D. quanquam Cinciam legem de donis & muneribus, neve quis ob cauſam orandam, pecuniam accipiat, JC. noverunt. ſed nihil ad rem. *Carrio. L. Sicinius.*] Sunt hæc ex eadem oratione, ad quæ faciunt illa Aſconii in Divinationem: *Primus*, inquit, *Sicinius Tribunus plebis, nec multo poſt L. Quinctius, & poſtremo Palicanus præfecerunt, ut Tribuniciam poteſtatem populo darent Conſules Cn. Pompejus Magnus, & M. Licinius Craſſus.* Urſin.

2 *Catulus.*] Qui collega Lepidi in conſulatu ipſum Italia expulit: quod acta Sillæ reſcindere tentaret. *Bad.*

3 *Animis ierit in L. Quinctium.*] L. Quinctium, probo; atque eumpſe illum intelligo, quem (uti refert Plutarchus) Acta Sullæ in concionibus aſſi-

due

fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: &, nisi viceritis, quoniam omnis injuria gravitate tutior est, artius habebunt. [1] Quid censes igitur? aliquis vestrum subjecerit. Primum omnium, omittendum morem hunc quem agitis, impigræ linguæ, animi ignavi, non [2] ultra concionis locum memores libertatis. Dein ne vos ad virilia illa vocem, [3] quo tribunis plebei mandando patricium magistratum,

due exagitantem, & turbare molientem civitatis otium, hinc privatim mulcendo, hinc publice monendo ab incœpto deduxit Lucullus. quod hic tangit Marcus. *Douza.*

1 *Quid censes igitur? aliquis vestrum subjecerit.*] Tres postremas dictiones, quasi à glossa, & Sallustiana brevitate indignas, loco movere ausi sunt quidam: in quo largiter sane mihi peccasse videntur: argumento est exemplum illud, quo in consimili fere argumento in Jugurtha Memmius, & ipse Trib. pleb. ad populum supra est usus: *Dicet aliquis, Quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere Remp.* Ita enim locum eum interpungendum transposita interrogatione hujus ipsius exempli auctoritate confirmo. *Idem.*

2 *Ultra concionis locum memores libertatis.*] Postrema hujus sententiæ clausula septuosa sane, & perplexabilis, quam partim Plautinis, partim Sallustianis verbis sic explicare posse videor aliquatenus: *Inertes opera, lingua factiosi, cujus acumine gladiorum etiam aciem præstinguitis domi, verbis tenus modo arma tractantes, neque ultra concionis locum, hoc est, neque longius, quam dum hanc Fori partem frequentes insistitis, dumque hæc Rostra, unde me concionantem audire potestis, in re præsenti intuemini, dictis nostris aures vestras calefacientibus, fortes ac memores libertatis paternæ: ceterum animos & verba ista magnidica statim dimissuri, simul atque hinc domum quisque suam diversi ac socordes abieritis.* Douza.

3 *Quo Trib. pleb. &c.*] Quasi dicat: Deinde, etiamsi vos non horter, ut illa virilia facinora majorum vestrorum imitemini, quibus per secessionem armati, & tribunos plebis ad conservationem juris & libertatis suæ, & patricium magistratum, hoc est, consulatum & censuram ad æqualitatem honoris sibi paraverunt: & ut postquam Patres omnia quæ populus in comitiis ageret, approbassent, & eorum auctores fierent: tamen ipsi posthæc libera haberent suffragia, & cuicunque vellent magistratum mandare possent. etsi ad hæc virilia, inquit, vos non hortor: tamen quamvis potestas in vobis sit, Jovem potius consultorem exspectatis, quam vobismet ipsis ipsi consulitis. Hic est verus sensus hujus loci: nunc per partes eum exponam: Tribunos plebis populum armatum per secessionem sibi parasse auctor est Livius lib. 2. *Agi deinde* (inquit) *de concordia cœptum, concessumque in conditiones, ut plebei sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio esset adversus consules, neve cui Patrum eum magistratum capere sibi liceret: ita tribuni plebei creati duo, &c.* Et iterum lib 3. Idem ait Pædianus in Corn. de patricio magistratu. idem Livius lib. 8. *Dictatura popularis, & orationibus in patres criminosus fuit: & quod tres leges fœcundissimas plebi, adversas nobilitati tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum sit, ut utrumque plebeium fieri liceret, censor crearetur.* De liberis suffragiis post auctores patres, & hoc loco, & alio lib. 1.

Decre-

tum, libera ab auctoribus patriciis suffragia majores vestri paravere: quamvis, Quirites, in vobis sit, uti, quæ jussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe possitis. Jovem aut alium quem Deum consultorem exspectatis? magna illa consulum imperia & patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum, atque adjutum properatis. Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem capiatis: neque discordias, ut illi criminantur, sed earum finem volens, jure gentium res repeto: &, si pertinaciter retinebunt, non arma, neque secessionem, tantummodo, ne amplius sanguinem vestrum præbeatis, censeo. Gerant, habeantque suo modo imperia; quærant triumphos: Mithridatem, [1]Sertorium & reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum & labos, quibus nulla pars fructus est; nisi forte [2] repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur. Qua tamen quinis modiis libertatem omnium æstumavere, qui profecto [3] non amplius

Decreverunt, ut cum populus legem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent. hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus vi ademtum; priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant. & Cicero pro Plancio id innuit: *Nam si ita esset, quod Patres apud majores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum.* Ciacc. Scribendum: *Ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia majores vestri paravere.* Vid. l. 1. Observ. c. 25. *Gron.*

1 *Sertorium.*] Qui proscriptus ingens bellum in ulteriore Hispania excitavit, & cum Cn. Pompejo dubia victoria pugnavit: Metellum autem & Perpernam cum duobus exercitibus prælio fudit: cujus victoriæ partem cupiens auferre Pompejus, parum prospere pugnavit. Obsessus deinde Calagurii assiduis irruptionibus, non leviora damna obsidentibus tulit. Mox Mithridates cum eo fœdere icto, bellum populo Romano intulit: sed tandem à M. Antonio & & M. Perperna & aliis conjuratis in convivio interfectus est. *Idem.*

2 *Repentina ista frumentaria lege.*] Apparet latam fuisse legem factione Patrum, ut quini modii tritici singulis mensibus viritim dividerentur. *Ciaccon.*

3 *Non amplius, &c.*] Positum videtur pro eo quod est, non amplius quam alimenta. Sic enim Tacitus, *amplius unciario fœnore* dixit, & Sallustius ipse supra *amplius una die aut nocte. Possunt*, vero, pro, *promittunt*, tum Plautus pluribus locis, tum Terentius usurpavit in Heautontimor. *Alimenta autem carcerum, & servorum quini modii* (ita enim habet vetus etiam codex meus) *erant, dabanturque singulis mensibus, & dicebatur dimensum.* Seneca epist. CCXT. *Servus est, qui quinque modios accipit.* & epist.

plius poſſunt alimentis carceris. [1] Namque ut illis exiguitate mors prohibetur; ſeneſcunt vires: ſic neque abſolvit cura familiari tam parva res: & [2] ignaviſſumi quique tenuiſſima ſpe fruſtrantur: quæ tamen quamvis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, cujus torpedinis erat decipi & veſtrarum rerum ultro injuria gratiam debere? Namque alio modo, neque valent in univerſos, neque conabuntur. [3] Cavendus tamen dolus eſt. Itaque ſimul comparant delenimenta, & differunt vos in adventum Cn. Pompeii; quem ipſum ubi pertimuere, ſublatum in cervices ſuas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, uti ſe ferunt, libertatis, tot viros ſine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum tantæ gloriæ adoleſcentem malle principem volentibus vobis eſſe, quam illis dominationis ſocium, auctoremque in primis fore tribuniciæ poteſtatis. Verum, Quirites, antea ſinguli cives in pluribus, non in uno cuncti præſidia habebatis: neque mortalium quiſquam dare, aut eripere, talia unus poterat. Itaque verborum ſatis dictum eſt. Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos neſcio quæ torpedo, quia neque gloria movemini, neque

epiſt. XVIII. *Liberaliora ſunt alimenta carceris. ſepoſitos ad capitale ſupplicium non tam anguſte, qui occiſurus eſt, paſcit, &c.* Salluſtius in oratione Lepidi: *Populus Romanus paullo ante gentium moderator, &c. neque ſervilia quidem alimenta reliqua habet, &c.* quibus verbis quinos hos modios intellexit. *Urſin.*

1 *Namque uti illis, &c.*] Ut dicat: quemadmodum quæ in carcere dantur alimenta, quod exigua ſunt, prohibent quidem mortem, ſed ſenium accelerant. Simili quadam ſententia uſus eſt Tacitus lib. XVI. cum dixit: *Vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, niſi quæ mortem arcerent, &c.* & Hieronymus in Commentariis ad cap. IV. Ezechielis, Demoſthenem edit auctorem ſententiæ, cum ait: *Decem panis unciæ diurnæ, & aquæ tertiæ ſextarii pars, anima magis trahitur, quam ſuſtentatur.* Demoſthenis autem verba ex Olynth. III. ſunt hæc: ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι καὶ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε, καὶ γὰρ ὅτε ἰσχυὰ σκεῦνα σκεπάσειν, ὅτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ. *Idem.*

2 *Ignaviſſimi quique.*] Correximus *ignavi cujuſque tenuiſſimas ſpes fruſtratur:* & poſtea, *Qua quamvis ampla*, ut illud *quâ* reſpiciat τὸ *decipi:* deinde, *& veſtra munerantibus pro injuria gratiam debere.* 3 Obſ. 2. *Gronovius.*

3 *Cavendus tamen dolus eſt.*] Lege: *tantum.* Gronovius.

que flagitio; cunctaque præsenti ignavia mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, & huc ire licet atque illuc, [1] munere ditium dominorum. Atque hæc eadem non sunt agrestibus; sed cæduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur, & vincitur à paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victa est: & in dies magis erit: si quidem majore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Postquam egressus angustias. *Messus.*

Ad [2] Cyzicum perrexit firmatus animi. *Ex eodem.*

Ut

1 *Munere ditium dominorum.*] Quam ad rem potissimum clausulam istam attinere dicerem, sæpe mecum & cum animo meo agitavi jam antea; neque tamen umquam ad certam aliquam conjecturam quivi evadere. nunc vero ad eam sententiam accedit animus, ut *munera*, non autem *munere*, consentientibus manuscriptis, emendari placeret, quod quidem per appositionem additum, atque hoc pacto interpunctum: *Et huc, & illuc ire licet, munera ditium dominorum*; ad Munera theatralia, & gladiatorum familias referundum arbitror, quibus Marcus iste pop. Rom. addici contendit; eos Munera ditium dominorum (quod genus Munerarii, hoc est, Munerum exhibitores cluebant) contumelioſe satis pro rei indignitate appellans; eoque ignaviæ processum dicens, ut cives ingenui, & (quæ ratio maxima est) Romani, non servitio, sed imperio nati, præclare secum agi existument; si tergis abstineatur, hoc est, si non scapulas suas ad quotidianam virgidemiam præbentes, alienæ superbiæ ludibrio, ac flagitribæ sint, neque (sic tamquam legitimi gladiatores in dominorum leges auctorati, Uri, vinciri, verberari) animis corporibusque addictis Lanistæ alicui Thraci in custodiam porro, atque in disciplinam tradantur, Ludo gladiatorio inclusi, unde pedem efferre, donec dominus jusserit, fas impune non sit: aut in immundissimam saginam detrusi arenæ denique reserventur, ferro & feris in tempore objectandi: sed libere & sine custodia habiti, huc illuc ipsis ire liceat, quo animo lubet, hoc solo discrimine ejusmodi nugas hominum venalium vincentes. Munera ergo, Munerales quasi factos interpretor, pudendo probro, & quo in animos ad servitutem (quam idem tota hac Oratione Quiritibus objectat) paratos addictosque, nihil aliud dici possit asperius, aut amarulentius. *Douza. Munere.*] Id est, beneficio ditium dominorum, qui pecuniam largiendo, eos à laboribus pro tempore liberabant. *Thys.*

2 *Cyzicum.*] *Cyzicum* insula in Propontide, quæ duobus pontibus continenti adhæret, estque in ea urbs clarissima, de qua Florus: *Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ litora illustrat. Hanc ille quasi alteram Romam toto invaserat bello, &c.* Lege Strabonem libro XII. Valerius Flaccus lib. 2. Argon.

Nec procul ad tenuis surgit confinia Ponti
Urbs placitis demissa jugis, rex divitis agri,
Cyzicus. ——

Ovid. lib. 1. Trist.

Hinc q; Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Ad Cyzicum.] An loquitur de Lucullo, qui egregiâ victoriâ Cyzicum liberârat? *Coler.*

1 *Ut*

Digitized by Google

[1] Ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, feſſi, arma ſua quiſque ſtantes incumberent. *Idem, & Servius.*

Ac ſtatim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad ſtuprum virgines, matronaſque. *Nonius.*

[2] Quibus à Sertorio triplices inſidiæ per idoneos ſaltus poſitæ erant: prima, quæ fonte venientes exciperet. *Servius.*

[3] Ingens ipſe virium, atque animi. *Aruſianus.*

Locum nullum, niſi in quo armati inſtitiſſent. *Idem.*

At Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, timide veſte tectum [4] pugionem expedire conatus, à Cotta, Vulſcioque impeditur. *Nonius.*

[5] Caſtriſque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. *Idem.*

Sed Pompejus à prima adoleſcentia, ſermone fautorum, ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, facta, conſultaque ejus quidem æmulus erat. *Nonius.*

Dubius conſilii. *Aruſianus.*

Poſt

1 *Ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, feſſi, &c.*] *Feſſi*, à Salluſtianis cenſoribus additum; idque (uti ipſis perſuaſum eſt) ex Servio obſervantes: *Suſtinere corpora plerique nequeuntes*, pro *feſſi*, poſitum hoc loco: quippe Salluſtiani contextus quaſi interpretamentum: quod ſi recte iidem illi (uti par erat) attendiſſent, nunquam profecto gloſſemate Serviano Salluſtianam hiſtoriam miſcendo commaculaſſent, cum vox *feſſi* in Frontone idem hoc exemplum producente nuſquam gentium compareat. Idem error in *ſtantes* qui ex eodem Frontone corrigendus hoc modo; *Arma ſua quiſque inſtans incumberet.* Douza. *Ut ſuſtinere, &c.*] Aruſianus: *incumbit illam rem.* Servius lib. VII.

Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes.

Romani moris eſt & bellicæ neceſſitatis, ut Salluſtius commemorat, feſſi arma ſua quiſque incumberent. Sic enim ibi legendum, & apud Aruſianum vox *feſſi* inſerenda. totus denique locus ex hoc conſtituendus. *Carrio.*

2 *Quibus à Sertorio.*] Huc reſpexiſſe Chariſius videtur, cum ſcribit lib. I. Inſtitutionum Grammaticarum: *Inimicitiæ & inſidiæ pluraliter dici debent, ſed Salluſtius de inſidia prima inquit, & Accius inimicitiam dicit.* Putſch.

3 *Ingens ipſe virium.*] Loquitur de Sertorio. Vide Valerium lib. 7. *Coler.*

4 *Pugionem.*] Parvus gladius, quo facile quis trajici poterat. Frontin. l. II. Stratag. *Q. Sertorius*, inquit, *cum acie decertarent, Barbarum, qui ei nunciaverat, Herculeium periiſſe, pugione trajecit.* Pugiones, qui à zonis balteiſve militaribus dependentes portantur, parazonia dicuntur. *Grapald.*

5 *Caſtriſque collatis.*] *Caſtra caſtris conferre* dixit etiam Cæſar lib. VII. ut ad eum locum notavimus. Item Ennius

Poſt reditum eorum, quibus ſenatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem.*

Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire milites occœpere, non [1] aptis armis, uti in principio, & [2] laxiore agmine. *Nonius.*

[3] Atque eum Curio laudatum, accenſumque præmiorum ſpe, quibus cum optaviſſet, ire jubet. *Idem.*

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo ſanguine ſuorum defenſus, poſtquam ex ſarcinis [4] paludamenta adſtari, & delectæ cohortes intelligi cœpere. *Idem.*

Si nihil ante adventum ſuum inter plebem & patres conveniſſet, coram ſe daturum operam. *Priſcianus* lib. XIV.

[5] Fine inguinum ingrediuntur mare. *Aruſianus.*

M. An-

Hectoris lytris: *Caſtriſque caſtra ultro jam conferre parat.* Sic enim legendum apud Nonium in *Occupatus.* Urſin.

1 *Aptis armis.*] Pro connexis & colligatis accipio cum Nonio; vel quod potius placet, aptatis, expeditis, atque ita compoſitis, ut ubi uſus veniat, ad manum, atque in promtu eſſe poſſint: interpretatione à Catullo petita, cujus eſt ille verſus notiſſimus: *Aptis ſarcinulis, & expeditis.* Douza.

2 *Laxiore agmine.*] Hoc præter morem diſciplinæ militaris, Romanæ præſertim: & melior tutiorque ordo ille, quem Metellus in agmine, ad Vaccenſes viam affectans, bello Jugurthino milites ſuos ſervare jubet, ubi legitur: *Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quam artiſſime ire, & ſigna occultare jubet.* Idem.

3 *Atque eum, &c.*] V. C. habet, *Cupio*, ut fortaſſe, *Scipio* legendum ſit, vel, *Cæpio.* Videndus Livius lib. XXVII. de Maſſiva à Scipione dimiſſo. *Urſin.* *Atque eum, &c.*] Ciacconius, qui multa Salluſtio loca feliciter reſtituit, infelici ſane conatu emendat: *Atque eum Scipio*; & refert ad laudationem illam Scipionis apud Livium Maſaniſſæ. quo quid ad hunc locum excogitari poſſit abſurdius, non video. Ego vulgatam lectionem probo, Curio is ille ipſe eſt, qui Dardanos vicit, multis magniſque honoribus cumulatus: ejus meminit Epitome Livii. *Coler.*

4 *Paludamenta.*] Hæc appellatio propria eſt Imperatoriæ veſtis: quamquam & tribuitur aliquando aliis etiam militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis eſſent utrinque anguſta, imis latioribus. Color ejus eximius & quidem è cocco. Erat etiam album quo interdum uſi, ſed rarius, crebrius cocceo. Imperatores inter vota & immolationes exibant, & tunc veſtem hanc capiebant; quæ profectio etiam celebris eſſe ſolebat frequentia deducentium proſequentiumque. *Lipſ. Paludamenta.*] Paludamentum, teſte Nonio, eſt veſtis, nunc chlamys. *Carrio.*

5 *Fine inguinum.*] Quod mihi, ab aliis (ut videtur) haud ſatis intellectum, *inguinum tenus*, interpretari placet. *Douza.*

1 M. An-

[1] M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque curis, nisi instantibus. *Idem.*

Muros succesſerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, [2] & axe vinctæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum [3] ericii militaris [4] veruta binum pedum. *Nonius. Servius.*

Octavium mitem, & captum pedibus. *Aruſianus.*

[5] Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſuper eum

1 *M. Antonius.*] Idem Aruſianus: *Genitus illi rei facundiæ.* Hic autem eſt ille Antonius diſſolutiſſimus, qui gratia Cottæ Conſulis & Cethegi, curationem nactus totius oræ maritimæ, Siciliam & provincias omnes depopulatus eſt; & ad poſtremum inferens Cretæ bellum, morbo periit. Aſconius Pædianus IV. Verr. Cicer. *Carrio.*

2 *Et axe vinctæ trabes.*] Turnebus legit, *Et axe vincti orbes.*

3 *Ericii.*] Servius lib. IX. Æneid. *In armorum*, inquit, *generibus milites ſumunt ab animalibus nomina.* Salluſtius: *in modum hirci militaris.* Ericium autem bellicam eſſe machinam, præter cæteros, ſatis oſtendit Cæſar l. III. de bello civili. *Carrio.*

4 *Veruta.*] Inter jacula ferrata etiam *verutum*, cui nomen & formatio ab ipſo veru, quod refert, itaque alii *veruinam* dixerunt. Non nemo etiam *veru.* Eſt ſpiculum tenue & longum, aptum forare. Σαύνιον Græci *verutum* dicunt. Etſi Samnites primo & proprie uſi, tamen & alii Itali. Livius levi armaturæ tribuit, ſed veteri. Haſtæ velitares haud longe iverunt ab iſtis, ſi non eadem. *Lipſ.*

5 *Igitur diſcubuêre.*] Hoc fragmentum, cum olim mendoſiſſimum circumferretur, nos ex vv. cc. & auctoritate vetuſtorum numiſmatum, in priſtinum nitorem, quantum fieri potuit, reſtituimus. L. autem hic Fabius Hiſpanienſis, & item L. Tarquitius, Sertorianarum, ut apparet, partium, habentur in argenteis denariis, quos protulimus in libro de familiis Romanorum. *Urſin. Igitur diſcubuêre, &c.*] Apud Romanos locus dignior habitus ultimus medii lecti. Dominus vero, tertii lecti primum locum premebat. Sic fiebat, ut dominus in primo loco accubans tertii lecti, & honeſtiſſimus convivarum in ultimo ſecundi lecti loco poſitus, ſeſe contingerent, in fine utique ſui lectuli locatus, hic in ſummo tertii, ille in imo medii. Et hanc rationem inter alias reddit Plutarchus, cur medii lecti locus ultimus tribueretur convivarum digniſſimo, quia proximus eſſet convivii domino, qui in primo tertii diſcumbebat; verba Salluſtii hoc manifeſte indicant, quæ ita interpungenda ſunt. *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſupra L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis. Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii Verſius. Alter ſcriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & dominum Perpernam.* hic habes lectos, medium, ſummum, & imum. Perperna dominus convivii, & Imperator erat. Sertorius dignitate ſuper cæteros & Imperator. Non medius illi locus aſſignatur ut Imperatori, quemadmodum hariolantur, ſed infimus in medio lecto, qui Conſularis atque Imperatorius, atque honoratiſſimo debitus. In medio lecto duo tantum diſcubuere, Sertorius inferior, qui ſupra ſe habebat L. Fabium Hiſpanienſem. Quod ſi tres fuiſſent, Sertorius utique infimus diſcubuiſſet, infra eum etiam, qui medium locum detineret. Quia duo tantum fuere tum in illo

eum L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis, in ſummo

lecto, inferior fuit, qui locus συμποσιαρχικός. Poſt medium lectum, in quo accumbebat convivarum qui præcipua erat dignitate, ſequebatur ſummus lectus. De eo accipiendus Salluſtius, in verbis ſupra citatis: *Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii.* Sic duo tantum in illo convivio hunc ſummum lectum obtinuere, Antonius & ſcriba Sertorii Verſius, hic inferior in dextra nempe lecti parte, ille ſuperior in ſiniſtra. Sequitur tertius lectus & unus: alter ſcriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & Dominum Perpernam. Locus non eſt mancus, ut opinatur Ciacconius, qui dicit non plane referri, qui inter Tarquitium & Perpernam dominum convivii accubuerit. Immo nihil pote planius. Alter ſcriba Sertorii Mæcenas in imo lecto accubuiſſe dicitur, medius inter Tarquitium & Perpernam. Imus lectus Domini proprius, & in eo primus ſive ſummus locus. Hic eſt, quem in eo convivio obtinuit Perperna. Inter eum & Tarquitium medius accubuit Mæcenas. In illo tertio & imo lecto plerunque infra dominum accumbebat uxor & liberi. Si uxor una non cænaret, umbris is locus deſtinabatur, & vilioribus perſonis: unde Juven.

Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto,
Una ſimus ait.

Ex his poſſumus diſtincte colligere, quid ſit infra & ſupra diſcumbere, quid in imo & ſummo. Quæ docti viri diſtinguere neſciunt. In imo diſcumbere, & in medio, & in ſummo dicebatur, qui in ſummo lecto & medio, & imo diſcumbebat. At ſupra & infra, qui ſummus aut imus accumberet, hoc eſt, in primo vel ultimo loco lecti. Miror vero, unde Servius exſculpere potuerit ex his Salluſtii verbis, medium locum apud veteres domino convivii proximum ac deſtinatum fuiſſe. Nihil enim minus quam hoc illa tinniunt. Aliud fuit, quum Stibadio accumbebant, hoc eſt, toro continuo ac ſemi rotundo, quod in ſigmatis literæ figuram factum erat, unde & nomen. In his Stibadiis, quum una ſerie continenter diſcumberent, veriſimile non eſt eandem rationem obſervatam circa loci dignitatem atque honorem, ut in tribus lectis ſeorſim ſtratis ac ſeparatis. In ſtibadio itaque is primum locum tenere cenſebatur, qui omnium ſummus erat, & qui ſupra omnes accumbebat, ut contra ultimus, qui infra cæteros. Is in dextro cornu ſtibadii locum habebat. Qui locus reſpondet ultimo loco tertii lecti. Contra ea convivarum digniſſimus in ſiniſtro ſtibadii diſcumbebat, & ſupra omnes erat. Sacerdotes hunc ordinem accumbendi in cœnis aditialibus tenebant, ſive in lectis diſcumberent diviſis, ſive in ſtibadio vel ſigmate. Feſtus: *Itaque in convivis ſolus Rex ſupra omnes accumbit, ſed Dialis ſupra Martialem & Quirinalem: Martialis ſupra proximum, omnes denique ſupra Pontificem. Pontifex quinto loco accumbebat infra omnes: Rex ſacrorum primo ſupra omnes, quia potentiſſimus ac digniſſimus habebatur.* Hujus ergo locus in ſummi lecti prima parte ad ſiniſtram, vel in ſiniſtro cornu ſtibadii. Sunt qui velint maximum honorem loci fuiſſe in cornu dextro. Ergo & proximus eum locum accumbens digniſſimus. Hoc enim ſequitur. At contra fuit. Quippe proximus ad cornu ſiniſtrum ſecundus à primo habitus, non proximus decumbenti in cornu dextro. Quare ſi proximus accumbenti in cornu ſiniſtro dignior eſt illo, qui proxime tangit accumbentem in cornu dextro, utique & qui in ſiniſtro cornu locum habet, dignior eo cenſendus, qui dextrum premit cornu. Conſequentia hæc neceſſaria. Apud Sidonium Imperator dextro cornu collocatur, quia invitaverat, atque dominus erat convivii. Ita autem Reges & Principes facere ſolebant, ut invitatis locum honoratiorem præberent, ſecus atque hodie. *Salmaſ.*

1 *L. Fabius Hiſpanienſis.*] Lucii Hiſpanienſis

mo Antonius, & infra, ſcriba Sertorii Verſius: & alter ſcriba Mæcenas in imo; medius inter Tarquitium, & dominum Perpernam. *Nonius. Servius.*

Quarum [1] unam epiſtolam forte cum ſervo nacti prædatores Valeriani [2] ſcorpione in caſtra miſere. *Nonius.*

nienſis in veteribus libris nulla, quod ſciam, mentio: in numiſmatibus plurima. Extat apud C. V. Latinis & Græcis literis juxta ac doctiſſimum Lævinum Torrentium, apud quem hujuſmodi cimeliorum infinita copia eſt. exſtat & apud Abrahamum Ortelium Geographum exactiſſimum, numiſma argenteum cum hac inſcriptione: L. FAB. HISP. cujus utramque partem, hiſtoriæ illuſtrandæ, appoſuimus. & alioqui L. Fabium Hiſpanienſem, in conjuratis fuiſſe conſtat. *Carrio.*

1 *Unam epiſtolam.*] Una hæc fuit ex Epiſtolis nobilium, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant. Eas epiſtolas Pompejus variis modis inquiſivit & concremavit. *Coler.*

2 *Scorpione.*] Scorpiones Balliſtis vicini, ſed tamen diverſi ab his & Catapultis. Deſcribit Tertullianus: *Scorpio ſpiculum & fiſtula eſt, patula tenuitate in vulnus: & virus, qua figit, effundit.* Vegetius *Manuballiſtas* ait vocari *Scorpiones.* Vir unus dirigebat, & utebatur, ideo non magni fuerunt. Ut illi ergo parvi, ſic proportione & foramina illa, ac cavi. *Lipſius. Scorpione.*] Scorpionem aliud machinamentum eſſe ab Onagro, teſtatur Vitruvius lib. decimo de Architectura, cap. 1. Ubi de tractoriis machinis agens: *Sunt*, inquit, *ex his alia, quæ mechanicῶs, alia quæ organicῶs moventur. Inter machinas & organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere, uti baliſtæ, torcularium que prela: Organa autem unius opere prudenti tactu perficiunt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpionis, ſeu anſocyclorum verſationes.* Atqui Iſidorus ſcorpionem non pro tormento, ſed telo accipit, libro decimo octavo, cap. de ſagittis: *Scorpio*, inquit, *eſt ſagitta venenata arcu vel tormentis excuſſa, quæ dum ad hominem venerit, virus, qua figit, infundit, unde & Scorpio nomen accepit.* Ea dum ſcripſit Iſidorus, viſus reſpexiſſe ad illud Tertulliani Scorpiaco: *Bellicam* (inquit) *machinam & retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant, id ſpiculum & fiſtula eſt, paulla tenuitate in vulnus & virus, qua figit, effundit.* Superiorem Iſidori definitionem nemo admirabitur, qui ſciet ſcorpionem modo pro ſpiculo ſumi. Itidem & catapultam interim tormentum, interim telum, quod ea machina emittitur, deſignare teſtis mihi Turnebus libro 15. Adverſar. cap. 1. *Stewechius.*

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER IV.

1 AT Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum ſtolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigunda, promulgavit. *Agellius* lib. XVIII. cap. IV.

Omnes, quibus ætas ſenecto corpore, animus militaris erat. *Priſcianus* lib. IX. & X.

2 Dein lenita jam ira, poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt. *Idem* lib. IX.

3 Implicitæ rates miniſteria prohibebant. *Idem ibidem.*

Igitur legiones pridie in monte poſitas arceſſivit. *Idem* lib. X.

Anxius animi, atque incertus. *Aruſianus.*

Ma-

1 *AT Cn.*] Ex Agellio lib. XVIII. cap. IV. de ſtolidi & vani differentia diſſerente. & certe M. quoque Tullius Cicero in oratione, quam pro Quinctio habuit, eodem modo vanitatem accepit, cum eam veritati opponeret. Clodianum autem Latinæ gentis eſſe, patet ex Varrone, Quinctiporem Clodianum, Epiſtola ad Fuſium nominante. *Carr. Cn. Corn. Lentulus.*] Clodianus collega fuit in conſulatu P. Licinii Craſſi. Eſt, ut arbitror, hic ille Lentulus, de quo Cicero in Bruto ſic ſcribit; *Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat.*

2 *Dein lenita jam ira*] Liberalia verba ſunt, quæ Plauto *dicta dapſila* dicuntur. Videtur autem de Sertoriano exercitu eſſe ſermo, quem ob cædem Imperatoris ſui merito concitatum Perperna poſtero die coactus fuit magno ambitu, partim minis extis, hoc eſt, pretio: partim largiloquis dictis onuſtos tranquillare. *Douza.*

3 *Implicitæ rates miniſteria prohibebant.*] Malim cum Priſciano, *Implicatæ*, quam cum noſtris, *Implicitæ.* Quid ſi Magiſteria legamus? quippe hoc navali regimini aptius, accommodatiuſque, qua ad rem, qua ad proprietatem verbi: videturque Fragmento huic non abſurde conjungi poſſe illud inter incerta rejectum: *Impediebant juſſa nautarum*; addita copula hoc modo: *Implicatæ rates magiſteria prohibebant, impediebantque juſſa*

[1] Magnam exorſus orationem. *Idem.*

Impotens, & nimius animi eſt. *Idem.*

[2] Amiſumque aſſideri ſine prœliis audiebat. *Priſcianus* lib. VIII.

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem conjectus. *Feſtus.*

[3] Caſtella cuſtodias theſaurorum in deditionem acciperentur. *Servius. Cariſius* lib. I.

[4] Reliqua cadavera ſalita. *Diomedes* lib. I. cap. 4.

Epiſtola

juſſa nautarum; ad quod Servius: *Celeuma, eſt quaſi præceptum, unde Salluſtius, &c.* Idem.

1 *Magnam exorſus orationem.*] Et huc fortaſſe pertinuerit illud, *In hunc modum diſſerit:* unum ex duobus Fragmentum ut fiat. Videtur autem de Mithridate loqui, quem Appianus narrat, poſtquam in Paphlagoniam veniſſet, claſſium prius decurſione facta, concionem ad milites habuiſſe magniloquam, tum de ſuis majoribus, tum de ſeipſo, quod exigua regni pomœria in immenſum auxiſſet, nec unquam præſens victus eſſet à Romanis, &c. *Donza.*

2 *Amiſus.*] Ἀμισὸς, Ptolemæo, Polyæno, & Plinio in Epiſtolis. Aminſus, Ἀμινσὸς, Straboni, & Photio, Galatiæ opidum: Heneta à Poëta dictum, ſcribit Zenodotus apud Strabonem. Henetus Solino. Henetoſa forte Martiani. Idem Strabo tradit illud ab Athenienſibus frequentatum, & Piræum dictum. Plinius auctor eſt, Mithridate victo, Pompeopolim vocatum. Niger putat hodie Simiſo dici; ſed Amid & Hemid Leonclavius. Aliam ab hac Amiſum habet Stephanus, in Ponto. *Ortelius.*

3 *Caſtella cuſtodias.*] Ex Servio XI. Æneidos, Chariſio l. I. Inſt. Gram. *cuſtodias*, pro, *cuſtodiæ.* ita etiam Aſper intelligit, licet alii accuſativum eſſe velint. Verba autem Chariſii aliter vulgo, aliter in membranis, quarum uſus, ut reliquarum Colonienſium omnium, mihi, dum in Ubiis eſſem, vir eruditione ſingulari & eximia humanitate ornatus Melchior Hittorpius libenter expenſum ferebat. hunc in modum perſcribi video: *Paterfamilias & materfamilias, antiqui magis uſurparunt; propterea quod nominativo ſingulari* S *literam adjiciebant, ut facerent genitivum: hæc familia, hujus familias: hæc Maja, hujus Majas: quam declinationem & Salluſtius in tertio ſecutus eſt: Caſtella cuſtodias theſaurûm, in deditionem acciperentur; ſed emendatius, cuſtodiæ, Majæ, & familiæ dicitur.* Carrio.

4 *Reliqua cadavera ſalita.*] Diomedes l. I. cap. IV. *Veteres*, inquit, *ambiguitatis cauſſa* ſalitus *dixerunt à* ſalo, *non* ſalio. neſcio autem an hæc ad III. hiſtoriarum pertineant librum, & eodem cum illo referenda ſint fragmento, quod à me undecimo poſitum eſt loco; an vero decimum illud libri tertii fragmentum in hunc potius librum conjiciendum ſit: infinita enim ſunt in Diomede menda: eaque emendatorum audacia mirum ac pœne incredibile dictu quantum excreverint; ita ut primam ejus editionem omnium, quæ hactenus ſunt viſæ, integerrimam, aut certe minime corruptam præſtare auſim. *Idem.*

Epiſtola Regis Mithridatis ſcripta ad Regem Arſacem.

REX MITHRIDATES REGI [1] ARSACI S. [2] omnes, qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceatne tum pacem agere. Dein quod quæritur, ſatis ne pium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit. [3] Tibi, perpetua pace frui liceret, [4] niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſimi. Egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt. Neque petere audeam ſocietatem: & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem. [5] Atqui ea, quæ te mo-

1 *Arſaci.*] Ejus nominis veſtigia in Perſarum שׁחא, Scah, qui illis Regem denotat. Unde & Scacchiæ ludus dicitur. Hinc Scahmat regem quoque illis perplexum denotat.

2 *Omnes qui ſecundis rebus.*] Hæc epiſtola Mithridatis regis Ponti, ad Arſacem regem Perſarum eſt. Nam ut Servius atteſtatur, omnes reges Perſarum *Arſaces* dicebantur. Eam autem dediſſe videtur, quando ad Tigranem regem Armeniæ fugere cogebatur: diſſimulat tamen adhuc timorem & egeſtatem, ut facilius Arſacem ad ſocietatem belli contra Romanos ineundam pelliciat. cujus gratia etiam (ut in tali re fieri ſolet) oſtendit Romanos communes omnium regum hoſtes. quod etiam Jugurtha Boccho ſcripſerat. Dicit ergo in principio, Arſaci utile eſſe communibus armis communes hoſtes propellere: quia etiamſi in pace vivere velit, à Romanis non permitteretur. Deinde oſtendit etiam honeſtum, quia glorioſam & ab omnibus laudabilem conſequeretur victoriam. *Bad.*

3 *Tibi perpetua pace frui liceret.*] Fruſtra, inquit, à me ad ſocietatem belli petereris, ſi ea eſſet rerum tuarum condicio, ut tibi perpetua pace liceret frui; niſi in ipſis regni tui faucibus hoſtes eſſent opportuni & ſceleratiſſimi; niſi denique egregia fama, Romanis oppreſſis, te eſſet ſecutura. *Carrio.* *Tibi perpetua pace frui liceret.*] Non cohæret oratio: & vereor hercule, ne coagmentum aliquod deſideretur. Quid ſi ita legamus; *Aliter neque petere audeam ſocietatem.* uti in Oratione ad Cæſarem: *Aliter neque privata res, neque publica, &c.* aut ultima certe primis inſerendo, ordo totius dictionis mutandus: donec tandem commoda aliqua ſententia exiſtat, cujuſmodi haud alienam ſane hac conſtructione electurus videor: *Tibi perpetua pace frui liceret; neque petere audeam ſocietatem, & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem; niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſimi:* opportuni, cui rei? injuriæ forte patiundæ ne, an faciundæ? credo iſtuc poſtremum velle dicere. *Douza.*

4 *Niſi hoſtes opportuni.*] Verba ſunt ex epiſtola Regis Mithridatis, quæ videtur fere tota tranſlata ex oratione Corcyræorum ad Athenienſes apud Thucydidem libro 1. Ad hunc autem locum facit, quod habetur in Bello Jugurthæ: *Cavere tamen oportet, necubi hoſtis opportunus fieret.* Urſin.

5 *Atqui ea, &c.*] *Atque*, habent alii: unde ego exſculpſi: *Ad quæ, ea quæ te morari, &c.* hoc eſt, ad jungendam mecum ſocietatem, atque ita conjunctis opibus Romanos opprimendos: ſicque optime ſibi & conſtabit & cohærebit ſententia, tota à ſuperiori oratione dependens, hiulca prorſus & incompoſita,

morari poſſe videntur, ira in [1] Tigranem recentis belli, & [2] meæ res parum proſperæ, ſi vera æſtumare voles, maxume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles, ſocietatem accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: &, quod florentibus optabile eſt, ego non validiſſimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda imperii, & divitiarum: qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum ſumſere. Dum à Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes, ei ſubvenientem Antiochum conceſſione Aſiæ per dolum avertere: [3] ac mox à Philippo Antiochus, omni cis Taurum agro, & [4] decem millibus talentorum ſpoliatus eſt. Perſen deinde

ſita, ſi aliter legatur. atque huic ſimile illud ad Cæſarem: *Ad quæ te illi iidem hortantur, &c.* Douza.

1 *Tigranes.*] Rex majoris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus eſt primo à Lucullo, deinde à Pompejo Magno in deditionem acceptus, & in regnum reſtitutus, perſolutis ſex talentorum millibus. Strabo lib. 11. Lucan. lib. 11.

2 *Meæ res parum proſperæ.*] Quia ter infeliciter pugnavit cum Romanis, & tandem ſibi mortem inferre coactus eſt, quod veneno non potuit: quia medicamento, quod ab eo Mithridaticum vocant, præmunitus longo uſu, veneno confici non potuit: pedetentim autem veneno aſſueſcere quis poteſt, dum veluti in alimentum vertitur. Pater autem ejus etiam Mithridates nomine, erat Romanis amiciſſimus. Docet autem, ex adverſa fortuna ſe meliorem & prudentiorem ad bellum effectum. *Bad.*

3 *Ac mox à Philippo.*] Notat Carrio in Vaticano lectum, *mox tracto Philippo.* Scribe: *at mox fracto Philippo Antiochus, &c.* Gronovius.

4 *Decem millibus talentorum.*] Ex Livio, & Appiano in bell. Syriaco, legendum eſt; *Quindecim millibus talentorum.* Livii verba ſunt hæc ex l. XXXVII. *Aſiaque omni, quæ cis Taurum eſt, decedite: pro impenſis deinde in bellum factis, quindecim millia talentûm Euboicorum dabitis: quingenta præſentia, duo millia & quingenta, cum Senatus populuſque Roman. comprobaverint, mille deinde talentûm per duodecim annos.* Urſin. *Talentorum.*] De Talentorum æſtimatione juxta varietatem gentium mendoſus eſt locus Feſti, & qui non patitur emendationem. Hoc unum recte eſt, Talentorum non unum eſſe genus, & Atticum eſſe ſex millium denariûm. Cetera incerta ſunt. Plin. l. XXXV. c. XI. *Talentum Atticum denariorum ſex millibus taxat M. Varro.* Ita enim ſcribendum eſt. Pollux l. IX. dicit Talentum Atticum eſſe ſex millium drachmarum Atticarum, Babylonicum ſeptem millium, Æginæum decem millium, Syrium mille & quingentarum drachmarum, item Atticarum. De Talento Attico idem elicitur ex Livio l. XXXIV. Athenæo l. IV. c. VI. & aliis. Sed Babylonicum eſſe ſeptuaginta duarum minarum Atticarum ſcribit Ælianus lib. I. c. 22. de Var. Hiſt. Id eſt, ſeptem millium & ducentarum drachmarum. Omne autem

deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud [1] Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, [2] inſomniis occidere.

tem talentum eſt ſexaginta minarum; minæ autem ſingulæ centenas drachmas continent, ut Africanus & Julius Pollux ſcribunt. Sic fit, ut Euboicum talentum ſit ſexaginta minarum Atticarum, & totidem millia denariorum, ut verbo *Talentorum* Feſtus ſcribit: quod etiam Plinius ait lib. 35. cap. 11 & Athen. lib. IV. cap. VI. & Pollux l. IV. Itaque ſi LXX. minæ Euboicæ æſtimantur LXXII. Atticis, & eadem proportio eſt in drachmis & denariis, triginta quinque drachmæ Euboicæ æſtumantur Atticis drachmis triginta ſex. Talentum vero Euboicum aſtumatur drachmis Atticis, ſive denariis centum & ſeptuaginta, uno ſupra ſex millia. *Scaliger.*

1 *Deos Samothracas.*] Myſteria Cabirorum Deorum Samothraciæ ſemper fuere celeberrima. Credebantur enim iis imbuti juſtiores fieri & ſanctiores, & in quibuſcunque periculis præſentiſſimos habere Deos. Quo errore occæcati Jaſon, Orpheus, Hercules, Caſtor, Agamemnon, Ulyſſes & Pollux & heroum plerique, ſed & Alexandri pater Philippus Samothraciæ ſacris voluerunt initiari. Vide Diodorum lib. 5. & Apollonii Scholiaſtem in primum Argonauticôn, & Plutarchum in Alexandro, & Suidam in Σαμοθρᾴκη. Hæc porro ſacra eſſe Phœnicia docet ipſum Cabirorum nomen: Cabiri enim vel Caberi ſunt Dii Phœnicum, qui Beryti maxime colebantur. כביר id eſt, Cabir Ebræis & Arabibus magnum & potentem denotat. Hinc & alii obſervarunt, inde appellatos Cabiros, id eſt, divos potes, ut Varro & Tertullianus explicant, θεοὺς μεγάλους καὶ δυνατούς, Orpheo κυδιανείρας. Singulorum Samothraciæ Cabirorum nomina refert Apollonii Scholiaſtes lib. 1. ex Mnaſea: Τέσσαρες, inquit, εἰσὶ τὸ ἀριθμὸν, Ἄξιερος, Ἀξιόκερσα, Ἄξιόκερσος. Ἄξιερος μὲν οὖν ἐστὶν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἄξιόκερσος δὲ ὁ Ἅιδης ὁ δὲ τετάρτος πάντως Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστὶν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Id eſt, *Quatuor ſunt numero, Axieros, Axiokerſa, Axiokerſos, Axieros vero eſt Ceres, Axiokerſa autem Proſerpina, & Axiokerſos Pluto; quartuſque, qui additur Caſmilus, eſt Mercurius, ut narrat Dionyſodorus.* Idem referunt Phavorinus & Etymologus in Καδίλοι. Uti autem Caſmilus ſive Mercurius hic additur, ita plerique illum ponunt in inferiori ordine, & pro miniſtro duntaxat habent. Varro: *Caſmilus nominatur in Samothraces myſteriis, Deus quidem adminiſter Diis magnis.* Vetus auctor apud Phavorinum, Cadmilum illum à Cadmo derivat. Quippe Cadmum Agenoris filium, cum Europam quærens Samothraciam perveniſſet, perceptis his myſteriis uxorem duxiſſe Harmoniam auctor eſt Diodorus lib. V. Cabirorum ſimulachra Vulcani ſimulachris fuiſſe ſimillima tradit Herodotus lib. 3. Forma nimirum & ſpecies utriſque ridicula. Proinde, ut ibidem narratur, Cambyſes Cabirorum fanum ſolis ſacerdotibus permiſſum cum adiiſſet, ſimulachra concremavit, multis in illa invectus verbis. Cabirorum ſacerdos Heſychio Κόης appellatur, quod refert Hebræum כהן id eſt, Cohen ſacerdos. Cabiris Samothracum ſacra fuit ſpelunca quædam Zerinthus nomine, in qua canes Hecatæ immolabantur, ut Lycophron, ejuſdemque Scholiaſtes teſtatur. *Bochart.*

2 *Inſomniis accidere.*] Recte correxi, *inſomniis occidere*, voce Salluſtiana, quam apud eundem in Catilinario Criticus noſter reponit: *dies noctiſque feſtinare: vigilare: neque inſomniis, neque labore fatigari.*

Digitized by Google

dere. Eumenem, cujus amicitiam glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; [1] poſt Attalum cuſtodem agri captivi ſumtibus & contumeliis ex rege [2] miſerrumum ſervorum effecere: [3] ſimulatoque impio teſtamento, filium ejus [4] Ariſtonicum, quia patrium regnum peti-

tigari. & oratione de Rep. *profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedaverit; quin inſomniis excitus, furibundus, atque alienata mente feraris.* error ex eo natus, quod veteres, *inſomnis*, ſcriberent, *pro inſomniis*, I longa videlicet, pro geminata. Certe antiquiſſime vulgati, qualis eſt apud eruditiſſimum Nicolaum Fabrum, *inſomnia*, agnoſcunt. dicunt Latini *inſomnia* utroque numero; pro eo quod eſt iiſdem vigilia, & Græcis ἀϋπνίαι. priore quidem numero Pacuvius Antiopa:

Perdita illuvie atque inſomnia.

Item Cæcilius Plocio:

Conſequitur comes inſomnia: ea vero inſaniam adfert.

Poſteriore vero Terentius Eunucho:

Aut mox noctu te horſum adigent inſomnia.

Sic enim Donatus illa Terentii accepiſſe viſus eſt, etſi non diſſimulat, *adiget inſomnia*, alibi ſcriptum reperiri. Virgilius:

Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes.

Quamquam ibi, *ſomnia* ſignificari volunt Grammatici, addita ſcilicet præpoſitione: ut Græci dicunt ἐνύπνια. ſed idem Virgilius, *inſomnia*, etiam plurali pro vigiliis poſuit:

Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?

Quamvis & hic ſomnia intelligi poſſunt, quibus terreri potuerit. ita Cariſium emenda. Falluntur autem, qui, *inſomnium*, pro eodem extuliſſe antiquos crediderunt: cujus exempla nulla ſunt. itaque apud Suetonium Caligula ſcribe ex vetere libro, *Incitabatur inſomniis maxime: neque enim pluſquam tribus nocturnis horis quieſcebat*, non, *inſomnio*; ut vulgo. quod vero propius ad rem attinet, Perſen Philippi F. inter ceteras de morte illius opiniones, ἀϋπνίᾳ exſtinctum eſſe, ſcriptoribus pleriſque placuiſſe à Plutarcho relatum eſt. *Carrio.*

1 *Poſt Attalum.*] Attalus, Pergami rex, pecuniæ ditiſſimus & ſplendida abundantique ſuppellectile. Plin. lib. 8. Propertius:

Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

Hic à populo Romano donatus eſt eo regno: cum liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit: ejuſque ſubſtantia ampliſſima Romam eſt allata: unde Attalicæ veſtes ſplendidæ, & opes ac conditiones Attalicæ.

2 *Miſerrumum ſervorum.*] Quia ultro inſervientem. Dederat enim ingentia munera Scipioni, quæ in ſe acceptorum pro tribunali, idem Scipio dixit. *Badius.*

3 *Simulatoque impio teſtamento.*] Omnino ad Attalum pertinent: De cujus teſtamento, ut omittamus multos ſcriptorum veterum locos, proferemus unum tantum Porphyrionis manuſcripti, apud quem ita habetur in Horatii verſu ex Ode XVIII. lib. II.

—— *Neque Attali*
Ignotus hæres regiam occupavi.

Attalus Rex Aſiæ, Pergami regnavit, cujus hereditatem Pop. Rom. accepit. Dicendo autem, *ignotus hæres occupavi*, ſuſpicionem dat, qua eximemus, falſo teſtamento Romanos hanc ſibi hereditatem vindicaſſe, &c. *Urſin.*

4 *Ariſtonicum.*] Variant inter ſe veteres Hiſtorici non parum. Nam Liv. epitoma lib. LVIII. Eumenis Regis filium dicit, & item Juſtinus lib. XXXVI. qui non juſto matrimonio, ſed ex pellice genitum ſcribit. At Florus, regii ſanguinis

petiverat, hostium more per triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, [1] Nicomede mortuo, deripuere, [2] cum filius Nusæ, quam reginam appellaverant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me appellem? quem disjunctum undique regnis, & tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat divitem, neque servituros esse, per Nicomedem bello lacessiverunt, sceleris eorum haud ignarum, & ea, quæ accidere, testatum antea, Cre-

guinis ferocem juvenemappellat; Pomponius vero Lætus auctor recens, Eumenis nepotem tradit. quod placet, si veteris historici auctoritate nititur. Rursus Eumenem alii dicunt Attali patrem, alii patruum ut in tanta Historicorum varietate, fortasse locus sit aliquid suspicandi de mendo vulgatæ lectionis. *Idem.*

1 *Nicomede mortuo.*] Qui moriens populum Romanum fecit hæredem: regnum ejus in Provinciæ formam redactum est. *Bad.*

2 *Cum filius Nusæ, &c.*] Scriptura præ aliis insignite prava, & quæ Sallustio non modo fraudi fuit, sed etiam viros maximos in errores gravissimos induxit: quorum alii partim, an hæc Sallustii essent, dubitarunt, nonnulli Nusam, sive Nysam Nicomedis Regis Bithyniæ filium esse crediderunt; alii etiam eadem occasione locum Suetonii, ea de re, qui recte habet, corrigere tentarunt. Vetus editio; *cum filius Nusa, quam regiam appellaverat, genitus haud dubie esset.* minimum à veritate. Fabri & Briconeti; *quem Regem jam appellaverant.* in qua scriptura illud, *appellaverant*, rectum videlicet. Vaticanus; *Nysa, quam Reginam.* hinc lege, quod & humanissimo doctissimoque Puteano placuit; *cum filius Nusæ, quam Reginam appellaverant, genitus haud dubie esset.* vult enim Mithridates, Nysæ Nicomedis filiæ, quam Romani reginam appellaverant, priusquam Bithyniam diriperent, filium regni hæredem natum fuisse. non tantum verisimiliter, sed omnino vere. *Nysam* enim muliebre nomen esse è Plutarcho constat; qui in vita Luculli magni illius Mithridatis sororem ita appellatam scribit. ac sane, nisi Suetonius *Nysam* Nicomedis filiam diceret, parum abesset, quin illam Plutarchi eandem cum hac esse, & nescio cui Nicomedis filio, ex quo etiam filium sustulerit, nuptam fuisse existimarem. Sueton. Julio: *(Cicero) quondam in Senatu (Cæsari) defendenti Nysæ causam filiæ Nicomedis beneficiaque regis in se commemoranti; Remove, inquit, isthæc oro: quando notum est & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* nisi forte verba illa, *Nysæ filiæ*, quæ variè leguntur, delenda sunt, aut ita interpretanda, uti quod jam dixi, non filia fuerit sed nurus. verba autem Cæsaris in ea oratione hæc fuerunt: *Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, Memmi, non potui. nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur: neque clientes, sine summa infamia, deseri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus.* male autem operæ, *Musa*, pro *Nusa*, expressserunt. *Carrio. Filius Nusæ.*] Ex Plutarcho erudite Carrio reposuit, *Nusa.* quod & Turnebus agnoscit lib. 14. cap. 14. Ego locum sic recte scribi & distingui arbitror: *Cum filius quem regem appellaverat, Nusâ genitus haud dubie esset.* Rex Nicomedes filium ex Nusa conjuge conceptum Regem appellaverat, regnique hæredem insti-

[1] Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate, & regem Ptolemæum. Atque ego ultus injurias, Nicomedem Bithynia expuli; Aſiamque ſpolium regis Antiochi recepi, & Græciæ demſi grave ſervitium. Incœpta mea poſtremus ſervorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas pœnas ſolvunt. Ptolemæus precio diem belli prolatat. Cretenſes impugnati ſemel jam, neque finem niſi excidio habituri. [2] Equidem cum mihi ob ipſorum interna mala dilata prœlia magis, quam pacem datam intelligerem; [3] abnuente Tigrane, qui mea dicta ſero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rurſus tamen bellum cœpi: [4] Marcumque Cottam Romanum ducem apud [5] Chalcedona terra fudi: mari

inſtituerat. Plinius tamen Nicomedis uxorem à cane interfectam Conſingen appellat l. 8. *Coler.*

1 *Cretenſes.*] Creta Κρήτη, Ptolemæo Maris Mediterranei inſula, Jovis incunabulis, & centum urbibus quondam clara. Hodie Candia vulgo dicitur. Sic quoque in Concil. Chalcedon. Hæc olim etiam Aëria, Cutetis, Macaros, & Macaroneſos dicta fuit, ab aëris temperie, teſte Plinio, & Solino. Hecatompolis quoque Euſtathio, Idæa, & Chthonia item Stephano. Telchionia etiam à Telchinibus, ut habet Gyraldus. *Ortel.*

2 *Equidem, &c.*] *Interna mala*, hoc eſt, domeſticas ſeditiones, & bella civilia per Cinnam denuo, ac Marium reducem in media Urbe excitata, quæ res cum primis vorſoriam Sullæ in Italiam capiundi, conditioneſque ab Archelao conceptas ac propoſitas, à Mithridate mox confirmatas accipiundi cauſſa fuit. *Douza.*

3 *Abnuente Tigrane.*] Suadebat bellum ſuſcipiendum Mithridates: negabat Tigranes: eoque diſſuadente, Mithridates arma ſumſit, atque hoc eſt quod dicit: *abnuente Tigrane bellum cæpi.* ſic enim legendum eſſe; non, *cæpit*; præter certam verborum ſententiam, res ipſa clamat. *Carrio.*

4 *Marcumque Cottam, &c.*] Non dubito eum eſſe, cujus oratio inſcribitur Caji Cottæ. Nam M. Aurelius Cotta, conſul à Mithridate victus eſt apud Chalcedoniam, ſeu, ut hic dicitur, *Chalcedona.* Sed L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem, exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, & in Pontum coëgit è Bithynia confugere. *Bad.*

5 *Chalcedona.*] Chalcedon Χαλκεδών, Ptolemæo. Strabo Calchedon, Καλχεδών, habet. Urbs Aſiatica eſt, ad Boſporum Thracium. Liberam urbem Plinius vocat: cui etiam antea Proceraſtis, dein Compuſa, (*Colpoëſſa* legit Pintianus) poſtea Cæcorum urbs (quod locum eligere neſciſſent) dicta fuit. Curopalates in lib. de officialibus Conſtantinopolitanis hanc Juſtinianam Tertiam nominat. hodie adhuc Chalcidona vocari, ſcribit Sophianus. Cultitiu Turcis dici, mihi Carolus Rimius auctor eſt, qui Conſtantinopoli oratorem egit nomine Maximiliani II. Romanorum Imper. Marius Niger tradit interius reædificatam: & à junioribus

mari exſui claſſe pulcerruma. Apud [1] Cyzicum magno cum exercitu, [2] in obſidione moranti frumentum defuit, [3] nullo circumadnitente : ſimul hiems mari prohibebat. Ita ſine vi hoſtium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud [4] Param, & [5] Heracleam, militum optumos cum claſſibus amiſi. Reſtituto deinde [6] apud Cabira exercitu, & variis inter me atque Lucullum prœliis, inopia rurſus ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum : ego vaſtatis circum omnibus locis, [7] in Armeniam conceſſi : ſecutique Romani non me, ſed mo-

bus Caecilina nuncupari. Scutari ex ea facit hodie Alph. Adrianus, & quoque Thomas Minadolus. Petrus Gyllius prodit hodie exiguum vicum eſſe, ſine mœnium veſtigiis. Idem addit ex Dionyſio Byzantio, Calcedon fluviolum eſſe, qui in Propontidem effluit, unde urbs nomen ſumpſit : eumque hodie proprio nomine carere ; adeo ut accolæ Potamicon duntaxat nominent. ejus meminere Stephanus & Euſtathius. Thevetus ſcribit eum adhuc hodie Chalcedoni nominari. *Ortel.*

1 *Cyzicum.*] Vide ſupra pag. 434.

2 *In obſidione moranti.*] Fabri & Briconeti, *in obſidio moranti.* & ſane *obſidium* veteres etiam dixiſſe conſtat. C. Lælius ad populum pro ſe : *uti terra marique ſimul, nobis obſidium facerent.* & Salluſtius lib. 1. Hiſtoriarum, *magnis opibus profectus, obſidium per L. Catilinam legatum.* Vide Nonium. *Carr.*

3 *Nullo circumadnitente.*] Hoc eſt, nemine ſociorum juvante me aut frumento, aut commeatibus. *Douza.*

4 *Para.*] Locus maritimus in Aſia Minori circa Helleſpontum, aut Euxinum mare. *Ortel.*

5 *Heraclea.*] Ponti urbs ; in Bithynia Straboni, Xenophonti, & Ptolemæo. ubi deſcenſum ad inferos fabulantur poëtæ. Bonacciolus hodie Aupep, Niger Pendarachia nomen habere ait. Hanc Heracleam Ponticam, ut apud Dioſcoridem eſt, Serapio vocat Dadiabentichi. *Idem.*

6 *Apud Cabira.*] Ibi fuit Mithridatis ſedes. Strabo : ἐν δὲ τοῖς Καβείροις τὰ βασίλεια Μιθριδάτου ἡλίσκοντο. *Coler. Cabira.*] Καβειρία, Inferioris Aſiæ opidum Stephano.

7 *In Armeniam.*] Armenia, regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montes, à Cappadocia ad Caſpium mare uſque protenſa : ab Armenio Theſſalo, Jaſonis comite (inquit Strabo) dicta. Major Armenia (inquit Plin. lib. IX.) poſt Mediam ad occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à ſeptentrione Colchidem habet, Iberiam & Albaniam : ab occaſu magnum Euphratis curſum, qui Cappadociam, minorem Armeniam & Syriam Comagenem relinquit : à dextris ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caſpii aſſurgunt, à meridie Meſopotamiam atque Aſſyriam. Montes in Armenia ſunt Moſchici, qui ſupra partem Ponti ad Cappadociam ſe efferunt : Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluvii : Antitaurus, qui ab Euphrate ſciſſus, & Mediam percurrens, poſtremo Albus appellatur : Cordica, ex quo Tigris oritur : Taurus ac Niphates, qui Meſopotamiam atque Aſſyriam ab Armeniis diſterminant. Caſpii, qui vergunt ad Medos, & Caucaſi, qui ſeptentrionalia Iberiam verſus Alba-

morem ſuum omnia regna ſubvertendi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria oſtentant. Nunc quæſo conſidera, nobis oppreſſis, utrum firmiorem te ad reſiſtendum, an finem belli futurum putes? ſcio equidem tibi magnas opes, virorum, armorum, & auri eſſe: &, ea re à nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris. Ceterum conſilium eſt Tigranis, regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per noſtra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquam ad occidentem pergentibus [1] finem Oceanus fecit, arma huc convertiſſe? neque quicquam à principio [2] niſi raptum habere, domum, [3] conjuges, agros, imperium? convenas, olim ſine patria, ſine parentibus, [4] peſte conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obſtant, quin ſocios, amicos, procul juxtaque ſitos, inopes potentiſque trahant, excidantque; omniaque [5] non ſerva & maxume

Albaniamque concludunt. Flumina quatuor, Cyrus, qui monte ortus Caucaſo à ſiniſtris, Iberiam Albaniamque dimittens, Armeniam à dextris, in Hircanum defertur pelagus: Araxes, Phaſis, & Lycus, Tigris, Euphrateſque. In Armenia pretioſum inter reliqua aromata naſcitur Amomum. Armeniam Hebræi Ararat vocant. In ea civitas Artaxat inſignis. Inde Armenii & Armeni dicti. Vide Ptolemæi tabulam Aſiæ 4. Plin. lib. 1. & Strab. 2. Plura de Armenia apud Stephanum. In majorem & minorem diſtinguitur, quarum partes ab Ortelio, diligenter ab Euſtathio collectæ enumerantur.

1 *Finem Oceanus.*] Dionyſius Halicarnaſſ. *Romana urbs imperat toti terræ, quæ quidem inacceſſa non ſit, habitaturque ab hominibus; ſed & toti mari imperat, non ſolum huic intra columnas Herculeas, ſed ipſi Oceano, quacunque eſt navigabilis* PRIMAQUE EX SOLA *ab omnis ævi memoria terminos ſibi potentiæ fecit, Orientem & Occaſum.*

2 *Niſi raptum habere.*] Id eſt, armis quæſitum, aut per injuriam. id quod Lepido Philippus objecerat ſupra. & fortaſſe hic ablativus ille reponendus, ut fiat: *Niſi armis partum habere.* Et certe hoc altero illo multo numeroſius. *Douza.*

3 *Conjuges.*] Verbum, *conjuges*, non alio, quam ad raptum Sabinarum refertur. Galgalus etiam apud Tacitum in vita Agricolæ, Raptores orbis appellat Romanos. *Urſin.*

4 *Peſte conditos orbis terrarum.*] Quid ſi legamus, *Peſti*? hoc eſt, exitio ſive in peſtem atque perniciem orbis terræ procreatos à Romanis videlicet in ſervitutem redacti. *Douza.*

5 *Non ſerva & maxume regna.*] Quid illud, quod in libris omnibus legitur? *omniaque non ſerva & maxime regna hoſtilia ducant;* niſi forte, *non ſerva*, pro iis

xume regna hoſtilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna juſtos dominos volunt: nos ſuſpecti ſumus æmuli, & in tempore vindices affuturi. Tu vero, [1] cui Seleucia maxuma urbium, [2] regnumque Perſidis inclutis divitiis eſt, quid ab illis, niſi dolum in præſens, & poſtea bellum exſpectas? Romani in omnis arma habent, acerruma in eos, quibus victis ſpolia maxuma ſunt; audendo & fallendo, & bella ex bellis ſerendo, magni facti. Per hunc morem [3] exſtinguent omnia, aut occident: quod difficile non

quæ libera ſunt, nulliuſque imperio parent, acceperit. *Carrio.*

1 *Cui Seleucia maxuma urbium.*] Seleucia Elimaidis, Perſicæ regionis civitas. Plin. Item Comagenæ, ad Euphratem fluvium Straboni, Plinius eam Parthorum cognominat, & Babyloniam quoque vocari addit. Bachad Nigro, Moſal Maſio dicitur: Baudra autem, Pineto. Novem Seleucias, extruxiſſe Seleucum Antiochi filium auctor eſt Appian. in Syriacis. *Seleucia.*] Non ſemel illa apud antiquos cum Babylone confunditur: Quippe Seleuciæ vicinitate Babylonem exhauſtam Plinius dicit in ſolitudinem rediiſſe. Nec multo aliter Strabo lib. 16. *Babylonis partem Perſæ diruerunt, partem conſumpſit tempus, partem Macedonum negligentia, præſertim poſtquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrin condidit, ſtadiis tantum trecentis à Babylone diſſitam.* Hæc ille. Itaque in Babylonis opes & nomen ſucceſſit Seleucia, quæ non ſolum Babylonia (ut apud Plinium & alios Ἀδιαβηνικῶς, quia non una fuit Seleucia) ſed & Babylon appellata eſt, ſicuti Stephanus de Urbibus oſtendit, cum dicit: Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις, μητρόπολις Σελευκίας τῆς καλυμένης. En Babylonis ipſum nomen Seleuciæ tributum. Quo etiam referenda hæc Sidonii carmina:

Non coctam Babylona perſonabo,
Quæ largum fluvio patens alumno,
Incluſum bibit hinc & inde Tigrin.

Porro in eodem, quo Seleucia loco, vel certe in proximo Bagdad poſtmodum conditam fuiſſe oportet, cum utramque ad ripam Tigridis & fere in eadem à Veteri Babylone diſtantia deſcribant Geographi. Nam trecenta illa ſtadia, quibus à Babylone Seleuciam diſtare ſcribit Strabo, ſunt milliaria prope XXXVIII. id eſt, diurnum illud iter Bagdadum & rudera Babylonis interjectum juxta Texeiram, qui ex Emirchondo Perſarum Hiſtorico teſtimonia quoque de ejuſdem urbis ſitu in medium profert. *Bochart.*

2 *Regnumque Perſidis inclutis divitiis.*] Vereor ne *inclutæ* ſcripſerit Criſpus. hoc enim ſemper fere cum auferendi caſu copulatum reperio: niſi quis fortaſſe *inclutum* legi malit. quod nec mihi quidem diſpliceret, niſi hoc à veſtigiis receptæ ſcripturæ longius aliquanto recedere videretur. *Douza.*

3 *Exſtinguent omnia, aut occident, &c.*] Id eſt, Romani hac via graſſando aut peſſum dabunt omnia, aut ibunt ipſi. Dicam planius: Aut univerſa perditum ibunt, aut peribunt ipſimet, non radicitus modo, verum etiam eradicitus; valentiores ſcilicet adverſarios nacti, ſeu nos, ſive alios vindices in tempore adfuturos: quod difficile non eſt, ſi modo viribus in unum conjunctis mutuas pariter operas tradere velimus, &c. Viſum eſt hoc etiam inter alia levioris notæ animadverſione dignum. ne quis videlicet ſcripturæ ſimilitudine deceptus, & *occident* iſtud penultima longa efferendum

non eſt, ſi tu Meſopotamia, nos Armenia [1] circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis: fortuna autem noſtris vitiis adhuc incolumis. Teque illa fama ſequetur, [2] auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſſe. Quod uti facias moneo, hortorque, neu malis [3] pernicie noſtra unum imperium prolatare, quam ſocietate victor fieri.

Curio

rendum autumans, alios porro ſecum in erroris naſſam à vero poſſit abducere. *Douza.*

1 *Circumgredimur: exercitus.*] Locus qua à ſcriptura, qua ab interpunctione valde mendoſus: ſcribe: *circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis, fortuna aut noſtris vitiis incolumem.* Cartio.

2 *Auxilio profectum magnis Regibus.*] Hoc non ſui honoris ipſius modo, verum & Tigranis, generi ſui gratia dicere videtur, quippe qui, ultra mortalium morem, prorſus barbarico faſtu tumens, ac ceterorum omnium præ ſe contemtor, & Magnus, & Rex Regum audire volebat: eo magis, quoniam non contentus Mediæ, Syriæque, ac Palæſtinæ ditiones Armeniæ regno adjectas, lege belli ſuas feciſſe; genteſque omnes finitimas ſub immaniſſimum jugum miſiſſe victas, rebus ei ſupra votum fluentibus, Parthis inſuper ob interna mala afflictis, Aſiæ imperio per vim extorto, opes eorum tantum non ad internecionem attriverat. Nam de Mithridate ipſe melius ſilere puto, quam pauca dicere, qui non Magni modo, ſed & Maximi Regis cognomento ornandus ex rebus geſtis videretur, niſi major Mithridate, qui Mithridat. devicit Magnus:

Ille tremor Ponti, ſævi quoque terror Hydaſpis.

Major, inquam, illo, imo ipſo etiam ſeſe, quod tanti hoſtis, poſtea debellati cadaverad ſe delatum oculis uſurpare non ſuſtinens, dignum inſuper habuit, quem ob virtutem ac rerum geſtarum gloriam funebri laudatione honeſtans, Regem ætatis ſuæ præſtantiſſimum appellitaret. *Douza.*

3 *Pernicie noſtra unum imperium.*] Alii, *noſtra tuum imperium.* Vaticanus, *pernicie noſtra tua prolatare.* optime vetus editio, ut & Fabri & Briconeti: *non malis pernicie noſtra tuam prolatare, quam ſocietate victor fieri.* Carrio Hoc vult Mithridates, Tigrane ſecum à Romanis oppreſſo, Arſacem finem belli (id quod cum argumentis, tum exemplis aliorum Regum oſtenderat antea) haud quaquam futurum, ſed ulterius gradum, impetumque adeo in regnum ipſius facturos. quod eos jam pridem totis animis invaſiſſe dicit, cupidine profunda imperii, ac divitiarum. Quod ut animadvertat, monet; neu fallacibus ipſorum dictis fidem habeat: quibus hoc unum ſtudent, ut belli moram ab Arſace redimant modo; fidem haud longius ſervaturi, quam dum utrumque, hoc eſt, & Mithridatem & Tigranem affixerint. qua re patrata, præſens ipſi exitium à Romanis paratum eſſe: ac duobus Magnis regibus victimarum in morem mactatis, tertium Arſacem quaſi ſuccidaneum datum iri. Suadet itaque Arſaci, ut dolum ipſorum in præſens, ac bellum in poſterum caveat: neu ſolum firmiorem ſe ad reſiſtendum fore ſperet, quam ſi fœdere inito Reges tres potentiſſimi, veluti Geryon aliquis tricorporeus, uno animo pergentes, ſociatiſque opibus undique Romanos, hoc eſt, latrones gentium pariter eant oppreſſum; victores haud dubie diſceſſuri. cujus rei etiam facilitatem ſumma cum gloria conjunctam oſtentat, eo magis, quod exercitus ipſorum

Curio [1] Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Nonius de mutata declinatione. Cariſius* lib. 1.

Sca-

rum procul ab domo, auxiliorum, commeatuum, omnium denique honeſtarum rerum inopiam patiens, parvo labore confici, ac diſperdi poſſe videatur. Hoc honeſtius certe, pientius, ſecurius denique, quam ut dum alienis laboribus tutum fore ſe ſperat, armis abſtinendo, ac ſe quaſi medium gerundo, occaſiones rei bene gerundæ amittat: atque hoc modo & belli, & perniciei ſuæ diem prolatans, tandem pro intempeſtivis falſæ quietis induciis, mox futuri mali ſortem pariter cum uſura dependat. *Idem.*

1 *Vulcanalia.*] Ea vetus Calendarium refert ad diem 23. Auguſti: Feſtus autem ad diem 29. ejuſdem menſis. Celebrabantur autem in honorem Vulcani, & ludi fiebant in Circo Flaminio: quo die etiam populus pro ſe animalia in ignem mittebat. Hæc feſta diverſa à Vulcanalibus, ſeu tubiluſtriis, quæ habita undecimo Calendas Junias, vel, ut aliis placet, decimotertio: quod Vulcani Feſtum fuit inſtitutum ad luſtrationem Tubarum, unde Ovidius ſic cecinit:

Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt,
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Templum Vulcani à Romulo extra muros Urbis fuit poſitum, vel quod filius Martis cum exiſtimaretur, propter fabuloſam illam Vulcani adverſus Martem Veneris cauſa ſimultatem, Vulcanum in eadem urbe eodemque cum Marte domicilio eſſe noluit. vel, quod veriſimile eſt, quum Romæ ab incendiis ſtatim à primis temporibus multum eſſet periculi, colendum quidem Deum igni præfectum, ſed extra Urbem locum ei aſſignandum ſtatuerunt, ut Plutarchus refert in Quæſt. Rom. Quæſt. 47. *Hoſpinianus.* Vulcanus, in cujus honorem Vulcanalia inſtituta ſunt, idem eſt procul dubio cum Tubalcaino. Ab hoc igitur Vulcano ærariam & ferrariam artem, atque ejuſmodi conficiendorum inſtrumentorum, quæ ſacra hiſtoria paucis attingit, rationem primum repertam eſſe ipſimet Ethnici ſcribunt. Itaque ferreos & æreos opifices illi conſecratos eſſe docet Plato lib. 11. de LL. Quare ſic pingebant, ut refert Albericus lib. de Imaginibus deorum, fabri ſimilitudine, malleum manu tenens, & ad latus officinam habens ferrariam. Apud Homerum Iliad. lib. 18. mentio fit admirandorum tripodum à Vulcano fabrefactorum. Sed & arma ab eodem diis facta ſcribit ex Ethnicis autoribus, Lactantius libro 1. cap. 17. quanquam Pauſanias lib. 9. ait, nullum in tota Græcia egregium Vulcani opus extare, præter ſceptrum Agamemnonis. Vulcanus quoque ex mente Ethnicorum Deus artium appellatur ab Auguſtino lib. 4. de Civit. Dei, cap. 10. Quod & ante eum Plutarchus in tractatu de Aquæ & Ignis comparatione dixit. Nam uſum ignis ad fundendum & conflandum metalla primus invenit Vulcanus iſte, ut ait Lactantius lib. 2. cap. 6. & lib. de Ira Dei, cap. 13. Sicuti autem Tubalcainus cum Vulcano idem, ita & Nahama ſoror Tubalcaini eadem cum Venere. ☐Nahama enim venuſtam, formoſam denotat. Porro apud Feſtum legas, quotannis menſe Junio trans Tiberim piſcatorios ludos fieri ſolitos à Prætore Urbano pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus perveniret in aream Volcani, quod id genus piſciculorum vivorum datur ei Deo pro animis hominum. *Funger.* Hoc addo, ideo fictum fuiſſe Poëtarum fabulis in Lemnon Vulcanum cecidiſſe, quod illa ignibus eſſet obnoxia; unde Seneca in Hercule Oetæo:

Quæ tanta nubes flamma Sicanias vomit,
Quæ Lemnos ardens?

Ignis autem Lemni erumpebat maxime è monte Moſychlo, de quo Heſychius & Nican-

Scalas pares mœnium altitudine. *Aruſianus.*

Diſſidere inter ſe cœpere, neque in medium conſultare. *Idem.*

Multiſque ſuſpicionibus volentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia, quæ plebs vellet.*

Suſpectuſque fuit, incertum vero an per neglegentiam, ſocietatem prædarum cum latronibus compoſuiſſe. *Idem, Componere, conjungere.*

Collegam minorem, & ſui cultorem exſpectans. *Aruſian.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit, ad flumen [1]Euphratem; qua in parte [2]Cappadocia

Nicander in Theriacis, ad quem Scholiaſtes citat ex Antimacho:

---- Η' φαίς' πυρὶ εἴκελον, ἦν ῥα τις ὑσκὴ
Δαίμων ἀκρηδὸν πεφυλαγμένος ὄρεϊ κορυφαῖς Μοσύχλου.

Id eſt:

—— *Quales in ſumma rupe Moſychli*
Mulciber accenſis fornacibus excitat ignes.

Vide *Bochartum* de Colon. Phœnic. l. 1. cap. XII.

1 *Euphraten.*] Vide infra, ubi de Tigride & Euphrate ejuſque alveis late agitur.

2 *Cappadocia.*] Καππαδοκία, Aſiæ Minoris regio. Hodie Almaſia eſt Jacobo Caſtaldo; Genech Theueto, Toceatu Alalulien Pineto. Straboni & Halicarnaſſæo hæc Cappadocia quoque Leucoſyria dicitur, Λευκοσυρία. Cappadoces à Græcis Syros nominari, ſcribit Herodotus lib. 1. Pyrhætos cognominatos aliorum differentia, ſcribit Euſtathius: quod ex igne futura prædicebant. Capthorim Hebræis dici, docet ex Onkelo Arias. Joſeph. lib. Antiq. 1. dicit Hebræis Meſchinos (Μέσχινοι) nuncupatos incolas. Strabo tradit Cappadociam in duas ſatrapias à Perſis diviſam, in eam quam proprie Cappadociam, & Cappadociam ad Taurum, item Magnam cognominarunt: & alteram, quam Pontum, & Cappadociam Ponticam dixere. Hæc Pontica eodem auctore, ſub Archelao rege, in quinque præfecturas diſtincta fuit. In Lavinaſenam Λαουϊνασιωνὴν, nempe, (vel Laniaſinam, Λανιασινὴν) Sarguſenam Σαργυσιωνὴν, Saravenam (hoc in Græco non invenio) Cammanenam Χαμμανηνὴν, & Maromenam, Μαριμιωνὴν. De hac Cappadocia intelligit vetus Adagium, *tria Cappa peßima*, uti ex Iſidori Peluſiotæ Epiſtolis videtur. In totidem quoque idem Strabo dividit eam quam Magnam dixit, ſcil. in Melitenam Μελιτηνὴν, Cataoniam Καταονίαν, Ciliciam Κιλικίαν, Tyanitim Τυανῖτιν, & Iſauritim Ἰσαυρῖτιν. Sed quod hic quoque addam, eſt, quod Ptolemæus Sargarauſena, Σαργαραυσιωνὴ, & Garſauria, Γαρσαυρία, legit. Apud eundem Melitena, Cataonia, & Lavianenſis, in Armenia Minore; & Iſauris, in Galatia ponuntur. Tempore Greg. Nazianzeni Cappadociam in Cæſarienſem & Tyanenſem dividebant. Porphyrogenneta eam dividit in Charſianam, Armeniacam, & Cappadociam Minorem, item in Cataoniam, Tauricam, & Mediterraneam. Cappadociæ regionibus jungit Plin. lib. 6. cap. 3. Gazazenam, & Colopenam. Liber Notitiarum habet Honoriadem Cappadociæ regiunculam: hujus mentio etiam fit in Cedreno,

docia ab Armenia disjungitur. Et quamquam ad id [1] naves codicariæ occulto per hiemem fabricatæ aderant. *Nonius.*

Qui prætergrediebantur [2] equites cataphracti, ferrea omni ſpecie. *Idem.*

Cum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulie-

dreno, & Novellis Juſtiniani. Appianus de bellis Syriacis nominat quoque Cappadociam Seleucidem, à Seleuco rege ſic cognominatam. pro Sargauria apud Ptolemæum legunt ejus interpretes Gardaucreta, mendoſe omnes. unum Noviomagum ſemper excipio. *Ortel.*

1 *Naves codicariæ.*] Feſtus in epitoma: *Caudicariæ*, inquit, *naves ex tabulis craſſioribus factæ.* At in veteri inſcriptione, CODICARI NAVICULARI INFERNATES. Item: CODICARII NAVICULARII ET QUINQ. CORP. NAVIGANTES. Videndus Seneca in Comment. de vitæ brev. ubi de Claudio Caudice, & Varro de vitâ pop. Rom. lib. III. apud Non. qui citat locum Salluſtii; nam habet: *Quod antiqui plureis tabulas conjunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naves codicarias appellamus.* Urſin.

2 *Equites Cataphracti.*] Huc pertinet alterum Salluſtii fragmentum, quod eodem loco Servius profert his verbis conceptum: *Equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerunt, &c.* Ex quo loco ſatis aperte Servius docet, Cataphractos equites eſſe, qui & ipſi ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Videndus Tac. lib. XVII. Ubi de Cataphractis ait: *nobiliſſimo cuique tegmen ferreis laminis, &c.* & Liv. lib. XXXV. cujus verba ſunt: *Equitum mirabilem vim trajici Helleſpontum in Europam partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo utentes.* Urſin. *Equites Cataphracti, &c.*] Juſtinus lib. XLI. *Munimentum (Parthis) equiſque loricæ plumatæ ſunt, quæ utrunque toto corpore tegunt.* Similia & infra dicit Salluſt. ubi Plumæ ſimilitudinem Salluſtius & Juſtinus expreſſere, quam alii plerunque ſquammam vocant, unde & ſquammatæ loricæ. Certe non differunt ſquammæ & plumæ ſpecie modoque contextus. Utramque ſimilitudinem Maro junxit lib. XI. ſub finem, addens materiem æneam:

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquammis, auro conſerta tegebat.

De equitibus non ita mirum, ſed illud, equos ſimiliter ferro totos quidem & uſque ad ungulas tectos fuiſſe. Egregie Claudianus II. in Rufinum de lamellis conſutis:

Flexilis inductis hamatur lamina membris
Horribilis viſu: credas ſimulachra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo:
Par veſtitus equis.

Hæc fuere olim Equorum Equitumque munimenta & tegumenta, an verius impedimenta. Nam certe pondus ſubinde & rigor (etiamſi ſquammata eſſent) impediebant inferre vulnera, æque atque accipere. Tacitus lib. I. Hiſtor. de Sarmatarum armatura: *Tegmen ferreis laminis, aut præduro corio conſertum, ut adverſus ictus impenetrabile, ita impetu hoſtium provolutis inhabile ad reſurgendum.* De iis ita Vegetius l. III. c. XXII. *Cataphracti equites, propter munimina, quæ gerunt, à vulneribus quidem tuti, ſed propter impedimentum & pondus armorum capi eos facile eſt.* H. Hugo.

I. Men.

mulieres conventum vitantes ad [1] menſtrua ſolvenda montem aſcendunt. *Idem.*

[2] Pluteoſque reſcindit, ac munitiones demolitur; locoque ſummo potitur. *Idem.*

Exer-

1 *Menſtrua ſolvenda.*] Turnebus libro xv. cap. 1. ait, *hoc loco menſtrua ſolvere, eſſe ſacra ſolvere, quæ menſe quoque dabantur. Menſtrua ſolvenda.*] Si in loci hujus enarratione fruſtra me dixero alias fuiſſe, profecto haud ementiar. Nec tamen mirum, cum (ut Petroniani Bollenii expurgationem in rem meam utar) & homo ſim, & adhuc juvenis; adde Lucretii (at quanti Poëtæ!) auctoritate inductus; apud quem iſtiuſmodi exemplum legeram: *Tempore eo ſi odorata eſt, quo menſtrua ſolvit:* ubi de muliere menſtruali, ac ſanguinis profluvio abundante loquitur. Itaque in eadem fortaſſis nunc etiam perſuaſione hærerem, niſi me errantem humanitus, comitate (ut ſolet) ſua, facile in viam reduxiſſet Lipſius, pariter autem vellendo, & admonendo, exiſtimare ſe *Menſtrua* hoc loco non pro Menſibus genitalibus, ſed pro Sacris potius accipienda; iis dico, quæ quot menſibus pro exercitus incolumitate, & maxime ſalute ſuorum, perſolvi, neſcio an Romani, Barbari certe moris antiquitus fuiſſe videtur: quam quidem ego hominis ingenioſiſſimi, & omnium ſine controverſia doctiſſimi interpretationem, non amplius primam pronunciare auſus, ipſe mecum & cum animo meo curioſius aliquamdiu agitaſſem, acceſſit tandem ad Lipſianam ſententiam auctoritas Plutarchi, apud quem (ut forte an conſilio in Craſſum ejus incideram) hæc verba inveni: οἱ δ' ἐπειρῶντο μὴ γνῶναι αἴσθησιν ἀποκρύπτειν, τὰ κρανῆ καταπιμπλάντες, ὀφθέντες δ' ὑπὸ δυοῖν γυναικῶν ἐνθουμίων τοῖς πολεμίοις, κινδυνώδουσιν, εἰ μὴ Κράσσος ὀξέως ἐπιφανεὶς, μάχλῳ ἔθνει παῶν καὶ θρασυτάτῳ. Id eſt: *His imperat* (Craſſus) *ut quam poſſint occultiſſime iter faciant, qui ſtudentes hoſtem fallere, galeas frondibus contexere. conſpecti autem à duabus mulieribus, quæ ſacrificabant pro ſalute hoſtium, in periculo fuiſſent, ni celeriter interveniens Craſſus pugnam commiſiſſet multo acerrimam, &c.* Vides, quantam à Plutarcho Salluſtius, à Salluſtio contra Plutarchus accipiat lucem. Nam abſque illo foret, nec per quas mulieres, Italicine, an exotici generis; nec è quo loco, nec quo diei tempore: nec qua occaſione inſidiæ iſtæ militares detectæ fuerint, compertum quicquam haberemus. Nunc ex Hiſtorici noſtri reliquiis diſcimus, lumine adhuc incerto, hoc eſt, ſub matutinum crepuſculum, opera mulierum maxime, & quidem nationis Gallicæ iſtud ipſum eveniſſe: hoc amplius; cauſſam deprehenſionis ejus turbæ vitationem, fortuitumque ſeceſſum, atque aſcenſum exſtitiſſe, in ſolum ac devium (uti apparet) montem ejus rei gratia factum, quo videlicet majore cum ſilentio ac religione, extra conventum ſacra illa peragi poſſent. Unde & liquido eſt animadvertere, quam curioſa ubique Rerum, Temporum, Locorum, Hominum denique tractatione Hiſtoriam ſuam exſecutus Salluſtius. qua ſane mihi ad miraculum uſque diſertus ac prudens omnem humani ingenii captum ſupergreſſus videtur; Hiſtoricorum quantum eſt, erit, aut fuit umquam, haud dubie princeps: & cui illud de Mæonio Poëta volgatum optimo jure tribui poſſit: *Longe erit à primo, quiſque ſecundus erit.* Douza.

2 *Pluteos.*] Tabulæ, quibus aliquid præſepitur, auctore Pompejo, *Plutei* dicuntur & crates crudo corio intextæ, quæ militibus opus facientibus opponi ſolebant, ſub hoc vocabulo ſignificantur.

Exercitum dimiſit, ut primum Alpes degreſſus eſt. *Aruſianus.*

Tetrarchas, regeſque territos animi firmavit. *Idem.*

Simul eos, & cunctos jam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ut in ſecunda re, pariter acre invadunt. *Nonius.*

Hi locorum perignari, & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quiſque in formam [1] parmæ equeſtris armabat. *Nonius.*

[2] De pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant. *Cariſius* lib. 1. *Servius.*

Avidior modo properandi factus. *Aruſianus.*

Conſilii æger. *Idem.*

Reverſi poſtero die, multa, quæ properantes deſeruerant in caſtris, nacti, cum ſe ibi cibo, vinoque læti invitarent. *Nonius.*

Atque hiavit humus multa, vaſta & profunda. *Idem.*

Rurſus jumenta nacti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt. *Aruſianus.*

Tum

1 *Parma.*] Eſt exiguum & rotundum ſcutum, ſicuti & pelta fuit ſcutum parvum & leve, à quo peltaſtæ & peltati pedites dicuntur. Cetra quoque inter exigua ſcuta fuit, ut ſcribit Marcellus.

2 *De pecore.*] Cariſius lib. 1. notat *pecu* & *pecus pecoris*, & hæc duo Salluſtii verba adfert. Servius autem l. III. Georgicôn & Martianus l. III. reliqua commemorant, nullo tamen adjecto libri numero, quæ ego primum inter ſe conjunxi, deinde hoc libro, hoc etiam loco poſui, quod cum eo, quod præcedit, optime congruerent. dicit enim Salluſtius eos ſcuta è viminibus nexuiſſe, illiſque coria de pecore recens detracta impoſuiſſe: quæ quaſi glutino adoleſcebant, quo etiam pertinet, quod idem ſcribit Servius, Salluſtium dicere Lucanos de vimine facta ſcuta coriis tegere, lib. Æneid. VII. Cariſius, lib. 2. *glutinum*, inquit, *dixit Varro in Scauro, glutinum Dædalum inveniſſe, quam declinationem Salluſtius ſequitur, cum dicit; quaſi glutino adoleſcebant.* idem eodem: *Varro in Scauro, glutinum ferunt Dædalum inveniſſe: quaſi, gaudium, præmium, itaque Salluſtius iſtius potius declinationis uſum ſecutus, Glutino, inquit, adoleſcebant, ut gaudio, præmio.* quas duas poſtremas voces cum exempli cauſa adferat Cariſius, eaſque ſuperius etiam cum Varronianis compoſuerit, mirari ſatis nequeo eorum ignaviam, dicam, an imperitiam, qui eas ut Salluſtianas habuere. *Carrio.*

1 *Tar-*

Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem [1] Tartanium. *Idem.*

[2] Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparaverunt. *Nonius.*

In quîs notissumus quisque, aut malo dependens verberabatur, aut [3] immutilato corpore, [4] improbo patibulo eminens affigebatur. *Idem.*

Ad Siciliam vergens faucibus, non amplius patet millibus v. & xxx. *Messius.*

[5] Clausi lateribus pedem. *Idem.*

[6] Naphthas. *Probus Catholicis.*

C. CRI-

1 *Tartanium.*] Amnem Bithyniæ.

2 *Eos qui hoc malum, &c.*] Retulit inter hujus libri reliquias Ludovicus Carrio, sed cum in Nonii Marcelli codicibus tum recentioribus cusis, tum etiam mss. vetustioribus, unde hæc desumsit Carrio, fragmento huic Sisennæ non Sallustii nomen præfixum sit, eo unde sumtum est me quidem judice relegabitur tantisper, donec hujus constitutionis ratio reddatur. *Putsch.*

3 *Immutilato corpore.*] Ciacconius: *In prora patibulo eminens.* Lipsius lib. 2. Antiq. legit: *In proris.* Neutrum placet. Ego ad Criticum Senatum adferre hanc meam emendationem non dubito: *Aut immutilato corpore improbe, patibulo eminens affigebatur.* Coler.

4 *Improbo.*] Locus non injuria de mendo suspectus: neque tamen quo mendum tollatur reperio. sunt qui legant, *in prora*, non placet. itaque amplius cogitandum. *Carrio. Improbo patibulo.*] Improbum patibulum hic excelsum denotare videtur. Sic *improbius natus*, pro grandioris staturæ homine: item *improbiora labra.* Aliæ enim cruces aliis fuerunt. Enimvero fatendum est, quod altitudinem crucis spectat, alias aliis majores statui solitas, etiam in vulgari & ordinario latronum & servorum supplicio. Nam prout robustiores essent, & altioris staturæ, qui erant cruci affigendi, vel infirmiores, ita crux illis altior, aut humilior compingebatur. Patibulum quidem proprie dicitur de transverso ligno, sicuti & patibulum pro sera sive vecte, qua ostia occluduntur, dictum à Titinnio notat Nonius. Cum tamen hæc vox pro cruce ponitur, tota ea intelligenda est. Sicuti hic apud Sallustium nostrum. Itaque errat hic Lipsius, quanquam locum ex Carbonaria Plauti apud Nonium adducit: *Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci.* Sed fallitur. Vide *Salmas.* de Cruce.

5 *Clausi lateribus pedem.*] Laudat Fragmentum istud Fronto, confirmare se studens auctoritate Sallustii, probe oppido, ac Latine dici: *Altus pedes tot.* Sed cum in hoc exemplo nec vola, nec vestigium elocutionis ejus usquam gentium compareat; cui dubium esse potest, quin vox *altus* mala manu istinc sublecta redonari Sallustio debeat, restituique fortasse hoc modo: *Clausi lateribus pedem altis.* Douza.

6 *Naphthas.*] Probus Catholicis, hoc hujus Naphthæ genus olei cedrino similis, Sallustius lib. IV. hist. dixit. *Naphthas.*] Alioqui & flos tenuissimus bituminis ita vocatur, circa Babylonem copiosissime proveniens, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in eam undecunque visam. Auctor Plinius lib. 2. cap. 105.

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER V.

1 AT Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro conſule per [2] Lycaoniam cum tribus legionibus in [3] Ciliciam tendere. *Priſcian.* lib. XVIII. [4] Legiones Valerianæ comperto, lege Gabinia

1 *AT Lucullus, &c.*] Hic conſul fuit A. V. DCLXXXV. una cum L. Metello, fratre Q. Metelli Cretici, qui (ut auctor eſt Pedianus) Conſule Pompeio Siciliæ Prætor fuit. Sed & ipſo ſub initium Conſulatus ſui, & ſucceſſore ſuo, antequam Magiſtratum eum iniret, defunctis; nemineque in locum porro ejus ſubrogato, ſolus eo anno Conſulatum geſſit; cujus hic mentionem injicit Criſpus, haud alio referundam, quam quod Lucullus, comperto Regem iſtum cum tribus Legionibus in Ciliciam (quæ eidem provincia cum exercitu decreta erat) per Lycaoniam tendere, ſuis militiam detrectantibus, ac jam abnuentibus omnia, auxilium ejus adverſus Mithridatem imploravit: ſed fruſtra; id quod ad proximum Fragm. docebimus. *Dorza.*

2 *Lycaoniam.*] Lycaonia, Aſiæ Minoris, in Cappadocia regio: vicina Iſauriæ, Ptolemæo. Idem alias Lycaones habet in Lycia, ad Lycum fluvium. quos aliquando Æcos (Αἰζεῖοι) dictos ſcribit Halicarnaſſæus I. Hi poſtea in Italiam profecti Oenotri dicti fuere. Pro Αἰζεῖοι ſuſpicatur Sylburgius Ἀζῶσς ſcribendum. Eſt & Phrygiæ Minoris urbs Lycaonia, D. Hieronymo, in locis Hebraicis. *Ortel.*

3 *Ciliciam.*] Cilicia Κιλικία, Aſiæ Minoris regio. Joſepho dicitur hæc Tarſus. Item Stephano. Chalah tamen Hebræis nominari, auctor eſt mihi Arias Montanus. Aoan Ἄωαν, aliquando vocatam, tradit Etymologicon. Hodie vocatur Turcomania & Finichia, à vico quodam magno; ut refert Marius Niger. Incolas prius Achæos appellatos ſcribit ex Herodoto Stephanus: ego Hypachæos apud eum lego. Idem Stephanus tradit eos etiam Trachiotas vocari. quorum mentio etiam apud Strabonem 2. Item 14. ubi Ciliciam in aſperam, & campeſtrem diſtinguit. Lithia appellat Serapio, cap. de cocco infectorio. Cilicia etiam Cappadociæ præfectura Ptolemæo: quæ Straboni Euſebia ad Argæum nominatur. Eadem, ni fallor, cum ea quam Joan. Chryſoſtomus Epiſtol. 125. ad Cyriacum, Taurociliciam nominat. *Idem.*

4 *Legiones Valerianæ, &c.*] M. Acilium Glabrionem intelligit, qui A. V. DCLXXXVI. cum P. Piſone Conſul fuit, eique provinciæ iſtæ una cum Mithridatico bello decretæ. Sed hariolor reſcribendum: *Conſuli datam, ſeſe miſſos eſſe:* quæ conjectura eo mihi firmior videtur, quo propior cum ad priores omnium editiones, tum vero etiam ad ſcriptorum codicum fidem accedit, in quibus probe & plane exaratum legitur, *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe.* quod quam pro-

binia [1] Bithyniam, & Pontum consuli datam, missos esse. *Idem ibidem.*

Regem aversabatur. *Arusianus.*

[2] Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum; & pars sua commeatibus mercatis. *Nonius.*

[3] Et uxori ejus frater erat. *Arusianus.*

Sæpe celebritatem nominis intellego timentem. *Priscianus* lib. XVIII.

Video

proclive fuerit imperito cuipiam exscriptori, ex nostro hoc τοῦ *sese*, architectari, quis non videt? Ceterum, *sese missos esse*, ab armis dimissos, & quasi militaris sacramenti nexu exsolutos interpretor. Hic enim color erat, quem Legionarii illi Valeriani, animis à Lucullo pariter abalienatis, rebellioni suæ prætexebant. Desiderantur autem verba, quibus periodi istius clausula explebatur, puta, *Caussantes*, seu *Prætendentes*, militiam detrectavere. quæ Priscianus, cui nos & hujus & prioris Fragmenti conservationem debere par est, per incuriam, ut solet, citare porro neglexerit. quod ego hic à me dictum cupio, non quidem contextus augendi, sed interpretandæ sententiæ tantum: quæ clarius ut liqueat, haud abs re fuerit, historiæ argumentum altius aliquanto repetere. Ea vero sic habet: *Post Triari cladem cum Lucullus advenisset, isque Mithridatem facile opprimere posse, si in eum perrexisset, videretur, ab exercitu suo desertus, nihil profecit.* Fuerunt autem Legiones, quæ primum sub Valerio Flacco, post sub Flavio Fimbria meruerant, quæ à P. Clodio solicitatæ, quum stipendia sua se confeciſse dicerent, dicto audientes esse, ac Imperatorem in Mithridatem sequi recusarunt. præsertim vero, ubi Acilium Glabrionem Consulem Lucullo successorem Roma missum adesse cupientissimis animis accepere, quæ Lucullo caussa fuit, ut, cum militum suorum seditione, tum quod ne à Marcio quidem, qui (uti dictum jam antea est) Ciliciæ cum imperio præerat, auxilium impetraret, omnibus modis proditus desertusque à suis, Mithridate veteri hoste relicto, retro in Tigranem convertit.

1 *Bithyniam.*] Vide supra p. 412.

2 *Ceteri negotia sequebantur.*] Videtur legendum: *Ceteri negotia exsequebantur.* Quomodo notavimus supra ad fragm. lib. III. scribendum esse, ubi est: *Cunctique ordinum munia exsequi.* & in bello Catilinæ dixit: *Cætera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequebatur.*

3 *Et uxori ejus frater erat.*] Huic elocutioni parissima illa, quam supra libro primo habuimus, *Liberis ejus avunculus erat.* Innuitque hoc dubie P. Clodium, qui, quod frater uxoris Luculli foret, primo se apud Imperatorem loco esse volebat. quod, quum ob flagitiosæ vitæ impuritias, summamque improbitatem atque insolentiam, minus ei ex sententia procederet, excogitavit homo malitiose & arroganter confidens, quanam potissimum ratione & quibus artibus Lucullum de Imperii fastigio dejectum præcipitem daret. Itaque invidia, atque ira, pessimis consultoribus grassatus, comperto, Fimbrianos milites (quos supra Legiones Valerianas, à Valerii Flacci Imperatoris quondam sui nomine appellavit) ad singula seditionum momenta jam pridem arrectos, intentosque diem novandis rebus circumspectare; eosque, ac ceteros de factione, quorum cognoverat promtam audaciam, comparatis delinimentis subire instituit: persuasitque facile animis

Video ingentia dona quæsitum ire properantem. *Idem ibidem.*

[1] Nam si Pompejo quid humani eveniſſet. *Aruſianus.*

[2] Quibus de cauſſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcen-

mis lubricis, & ſam inde ab antiquo turbare ac tumultuari aſſuetis, ſe non amplius ſacramenti religione teneri. cujus rei ſpecies erat, rogatio legis Maniliæ, qua provinciæ atque exercitus omnes, quibus ad id uſque tempus cum imperio Lucullus præfuerat, Pompejo recens à Piratico bello reduci mandabantur, adjecta etiam Cilicia, quam Glabrio obtinebat. Proinde ſic quaſi ex Senati decreto una cum ipſo Imperatore ſuo exauctorati, traducebant illi otioſe in Gordyene tempus, Pompejum, aut quem alium Imperatorem ad ſuccedendum Lucullo miſſum exſpectantes. Ex quibus omnibus perſpicue patet, in Fragmento iſto ordinem perperam ac præpoſtere ſervatum eſſe; &, quod nunc quintum legitur, ante ſuperiora illa quatuor principe loco collocari debere. Quo etiam haud abſurde meo quidem animo pertinere judico exemplum proximum, illud, quod iſtud anteceſſit, volui dicere: *Ceteri negotia ſequebantur familiaria Legatorum, aut Tribunorum, & pars ſua* (ſubaudi, *negotia ſequebantur*) *commeatibus mercatis*: Id eſt, militiæ vacatione, ſeu miſſione, non data, ſed emta, pretioque conciliata à ducibus ſuis: arte noſtris etiam Strategis non ignara. Unde magis etiam videre eſt, quanta lubido Romanos iſtos manipulares tenuerit, veterem Imperatorem novo commutandi, ac rejicto Lucullo ſe cum Pompeii victoris, ac bis Triumphalis copiis ambitioſe conjungendi. *Douza.*

1 *Nam ſi, &c.*] Fragmentum iſtud, Catuli Orationis partem fuiſſe, ſummatim à Salluſtio recenſæ, pro certo mihi perſuadet Plutarchus, ita ſuper hac ipſa re in Pompejo ſuo diſſerens; Κατύλου δὲ καὶ τοὺς νόμους ἀναπηδώντος, πολλῷ μὲν αἰδοῖ τοῦ δήμου ἡσυχίαν παρῆγεν. ἐπεὶ δὲ πολλὰ μὲν πεμπὸς ἀνεπιφθόνως ὑπὲρ τοῦ Πομπηίου διελθὼν, συνεβούλευε φείδεσθαι, καὶ μὴ ἀναβάλλειν τὸν τοιοῦτον ἄνδρα κινδύνοις ἀπαλλήλοις, καὶ πολέμοις. ἢ τίνα, εἶπεν, ἕξετε ἄλλον, ὃν ἀπολέσητε τοῦτον; Id eſt: *Procedente ad dicendum* (adverſus legem Gabiniam) *Catulo, magnum ſilentium tenuit reverentia ejus populus. Poſtquam hic multis Pompeii laudibus candide commemoratis, ſuaſit ut parerent ei; nec periculis & bellis aliis ex aliis talem virum objicerent. Aut quemnam* (inquit) *habituri eſtis alium, hunc ſi amiſeritis? &c.* Douza. *Si Pompejo, &c.*] Quo hoc fragmentum ſpectet, coner demonſtrare illo Paterculi loco lib. 2. *Digna eſt memoria Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia, qui cum diſſuadens legem in concione dixiſſet, eſſe quidem præclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam liberæ Reipubl. neque omnia in uno reponenda; adjeciſſetque, ſi quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis? Succlamavit univerſa concio, Te, Q. Catule.* Meminit & Cicero pro L. Manilia, & Valerius Maximus lib. 8. cap. 15. Plutarchus in Pomp. *Coler.*

2 *Quibus de cauſſis.*] Verba ipſa de Pompejo accipienda judico, cui uni ad ſe accedenti Sullam aſſurgere ſolitum Appianus lib. 1. tradidit. *Carrio. Quibus de cauſſis.*] Honoris ſcilicet. Servius ad x. Æneidos: *Quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant, equo deſilire, caput aperire, via decedere, aſſurgere; hoc etiam præcones præeuntes magiſtratus clamare dicebantur.* Arnobius lib. VII. *Si quiſpiam viſo potentiſſimi nominis viro, via decedat, aſſurgat, caput revelet, vehiculoque deſiliat, tum deinde ſalutet.* Putſch.

1 *Ne.*]

descendere, sibi uni assurgere de sella, caput aperire solitum. *Nonius. Arusianus. Servius.*

C. CRISPI SALLUSTII

FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

1 NE inrumiendi po.....
sublicibus cavata.....
sent. *Festus.*

2 Cujus duas insulas propinquas inter se, & decem stadium procul à 3 Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius.*

Serum

1 *NE.*] Ex quarto an ex quinctο historiarum libro hæc in voce, *sublicium*, Festus adducat, nemo facile dixerit, sic enim in Antonii Augustini exemplo scriptum est: *Sallustius lib. qu.* qua nota quartus non minus quam quinctus designari potest. præterea de verbis ipsis Sallustianis, cum ingens in Festo sit lacuna, non minor dubitatio est, & ea re Festum ipsum exprimere, quam, nescio quid novum comminiscendo, in temeritatem incurrere malui. *Carrio.*

2 *Cujus duas insulas propinquas.*] Sunt qui fragmentum hoc VII. sunt qui X. Sallustii historiæ, sunt qui XI. adscribant. sed cum præter V. superiores historiarum libros nullos à Grammaticis recenseri videam, & veteres codices sexto postrema hæc tribuant; omnino hunc numerum retinere malui. neque enim mihi fit verisimile, reliquos eos, si modo præter sex, ut jam dixi, alii etiam à Sallustio scripti sunt, ita prorsus intercidisse, ne verbum quidem ex iis ut à Grammaticis afferatur: maxime cum novator verborum Sallustius sui ubique sit simillimus: & aliis suis libris, si quos forte scripsisset, non minorem Grammaticis novas, imo veteres, loquendi rationes in iis observandi occasionem dedisset, quam iis, quos mutilos, laceros, consciscos, perturbatos, & nulla ex parte sibi respondentes nunc in lucem edimus, suppeditaverit. Adde, quod illa ipsa fragmenta, quæ ex quibus historiarum libris sint desumta, incertum est, cum ad hos quidem superiores libros pertinere certum sit, cui tamen unumquodque eorum debeat assignari, non temere dixeris, sed ad fragmentum. Loquitur, quantum divinare valeo, de insulis fortunatis, ad quas victum voluisse ire Sertorium à Sallustio in historiis esse traditum, scribit in librum Epodôn Horatianus interpres, sive is Acron est, sive Porphyrio; sed silentio prætereundum non est, me, pro *satis constabat*, scripsisse, *sitas constabat*: quod ne cui paulo humaniori non probem, non timendum mihi esse existimo. *Carrio.*

3 *Gadibus.*] Gades Pomponio, Gadira

[1] Serum bellum in anguſtiis futurum. *Junius Philarg. ad Georg. Virgilii.*

[2] Illi tertio menſe pervenere in [3] Pontum multo celerius ſpe Mithridatis. *Aruſianus.*

Ergo ſenati decreto ſerviundum ne ſit. *Donatus* act. II. ſcen. II.

[4] Pompejus oris improbi, animoque inverecundo. *Suetonius de claris gram.* cap. XIV.

Simu-

dira Γάδειρα, Ptolemæo, & Apollodoro: Erythia Ἐρύθια, Pherecydi, ut Strabo tradit: Ἐρύθεια, & per ſyncopen Ἐρύθη, Stephano. Gadir Pœnis, auctore Solino & Plinio; qui *ſepem* eorum lingua ſignificare addit. Pavimentum lapidibus ſtratum interpretatur Joan. Tzetza. Hodie autem una exſtat tantum inſula, cum urbe cognomine. Gadiz enim Hiſpani, & inſulam & urbem, ſed nautæ noſtrates Calis-malis vocant. Juxta eſt exiguus ſcopulus, quem S. Petri Hiſpani nominant. Urbs Gadiz, quæ Cæſari lib. 2. Civilium Gades pluraliter nominatur, Juliæ Gaditanæ Auguſtæ nomen habet apud Plinium. In inſulæ vero meditullio duæ hodie ſuperſunt vetuſti ædificii turres, Torres de Hercoles incolis dictæ. Herculem hic olim delubrum habuiſſe, auctores ſunt Strabo, Plinius, & Mela. De Gadibus multa Philoſtratus 5. Has vero Fortunatas inſulas nec nomino, nec noſco: niſi ex Plutarchi Sertorio, qui eas ſub nomine Atlantidum deſcripſit. Corruptus autem hic Nonius: nam pro *decem ſtadium*, *decem millibus* legendum, ex hoc loco Plutarchi. *Ortel.*

1 *Serum bellum in anguſtiis.*] *Serum* hic explicant Grammatici crudele atque ſævum. Virg. v.

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

Valerius Flaccus Argonauticôn lib. VI.

Cum Juno Æſonidæ non hæc ad vulnera cernens
Eſſe viam, nec ſic reditus regina parandos,
Extremam molitur opem, funeſta priuſquam
Conſilia, ac ſeras aperit rex perfidus iras. Putſch.

2 *Illi tertio, &c.*] Aruſianus Meſſus; *citius ſive celerius hac re.* ſic enim ibi ſcribendum eſt. hoc autem fragmentum, etſi non dubito quin ad librum quartum pertineat, quo bellum Mithridaticum deſcribitur, tamen, ut certum, eo referre religio mihi fuit. *Carrio.*

3 *Pontum.*] Provincia Aſiæ minoris, clauditur juxta Strabonem ab occidente Haly flumine, ab Oriente Colchide: à meridie minori Armenia, à ſeptentrione mari Euxino. Etſi Ptolemæus libro 5. paulo aliter diſterminet: *Pontus*, inquit, *ab occaſu ore Ponti & Thracio Boſporo: à meridie, regione, quæ proprie Aſia dicitur, à ſeptentrione parte Euxini maris diſterminatur.*

4 *Pompejus.*] Sueton. de claris gramm. cap. XIV. *Lenæus*, inquit, *tanto amore erga patroni memoriam exſtitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quod Pompejum oris improbi animoque inverecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceraverit, laſtaurum, lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, vita ſcriptiſque monſtroſum: præterea priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.* Carrio. *Pompejus, &c.*] Dii Criticis iſtis male velint, vel faciant potius, oris quidem improbiſſimi, animo vero multo inverecundiore: qui Salluſtiano ſtigmate non contenti; quo Hiſtoricus ille animi verecundi notam Cenſoria tetricitate

[1] Simulans ſibi alvum purgari. *Iſidorus* lib XI. *in voce Alvus. Servius ad* lib. III. *Æneid.*

Fecit

tate Pompeio in perpetuum inuſſit; nobilem illam, omnibuſque priſcorum monumentis decantatam oris ejus probitatem, in dubium inſuper vocare ſunt auſi: & quidem, quod indigniſſimum eſt, contra omnium librorum auctoritatem. Atqui, ſi non aliud, at certe Salluſtiana eos ſcribendi ratio à criminatione iſta reprehendere, ac retinere debebat; qui bis eandem rem dicturus non fuit; niſi forte eum ab antiquo ſolemni illo ſuo, quod principem in ipſo virtutis locum obtinere videmus, in hac hiſtoriæ parte receſſiſſe dicamus. Sed hoc veriſimile non eſt: potius crediderim hoc Cenſorum genus, ceteros omnes ex ſuo ingenio probare conſuetos, quoniam ipſis qua ore, qua animo, nihil improbius, nihil confidentius, eo probiſſimum illud caput, Pompejum dico, ſui ſimilem ratos, in hoc album, atque in has Tabulas retuliſſe, in quas ipſi jampridem, non ſine multorum & famæ, & rei diſpendio, nomina dediſſe convincuntur. Hoc profecto verius, quam ut Criſpum ullius aut tautologiæ, aut manifeſti mendacii inſimulare audeamus. quod hercule ipſi evenire neceſſe fuerit, ſi de eorum, quos dixi, Phormionum ſententia, improbitas oris hoc loco cum animi inverecundia copuletur. quæ duo germana, ac tantum non gemina eſſe res ipſa vociferatur. ſiquidem ita natura comparatum videmus, ut qui os ferreum frontemque perfrictam gerunt, abeſſe non poſſit; quin iidem animo pariter inverecundo, hoc eſt, in receſſu impudentes reperiantur, & quidem ſemper: non è tranſverſo, id quod ex hoc Salluſtiano de Pompeio teſtimonio comparebit, ſi tamen ita (ut in reliquis fere editionibus eſt) ad priſtinam formam reconcinnetur: *Pompejus oris probi, animoque inverecundo.* Argute ſane, ut in hoc ſcriptore omnia, maxime ob antitheta illa; *Animi*, dico, *inverecundiam*; cujus rei teſtes cum primis invidia, atque ambitio Pompeii, quibus idem Lucullo (at cui viro?) victoriam cum imperio modo non è manibus impudentiſſime extorſit: (Nam de Carbonis ter Conſulis, patroni, ſive (ut verius cum Plauto dicam) Genii ſui parricidio, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat differere) ingenuam deinde probitatem, quam in ejus viri ore, ac vultu toto, ſumma cum modeſtia habitaſſe, ſeque non ſine rubore gratioſo, quoties ad dicendum accederet, prodidiſſe extrinſecus, in tantis teſtimoniorum undique affluentium copiis probare neceſſe non habens, unico Plinii modo indicio contentus lectorem abſolvam. Id vero lib. XXXVII. cap. II legitur iſtiuſmodi: *Imago Cn. Pompeii è margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris, verecundique per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, ſeveritate victa, & veriore luxuriæ triumpho.* Douza.

1 *Simulans ſibi alvum purgari.*] In Servio eſt, *Simulans alvum purgare:* Sane bene, (atque ut multa paucis proloquar) Salluſtianum in morem. hoc eſt, adſtricte, ut ejus hiſtorici omnia. cui ſimile Tibullianum illud: *Mox ſimulat tranſire domum.* Item apud Tullium: *Ulyſſes furere aſſimulabat.* petoque eum de Mario loqui, qui (ut Plutarchus in vita ejus tradit) cum ſub noctem eum principes civitatis adiſſent, atque in Saturninum concitarent, his inſciis admiſit illum altera janua. Mox alvi profluvium apud utroſque cauſſans, modo ad hos, modo ad illum in ædibus tranſcurrit, eoſque ita inter ſe commiſit atque inflammavit. Scio, ſtatim hic mihi objectum iri, facinus iſtud Marianum (quod à Plutarcho commemoratur) multis annis ante Lepidi & Catuli conſulatus (unde Hiſtoriæ hujus initium Salluſtium feciſſe, cum ex principe prioris libri Fragmento, tum ex

Auſo-

Fecit ut nunciis confeſtim lugubribus. *Cariſius l.* II.

[1] Communem habitum tranſgreſſus. *Priſcianus* lib. XIV.

Inter arma civilia æqui boni famam petit. *Seneca* lib. XX. epiſt. CXV.

Haud impigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad And. Terentii* act. I. ſcen. II.

Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. *Idem ad Eunuch.* act. IV. ſcen. III.

Hoſtes oppreſſi, aut delapſi forent. *Iſidorus* lib. XVIII.

Exercitum argento fecit. *Seneca* lib. XX. epiſt. CXV.

[2] Togam paludamento mutavit. *Iſidor.* lib. XIX. *Servius.*

[3] Hiero rex Syracuſanorum bellum fecit. *Seneca.*

Ibi triennio fruſtra trito. *Servius ad* IV. *Æneidos.*

Oratio C. Cottæ Conſulis ad Populum.

[4] Quirites, multa mihi pericula domi, militiæ multa adverſa

Auſoniano Protreptico compertum habemus) eveniſſe. quæ mihi plane confiteri lubet. Sed quid vetat paulo altius Hiſtoriam ſuam repetiviſſe Salluſtium, quo videlicet ad mox futura porro inſtructior veniret lector? cui opinioni ſtabiliendæ, & Jugurthini & Catilinarii belli, ultima ex origine deducti, exordia eſſe poſſunt. niſi quis hæc ad dedecorem Carbonis exitum referri maluerit, quem idem Plutarchus narrat, poſt quæſtiones à Pompeio aſpere in eum ac violenter pro tribunali exercitas, abduci inde, ac trucidari juſſum, ut gladium ſtringi vidit, locum & ſpatium breve ad alvum exonerandam ſibi concedi poſtulaſſe. *Idem.*

1 *Communem habitum tranſgreſſus.*] Hæc in magnum Pompejum convenire, credi quid vetat? *Idem.*

2 *Togam paludamento.*] Hoc eſt à pace ad bellum migravit. Togis enim in pace utebantur Romani, ubi bellum advenerat, paludamentis: & Paludati in libris Auguralibus armati. Feſtus: *Paludati in libris Auguralibus ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.* Ita quoque accipio notiſſimum Lucilii verſum:

Pone paludatus ſtabat rorarius velox.

Putſch.

3 *Hiero rex, &c.*] Hiero, Syracuſanus, cum eſſet ex duce rex factus, populi Romani perpetuus amicus fuit: ac cum omnis expers diſciplinæ in morbum incidiſſet, eruditi cœpit, ac ſeſe ultro ſermonibus Phyſicis accommodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit, Poëtis Pindaro & Simonide acerſitis uſus eſt. Ælianus de varia hiſtoria. Hic corporis pulchritudine & viribus adeo præſtitit, ut omnibus pene miraculum eſſet. Juſtinus lib. 23.

4 *Quirites.*] Hæc oratio dicitur C. Cottæ conſulis: quod ex eo patet, quod ipſe in ea dicat, *C. Cotta Conſul.* offendi tamen in Epitomatis L. Flori, quod M. Aurelius Cotta Conſul, ad Chalcedoniam prælio à rege victus eſt, rexque, à Pompeio & Metello victus. Itemque judicia per M. Aurelium Cottam

vorſa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis, & virtute mea: in quîs omnibus, neque animus negotio defuit; neque decretis labos. Malæ, ſecundæque res, opes non ingenium mihi mutabant. At contra in his miſeriis cuncta me cum fortuna deſeruere. Præterea ſenectus, per ſe gravis, curam duplicat: cui miſero, [1]ſenecta jam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet. Nam, ſi parricida veſtri ſum, & [2]bis genitus hic Deos Penates meos, patriamque, & ſummum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus ſatis eſt, aut quæ pœna mortuo? cum omnia memorata apud inferos ſupplicia ſe elere meo vici. A prima adoleſcentia [3]in ore veſtro, privatus, & in

tam, ad equites Romanos tranſlata ſunt: quo tempore Mithridates deſperatione rerum ſuarum ad Tigranem regem Armeniæ confugit. Unde ſive idem Cotta ſit, ſive alius, certum eſt, quod, poſtquam male ab eo pugnatum erat, & rurſus in patriam ac civitatem receptus erat, hanc orationem habuit: in qua commiſerationem populi ex infortunio ſuo & voluntaria (ſi exigatur) devotione implorat. *Bad. Quirites, &c.*] Oratio C. Cottæ Conſulis ad populum, ut tolerent adverſa. quam inſcriptionem ea verba oratione hac extrema poſita ſatis videntur confirmare: *Adſum ego C. Cotta Conſul.* ex quo autem hiſtoriarum libro, nondum cogitando aſſequi potui: dubitavi aliquando, neque dum poſſum ſtatuere, è tertione an potius è quarto hiſtor. lib. hæc olim fuerint exemta. nam & tertio libro frequens Cottæ mentio eſt: & quarto Mithridates etiam Cottam nominat. quanquam ibi *Marcus*; hic vero, niſi nos libri fallunt, *Cajus* appellatur. & ſane, ſi in re incerta omnino aliquid ſtatuendum eſt, malim hæc tertio quam quarto hiſtoriarum libro dare. duobus enim annis continuis è Cottarum familia & gente Aurelia Conſules fuerunt; anno nempe V. CIↃCCLXXIIX. quem tertio libro noſter deſcripſiſſe videtur. L. Octavius Cn. F. Cn. Nepos collegam habuit C. Aurelium M. F. C. ni fallor, nepotem Cottam, ſequenti deinde anno Coſſ. fuerunt L. Licinius L. F. L. N. Lucullus, & M. Aurelius M. F. C. ni fallor, nepos Cotta. de quibus quarto libro egit Salluſtius. *Carrio.*

1 *Senecta jam ætate.*] Exemplaria & aliæ editt. *acta jam ætate*, quod reſtituendum exiſtimo, intelligoque effœtam & decrepitam ſenectam: ut in oratione ad Cæſarem: *Non orbi liberi, non parentes exacta ætate.* Item bello Jugurthino de Micipſa quod ſcribit: *Exacta ætate ſua, & parvis liberis.* Douza.

2 *Bis genitus.*] Quia poſtliminio renatus videbatur, cum iterum eſſet patriæ datus. *Bad.* Recte Badius, quod fruſtra faſtidiunt Carrio & alii, qui aut *vobis genitus*, aut, ſive *bis* ſive *vobis* deleri malunt. Iterum genitum ſe ſignificat, quum factione Mariana, quam cum aliis nobilibus fugerat, per Sullam oppreſſa in urbem redit: ut Cicero quoque ſuum ab exilio reditum παλιγγενεσίαν vocat. In eandem ſententiam eunt Turnebus, Ciacconius, Colerus. Qui quoniam omnes eadem dicunt, unum iis addam proprie noſtrum, locum videlicet Ciceronis in Bruto pœne extremo. *Sed me cupidiſſi-*

in magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia voluere, uſi ſunt: neque ego [1] callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui: avidiſſumus privatæ gratiæ maxumas inimicitias pro republica ſuſcepi; qui victus cum illa ſimul, cum egens alienæ opis, plura mala exſpectarem; vos, Quirites, rurſus mihi patriam, Deos Penates, cum ingenti dignitate dediſtis. Pro quibus beneficiis, vix ſatis gratus, ſi ſingulis animam, quam nequeo, conceſſerim. Nam vita & mors jura naturæ ſunt: uti ſine dedecore cum civibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Conſules nos feciſtis, Quirites, domi bellique impeditiſſuma rep. Namque Imperatores Hiſpaniæ ſtipendium, milites, arma, frumentum poſcunt: & id res cogit: [2] quoniam poſt defectionem ſociorum, & Sertorii per montis fugam, neque manu certare poſſunt, neque utilia parare. Exercitus in Aſia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hoſtium eſt: nec minus Italiæ marituma, & provinciarum: cum interim vectigalia * parva, & bellis incerta,

vix

mum audiendi primus dolor percuſſit, Cotta cum eſt expulſus. Et paulo poſt: *Tumultus interim pro recuperanda republica & crudelis interitus oratorum trium Scævolæ, Carbonis, Antiſtii: reditus Cottæ, Curionis, Lentulorum, Pompeis.* Gronov.

1 *Callidam facundiam.*] Sunt qui, *caninam facundiam*, Salluſtium ſcripſiſſe exiſtiment. quod diſſentientibus libris nondum probare poſſum. ſcio quidem à Salluſtio Ciceronis facundiam ſeu potius ab Appio ita appellatam fuiſſe, ſed quid ad rem? *Carrio. Callidam facundiam.*] Nonius in Rabula ſic citat aliud fragmentum, quod modo indicavimus: *Salluſtius*, inquit, *Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.* Columella in operis præfatione: *Sed ne caninum quidem, ſicut dixere veteres, ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum à majoribus, à nobis etiam conceſſum intra mœnia, & in ipſo Foro latrocinium?* Iſidorus de ſummo bono l. III. c. LX. quid ſit canina facundia docet, cum ait: *Antiqui Forenſem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quod cauſidici incertaminibus cauſſarum, omiſſis quæ agunt, veluti canes, alter alterum ſe lacerant jurgiaque cauſſarum ad injurias ſuas commutant.* Prudentius in Hamartigenia:

Inde canina Foro latrat facundia toto.

Urſin.

2 *Quoniam poſt defectionem.*] Scribo ex libris omnibus, *quoniam defectione ſociorum, & Sertorii per montes fuga.* quorum poſtrema in omnibus, maxime tamen Glareani libris ſunt corrupta: in quibus eſt; *& Sertorii per montes, neque fuga, neque manu certare poſſit, neque utilia parare.* quod alii corrigentes legunt; *& Sertorii per montis juga neque manu certare.* Utrumque abſurdè *κατὰ ἀπροσδιονυσίαν. Carrio.*

* *Parva.*]

Digitized by Google

vix partem ſumtuum ſuſtinent: [1] ita claſſe, qua commeatus vehebatur, minore quam antea navigamus. Hæc ſi dolo aut ſocordia noſtra contracta ſunt, agite, &, uti lubet, ita ſupplicium ſumite: ſin communis fortuna aſperior eſt, quare indigna vobis, nobiſque, & rep. incipitis? Atque ego, cujus ætati mors propior, eſt, non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur. neque mox [2] ingenuo corpori honeſtius, quam pro veſtra ſalute finem vitæ fecerit. Adſum en C. Cotta conſul, facio quod ſæpe majores aſperis bellis fecere; voveo, dedoque me pro Rep. quam deinde, [3] cui mandetis, circumſpicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunæ, & pacis, & belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum ſit. Tantummodo in animis habetote, non me ob ſcelus, aut avaritiam cæſum, ſed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dediſſe. Per vos igitur, Quirites, & gloriam majorum, tolerate advorſa, & conſulite reipubl. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores: quos nequicquam abnuitis, & pacis opulentiam quæritis: cum omnes provinciæ, regna, maria, terræque aſpera, aut feſſa bellis ſint.

[4] Germani intectum renonibus corpus tegunt. *Iſidorus.*

Unde pons in oppidum pertinens explicatur. *Aruſianus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur. *Donatus.*

Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius.*

Atque

* *Parva.*] Quia dum bella geruntur non poſſunt vectigalia tam abunde colligi: & ſi colligantur, in periculo ſunt, ne intercipiantur. *Badius.*

1 *Ita claſſe, &c.*] Significat Conſul eo anguſtiarum redactos Romanos, ut navium armatarum, ſed bellicarum numerus jam minor ſit, quam antea claſſis fuerat, qua commeatus tranſvehebantur. *Douza.*

2 *Ingenuo.*] Carrio legit, *ingenio corporis.*

3 *Cui mandetis.*] Tacite innuit ſe adhuc utilem fore reipubl. cum non ſit facilis repertu melior. *Bad.*

4 *Germani.*] Ex Iſidoro lib. XIX. in voce, *renones:* quem eundem locum intellexit Servius lib. III. Georg. Salluſtium veſtes de pellibus renones vocare ſcripſit. quo de commentario II. Antiquar. lect. diximus. *Carrio.* Iſidorus lib. XIX. cap. 23. *Renones ſunt velamina humerorum & pectoris uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, ut imbres reſpuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum, quaſi reptat: de quibus Salluſtius: Germani intectum renonibus corpus tegunt.* Legerim tamen: *Germani intecti rhenonibus corpus tegunt.* Intecti enim plerumque corpus erant.

Atque eos à tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum disseruit. *Priscianus.*

Inde ortus serino per cunctantibus utrimque, Satin salvæ, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis augerentur. *Donatus.*

Fugam nostris fecere. *Seneca.*

Quæ audita [1] Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem.*

Quo cupidinis in ore ducis sese quisque bonum, & strenuum ostentantes. *Isidorus. Servius* x.

[2] Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere. *Isidorus. Servius.*

[3] Ubi multa nefande casu super ausi, atque passi. *Priscian.*

Sagun-

Tacitus: *Tegumen omnibus sagum fibula consertum. cetera intecti totos dies juxta focum atque ignes agunt.* Et paulo post: *Gerunt & ferarum pelles.* Cæsar lib. 6. bell. Gall. *Pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Hoc autem nomen Gallos pellibus ferinis indidisse putat Scaliger eruditissimus, quod Græci βήνας τὰ μῆλα nominent. Nam & ipsos Gallos aliquando Græce locutos esse. Germani nostri etiamnum juvencum seu vitulum *Rind* vocant. *Coler.*

1 *Panormitanos.*] Panormus est insignis Siciliæ civitas, ita dicta quod ob multitudinem appellentium navium omnium veluti portus communis esset. Hodie Palermo dicitur. Magna hic dubitatio est, an Panormus Græca sit civitas, quod nomen indicare videtur, an Punica. Pervetustam esse urbem ex Thucydide constat, cujus verba Latine l. VI. ita sonant: *Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisque insulis ei adjacentibus, negotiandi cum Siculis causa. At postquam multi Græcorum illuc cum navibus trajecerunt, relictis plerisque, Motyam & Soluntem ac Panormum, finitima Elymis opida sedibus ibi positis una incoluerunt; cum Elymorum fieti societate, tum quod exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia distat.* Bochartus alio nomine Punico appellatam Urbem existimat, ut puta Leptis, quod stationem denotat. Cluverus Græcam esse urbem contendit.

2 *Ventis per cava terræ citatis.*] Huc fortasse pertinet fragmentum, quod supra lib. IV. habetur ex Nonio: *Atque hiavit humus multa & profunda.* Nam Sallustius agebat hic, ut apparet, de ingenti quodam terræ motu, & fortasse de eo, de quo Athenæus facit mentionem lib. III. ex historiis Nicolai Damasceni, in quibus scriptum erat: Ἀνεφάνησαν καὶ τῶν χώρων αὐτῶν λίμναι τινὲς καὶ ποτάμοι ἔσχον ἄσυ, καὶ πόλεμοι καὶ ἄλλαι τινὲς κινήσεις ἀνεωχθεῖσαν. Ad Sallustii certe locum respexit Tacitus, cum dixit de terræ motu quodam lib. II.: *Neque solitum in tali re effugium subveniebat in operta prorumpendi, quia deductis terris hauriebantur, sedisse immensos montes, visa in arduo, quæ plana fuerant, effulsisse inter ruinam ignes memorant.* Ursin.

3 *Ubi multa.*] Censorinus, inquit Priscianus libro decimoquarto, de accentibus sic scribit: *super præpositio est apud*

[1] Saguntium. *Cariſius*

[2] Tota autem inſula modica, & cultoribus inanis eſt. *Martianus.*

Immodicus animi. *Aruſianus.*

Pugnam illam pro omine belli futuram. *Servius.*

[3] Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro Italica gente fuit. *Idem.*

Opprobrii gratia. *Agrætius.*

Maxumis ducibus, fortibus ſtrenuiſque miniſtris. *Diomedes* lib. 11.

Non repugnantibus modo, ſed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus.*

In

apud Virgilium 1, Æneid.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero in hiſtoriis adverbium hoc protulit: *Ubi multa nefande caſu ſuper auſi atque paſſi. ſed mihi videtur Salluſtius quoque loco præpoſitionis hoc præpoſtere protuliſſe.* hæc Priſcianus. quorum poſtrema in eo ſcribuntur quaſi Cenſorini ſint, non Priſciani: cum tamen Priſcianus ab illo in alia omnia diſcedat, & hîc præpoſitionem poſtpoſitionem, Græca figura, factam eſſe velit: hinc etiam, *caſu*, non *caſus*, quod vulgo eſt, ſcribi, & poſtremas duas voces, quæ ab editionibus abſunt, ex veteribus libris adjici oportere judico. An autem hîc Cenſorinus, cujus de Grammatica, de accentibus, aliiſque eodem pertinentibus Caſſiodorus non ſemel libros nominat, idem ſit cum illo, cujus de die Natali volumen multis defectibus ſuppletis locupletius, lociſque infinitis correctius brevi in lucem dabimus, dubitare me non nego. *Carrio.*

1 *Saguntium.*] Huc poſſunt referri, quæ refert Hieronymus in Commentario in Abacuc, cum ait: *Criſpus loquitur in Hiſtoria: Saguntini fide atque æruminis incluti, per mortalium ſtudium majores, quam opibus; quippe quorum etiam tum ſemiruta mœnia, domus intectæ, parieteſque templorum ambuſti, manus Punicas oſtentabant.* Urſinus. *Saguntium.*] Pro *Saguntinorum* dictum eſſe notat Chariſius l. 1. Sed vix eſt ut credam bellum Saguntinum in hiſtoriis deſcripſiſſe Salluſtium, cum à Lepido & Catulo, uſque ad bellum Catilinarium ſcripſerit. Videtur aliquis pro concione apud Salluſtium, aut alia quacumque oratione an epiſtola Saguntinorum meminiſſe. *Coler.*

2 *Tota autem.*] Martianus libro quinto; *Si brevis*, inquit, *fuerit monoſyllaba; jambus aut anapæſtus antecedat: ut ait Salluſtius. Toga autem, &c.* eadem ſunt apud Conſultum Chirium (ſive Curium) Fortunatianum libro tertio Rhetoricorum: ut quidem vulgo, & in ipſa etiam Nannii caſtigatione editus eſt: duplici profecto vitio. nam & ea, quæ de officio oratoris agunt, uſque ad elocutionem, D. Auguſtini, non Fortunatiani ſunt. & quæ dehinc conſequuntur, à nebulone neſcio quo, ad verbum ex Martiano tranſlata, & illis fuerunt adjecta. ita homines male induſtrii ex diverſiſſimis liquoribus egregium miſtum cinnum temperarunt. *Carrio.*

3 *Tantum antiquitatis.*] Lectio ab hoc loco aliena, nihilque ad Genium Salluſtianæ antiquitatis faciens, quam hoc modo me conjectore reſtituas li-

[1]In ſilva Sila fuerunt. *Servius.*

In nuda injecta corpora. *Diomedes.*

[2] Apollinis filia & Cyrenes. *Probus.*

Ne ſimplici quidem morte moriebantur. *Servius.*

Cum prædixero poſitum inſulæ. *Donatus.*

[3] Cujus adverſa voluntate, colloquio militibus permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullæ datus eſt. *Idem.*

A Grac-

cebit: *Tantum anxietatis, curæque, &c.* Douza. Cum Servio tamen *antiquitatis* retinendum exiſtimat Gronovius ad Liv. lib. 1. c. 32.

1 *In ſilva Sila.*] Sila Sylva, Σίλα, Straboni in Bruttiis prope Urbem Mamertinum. Plinius hujus etiam meminit. Syla eſt apud Virgilium & Vibium. Rheginorum Saltum à Solino vocari annotavit Barrius: hujus vina laudat 12. Variarum Caſſiodorus. Bruttianum vocant, inquit Niger. La Sila hodie per excellentiam vocari ab incolis ſcribit Laur. Ananienſis, patereque in circuitu ad ducenta M. P. ſcribit Scipio Mazzella. Carminianenſis videtur vocari, in Libro Notit. An & Carmeianus quoque in libro de Limitibus? Arborum tanta varietate diſtinctam, ut id Naturæ opus mortalium ſolertia diſtributum, videri poſſit, ſcribit Gabr. Barrius fol. 113. ſuæ Calabriæ. Sila urbs, (mihi obſcura) eſt apud Strabonem 6. quam dicit à Japygia diſtare milliaria 1DLXII. verſus Aquilegiam, ut videtur. *Ortel.*

2 *Apollinis.*] Ex Probi Catholicis. credo autem hæc ad Sardiniæ deſcriptionem pertinere, ut videtur. *Carrio.*

3 *Cujus adverſa voluntate.*] Recte eſt, *adverſa voluntate*, hoc eſt, animadverſa à Sullanis Scipionis Coſ. voluntate. Nam de Scipionis exercitu accipiendum clamat res ipſa; docetque nos Plutarchus in Sulla hic verbis: Ὁ δὲ Σύλλας ἔτι πολλοῖς στρατοπέδοις, καὶ μεγάλαις δυνάμεσι προσκυμβὰς αὐτῷ τὸν πολέμιον ὁρῶν παντάχοθεν, ἤτιτο δυνάμει, καὶ δι' ἀπάτης προκαλούμενον εἰς διαλύσεις τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Σκιπίωνα. δεξαμένου δ' ἐκεῖνα, σύλλογοι ἐγίνοντο, καὶ κοινολογίαι πλείονες, ἀεὶ δὲ πρόφασίν τινα καταγωγὴν, καὶ προφάσεις ἐμβάλλων ὁ Σύλλας, διέφθειρε τοὺς περὶ Σκιπίωνα πρὸς ἑαυτὸν στρατιώτας ἡσκημένους πρὸς ἀπάτην καὶ γοητείαν ἅπασαν, ὥστε καὶ αὐτὸν ὁ ἡγεμόνα. εἰσιόντες γὰρ εἰς τὰ χαράκωματα τῶν πολεμίων, καὶ ἀναμιγνύμενοι, τοὺς μὲν δώροις δεχομένοις, τοὺς δὲ ὑποσχέσεσι, τοὺς δὲ κολακεύοντες, καὶ ἀναπείθοντες, προσήγοντο. Id eſt, *At Sulla multis adhuc exercitibus, & ingentibus copiis hoſtium circumfuſum ſe videns, omnibus impar viribus, dolo invitavit alterum Conſulem Scipionem ad fœdera. Non aſpernante illo, congreſſus & colloquia crebra fiebant. Sed ſemper moram aliquam Sulla & cauſſam injiciendo, militibus ſuis ad omnem fraudem & præſtigias, ſicut ipſe dux erat, compoſitis, exercitum Scipionis corrupit. Nam ingreſſi in hoſtium caſtra, iiſque admiſti, alios pecunia, pollicitis alios, nonnullos delinimentis inductos, ad ſe illexere.* Ab his initium factum Appianus ſcribit; clam Scipione, ſecreto cum Sulla, ſi propius accederet modo, de tranſitione agendi, pariterque hoſti proditum, quaſi ſub cultro (ut apud Flaccum eſt) linquendi Imperatorem. Et fortaſſe huc etiam pertinuerit locus, quem paullo ante indicavimus, hoc exemplo: *Inde ortus ſermo percunctantibus utrimque: Satin' ſalvæ? quam grati ducibus ſuis? quantis familiaribus copiis agerent?* Douza.

1 *A Grac-*

[1] A Graccho ſeditiones graves ortæ. *Auguſtinus.*

[2] M. Atilius [3] Palicanus humili loco, Picens, [4] loquax magis, quam facundus. *Quintilianus* lib. IV. cap. II.

[5] Inſolens vera accipiundi. *Donatus.*

Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. *Idem.*

[6] Curubis. *Probus.*

[7] Tharros. *Idem.*

[8] Camiſos. *Idem.*

Luces.

1 *A Graccho.*] Citat Auguſtinus libro viceſimo primo, de civitate Dei. puto hæc ad primum librum hiſtoriarum, ejuſque ſtatim exordium referenda. *Carrio.*

2 *M. Atilius.*] Ex Quinctiliano l. IV. cap. II. & Hieronymo adverſus Helvidium. Agellius quoque lib. I. cap. XV. noct. Att. quatuor ultimas adducit voces, eaſque ex hoc Eupolidis ſumtas eſſe aſſerit: λαλεῖν ἄρεις, ἀδωματώτερ λέγειν. *Idem.*

3 *Palicanus humili loco.*] Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Roſtra expreſſa ſunt cum titulo, PALIKANUS, quod is Trib. pl. cum eſſet, Tribuniciam poteſtatem auctore Pompejo reſtituit, ut ſcribit Aſconius Pædianus & alii. A nobis tamen cognomen Palikanus Lolliæ familiæ tributum eſt in libro de familiis, & fortaſſe non ita recte. *Urſin.*

4 *Loquax magis quam facundus.*] In hoc homine plus loquentiæ quam eloquentiæ fuiſſe docet & M. Tullius Cicero in Bruto: *Cn. Carbonem & Marcum Marium, & ex eodem genere complures, minime dignos elegantis conventus auribus, aptiſſimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere (ut & in iis perturbem ætatum ordinem) nuper L. Quintus fuit, aptior autem etiam imperitorum auribus Palicanus.* Putſch.

5 *Inſolens vera accipiundi.*] More tyrannis conſueto, quorum, quamquam alieno ex ore ſapientium, auriculas teneras mordaci radere vero fas nato nemini, qui quidem vitalem ſe eſſe poſtulet: nihil niſi quod animo complacitum, fictumque ad voluntatem ſiet audire ſuſtinentes. unde veritas & fides ſeſe ab Aula ſecernunt procul. Neque vero dubium mihi eſt, quin hæc de Tigrane Mithridatis genero ſint accipiunda: quem dulci fortuna ebrium ita inſolentem dominationem agitaſſe perhibet Appianus, ut ex tam infinita populorum multitudine ejus imperio parentium, nemo cum tantis cervicibus repertus, qui de adventu Luculli jam Euphratem cum Romano exercitu tranſgreſſi quidquam Regi ſuo præſignificare auſus fuerit; pariter omnibus metuentibus ſibi, uniuſque tenebrionis periculo perdoctis, linguæ repagula frenare; quem Rex ille, ob nuncium adeo liberum, patibulo ſtatim ſuffigi, numerumque porro ſuſpendioſorum augere juſſerat. *Douza.*

6 *Curubis.*] Curobis κυρόβις, Africæ proprie urbs, Ptolemæo. Curubis eſt apud Plinium, D. Auguſtinum, & Antoninum. Marmolius habet Calibia, caſtellum in promontorio Mercurii; quod à nonnullis pro Clupea, ab aliis pro Curobis Ptolemæi haberi ſcribit. *Ortelius.*

7 *Tharros.*] Tharros, nomen urbis apud Probum Grammaticum, ex Salluſtio, ut inquit, Τάρρον, Ptolemæi puto, in Africa. *Idem.*

8 *Camiſos.*] Camiſa, urbs Camiſenæ re-

[1] Luces. *Sergius.*

Primam modo [2] Japydiam ingressus. *Servius.*

[3] Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deseruit. *Idem.*

Quæ pacta in conventione non præstitissent. *Donatus.*

Crebritate fluctuum ut Aquilo solet. *Servius.*

[4] Mithridates corpore ingenti perinde armatus. *Quintilianus* lib. VIII. cap. III.

Tyrannumque, & Cinnam appellantes. *Victorinus. Servius.*

No-

næ regionis, in Parthia, Straboni. Eumeis hæc Antonini est, ut placet Simlero ad eundem. Camisa tamen Antonino circa Armeniam Minorem urbs est: In Camisena regione verisimile. Camisanæ civitatis episcopalis meminit Gratianus, Decr. 2. Causa 16. *Idem.*

1 *Luces.*] Pompejus: *Sunt quædam generis feminini tantum singularia; ut, pax, lux: licet legerim has paces, luces.* Hæc ille. *paces* quidem in bello Jugurthino à me adnotatum est: *luces*, nec reperiri, nec adnotari potuit. *Carrio.*

2 *Japydiam.*] Hæc & Histria dicitur Italiæ regio, & terminus versus Dalmatiam.

3 *Carbo turpi formidine.*] De pudenda hac, & Consulari adeo Imperatore indignissima formidine, fugaque Carbonis, ita Appianus: Γαλάταις τε ὁμοῦ ὑπὸ Γαβίνης ἐπὶ τὰ Ἄλπεα παρήκασιν, ἀθρόως ἐς Μέτελλον μεταπίπτουσι, καὶ Λούκουλλος ἑτέρους τοῦ Καρβωνείους σὺν αὐτῷ ἐπὶ τὴν Πλακεντίαν· ὧν ὁ Κάρβων πεντακισμυρίους ὁμοῦ ἔτι ἔχων ἐπὶ τὸ Κλάσιον, ἐς δύο τέλη τὰ Δαμασίππου, καὶ ἑτέρους ἐπὶ Καρρίνας καὶ Μάρκιον, Σαμνιτῶν τε αὐτῷ χεῖρα πολλὴν προθύμως ἔτι ἐπὶ τὰ σφέτερα κακοπαθοῦντα, ἀπογνοὺς ἅπαντων, ἀδεινῶς ἔφυγε σὺν τοῖς φίλοις ἐς Λιβύην ἐξ Ἰταλίας, ὑπὸ ἔτι ὤν, ὡς Λιβύην προσησόμενος ἀντὶ τῆς Ἰταλίας. Hoc est: *Præterea tota Cisalpina Gallia defecit ad Metellum. & Lucullus contra Carbonianum exercitum alium prospere pugnavit ad Placentiam. quibus auditis Carbo, quamvis haberet adhuc armatorum XXX. M. circa Clusium, & duas Damasippi legiones, & totidem alteras sub Carinate, Marcioque; adhæc Samnitium magnam manum gnaviter angustias perrumpere molientium, omnibus tamen rebus desperatis, segniter profugit cum amicis in Africam, Consul Italiam deserens, quasi hac amissa illam occupaturus.* Douza.

4 *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.*] Hoc exemplum brevitatis nomine commendatur à Fabio lib. VIII. cap. 3. Neque herculę mirum, quippe à Sallustio, uno & unico illo brevitatis amatore. si tamen ita inibi legendum; ac non potius *animatus*, id est, spiritus animosos, verequeregiosgerens. In qua sententia doctissimum Belgarum Lips. esse video, cujus ego singulas conjecturas, singula oracula puto. Lusit in hujus vocis ambiguitate lepide Varro, ubi scribit: *Majores nostri, quum allia & cepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.* Quod si quis receptam tamen lectionem tueri maluerit, haud magnoperepugnabo; præsertim qui de Appiano didicerim, Mithridatis arma, Delphos Nemeamque ab ipso transmissa, miraculo fuisse visentibus; indeque conjecturam posteris factam, de ejus-

dem

[1] Nomenque Danubium habet. *Acron.*

Cui niſi pariter obviam iretur. *Donatus.*

[2] Septimium, neque animo, neque lingua ſatis compotem. *Idem.*

[3] Vulgus amat fieri. *Quintilianus.*

[4] Non pœniturum. *Idem.*

Pompejus cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum

dem immani ſtaturæ modo, corporiſque totius vaſtitudine. *Idem.*

1 *Nomenque, &c.*] Acro, ſive quis Acronis nomine in librum Horatii de Poëtica arte: *Notandum eſt*, inquit, *apud Horatium flumen Rhenum genere neutro: ut in Salluſtio in hiſtoriis, nomen Danubium.* Carrio. *Danubius*, Δανύβιος, Europæ maximus fluvius Ptolemæo & cæteris. Iſter Ἴστρος, quoque vocatur, teſte Plinio & Strabone: hic, horum nominum mutationem ponit ad ejus cataractas: ille, ubi primum Illyricum alluit: Ptolemæus ad Axiopolin urbem: Appianus ad Savi fluminis cum eo confluentiam. itaque ut ſuperior pars Danubius, inferior vero Iſter vocetur. Beſſorum lingua Iſtrum nominari, addit Jornandes. Stephano Matoas Ματόας, quondam dictus fuit. idem eum Danubim Δάνυβιν, & Danuſim Δάνυσιν, appellavit. Addubanus nominatur apud Feſtum, niſi locus depravatus ſit. Antiqua numiſmata Danuvius legunt. Hyperboreum Iſtrum vocat Corippus. Danubii fontem accurate deſcribit Joannes Pedius, in opere de bellis Ducis Wittenbergenſis, Huldiricho illatis. Done & Donaw hodie appellatur, abundarum ſono vel ſtrepitu, ut Althamerus habet. Hunc Danubium Lycophron ſub nomine Celticæ aquæ deſcribit. Ariſtoteles 1. Meteorolog. cap. 13. ſcribit eum ex Pyrenæis montibus oriri. In Celtis ab urbe Pyrrhena. Herodotus in Euterpe. Bar vocatur hodie locus, ubi originem ſumit: teſte Althamero. Danubium ſcribit Seneca 6. Natural. Europam Aſiamque diſterminare: pro quo Tanaim reſtituendum, niſi obſtiterit auctoritas Acronis ad Horatium, ubi dicit Tanaim etiam Danubium dictum. De hoc flumine legendus Stukius ad Ariani Periplum maris Euxini: etiam quæ ſcripſimus ad Daciæ Patergi noſtri tabulam. *Ortel.*

2 *Septimium.*] Donatus act. III. ſc. II. Adelph. hoc autem fragmentum idem eſſe cum illo, quod à me libro primo poſitum eſt; (*ſic vero quaſi formidine attonitus neque animo, neque auribus aut lingua competere*;) olim ſuſpicabar: nunc mihi ipſi cum hac omni mea conjectura omnino non placeo. Donatus enim *compotem*, Marcellus vero *competere*, plane agnoſcunt. præterea animadverti Cornel. Tacitum facundiæ Salluſtianæ, uti ſæpe dixi, æmulum, eandem plane rem verbo illi (*competere*,) multis in locis ſubjicere. quare nihil mutandum ſtatuo. *Carrio.*

3 *Vulgus amat fieri.*] Quinctilianus libro IX. cap. III. ſic idem Salluſtius bello Jugurthino: *Multitudo, quæ in concione aderat vehementer accenſa, terrebat eum clamore, vultu, ſæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat.* Idem.

4 *Non pœniturum.*] Et hoc quoque in Salluſtio nuſquam quidem, quod ſciam, apparet. quod ab eodem Fabio lib. IX. cap. III. hunc in modum recitatur: *Uſque adeo eſt proceſſum, ut pœniturum* pro non acturo pœnitentiam, *& viſuros* ad videndum miſſos *Salluſtius dixerit.* ubi ex vet. cod. legendum eſt, *non acturum.* Idem.

cum validis [1] vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se, & milites frequentibus exercitiis præparavisset ad prœlia. *Vegetius* lib. 1. cap. IX. *Johan. Saresb.*

[2] Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius.*

Primus Græcorum Achilles. *Servius.*

Cupientissimus legis. *Diomedes.*

[3] Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio impe-

1 *Vecte.*] Baculus, quo aliquid suspensum & sublatum vehitur, inque alto gestatur, quomodo etiam ὀχὸς fit ab ὀχέω.

2 *Cicero caninam.*] Videnda, quæ supra notavimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutavimus *callidam facundiam*, in *caninam facundiam*. Lactantius lib. 6. cap. 18. ad hoc fragmentum respexit, cum scripsit: *sed quia ipse caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere, ut remorderet lacessitus.* Hieronymus in epist ad Augustinum: *Sed incidit*, inquit, *tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut nostra studia cessarent, & juxta Appium, canina exerceretur facundia.* & adversus Luciferianos: *Proxime accidit, ut quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesiæ alumno, odiosa loquacitate contendens, caninam facundiam exercuerit.* Ursin.

3 *Magna gloria.*] Suspicor scribendum esse *T. Didio Imp.* ut habetur in argenteo Didii hujus denario, in quo T. DIDI. IMP. descriptus est, licet Plutarchus habeat ὑπὸ Δεκδίῳ στρατηγῷ, quod esset, *Didio prætore.* Videtur autem librarius illud IMP. quod erat IMPERATOR, vertisse in verbum, *Imperante.* Ursin. *Magna gloria.*] Agellius libro secundo, cap. 28. Sallustii de Sertorio duce orationem, cum iis quæ Demosthenes habet de Philippo rege, contendens, nobis hoc fragmentum, quam quam nec ab ordine, nec à scriptura satis, uti mox ostendam, integrum, conservavit. Demosthenis autem verba statim subjiciam, si prius tamen quod mei hoc de loco sit judicii exposuero. quod itaque vulgo legitur, *tribus millibus*; id nec rectum esse, nec à Sallustio positum, historiæ series arguit. Sertorium enim tribunum militum fuisse præter ceteros rerum Romanarum auctores Plutarchus memoriæ prodidit, neque vero melius, imo aliquanto etiam deterius est hoc, quod quidam suis in libris excudi voluerunt, *T. Didius imperator*: quam illud, quod antea in Agellio legebatur, *T. Didio imperante.* & Sallustium de Sertorio loqui, præter Agellium res etiam ab eo gestæ declarant; & quod in Hispania non fuerit T. Didius tribunus militum, sed Sertorius. deinde quod vulgo est, *quæ rapta*, sententiam nullam habet. fuerunt qui scriberent, *correpta.* ego veteris editionis scripturam sum secutus, quamquam, verum ut fatear, ne eo ipso quidem mihi satisfacio. quid enim illud? primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celebrata sunt. & quæ alii afferunt, nihilo similiora veri sunt. jam, *cominus faciem suam ostentabat*; non, *quæ eminus ostentabant*, in eadem antiqua editione disertim legitur. postremo extrema Sallustianæ orationis verba paullo aliter apud Donatum in Terent. Eunuch. act. III. sc. II. neque satis probe, hunc in modum

imperante, magno uſu bello Marſico, paratu militum, & armorum fuit. Multaque tum ductu ejus curata, primo per ignobilitatem, deinde [1] per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt. Cominus faciem ſuam oſtentabat, aliquot adverſis cicatricibus, & effoſſo oculo. Quo ille dehoneſtamento cõrporis maxume lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua glorioſus retinebat. *Agellius.*

[2] Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſta-

dum leguntur: *hæc, id eſt, cicatrices, ſunt virtutis inſignia; dehoneſtamento tamen eſſe corpori maxume lætabatur.* Locum, ut opinor, utcunque conſtituimus, nunc hujus à nobis conſtitutionis factæ, & omne id quod dixi verum eſſe, Plutarchi auctoritate probatum eſt. Σερτώριος (inquit) μὴ τὴν Κίμβρων καὶ Τευτόνων πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Δειδίῳ στρατηγῷ χιλίαρχος ἐπὶ Ἰβηρίας, ἐν τῇ πόλει Κάσλων παρεχείμαζεν Κελτιβήρων. quo loco interpretes *imperatorem* vertere debuerunt, hoc enim στρατηγὸς ſonare nemo, vel mediocriter in Græcis ſcriptoribus verſatus poteſt ignorare: præſertim cum & Salluſtius Didium Imperatorem dixerit. Idem paullo infra: ὃς γὰρ Μαρσικῷ πολέμῳ συνισταμένῳ στρατιώτας τε συναχθῆναι αὐτῷ καλεῖν καὶ ὅπλα ποιεῖσθαι, ἀπειθοῦντας καὶ τύχῃ συνθεὶς τῷ ἔργῳ, ἅμα τῷ τὰ ἄλλων νέων βραδυτῆτα καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπείρου βιωσομένου δόξαν ἔσχεν. ἐμοὶ μὲν ὑφήκατο τῆς στρατιωτικῆς τάλμης, εἰς ἀξίωμα συνελθοῦσι ἡμερόν, ἀλλὰ καὶ χεῖρες ἐπιδεικνύμενον ἔργα θαυμαστὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδόν. τὸν ὄψεων ἀπέβαλε τῷ ἑτέραν σκηπεῖσαν. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ καλλωπιζόμενον ἀεὶ διετέλει. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπιθάνους εἶναι πολλάκις, καὶ δόξαις, καὶ στέφανος. αὐτὸς δὲ τὴν ἀνδραγαθίας ἀπόδειξιν τοῖς γνωρίσμασι, τοῖς αὐτοῖς ἔχειν τῆς ἀρετῆς ἅμα, καὶ τὴν συμφορᾶς θεραπείαν. Quæ ita Saluſtii ſententiam exprimunt, ut eum à Plutarcho tum hic, tum vero etiam alibi, fere ad verbum imitatum crediderim. Quod autem me pæne fugit ſcribere, verba Demoſthenis de rege Philippo hæc ſunt: Ἐ ὤρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον, ὃς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ὀρχῆς καὶ δωδεκείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον τῷ κλεῖν καθεαγότα, τῷ χεῖρα, τὸ σκέλος πεπαρμένον, πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτ' εὐτύχουν, ὥστε τὸ λοιπὸν μὴ πρὸς καὶ δόξης ζῆν. *Carrio.*

1 *Per invidiam ſcriptorum.*] Non diſplicet Ciacconii correctio: *Per invidiam ſ. celata ſunt*, licet Lipſius in Epiſtolicis acute defendat talem ſcripturam: *Per invidiam proſcriptorum celebrata ſunt.* Coler.

2 *Curetes, quia.*] Lactantius lib. I. cap. XXI. *Totam*, inquit, *hanc opinionem quaſi à Poëtis fictam Salluſtius reſpuit, voluitque ingenioſe interpretari, cur Jovis cultores dicantur* Curetes *fuiſſe*: & ſic ait, *Quia*, &c. *quantum vero erraverit homo eruditus, res ipſa declarat*, &c. Servius quoque in III. lib. Æneid. *Jupiter*, inquit, *in Creta dicitur eſſe enutritus: quod ideo fingitur, ut ait Salluſtius, quia primo Cretenſes conſtat invenisse religionem.* idem Servius lib. III. Æneid. *Salluſtius dicit primo Cretenſes invenisse*

religio-

tuſtatem uti cetera in majus componentem altores Jovis celebraviſſe, inde [1] Rhegium nominatum. *Lactantius & Iſidorus.*

[2] Italiam conjunctam Siciliæ conſtat fuiſſe: ſed medium ſpa-

religionem. Fortaſſe quiſpiam audacior legendum ſuſpicabitur: *Salluſtius dicit libro primo.* Quod autem quibuſdam in libris, iiſque etiam caſtigationem, neſcio quam, præ ſe ferentibus eſt, *in majus componentes*; hoc rectius à nobis poſitum eſt, *in majus componentem*, de qua loquendi ratione Comment. II. Antiq. lect. diximus: poſſet & legi, *in majus componentes*: ut Curetes ipſi factum illud inventæ à ſe religionis in majus extulerint. ſed prius illud placet impenſius. *Idem.*

1 *Rhegium nominatum.*] Oblitus ſum monere typographos, poſteriora verba hujus fragmenti, *inde Rhegium nominatum*, ſequenti adjungenda hoc modo: *Italiam conjunctam Siciliæ conſtat fuiſſe, ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum, inde Rhegium appellatum.* Putſch.

2 *Italiam conjunctam Siciliæ, &c.*] Hujus deſcriptionis cauſſam Salluſtio callida Spartaci conſilia, irritique conatus præbuiſſe videntur. quem Plutarchus tradit navigia Cilicum prædatoria aliquot in freto nactum, (quo fortaſſe referundum Fragmentum illud ſuperius lib. II. *Ad hoc pauca piratica, actuaria navigia.*) duobus armatorum millibus in eam Inſulam expoſitis, de bello Servili, illic paullo ante ſopito, rurſus integrando conſilia agitaviſſe: ſed deſertum à Cilicibus, proditumque, coactum ſe recipere à mari, atque in Rheginorum peninſula conſidere: ubi poſt à Craſſo foſſa, ac vallo circumdatus, obſeſſuſque. Quis ſcit? an & his conjungendum exemplum libri quarti, tertium à fine dico; coaptandumque hoc modo, præmiſſo Pronomine, ut cohæreat narratio: *Quod* (ſcilicet Rhegium) *ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus* V. *&* XXX. Ceterum conſulendus de hoc ſpatio Plinius. *Dounæ. Siciliæ.*] Siciliam ab incontinenti abruptam fuiſſe etiam Virgilius auctor eſt his verſibus:

Hæc loca vi quondam & vaſta convulſa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus utraque tellus
Una foret; venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & Urbeis
Litore deductas, anguſto interluit æſtu.

Eadem inter Poëtas referunt Silius Italicus lib. XIIII. Ovid. lib. XV. Metam. Valerius Flaccus Argon. libro I. Claudianus de raptu Proſerpinæ lib. I. Statius Thebaid. libro III. Præter Poëtas Mela lib. II. cap. VII. Feſtus Pompejus, Iſidorus Origin. lib. XIII. cap. XVIII. Plinius lib. II. c. VIII. Solinus c. VIII. Euſtathius ad Dionyſium. Strabo l. XI. Diodorus l. IV. & noviſſime in Siciliæ ſuæ deſcriptione Faſellus. Verum notandum, quod Diodorus tradidit, Heſiodum Poëtam contrarium ſtatuiſſe. Locus Diodori libro IV. ita ſe habet: Ἡσίοδος δὲ ὁ ποιητὴς φησὶ τανάντιον, ἀναπεπταμένης τῆς πελάγους, Ὥστε μὴ ἔχειν τὸ κατὰ τὴν Πελωριάδα κείμενον ἀκρωτήριον, καὶ τὸ τέμενος τοῦ Ποσειδῶνος καλούμενον, περιῳκοδομῆσθαι τοῖς ἐσχάτοις λιθοβλήτοις. Id eſt: *At vero Heſiodus Poëta contrarium ſtatuit. Latius enim diffuſo illic mari, Pelorum promontorium, & templum in eo Neptuni, quod religioſe colunt incolæ, ab Orione aggerum motibus eductum eſſe.* Hactenus ille. Tantum ſcilicet abeſt, uti vel motu aliquo terræ, vel fluctuum

ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum. *Iſidorus.*

[1] Pompejus devictis Hiſpanis tropæa in Pyrenæis jugis conſtituit. *Servius.*

Atque

ctuum vi diruptam aliquando fuiſſe Siciliam ab Italia crediderit Heſiodus; uti etiam è contrario, quum latius diffuſum foret hoc fretum, totam illam humum arenaceam atque depreſſam, in quam Pelorus per aliquot millia paſſuum in mare excurrit, ab Orione ceu vallum quoddam ſive aggerem aggeſtum ſtatuerit. At Heſiodus ccc. annis ante Æſchylum fuit, qui Rhegium ἀπὸ ῥήξεως ϑ ἰσθμοῦ, id eſt, *à direptione Iſthmi*, dictam voluit. Heſiodo autem non minus credendum, quam Æſchylo. *Cluver. Siciliam.*] Si utramque oram Calabriæ pariter & Siciliæ, qua maxime inter ſe vicinæ ſunt iſtæ terræ, bene conſideres; facile obſervabis minime eas potuiſſe eſſe inter ſe connexas. non enim tam anguſto ſpatio extimus ille Siciliæ excurſus Italiæ eſt oppoſitus, uti oculo colligere liceat facile inſulam, propter aliquam ſupra dictarum cauſarum, à continenti potuiſſe divelli. Sed per xx. amplius millia paſſuum latus Sicilia opponit Italiæ; juxta quod fretum Meſſanenſe fertur, antequam ex Tyrrheno mari in Adriaticum ſe exoneret. quod ſpatium neceſſe eſt, uti omne fuerit diruptum, quo meatus freto aperiretur. Nec eſt, quod extremo tantum Pelori promontorio conjunctam fuiſſe Italiam adſeveres; rupturamque in eo ſolummodo factam: quia hoc totius hujus tractus Italiæ eſt proximum: quippe ut ait Ovid. Meram. lib. xv.

——— *Zancle quoque juncta fuiſſe*
Dicitur Italiæ; donec confinia pontus
Abſtulit, & media tellurem reppulit unda.

At à Peloro ad uſque Meſſanam millia ſunt xx. Imo Rhegium oppidum, quod v. millia infra Meſſanam in latere Calabriæ poſitum eſt, præcipuum eſſe volunt iſtius ruptionis locum, atque inde nomen accepiſſe. Totum igitur hoc terræ ſpatium diruptum fuerit, neceſſe eſt. Id quod creditu perquam difficile eſt: quando tot per terræ orbem magnæ juxta atque parvæ conſpiciuntur peninſulæ, quarum Iſthmi licet ſint anguſtiſſimi, tamen neque fluctibus adluentis utrimque maris, neque terræ aliquo motu, neque diluvii aquis unquam in inſulam converti potuerunt. Quare, quæſo, duo illi Iſthmi Peloponneſi, & Thraciæ Cherſoneſi, quum haud latiores ſint xl. ſtadiis, ſive paſſuum milibus, nunquam potuere ſcindi? cur Tauricæ Cherſoneſi in Sarmatia Iſthmus, prædictis iſtis etiam anguſtior, etiam nunc durat? Item & alii, qui paſſim in mari interno viſuntur, hic duûm milliarium, ille unius, alius minoris etiam intervalli, cur nunquam per ejuſmodi vim fuêre rupti? an una ſola Sicilia, per xx. millium Iſthmum Italiæ connexa, fatum hoc neceſſario pati debuit, ceu fragili conſtans vitro? Sed quis porro credat tam pulchrum, tam abſolutum, tamque admirandum opus; cujuſmodi eſt portus Meſſanenſis, quem Deus omnium rerum ſummus artifex tanquam in circino tornaviſſe videtur, caſu quodam ſuperaſſe tam ingentem vim, qualis oportet fuerit in ejuſmodi ruptura? Tum abyſſus ille profunditatis, qui eſt in hoc freto, poteratne violentia alicujus diruptionis inter utramque terram infundi? Sane ego certo ſtatuo, Siciliam omni ævo fuiſſe inſulam, poſtquam à Deo condita fuit. *Valguarnera* tract. de primis Sicil. incolis.

[1] *Pompejus devictis Hiſpanis.*] Non hoſtica tropæa modo, verum & corporis ſui ipſius ſimulachrum atque effigiem, factis monumentum ſuis; multum hercle diſſimilem illi, quam poſtea

Mithri-

Atque edita undique tribus tamen cum muris, & magnis turribus. *Donatus.*

Et in prœliis actu promptus. *Idem.*

Pactione amisso Publio legato. *Idem.*

Ipsum [1] Mare Ponticum dulcius quam cetera. *Servius. Priscianus. Macrobius.*

[2] Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Servius.*

[3] Rebus supra votum fluentibus. *Idem.*

[4] Ænum, & * Maroneam, & viam militarem. *Idem.*

Impe-

Mithridatico bello patrato ex margaritis dedicavit, consecravitque; si quidem Plinio credimus, ità porro cum Pompeii persona delitiganti lib. XXXVII. cap. 11. *E margaritis, Magne, tam prodigare, & fœminis reperta, quam gerere te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi jugis imposuisti?* Sed commonefaciendus est lector, binas hic voces perperam in singularem coaluisse, hujusmodi me mensore spatio disterminandas; *Pompejus de victis Hispanis, &c.* Douza.

1 *Mare.*] Non ita salsum quam cætera. *Mare Ponticum dulcius.*] Sic locutus est Tacitus cum dixit: *Quanto violentior cetero mari Oceanus.* An hunc autem autoris nostri locum videtur respexisse Isidorus, cum ait lib. 13. cap. 16. de sinu Pontico: *Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebulosumque, & brevius est, &c.* & fortasse totum fere caput ex Sallustio descriptum est. *Ursin. Mare Ponticum, &c.*] Caussa est multitudo amnium dulces aquas inferentium. Id quod & Isidorus videtur ex Sallustio observasse lib. 13. Pertinet hoc fragmentum, ut & alia ad lib. 4. in quo de Ponto & Mæotide scripserat luculenter, quem & in descriptione oræ maritimæ se secutum ait Festus Avienus:

Interrogasti, si tenes, Mæotici
Situs quis esset aquoris. Sallustium
Noram id dedisse, dicta & ejus omnibus
Præjudicatæ auctoritatis ducier.
Non abnuebam. ad ejus igitur inclutam
Descriptionem, quâ locorum formulam
Imaginemque expressor efficax stili,
Et veritatis penè in obtutûs dedit
Lepore linguæ; multa rerum junximus
Ex plurimorum sumpta commentariis.

2 *Equis paria operimenta erant, &c.*] Credo Tigranis equitatum describi à Crispo, super quo Plutarchum consule in vita Luculli. De Cataphractis vide supra p 454 & seq.

3 *Rebus supra, &c.*] Pompeii res prosperas, uti opinor, designat.

4 *Ænum.*] Ænos urbs Thraciæ ab Ænea condita. Ita vocant, Plinius, Mela, Servius, ad illud Virgilii:

—— Feror huc & littore curvo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis,
Æneadesque meo nomen de nomine fingo.

Dionysius tamen Æneam vocat. De Maronea Plin. l. 4. *Coler. Ænum.*] Ænus Αἶνος, Thraciæ opidum liberum, cum Polydori tumulo, ut Plinius habet. Hoc aliquando Poltiobria Πολτιοβρία, dictum fuit Strabone teste. Poltymbria Πολτυμβρία, habet Stephanus. cui quoque Absynthus dicitur. Oeno hodie dici, Niger asserit. Inos & Ygnos legit Leunclavius. Aliam ab hac Ænum habet in Thracia, Suidas; ab Æno Gogii fratre cognominatam. Ænos Stephano

Thes-

Impediebant jussa nautarum. *Idem.*

Nihil socordia claudebat. *Donatus.*

[1] Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur. *Idem.*

[2] In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem.*

Pressi undique multitudine. *Idem.*

[3] Hunc igitur redarguit Tarquitius. *Idem.*

Dein

Thessaliæ urbs est. Apud Locros Ozolos quoque. Et circa Thapsacum, ad Euphratem fluvium. *Ortel.*

* *Maronea.*] Μαρώνεια, Thraciæ urbs Ptolemæo quæ prius Ortagurea, Plinio teste, appellata fuit. Et ab Homero Ismarus, Ἴσμαρος, dicta, ut Hesychius, & Suidas auctor est; item Isacius, in Lycophronem an recte, nescio. Plinius certe duas diversas Thraciæ urbes facit. Hanc Maroneam, Hipparchiam postea dictam fuisse, legitur in Diogenis ad hujus cives epistola; quæ inter Laconicas habetur. Hodie Marogna vocatur, ut Sophianus & Niger docent, aut Marolia, ut placet Leunclavio. *Ortel.*

1 *Ut tanta repente mutatio non.*] Non procul hinc locum habuisse suspicor id Fragmenti, quod habet supra: *Et ei voce magna vehementer gratulabantur.* Putoque de Pompejo agi à bello Piratico reduce, de quo hunc in modum Plutarchus: αἰσθόμενοι δὲ πάντες ἐξεχύθησαν εἰς τὴν ὁδὸν, ὥσπερ ὀλίγων ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπέμψαντες αὐτὸν· ἐπεὶ δὲ τὴν χαρὰν, τὸ παρ' ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς τάχος, ὑπερβάλλουσαν ἀφθονίαν τῶν ὠνίων εἶχεν. Id est: *Qua re nunciata, obviam effusi sunt omnes, quasi non paullo ante eum emisissent. Faciebat inexpectata conversionis celeritas gratulationem, foro omnium rerum venalium copia superfluente.* Nisi si quis gratulationem istam à revorsione ejus ex Africa factam intelligi malit; unde domito Domitio, capto Jarba, Regnis, Regumque negotiis compositis victor in Italiam revocatus à Sulla: qua de re sic idem scriptor: πυθόμενος δὲ πάλιν ὁ Σύλλας, καὶ πάντας ἀνθρώπους αἰσθανόμενος δίκαιος καὶ φιλοπέμπτην τὸν Πομπήϊον ἀρμενίζοντας μὲν δύσκολος, ἔπαθεν ὑπερβαλέως, καὶ προελθὼν ἀπήντησεν αὐτῷ, &c. Hoc est, *Postquum omnes adverteret* (Sulla) *ad excipiendum benigne Pompejum, & procedendum obviam effusos, tetendit eos vincere, progressusque prodiit illi obviam, &c.* Sed omnium verisimillimum istud, quod, quum legitimo stipendiorum tempore expleto (qui mos R. Equitibus erat) equo & ipse ad Censores adducto, redditaque militiæ ratione, ejus peteret vacationem. Quo tempore ab altero Censorum, natu major qui erat, interrogatus his verbis: Quæro ex te, Magne Pompeje, ecquid omnia stipendia impleveris? Pompejus alta voce respondit: Omnia se impleviſse; & quidem ipso semet Imperatore. ad quam vocem populum frequentem acclamasse testatur Plutarchus; nec sedari præ lætitia clamores potuisse, consurgentibus pariter Censoribus; à quibus honorifice demum, affectante universa plebe, eique cum maximo plausu gratulante etiam deductus est domum. *Donza.*

2 *In ore gentibus agens.*] Ex hoc dissentaneum non est, ut de laudatissimo illo, ac vere Magno Pompejo scriptum habeatur. *Donza.*

3 *Hunc igitur, &c.*] Ibidem Donatus Sallustium, cum de descriptione Celtiberiæ loqueretur, ita scripsisse tradidit. fortassis legendum est, *Tarquitius,*

[1] Dein campi Themyſcirii; quos habuere [2] Amazones à Tanai flumine incertum quamobrem digreſſæ. *Servius.*

[3] Ubi eum tota concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ejus opera non uſurum; eumque ab armis dimittit. *Idem.*

Et Metello procul agente [4] longa ſpes auxiliorum. *Idem.*

More [5] equeſtris prœlii ſumtis tergis atque redditis, & egreſſi ad faciliores ictus loco cedebant. *Idem.*

Caſtra ſine vulnere introitum. *Idem.*

[6] Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultavit. *Idem, & Donatus.*

Coſa.

tini, de quo in bello Sertoriano, pro *Tarquinius.* Carrio.

1 *Dein campi Themyſcirii.*] Varia loci hujus apud Servium lib. XI. Æneid. exſtat ſcriptura. in quibuſdam enim legitur, *Deinſcampi Theſmiſcirei:* cæteris cum hac noſtra lectione conſentientibus. in aliis vero, *Dein campi Threïßi, quos habuerunt Amazones ab flumine, incertum, quam ob cauſſam digreſſæ.* primum autem illud quod expreſſimus, & antiquius eſt, & cum Salluſtiana oratione magis convenit. niſi quod, pro *Threïßi*, aut *Theſmiſcirei*, voce paullulum immutata ſcribendum eſt, *Themyſcirii*: Amazones enim campos Themyſcirios inſediſſe nemo neſcit. *Carrio.*

2 *Amazones.*] Hæ, uti creditum veteribus, Scythiam primum juxta Tanain, & inde prope Thermodonta habitarunt. Fuere & tales, ſi credimus Diodoro, ad mare Hyrcanum & in Libya. Hodieque prope Angolam in Africa ex mulieribus totum conſiſtere regnum aſſeverant, qui viderunt, maſculum omnem natum occidere: cum Peregrinis rem habere. In America quoque hodie Rio de las Amazones. Quamvis itaque Strabo exactiſſimus autor lib. XI. neget unquam Amazones fuiſſe, non tamen conſtante ſibi tota antiquitate rejiciendum videtur, cum & noſtra tempora idem confirment.

3 *Ubi eum tota.*] Idem Servius l. XII. Æneid. Salluſtium hæc de Appio dixiſſe memorat. quamquam explicatio potius verborum Salluſtii, quam ipſa Salluſtianæ orationis verba eſſe videantur. *Carrio.*

4 *Longa ſpes.*] *Longa ſpes*, eodem Servio lib. X. Æneid. interpretante eſt ſpes longe poſita. *Idem.*

5 *Equeſtris prœlii ſumtis, &c.*] Ita enim bina iſtæc Fragmenta mala (uti apparet) manu divulſa rurſus in unum conglutinari poſſe de argumenti ſimilitudine conjectare lubet; traductis alio verbis illis: *Caſtra ſine vulnere introitum:* quæ nunc media (ſi diis placet) interjecta leguntur. Ceterum reciprocam iſtam, acceſſim, & receſſim equeſtri prœlio, quaſi ſerra velitandi rationem explicat idem multo clarius nobis in Jugurtha; De Numidarum equitatu loquens: *Quibus illi freti, non (uti equeſtri prœlio ſolet) ſequi, dein cedere, ſed adverſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.* Douza.

6 *Multos tamen. &c.*] Tribus in locis verba hæc Salluſtiana adducuntur. primo à Donato, in Eunuch. act. II. ſc. II. eo quo à me edita ſunt modo. dein à Servio libro decimo Æneid. nonnihil diverſe: *multos à pueritia bonos inſultaverat.* poſtremo ab eodem Servio lib. X. *multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat,*

[1] Cosa. *Servius.*

[2] Equis, atque armis insignibus. *Idem.*

[3] Fessus in Pamphiliam se receperat. *Idem.*

Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ. *Quintilianus.*

[4] Apud latera certos collocaverat. *Servius.*

Apertæ portæ, repleta arva cultoribus. *Idem.*

[5] Hispaniam sibi antiquam patriam esse. *Idem.*

[6] Lyciæ, [7] Pisidiæque agros despectantem. *Idem.*

[8] Sorte ductos fusti necat. *Idem.*

[9] Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promon-

taverat, id est, inquit, *impetum fecerat.* Carrio.

1 *Cosa.*] Cosa civitas Tusciæ, quæ numero singulari etiam secundum Sallustium dicitur. Servius lib. x. Æneid. *Idem.*

2 *Equis atque, &c.*] Sic & supra: *Equis & armis decoribus cultus.* De Pompeio loqui videtur, Sullæ Dictatori à victoria obviam accedente: quam rem ita commemorat Plutarchus: γνὺς δὲ ὁ Πομπήϊος ἐγγὺς ὄντα, παρεσκεύαζε τοῖς ἡγεμόσιν ἐξοπλίζειν, καὶ διατάττειν τὸν στρατὸν, ὡς κάλλιστα τῷ αὐτοκράτορι, καὶ λαμπρότατα φανεῖν, id est, *Cum (Sullam) appropinquare Pompejus certior factus, Legatis imperat, ut exercitum arment, & instruant, quo quam pulcherrimam speciem præbeant Imperatori.* Douza.

3 *Fessus.*] Idem Servius I IX. *Fessus*, inquit, *hic est egens consilii*: nam corpore fatigatum dicimus, animo fessum. *Carr.*

4 *Apud latera, &c.*] *Certus* aut velocem significat aut fidelem, aliquando etiam firmum, ut ait Sallustius, *apud latera certos collocaverat.* Servius lib. I. Æneid. *Idem.*

5 *Hispaniam.*] Ibidem, *patria*, inquit, *id est, civitas in provincia esse potest, non tamen ut ipsa provincia patria sit, licet in Sallustio lectum sit, Hispaniam sibi antiquam patriam esse: sed illic ad rem, non ad veritatem.* Idem lib. III. *Hispaniam sibi patriam esse, provinciam pro patria posuit.* Carrio.

6 *Lyciæ.*] Λυκία, Ptolemæo & cæteris: Asiæ regio est. Mylias Μυλίας, olim dicta fuit, etiam Ogygia Ὠγυγία, Stephano teste. Incolas Termilas Τερμίλας vocatos, scribit Herodotus, Τρέμιλοι, Tremili Stephano. Trimilis ergo est apud Liberalem: & Solymos Σόλυμοι, apud eundem Stephanum. Regionem novo vocabulo Bricquia appellari tradit Girava. *Ortel.*

7 *Pisidiæ.*] Ciliciæ regio, Ptolemæo, quæ Turcis Varsacili, ut ait Leunclavius. *Idem.*

8 *Sorte ductos fusti necat.*] Puto legendum, *eductos*, accipiendumque de severa ac militari Crassi disciplina, qua idem in fugitoribus coërcendis usus, ex duabus Memmianis Legionibus contra edictum Imperatoris in hostem (Spartacum) pugnare ausis, profligatisque; quingentos primos, unde initium fugæ factum fuerat, sorte eductos decimari præcepit. Quod verus supplicii genus intermortuum, ac desitum jampridem, postliminio in castra Romana reductum à Crasso. Auctor Plutarchus in ejus vita. *Douza.*

9 *Omnis, &c.*] Sint ne hæc certa Sallustianæ orationis verba, vehementer dubito.

montoria, [1] Bruttium, & Salentinum. *Idem.*

[2] Italia plana ac mollis. *Idem.*

[3] Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit. *Idem, & Scholiastes Juvenalis.*

[4] Introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est & major Phrygia. *Servius.*

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre veneno interfecta. *Idem.*

Exer-

1 *Bruttium & Salentinum.*] Japygium promontorium, ut Ptolemæus, vel, ut Plinius habet, Acraiapygia. Idem à Sallustio & Ptolemæo quoque Salentinum Σαλεντῖνη dicitur. Plinius addit hic Italiam longissime in maria excurrere. Pomponius Sale tantum (nisi locus mutilus sit) vocat. Cabo de S. Maria appellatur Leandro: sic quoque Mayvella: S. Maria de Finibus terræ nempe. C. de Leuca, Collenutio. Stalatum indigenæ appellant, inquit Barrius. *Ortelius.*

2 *Italia, &c.*] Dubito num legi debeat: *Italia plana ac humilis.* Virg.

—— *Humilemque videmus*
Italiam.

Italia plana, &c.] Guntherus Poëta:

—— *Campos ac plana jacentis*
Prospicit Italiæ.

Idem lib. 2 Zonæ formam habere ait Italiam:

Hæc Apennini rigidis hinc rupibus, inde
Alpibus aëriis pressa atque coercita tellus
Longa, sed angustam Zonæ sortita figuram.

3 *Qua tempestate, &c.*] Huc respexit Tacitus lib. XII. cum scripsit: *Quippe Byzantium fertili solo, fecundoque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.* Ursin. *Qua tempestate.*] Etiam citatur à veteri Scholiaste Juvenalis, qui sic scribit: *Qui in Ponto & Mæotide capiuntur pisces immanes & pingues ex ipsa tarditate, quoniam quando gelat, in glacie hærent.* Sallustius: *Itaque tempestate piscium vis ponto erumpit.* Plinius lib. 9. cap. 15. *Piscium genus omne maxima celeritate adolescit, maxime in Ponto.* Festus Avienus:

Qua piscosa jacet spacio porrecta Propontis.

Coler.

4 *Introrsus prima, &c.*] An vero cuiquam dubium esse potest, quin hinc mutuatus Bithyniæ suæ descriptionem Isidorus? unde & hoc Crispi Fragmentum (id quod supra in Corticæ, ac Sardiniæ topographia præstitimus) haud mediocri supplemento succenturiari posse videtur, facie verborum nonnihil immutata; quæ ita apud eum Sarcinatorem consuta leguntur: *Prima Asiæ minoris Bithynia in Ponti exordio ad solis Orientis partem adversa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata. Nicomedia urbs in ea est, ubi Hannibal fugiens veneni haustu animam exhalavit.* Quorum postremam particulam de Juvenalis floscul is decerptam, est verisimile ita de Mario scribentis:

Si circumductо captivorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,
Cum de Teutonico vellet descendere curru.

Videtur autem Sallustius à Bithyniæ descriptione exorsus, causas porro summatim solens expositisse belli à Romanis sumti adversus Mithridatem, per Nicomedem Bithyniæ Regem (id quod ex Epistola illa Pontici Regis didicimus) ipsorum maxime instinctu, armis lacessitum. *Douza. Introrsus prima Asiæ Bithynia.*] Recte Doctissimus ac No-

[1] Exercitum vertere. *Idem.*

Creta altior eſt, qua parte ſpectat orientem. *Idem.*

[2] Se regibus devovent, & poſt eos vitam refutant: adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis. *Idem, & Philargyrius.*

[3] Dum inferior omni via graſſaretur. *Johannes Grammat.*

[4] Narbone concilia Gallorum. *Pompejus in artem Donati.*

Poſt

ac Nobiliſſimus Douza fragmentum hoc Salluſtii apud Iſidorum auctius exſtare odoratus erat, nam ita ut edidimus, legitur apud Servium quem habemus liberalitate Cl. Petri Danielis. ſed Iſidori locum non pigebit aſcribere, ut mendum, quod ei jamdudum inhæſit, eluatur: *Prima Aſiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad ſolis Orientis partem adverſa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Beritia* (lege *Bebritia*) *dicta, deinde Mygdonia: mox à Bithynio rege, Bithynia appellata, ipſa eſt & major Phrygia.* Val. Flaccus lib. IV.

Proxima Bebricii raduntur limina regni,
Pingue ſolum, & duris regio non invida tauris.

Ceterum cum Servius citet hæc Criſpi, ut doceat Bithyniam, & Bebriciam dictam, nullaque ejus rei in fragmento hoc exſtet mentio, non dubito Salluſtium augere hoc pacto: *Igitur introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia, priùs Bebricia dicta, mox à Bithynio rege Bithynia.* Putſch.

1 *Exercitum.*] Ibidem Servius interpretatur, *vertere*, dictum eſſe pro conſiderare. *Carrio.*

2 *Se regibus.*] Duo hæc fragmenta ſeorſum apud Servium lib. IV. Georg. exſtantia, orationis ſerie ſuadente conjunxi; vere an falſe, nihil laboro. certe veriſimiliter. quamquam prius de Celtiberis, poſterius vero de Parthis & Medis Salluſtium protuliſſe, Servius aſſerere videatur. *Carrio. Se regibus devovent.*] De Parthis loquitur, ſi bene ſuſpicor. Philargyrius antiquiſſimus Virgilii interpres, de Parthis: *His autem gentibus, ait Salluſtius, adeo ingenita eſt ſanctitas religionis.* ubi emendandum ex eopſe Salluſtii loco: *Sanctitas regii nominis.* Coler.

3 *Dum inferior, &c.*] Senſus eſflagitare videtur, ut pro *via*, *vi* reſcribamus. *Douza.*

4 *Narbone.*] Narbo ob id Martius nuncupatus, quod in eum Cæſar Dictator colonos ex Martia legione milites deduxiſſet. Cicero ſpeculam & propugnaculum Italiæ appellavit. Plinius ait Coloniam fuiſſe decumanorum: Et Mela inſuper Atacinorum. Sita eſt ad oſtia Atacis fluminis XII. m. p. à mari diſtans, hodieque & munitiſſima & pulcherrima civitas, tum & Archiepiſcopali ſede aliiſque ornamentis clara. Olim quoque pulcherrimo epitheto eam affecerat Martialis, qui & *Paternam* dixerat, modo codicis manu exarati lectionem ſequamur nobis à Scriverio indicatam:

Docti Narbo Paterna Votieni.

Vulgo enim dicitur:

Docti Patria Narbo Votieni.

Sed firmat lectionem ſcriptam iſta præſertim Epigraphe: COL. JUL. PATERNA. NARBO. Julia Paterna videlicet, ut intelligeretur Julii Patris Dictatoris, non Julii Filii, id eſt, Octaviani, auſpiciis deductam. Martialis verſus hi ſunt:

Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges jubet annuoſque faſces.

Poſt defectionem [1] ſociorum & Latii. *Donatus.*

[2] Ad Jovis mandem noſtra. *Idem.*

[3] Morbi graves. ob inediam inſolita veſcentibus. *Idem.*

Atque ea cogentes non coactos ſceleſtos magis quàm miſeros diſtringi. *Idem.*

Graviori bello, quo prohibituri venerant ſocii, [4] frigere. *Idem.*

Nam

Lymphatur quodammodo in ejus laudibus Sidonius Apollinaris c

Salve Narbo potens ſalubritate,
Urbe & rure ſimul bonus videri,
Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, Capitoliis, monetis,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, inſulis, ſalinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto,
Unus qui venerere jure divos
Lenæum, Cererem, Palem, Minervam,
Spicis, palmite, paſcuis, trapetis.

Ibidemque ſtatim ſubjicit:

Non tu marmora bracteata utrimque,
Non teſtudinis Indicæ nitorem,
Non ſi quas eboris trabes, refractis
Roſtris, Marmarici dedere barri,
Figis mœnibus, aureaſque portas
Exornas Aſaroticis lapillis:
Sed per ſemirutas ſuperbus arces
Oſtendens veteris decus duelli,
Quaſſatos geris ictibus molares,
Laudandus pretioſior ruinis.

Nam furore Gothorum & Attilæ etiam immanitate exuſtam Annales teſtantur. De mœnibus ergo urbiſque paſſim ruderibus, quod innuit Sidonius, nos quoque alibi in Carmine fide oculata retulimus. Innumeri enim cum Inſcriptionibus antiquis exteriori murorum orbitæ ita impacti ſunt lapides, ut eminus quidem adſpici, vix tamen adiri aut legi, ob aquæ & foſſæ circumductæ profunditatem, poſſint. Ideoque ſcripſimus:

Aucta auro contra pretioſis mœnia ſaxis.

Inferioris ævi ſcriptores, inter quos Ammianus Marcellinus, Cluſæ hîc meminiſſe reperio. At Ammianus: *In Narbonenſi Cluſa eſt Narbona & Toloſa, quæ principatum urbium tenent.* Pontan.

1 *Sociorum & Latii.*] Vide ſupra.

2 *Ad Jovis mandem noſtra.*] Ita & in Donato, exemplaribus noſtris, inſcita prorſus, ac perplexabili ſententia, imo nulla potius. ita ut dubium mihi non ſit, quin, *Id Jovi mandem noſtro*, debeat emendari. quaſi dicas: Jupiter iſta viderit: vel, Hæc Deo ſint curæ, qui ſupra nos negotium curabit. Sic & Martialis ſuppalpans Domitiano:

Hoc ſatis eſt; ipſi cetera mando Deo.

Douza.

3 *Morbi graves, &c.*] Credo utique de exercitu Mithridatis agi Cyzicum obſidente, eo uſque inediæ redacto, ut ne humanis quidem carnibus abſtinerent; alii, pecorum in morem, herbis radicibuſque evulſis uterentur pro cibo. unde & gravium morborum & peſtilentiæ cauſſæ, eo magis, quod itinera terreſtria, qua commeatus ſubvehi poſſent, omnia à Lucullo obſeſſa circumquaque; & aquæ, per anni tempus hiemantes, maritimas importationes præpedirent. Quam incommoditatem obſeſſor ipſe Cyzicenus queſtus erat ſupra, in Epiſtola ſua ad Arſacem: ubi in hunc modum res, ita ut geſta erat, quam breviſſime enarratur: *Apud Cyzicum, magno cum exercitu, in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente, ſimul hiems mari prohibebat.* Quid enim? potuitne brevius? *Idem.*

4 *Frigere.*] Lege forſan, *afflixere.*

1 *Pyr-*

Nam quidem [1]Pyrrho, [2]Hannibali, æquor & terra. *Idem.*

Nam Sullæ dominationem audebat. *Idem.*

[3]Neque eſt defenſus dominationum Sullæ. *Idem.*

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

Ex inſolentia avidus malefaciendi. *Idem.*

Tergis vinciebant. *Idem.*

[4]Charybdis, quæ forte illata naufragia ſorbens gurgitibus

1 *Pyrrho.*] Vide ſupra p. 388. 389.

2 *Hannibali.*] Vide ſupra p. 201.

3 *Neque eſt defenſus.*] Nec eſt defeſſus dominationum Sulla. Videtur ſumptum ex aliqua Oratione. *Colet.*

4 *Charybdis.*] Servius lib. Æneid. *Charybdis*, inquit, *ſecundum Salluſtium circa Tauromenitanum egerit litus.* verba autem Salluſtii, quæ à Servio abſunt, primus è ſchedis viri omnis antiquitatis ſtudioſiſſimi, juxta ac peritiſſimi Petri Danielis in lucem dedit amicus noſter Joſeph. Scalig. de quo illud habeo affirmare, plus eum in Græca quam Latina lingua, externa, domeſtica antiquitate, omni denique omnium artium encyclopædia memoria tenere, quam quiſquam eorum qui ſe doctos & eſſe, & dici volunt, hac quidem ætate, ignoret. Hæc autem Salluſtiana Silius in librum ſuum XIV. ita tranſtulit:

Et qui corruptas ſorbentem vorticis hauſtu,
Atque iterum è fundo jaculantem ad ſidera puppes
Tauromenitana cernunt de ſede Charybdin.

Sic enim liber Colonienſis: non, *Tauromenitana.* Strabonis locum, qui de Salluſtiano ad verbum expreſſus eſt, pæne me fugit apponere. eſt igitur hic: Δείκνυ᾽ δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ καταγωγὴν δίφυλοι τὸ σκάφη παχηλιζόμενα μὴ συνεροφῆς, καὶ δίνης μεγάλης, καταποθέντων δὲ, καὶ ἀφανιθέντων τὰ ναυάγια πλησίον τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ συμπλοκῆς τούτου κρηπίδα. *Carrio. Charybdis, &c.*] Quo loco notandum raram ſignificationem in voce *Naufragia*; quæ pro quaſſarum, & quaſi aſſulatim dedolatarum navium fragminibus, laceriſque armamentorum reliquiis poſita; recte. Ceterum reſcribendum: *Per millia ſexaginta:* eodemque etiam referendum videri alterum illud libri 4. quod habes ſupra: *Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt.* Douza. *Charybdis.*] Hæc Poëtarum carminibus celebris, nihil aliud quam mare vorticoſum, & quaſi in hiatum deſcendens. Hinc Didymus Homeri Scholiaſtes: Χάρυβδις θαλάσσης βάθος ἀναπωτὴν, id eſt, *Charybdis, gurges, quo mare abſorbetur.* Cæterum in ipſo Freto Siculo hanc Charybdin fuiſſe ſatis conſtat. De ea ita Tzetzes ad Lycophron. Ἡ Χάρυβδις καὶ ἡ Σκύλλα πλησίον εἰσίν· ἡ μὲν γὰρ Χάρυβδις πρὸς Μεσσήνῃ ἐστὶ, ἡδὲ Σκύλλα πρὸς τὸ Ῥήγιον. Id eſt: *Charybdis & Scylla vicinæ inter ſe ſunt: Charybdis enim eſt circa Meſſanam, Scylla vero circa Rhegium.* Audi præter Stabonem libro VI. Senecam Epiſt. LXXIX. Charybdis an reſpondeat fabulis mihi perſcribi deſidero. Et ſi forte obſervaveris, fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempeſtas æque mare illud contorqueat: & an verum ſit, quicquid illo freti turbine abreptum eſt, per multa millia trahi conditum,

bus occultis millia ſexaginta [1] Tauromenitana ad litora trahit. *Idem.*

Saguntini fide atque ærumnis incluti per mortalium ſtudium majores quam opibus, quippe quis etiam tum ſemiruta mœnia, domus intectas, parieteſque templorum ambuſti manus Punicas oſtentabant. *Hieronymus in Habacuc.*

[2] Apud Corduennos [3] amomum & alii leves odores gignuntur. *Philargyrius in* IV. *Georg. Virgil.*

Quem

ditum, & circa Tauromenitanum litus emergere. A Siculis hodie Calopharum, teſte Fazello, dicitur, quod Latine bonum ſive pulchrum lumen eſt; ob id, quod ad proximum brachium S. Rainerii, curvum litus, altera ſit ſpecula, quæ cautum præternavigaturis contra vicinæ Charybdis minas lumen prærigit. Atque hoc non, ut tradit Homerus, ſingulis diebus ter abſorbet ingenti gurgite removitque aquas, ſed quoties vehementiori ventorum flatu fretum concitatur, maxime vero Auſtro. Unde etiam Silius lib. XIV.

Auſoniæ pars magna jacet Trinacria tellus
Ut ſemel, expugnante Noto, & vaſtantibus undis,
Accepit freta, cæruleo propulſa tridente.

Etenim, quum longe impetuoſior velociorque ſit undarum fluxus ab ſeptentrionibus in Auſtrum, quam hinc refluxus verſus ſeptentriones; ſi quando vehementiores flatus ab Auſtro exoriantur; ea ſcilicet geminata & ſibi invicem obvia in anguſto freto vis, hinc venti, illinc fluxus, ita aquas comprimit & inter ſe collidit, ut in ſublime evehantur; turſumque ingenti ſua mole ac pondere in imum debiſcant, non tamen in tantum, juxta Poëtam Tibullum: uti,

--- interrupto nudetur gurgite pontus.

Atque ita navigia præcipue minora abripiuntur, quæ tandem in Tauromenitanum litus deferuntur: non quidem per ſubterraneos quoſdam ſpecus, ſed vehementioris fluxus, è Septentrionibus in meridiem provolutione: quia hucuſque fluxus refluxuſque freti ab Vaticano Italiæ promontorio per LXX. fere millia paſſuum ſe extendit. Itaque Thucydides, antiquiſſimus juxta & rerum graviſſimus autor, lib. IV. non unum locum, ſed totum fretum Charybdin appellavit. *Cluver.*

1 *Tauromenitana.*] Tauromenia, Siciliæ Colonia, priſcis Naxus vocata; ut Plinius & Solinus teſtantur. Tauromenium Ταυρομένιον, habet Ptolemæus, & Paterculus. Taurus olim, locus vocabatur, Diodoro teſte 15. Vibius dicit, aliter Euſeboneora nuncupari. Naxon Schiſon hodie nominari, ſcribunt Fazellus, & Aretius. Tauromena Anonymus quidam. Tauromenium & Naxos, diverſa ſunt apud Strabonem. COL. AUG. TAUROMEN. eſt in Tiberii nummo teſtis Goltzii Theſaurus. *Ortel.*

2 *Apud Corduennos, &c.*] Levis odor eſt ſuavis & fragrans, ut contra gravis. Valerius Flaccus lib. XIV.

Illic peſtiferas ſubter juga concava torquet
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu,
Tumens & ſæva ſequitur caligine campus,
Linque gravem fluvium, & miſeris ſua fata colonis. Putſch.

3 *Amomum.*] Quodnam hodie ſit dubitatur, vide Matthiolum & Monardem.

1 *Nam-*

Quem trans ſtagnum omnis uſque ad flumen. *Idem.*

Repentè incautos agros invaſit. *Idem.*

Belli ſane ſciens. *Acron.*

[1] Namque omnium ferociſſumi ad hoc tempus Achæi atque [2] Tauri ſunt, quod, quantum conjicio, locorum egeſtate rapto vivere coacti. *Gloſſæ Juvenalis.*

Atque ipſe cultus rei. *Acron.*

[3] Triplici fluctu. *Servius Fuldanus.*

[4] Charybdi mare vorticoſum. *Idem.*

Sed ubi [5] tempore anni mare claſſibus patefactum eſt. *Idem.*

Sane bonus ea tempeſtate contra pericula & ambitionem. *Idem.*

Simul immanis hominum vis ex locis invaſere patentes, cum & pacis modo effuſas. *Idem.*

Genua patrum advolvuntur. *Idem.*

Perrexere in Hiſpaniam an Sardiniam. *Idem.*

Quæ * mapalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana ædificia. *Idem.*

Et

1 *Namque omnium.*] De Taurorum crudelitate Lactantius lib. 1. *Erat lex apud Tauros inhumanam & feram gentem, uti Dianæ hoſpites immolarentur, & id ſacrificium multis temporibus celebratum eſt.* Putſch.

2 *Tauri ſunt.*] Tauri populi, in Sarmatia Europæa, Tacito 12. Annal. colunt Achillis curſum, ut ſcribit Euſtathius, & Procop. 4. Ædif. Sunt aliis Tauroſcythæ. *Taurinia* eorum regio vocatur, apud Stephanum, in voce ψηφοι. & Taurio eorum urbs, à Suida. *Ortel.*

3 *Triplici fluctu.*] Græcis τριπυμία. Latinis Decumanus fluctus. atque hoc de Charybdi accipio, quam eandem intelligit Virgil. lib. III. divini operis:

Dextrum Scylla tenet, lævum implacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus.

Et Homerus:

Τῷ δὲ τοτὲ μὲν χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μεγάλα ὕδωρ.
Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναρροιβδεῖ
Δεινόν. *Putſch.*

Triplici fluctu, &c.] Ita vocabant maximum fluctum, ut Latini Decumanum. Servius annotat Græcis dici τριπυμίαν. Heſychius: τριπυμία, ἡ ζάλη, ὅταν τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ καὶ συναφθῇ. *Colere*

4 *Charybdi mare vorticoſum.*] Scribo: *Charybdis, mare vorticoſum.* Plinius lib. III. cap. 8. ex Salluſtio: *In eo freto eſt ſcopulus Scylla.* Item: *Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſævitia.* Seneca lib. IV. cap. 1. de beneficiis: *Turbinum motus vagus eſt & disjectus, & ut Salluſtii verbis utar, vorticoſus.* Idem.

5 *Tempore anni mare, &c.*] Hyeme enim

Et onere turrium incertis navibus. *Idem.*

[1] Traditur fugam in longinqua Oceani agitaviſſe. *Idem.*

Ad mutandum modo in melius ſervitium. *Servius ad primum Æneidos.*

Magna vis hominum convenerat agris pulſa aut civitate ejecta. *Idem ibidem.*

[2] Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, pœnas dederat. *Idem ad Eclogam quintam.*

Quippe vaſta Italia rapinis, fuga, cædibus. *Idem.*

Hi ſunt qui ſecundum pocula, & alias res aureas, diis ſacrata inſtrumenta convivio mereantur. * *Idem ad* VIII. *Æneidos.*

In ſecunda feſtinas cohortes compoſuerat. *Idem ad* IX.

Jam repente viſus ſævire Taguns. *Idem ad* X.

Exuant armis equiſque. *Idem.*

Solas feſtinare. *Idem.*

Luſitaniæ gravem civitatem. *Idem.*

Ex parte cohortium præcipere inſtructa, & ſtationes locatæ pro caſtris. *Idem.*

Bellum quibus poſſet conditionibus deſineret. *Idem.*

In quis longiſſimo ævo plura de bonis falſa in deterius compoſuit. *Idem.*

Cultu corporis ornata egregio. *Idem.*

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro in Horatium.*

[3] Sin vis obſiſtat, ferro quam fame æquius perituros. *Servius.*

Conſedit in valle virgulta nemoroſaque. *Idem.*

Pau-

enim non navigabatur, ſed appetente vere matia iterum aperiebantur.

* *Mapalia.*] Vide ſupra.

1 *Traditur fugam.*] Exiſtimaverim hæc de Sertorio accipienda eſſe, & fortaſſe per extrema Oceani intelligendas inſulas fortunatas. Acron mihi idoneus auctor eſſe poſſit. *Salluſtius*, inquit, *in Hiſtoriis tradit Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas.* Coler.

2 *Cum murum hoſtium.*] Refero ad librum primum. ad iſta nempe: *Sertorius portis, &c.* Putſch.

3 *Sin vis obſiſtat.*] Reduco ad 3. Hiſtor. librum, de exercitu apud Cyzicum fame confecto.

1 *Luxo*

Paululum requietis militibus. *Idem.*

Qui nullo certo exiliò vagabantur. *Idem.*

Nubes fœdavere lumen. *Idem.*

Sanctus alia. *Idem.*

Geronis. *Idem.*

Quæ cauſa fuerat novandis rebus. *Idem.*

Radicem montis exceſſit. *Statii interpres.*

Ut res magis quam verba gererentur, liberos parenteſque in muris locaverant. *Idem.*

Incerta eſt fortitudo dum pendet. *Idem.*

In quibus plauſtra ſedes ſunt. *Acro ad Horatium.*

[1] Luxo pede. *Probus.*

Maurique vanum genus, ut alia Africæ, contendebant [2] Antipodes ultra Æthiopiam cultu Perſarum juſtos & egregios agere. *Priſcianus.*

Et Perpernam forte cognoſcit mulio redemtoris. *Acro in Horatium.*

Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Græci τῶν εἴσω θαλάσσαν appellant, [3] maximum eſſe Nilum conſentitur, proxuma magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. *Agellius* lib. x. cap. VII.

Ex

1 *Luxo pede.*] Id eſt, vacillanti. *Probus.*

2 *Antipodes.*] Uti notum, illi dicuntur, qui adverſa nobis urgent veſtigia. Cic. in Academ. *Antipodes è regione nobis, è contraria parte terræ adverſis veſtigiis ſtant contra veſtigia.* Idem dicit in Som. Scip. eorum partim obliquos, partim verſos, partim etiam adverſos ſtare nobis.

3 *Maximum eſſe Nilum.*] Hoc præter Agellium teſtatur etiam Feſtus Avienus, elegantibus verſibus:

Non olli compar quiſquam fluit, incluta quanquam
Undique ſe totis eructent flumina terris,
Nilus & immenſos ulnam diſpergit in agros,
Et fovet invecto ſata gurgite. Nilus honorem
Telluri reparat: Nilus frota maxima pellit.

Coler. Nilum antiquis Ægyptum dictam fuiſſe teſtatur Plinius eruditionis ingens Bibliothecæ l. v. cap. 9. Αἴγυπτον autem Hebræorum שיחור referre, notum eſt, unde Græci Sirin ſuum effinxerunt, quod elegantem demonſtrat Dionyſius ὦν φασίν. cum dicit:

Οἷς δή τοι Λιβύηθεν ἐπ' ἀντολίην πολὺς ἔρπων,
Σῖριος ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκει, οἵδε Σύλωνος
Ἔννάε φρίξαντι μετ' ὄμμα Νεῖλον ἴδηται.

Ex omnibus quæ tractavimus, Æbuti Liberalis, poteſt videri nihil tam neceſſarium, aut magis, ut ait Salluſtius, cum cura dicendum, quam quod in manibus eſt. *Seneca.*

Turbinum motus vagus eſt, & disjectus, & uti Salluſtii verbis utar, vorticoſus; cometarum autem, compoſitus, & certum iter carpens. *Idem.*

Salluſtius, auctor certiſſumus, aſſerit [1] Tigrim, & Eu-

Eadem de ratione Μέλας dictus, ideo nimirum quod nigro limo quotannis Ægyptum pinguefaciat. Unde vero Nilus nominis originem acceperit, Joſephus Scaliger ingenue fatetur ſe ignorare, colligi tamen illud poteſt ex Pomponio Mela qui lib. 3. cap. 18. ita loquitur: *In horum finibus fons eſt, quem Nili eſſe aliquibus credibile eſt, Nuhul ab incolis dicitur, & videri poteſt non alio nomine appellari, ſed barbaro ore corruptius, (ſive potius) corruptum.* In quibuſdam exemplaribus *Neal* ſcriptum invenimus, quapropter, optime, niſi fallor, divinavimus, ſicuti Hebræi nomine נהל Nilum intellexerunt, ita & Græcos deinde ex Hebraico vocabulo τὸν Νεῖλον effinxiſſe. Quod facile fieri potuiſſe inde liquet, quoniam Græci aſpirationem in mediis vocabulis non aſſumunt. Vocabulo autem illo inſigniri Nilum, apud Hebræos ex Sacra Scriptura liquido apparet. Locus inſignis eſt Joſ. xv. ℣. 4.: *atque inde pertranſiens in Azemona & perveniens ad torrentem Ægypti.* Fateor quidem inter auctores non convenire, quis ille torrens ſit. Nonnulli exiſtimant fuiſſe torrentem Bezor. Septuaginta patres vertunt ad Rinocoluram, quos ſequitur D. Hieronymus Epiſt. 129. ad Dardanum. Per torrentem autem, rivulum Nili quidam intelligunt. Sed falſo. Cum ipſa Sacra Scriptura vocem torrentis per τὸ Sichor Paral. xiii. ℣. 5. & 1. Reg. 17. interpretetur. Neque novum eſt ab inundatione, & ſingulari undarum agitatione torrentem vocatum eſſe, cum & Tigris Perſarum propter celeritatem à ſagitta illorum lingua dictus, & ipſe Euphrates ab inundatione. Quod ex Arabum Lingua doceri poteſt. Quibus غرط inundare ſignificat, غرلط autem inundationem, quod quidem nomen corruptum, poſtea in Græcorum Euphratem migravit. *Thyſ.*

1 *Tigrim.*] Τίγρις, Ptolemæo, & ceteris Latinis: etiam Straboni & aliis Græcis ſcriptoribus, Aſiæ flumen celebre. Sylax Σύλαξ, quondam vocatum, ſcribit Euſtathius. Sollax Σόλλαξ, habet Plutarchus, in opuſculo de Fluminibus. Hidekel Hebræis dicitur, teſtis Ben Ar. Montan. Diglath Δίγλαθ, vocat eum Joſephus (& ſic quoque hodie vocari ſcribit Maſius) Diglito eum appellari, ex parte nempe, qua tardior fluit, Plinius auctor eſt. Thera Θήρα, vocatur in quodam oraculo Juliano Apoſtatæ dato: ut habet Theodoritus 3. cap. 18. Ejus deſcriptio ampla exſtat apud Trogum 42. Tegil hoc nominari, ſcribit Caſtaldus; & Sir, Pinetus: Set autem Joſeph. Barb. Poſtello (Morato) eſt. ſic quoque in Itinerario Antonii Tenreri. Thevetus vult accolis Hidecel, & aliis Derghele dici. Paſitigris Παρατίγρις, à Plinio & Arriano dicitur pars Tigris, eo loco, quo bifidus factus, inſulamque circumiens, denuo in ſe redierit. Ab incolis ſic nuncupari, ſcribit Curtius 5. Apud oſtia ſic nominari tradit Strabo 15. cui ſuffragatur Arrianus in Indicis. Hujus meminit etiam Plutarchus in Eumene. Præter hunc Tigrim notiſſimum, habet Herodotus

[1] Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividantur, spatio medio relicto multorum millium; quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. *Idem.*

[2] Pelorum promontorium Siciliæ respiciens aquilonem, juxta Sallustium dictum à gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, cum se ejus dolo crederet esse deceptum. *Servius & Isidorus.*

[3] Aristæus, uti Sallustius docet, post laniatum à canibus

dotus duos alios, in Armeniam influentes. Eustathius quoque in Paphlagonia Tigrim habet, ex Xenophonte, ut addit. *Tigris* تير id est, tiir, hodieque sagittam denotat Persis, sicuti & Curtius à celeritate, qua defluit, ita dictum, tanquam Sagittam antiquis ostendit.

1 *Euphratem.*] Est fluvius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ magnum, profundum & celerem nasci. influere autem in mare Rubrum, prius tamen Babyloniam per medium dividere & Tigri conjunctum Mesopotamiam facere. *Euphratem.*] Plinius: *scinditur Euphrates à Zeugmate* LXXXIII M. *passus, circa vicum Massicen: & parte læva in Mesopotamiam vadit, per ipsam Seleuciam, circa eam præfluenti infusus Tigri.* Ptolomæus: Ὀχίζεται εἰσὶ τ Εὐφ. Βαβυλωνίαν, καὶ τ Εὐφ. Σελευκείας, ὧν ὁ μεταξὺ καλεῖται Βασίλειος ποταμός. Id est, *scinditur in eum alveum, qui per Babylonem fluit, & qui per Seleuciam, quorum medius vocatur regius fluvius.* Medius ille fluvius, quem Βασίλειον ποταμὸν, Regium amnem, Ptolemæus, & Polyb. lib. 5. τὸν Βασιλικὸν διώρυχα Regiam fossam vocari scribunt, est Arabum الملك id est, Almelic, cujus meminit Nubiensis Geographus. Chaldæi נהרמלכא id est, Naarmalcha appellant. Ammianus lib. 24. *Ventum est hinc ad fossile flumen, Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur.* Flumen autem regium dictum, quia regia cura effossum. Atque inde quoque Chobat forsan dictus (cujus & in Ezechiele mentio) quod ille huic operi præfectus esset. Plinius: *Sunt, qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti operâ deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar* (lege *Naarmalcha*) *quod significat regium flumen.* Porro juxta Geographum Arabem Euphrates dividitur in quinque alveos, quorum unus in Tigrin influit è regione Bagdad, reliqui quatuor infra Rahabam, (id est, Rehoboth. Gen. 36.37.) ex Euphrate derivati merguntur in varios lacus. Primus est ab Oriente fluvius Tsatzar naviger, cui adjacet urbs cognominis à Bagdado distans novem millibus. Secundus est fluvius Almelic, id est, Regius, sex millibus à priore dissitus, ad quem est Alcatsar, id est, castellum filii Hoboira. Tertius ad Suram tendit. Quartus ab Cufam, quas urbes ab invicem distare scribit Benjamin itinere sesquidiei. *Bochart.*

2 *Pelorum.*] Pelorus, Πέλωρος, Ptolemæo Siciliæ promontorium. Cabo de la torre del Faro, nunc, Castaldo teste. Della Martella, Laurentio Anaiensi. *Ortel.*

3 *Aristæus.*] Sicuti in fabulis est, juxta Pindarum, ex Cyrene Penei amnis filia,

bus Actæonem filium, matris instinctu Thebas reliquit, & [1] Ceam insulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Dædalo in Sardiniam transivit, post delatus est [2] Cumas. *Servius.*

[3] Sallustius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. *Idem.*

Cares insulani populi fuerunt, piraticam exercentes, famosi, victi à Minoë, uti Sallustius, & Thucydides tradunt. *Idem.*

[4] A Troja Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Sallustium, tenuerunt. *Idem.*

Dardania à Dardano Jovis & Electræ filio, aut secundum Sallustium, à Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem.*

Sallustius [5] Scyllam saxum esse dicit simile formæ celebratæ

filia, & Apolline editus. Nymphis postmodum à matre traditus nutriendus, à quibus, quum lac coagulare, mel atque oleum conficere didicisset, primus ea in usum hominibus traduxit. Unde à posteris ut Deus cultus est, Arcadiæque regnum obtinuit, sicuti auctores sunt Diodorus, Justinus, Plinius, aliique.

1 *Ceam.*] Insula in mari Ægæo.

2 *Cumas.*] Est urbs Campaniæ celebris. vide Cluver.

3 *Sallustius duces laudat.*] Ut de L. Scipione Sulla, Pompejus de D. Bruto castris collatis apud Mutinam obsesso. Sed, *Reportarunt*, malim. Et fortasse huc pertinuerit, quod habes supra: *Castra sine volnere introitum.* Quod ipsum tamen ad Pompeii Epistolam Senatui inscriptam, post victoriam de Bruto, quam dixi, referri oportere, potest, ut credam, hoc Plutarchi testimonio adductus: ἤλυξε δὲ τ φόβον ἐπιστολὴ τοῦ Πομπήιου κομισθεῖσα, καταφρονήσαντος ἄνευ μάχης τ πόλεμον. ὁ γὰρ Βροῦτος, εἴτε προδοὺς τῳ δύναμιν αὐτὸς, εἴτε προδοθεὶς μεταλλαξάμενος εἰκόνης, ἐνεχείρισε τῷ Πομπήιῳ τὸ σῶμα, &c. Id est: *Hanc formidinem allatæ à Pompejo litteræ discussere; bellum sine certamine esse perpetratum: Brutus enim, quia vel exercitum ipse tradidit, vel, transitionem ille quum faceret, proditus fuit, seque & vitam suam in Pompeii permisit fidem.* Addam corollarii vicem, hujusmodi victoriæ genus, in re tamen diversa, & quæ ad Venerem potius spectet, quam Martem, etiam præcipue Triumpho dignum censeri à Poëta Sulmonensi: In qua (ut idem festivissime argutatus) utcunque est, sanguine præda caret. *Douza.*

4 *A Troia.*] Servius lib. 1. Æneid. paulo aliter: *A Troia Capys Campaniam, Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, secundum Sallustium, occuparunt.* eodem pertinet illud Silii lib. XI.

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Assaracus, nulloque minor famave manuve.
Tum Capys, ut primis dederit sua nomina muris.

Carrio.

5 *Scyllam.*] Scylla, Plinio scopulus in Fre-

Digitized by Google

bratæ procul viſentibus. *Idem.*

In Sicilia eſt Enceladus, Othus in Creta, ſecundum Salluſtium. *Idem.*

Salluſtius ait, Hiſpanorum morem fuiſſe, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur à matribus. *Idem.*

Orion, juxta Salluſtium, oritur juxta ſolis æſtivi pulſum. *Idem.*

In Flaminia eſt civitas, quæ [1]Cale dicitur, & in Gallia hoc nomine, quam Salluſtius à Perperna captam commemorat. *Idem.*

Getæ ſunt Myſii, quos Salluſtius à Lucullo dicit eſſe ſuperatos. *Idem.*

Trojanorum tempore invadendarum terrarum cauſſa fuerat navigatio, uti Salluſtius meminit. *Idem.*

[2]Curribus falcatis uſos eſſe antiquos, Livius & Salluſtius docent. *Idem.*

Vices ſignificant pugnam, quia per viciſſitudinem pugnabatur, ut inquit Salluſtius. *Idem.*

Creta medio jacet inſula ponto, id eſt, ſecundum Salluſtium, procul à continenti. *Idem.*

Pri-

in Freto Mamertino, inter Siciliam & Italiam. Scyllam & Scyllæum vocat Strabo. Hodie Scyllo dici, auctor mihi eſt Fazellus. Scylla, Brutiorum opidum, apud Melam, quod hodie Siglio nuncupatur, ut Leander tradit. Scylla nomen inſulæ deſertæ, circa Thraciæ Cherſoneſum, ut ex Plinio videtur. *Ortel.*

1 *Cale.*] Ex Salluſtio Calem in Galliâ, & Calenſem villam, ab urbe Pariſiorum quaſi centum ſtadiis diſtantem, habet Greg. Turonenſis. Haud procul à Matrona flumine, ut Gaguinus ait. *Idem.*

2 *Curribus falcatis.*] Hujuſmodi, pugnacis vehiculi genus, quod armis præter morem videtur inſtructum, reperit Parthicæ pugnæ neceſſitas; ſed hoc ſingulis bene munitis invecti equis duo viri, veſtitu, & armis, ferro diligenter muniti, citato curſu in pugnam rapiunt. cujus poſterior ſupra currum pars cultris in ordinem extantibus communitur, videlicet ne facilis à tergo cuiquam præbeatur adſcenſus. Falces vero acutiſſimæ axibus ejuſdem currus aptantur, in lateribus ſuis anſulas habentes, quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitum laxati quidem explicant, repreſſi autem erigunt falces. qualia vero hujuſmodi machinæ funera hoſtibus immittant, vel quas turbatis ordinibus ſtrages efficiant, dicent melius, qui uſu bella cognoſcunt. Vide *Stewech.*

1 *Paphla-*

Digitized by Google

Primo menſe veris dicitur novum ver, ſecundo ver adultum, tertio præceps: ſicut etiam Salluſtius dicit ubique, nova æſtas, adulta, præceps. *Idem.*

Salluſtius in Hiſtoriis tradit, Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas. *Acron.*

Inſulas fortunatas Salluſtius inclutas eſſe ait Homeri carminibus. *Servius.*

Proxumum dicebant veteres, non ſolum adhærens, & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. *Virg. Æneid.* lib. v.

Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,
Inſequitur Salius. ———

Ita & Salluſtius in Situ Ponti, de promontoriis [1] Paphlagonum, & quod [2] Κριὸς μέτωπον appellavit, poſuit. *Nonius.*

Interrogaſti, ſi tenes, Mæotici
Situs quis eſſet æquoris. Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Præjudicatæ autoritatis ducier,
Non abnuebam. Feſtus Avienus.

Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum. In arcus ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius, unde hic tulit colorem, nam ſpeciem efficit Scythici arcus. *Servius ad* III. *Æneid.*

——— *Freta lata relucent.*

Lata autem ideo, quia ſe anguſtiæ Pontici oris illic dilatant, uti dicit Salluſtius. *Servius.*

Teïa autem dicta eſt à Teïo Anacreontis Poëtæ Lyrici oppido, quod in Paphlagonia eſſe Salluſtius indicat, cum de ſitu Pontico loquitur. *Comment. in Horatium.*

Porro

1 *Paphlagonum.*] Παφλαγονία, Aſiæ Minoris regio, Ptolemæo & aliis. Hæc aliquibus; ut Plinius ſcribit, Pylemænia dicta fuit. Joſephus Riphathæos, Strabo lib. 4. Henetos vocat: Flagania nominari, in Anonymi libro de Bello Sacro putat Reineccius. Henetus locus eſt apud Solinum. Paphlagoniam Macedoniæ conterminam, verſus Boream habet Martianus Capella. Hanc me ignorare fateor. An *Pelagonia* legendum? *Ortel.*

2 Κριὸς μέτωπον] Ptolemæus, Strab, Plinius: & Priſcianus in exegeſi:

Arietis hanc rupem ſimulantem vertice frontem,
Pro merito Graii κριὸς dixere μέτωπον.

1 *Orcho-*

Porro Salluſtius auctor certiſſimus aſſerit tam Tigris, quam Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. *Hieronymus de locis Heb.*

Cum multi evaſerint Trojanum periculum, uti Capys, qui Campaniam tenuit; ut Helenus, qui ut alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium. *Servius.*

Salluſtianus Calpurnius. *Hieronym. adverſ. Ruf.*

Calpurniani diſcipuli. *Idem ibidem.*

Tamen vulgata jam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt. Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat. *Tertull. de anima.*

Sarcaſmus Chleuaſmo proxima eſt, & ſimilis figura, qua adverſariorum facta, cum exacerbatione admiſti eorum laceſſimus. Ut apud Salluſtium de Sullæ crudelitate. Ut in M. Mario, cum fracta prius crura per artus expiraret. *Jul. Ruſinianus de ſchematis lexeos.*

Meſopotameni homines effrenatæ libidinis ſunt, ut Salluſtius meminit, in utroque ſexu. *Gloſſæ in Juvenalem.*

Antonius ille trium Antoniorum corruptor, ille Salluſtius, qui oræ maritumæ, qua Romanum eſſet imperium, contrarius piratis. Si omnes ſocios & maxime Græcos Aſiaticos ac Siculos fortunis omnibus ſpoliaverunt. *Eædem Gloſſæ.*

Σαλλύστιον δὲ θαυμάζω, τότε πρῶτον ὀφθὲν Ῥωμαίοις κάμηλον, λέγοντα, εἰ μήτε πρότερον τοὺς μετὰ Σκιπίωνος νικησαμένους Ἀντίοχον φύτο, μήτε τοὺς ἱππαρχοῦντας περὶ Ὀρχομενῷ, καὶ πρὸς Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ μεμαχημένους, ἐγνωκέναι κάμηλον. *Id eſt:* Salluſtium demiror, qui autumat tum primum viſos Romanis Camelos, quod neque olim illos, qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos, qui ad [1] Orchomenum & Chæroneam certaverunt cum Archelao, noſſe putaverit Camelum. *Plutarchus.*

Σαλλύ-

1 *Orchomenum, &c.*] Ὀρχόμενον, Ptolemæo & Plinio, Bœotiæ urbs. Diadæ olim vocatam, ſcribit Niger, citans male ex Euſebio hunc locum: *Cecrops in Bœotia Diadas condidit, quam Bœoti Orchomenum vocarunt.* Pro *Bœotia & Bœoti, Eubœa & Euboici* legit Chronicon Euſebii. Minyeum Μινύειον quondam,

Σαλλούστιον μὲν οὖν φησὶ, χαλεπῶς ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν, ἀφ' οὗ ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου, πρὸς Κυζίκῳ, καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῷ δύο χειμῶνας ἐξῆς ἐν χείροσι διαγαγεῖν ἀναγκασθέντας. *Id eſt:* Ac Salluſtius quidem fuiſſe milites jam inde à principio male ait in eum (Lucullum) animatos, quod ad Cyzicum, [1] & iterum ad Amiſum duas hiemes eos in caſtris continuiſſet. *Idem.*

LECTORI.

HActenus Fragmenta florentiſſimi Rerum Romanarum ſcriptoris, quæ extare putamus. Cetera quæ ſequuntur, in MS. Servio legi auctor eſt V. Cl. Andreas Schottus: in optima tamen illa Honorati Editione à Petro Daniele JC. procurata non comparent.

* m or Trequii præter s r ciem neceſſariam haud multo ſecus quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum hæc aguntur à fugitivis, ægra parte militum autumni gravitate, neque ex poſtrema fuga, cum ſevero edicto juberentur, ullis ad ſigna redeuntibus, & qui reliqui erant per ſumma flagitia detrectantibus militiam, Quæſtorem ſuum C. Thoranium ex quo præſente vera facilime noſcerent. *** commiſerant, & tamem interim quum volentibus numero quatuor.

* ingre, tante ſetui debacrlttur, nefandum in modum perverſo vulnere & interdum lacerum corpus ſemianimum omittentes, alii in tecta jaciebant ignes, multique ex loco ſervi, quos ingenium ſocios dabat, abdita à dominis aut ipſos trahebant ex occulto, neque ſanctum aut nefandum quicquam fuit iræ barbarorum, & ſervili ingenio: quæ Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate **** nuntios.

Ali-

dam, nunc Boëtium vocant Orchomenum, inquit Thucydides libro quarto. Orchomenium locum non ſemel nominat Theophraſtus, qui inſulas fluitantes in eo deſcribit. In Bœotia, hujus meminit & Plinius 16. capite triceſimo ſexto. *Chæronea* autem urbs Bœotiæ. *Idem.*

1 *Et iterum ad Amiſum.*] Vide ſupra.

Aliquot dies contra morem fiducia augeri noſtris cæpit, & promi lingua. Qua Varinius contra ſpectatam rem incaute motus novos incognitoſque & aliorum caſibus perculſos milites, ducit tamen ad caſtra fugitivorum. Preſſo gradu ſilentes jam, neque tam magnifice ſumentes prælium, quam poſtulaverant. Atque illi certamini conſcii inter ſe juxta ſeditionem erant. Crixo & gentis ejuſdem Gallis atque Germanis obviam ire & ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum.

FRAGMENTA tria, ex vetuſtis, & Servianis doctiſſimi Petri Danielis ſchedis, necdum publicatis, Lutetiæ deſcripta, atque inde porro ad C. V. Juſtum Lipſium ab adoleſcente lectiſſimo, Andrea Schotto, gratificandi cauſſa Lugdunum noſtram tranſmiſſa; alius neminis, quam Salluſtii eſſe quovis pignore contendere auſim. Cui rei argumenta, primo ſtylum, dico: quem ego adeo omni ex parte Salluſtiano dicendi generi reſpondere, probare poſſe videor; ut lac lacti ſimilius eſſe non queat: deinde Servilis belli tractationem, quam Salluſtium in his Hiſtoriarum ſuarum libris exſecutum eſſe, cum ex aliquot ſuperioribus Fragmentis, tum vero ex Auſoniana illa duodecim annorum computatione ita examuſſim compertum jampridem, atque exploratum habemus; ut ſatisacceptione nobis ejus rei cauſſa opus non ſit. Abeſſent tantum cæcæ lituræ illæ, tot barbariæ mendis, ac maculis coopertæ. quibus ipſe hercule eluendis ſat eſſe non poſſum. neque enim Fullonicam didici. uti lapſe exarata accepi, ita repræſentavi. Cæterum fides ſit penes Exſcriptores. *Donza.*

ORATIONES DUÆ AD C. CÆSAREM, SALLUSTIO ADSCRIPTÆ.

1 ORATIONES DUAE.] De Scriptore duarum (ut quidem nunc inscriptio est) Orationum ad C. Cæsarem, cur ambigerent literati homines, caussa non erat; præsertim cum & codicum membranaceorum consensus, &, quæ ratio maxima, geminissimus dicendi chatacter, tantæque in iis Censoriæ notiones exercitæ, sese ab alio nemine, quam à severo & serio illo Historico esse, haud indicium modo, sed & fidem merebantur multo certissimam. Quid enim? E summo puteo (uti apud Comicum nostrum est) similior nunquam potest aqua aquæ sumi, quam hæc ipsa sunt, & altera illa, quæ de Sallustianis naufragiis reliqua Deorum nobis benignitas fecit. Nam quod de Tacito, aut alio etiam rerum illius ætatis auctore hallucinati sunt quidam, quid simile? Primum, numquam ea linguæ Latinæ puritas in Tacito: deinde, temporum ratio putetur: magnum sane inter Flaviani ac Juliani seculi scriptores intervallum. Neque ipsi id infitentur. At brevitas illa, quæ in Historico nostro familiam ducit, non æque credo in his Orationibus, ac in ceteris ejusdem scriptis, comparet. Ridicula res vero: mirorque, ubinam & oculos, & animi mentem habuerint, qui hujusmodi ante nos sententias dixere: nisi tamen forte hæc ipsa, sicuti peregrinantes, perlegerint, quod hercle pernegari non potest. Quæ etiam caussa fuisse videtur; ut quo in lingua Latina astrictius nihil, aut concisum magis, dici, scribi, vel fingi ne ab ipso quidem Sallustio possit, id isti immodice longum ac Sallustiana breviloquentia indignum arbitrari sint auti: haud quaquam cogitantes, ejuscemodi delicias longas dici non posse: quibus (ut Martialis Tribuni intercessione pro Crispo Prætore nostro utar) nihil est, quod demere possis; ut omittam cetera, quæ in Cosconium noto ibidem Epigrammate leguntur, in hujusmodi novos Laconas potius, quam veterem illum Celtiberi Poëtæ criminatorem convenientia. Verum aliquando in rem præsentem, in qua ego omnibus verbis vindicare, manumque cum hoste, (si usus venit) apud Prætorem, quem dico, conferere sum paratus. non quidem vitilitigandi studio (à qua scabie, meditate semper cavi, ut ungues tenerem) sed veritatis, & Sallustiani honoris defendundi. cui hoc loco, assertorem me venisse haud pœnitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive hæc, sive alia studiosis probabuntur, à me quidem pro virili dictum & adjutum fuerit. Reliquum est, ut quid de pervolgata hac inscriptione sentiam, quam brevissime potero, exponam. Nam Orationum nomine censendas persuadere mihi non possum. Proinde (more majorum quod liceat) Epistolas, non orationes judico inscribi oportere: conjecturam ex eo ducens, quod auctorem ipsum, non orantem, sed scribentem postea inducit Sallustius, his verbis: *Forsitan, Imperator, perlectis litteris decernes, quem numerum Senatorum fieri placeat, quoque modo in multa, & varia officia, &c.* Et aliquanto post: *Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit, prius laborandum visum est de summa*

ORATIO I.

AD

C. CÆSAREM,

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

POPULUS R. antea obtinebat, regna atque imperia, fortunam dono dare, item alia, quæ per mortalis avide cupiuntur: quia & apud indignos sæpe erant, quasi per lubi-

summa consilii, &c. Denique etiam sub finem: *Quæ mihi utilia factu visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi.* Ubi manifesto vides, & litterarum & scriptionis per litteras interpretes factæ, non autem Orationis ad Cæsarem habitæ fieri mentionem. Quod quoniam satis superque argumentis ostensum ac declaratum arbitror, in promptu erat, aliquot ex omni numero exempla decerpta proponere: unde, tamquam ex volpe leonem, cuivis promtum sit oculo præsente arbitrari, Epistolas, quas dico, utrasque sine probro lectas, hoc est, puras putas Sallustianas esse: neque quicquam in iis adulterinum deprehendi, quod parentem suum infitiari possit. Sed quis modus quæso observationum futurus, si nobis lubido fuerit omnia examussim persequendi? Proinde nos quidem properantes, quæ restant Grammaticorum curiositati linquemus, omissuri etiam compendii faciundi caussa; simul ne communium, miseriarum, quas per tot annos ægre, ac duriter exantlavimus, nos ipsi in memoriam inducamus, tot tantasque in illustri positas pro rep. indignationes: quibus solens cum seculi sui vitiis rixari amat Sallustius; gravissimus alienæ & publicæ luxuriæ castigator. Quasi quis cum Catilinarii, & Jugurthini Belli querimoniis inter se contendere voluerit, facile videbit, ejusdem imaginis formam possidere utrasque: neque aliud in his majus discrimen comparere, quam quo Menæchmum surreptum à Sosicle discrevit Plautus. Quare his, ut dixi, præteritis, aliquot prius à me emendatiunculas daturus, rem ad exordium aliquando deducam. *Donza.*

1 Altera Sallustii oratio ad Cæsarem, quam male præponunt, quum ea scripta sit post Pompeium victum, altera ante eam victoriam. *Mercerus.*

2 *Populus Romanus, &c.*] Imperiti homines qui non intelligebant, *obtinebat*, positum esse pro, opinio obtinebat, sive vulgo credebatur, cum aliquid deesse persuasum haberent, ex ingenio, quod maxime probabile visum supplerunt, duobus his verbis, *populus Romanus* initio præpositis: quæ duo verba clarissimam alioquin & illustrissimam sententiam tenebris plus quam Cimmeriis involverunt. Legendum autem: *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia quæ per mortales avide capiuntur, &c.* Mer. Casaubonus in notis ad Antoninum pag. 41. Testatur Carrio in libris Fabri & Briconeti lectum *Populus Romanus vero.* Fortassis igitur,

lubidinem data; neque [1] cuiquam incorrupta permanſerant. Sed res docuit id verum eſſe, quod in carminibus Appius ait, Fabrum eſſe ſuæ quemque fortunæ: atque in te maxume, qui tantum alios [2] prætergreſſus es, uti prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciundo. Ceterum [3] uti fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet: ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: [4] & quamvis bonus atque clemens ſit, qui plus poteſt; tamen, quia malo eſſe licet, formidatur. [5] Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt: & eo ſe munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, [6] nequiores fuere. At contra id eniti decet; cum ipſe bonus, atque ſtrenuus ſis, uti quam optumis imperites. Nam peſſumus

igitur, *pro vero antea obtinebat.* Appulejus in Apol. *Certus equidem eram, proque vero obtinebam, maxime Claudi.* Gronovius.

1 *Cuiquam incorrupta, &c.*] Multa de hac re dicta Philoſophorum & Poëtarum apud Stobæum λογ. ργ. Et in memoria ſunt vetera & recentia exempla, quæ ut vulgo nota, non hic inculco. Illum tantum Val. Maximi Epilogum, non poſſum quin huc apponam: *Caduca nimium hæc ſunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in perſona, ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu Fortunæ huc atque illuc acta: quos in ſublime extulerunt, improviſo decurſu deſtitutos profundo cladium miſirabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici debent bona, quæ ut inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſui duplicant: propenſiore favore primo delinitos, majore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent.* Colerus.

2 *Prætergreſſus.*] Omnes libri, *prægreſſu.* Carrio.

3 *Uti fabricata.*] Videtur Salluſtius paullatim id agere, ut Cæſarem adducat ad ordinandam novis legibus Rempublicam, & quidem neceſſario. Hæ enim anima ſunt civitatis. Ut corpora noſtra ſine mente, ſic civitas ſine lege ſuis partibus ac nervis, ac ſanguine uti non poteſt: ait M. Tullius in ea pro Cluentio. quod ſane dixit ad imitationem ſui Demoſthenis, qui ſcripſerat πόλεως ψυχὴν εἶναι τὸς νόμους. Plane ad hanc Salluſtii mentem illud Valerii Max. dictum: *Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus injiciantur: niſi foro & curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit: partarum rerum cælo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem non habebit.* Idem.

4 *Et quamvis bonus, atque, &c.*] Id eſt: Quia illi copia eſt male faciundi, vel, quia in manu ejus poteſtas plus poteſt, clemenſne, an Tyrannus eſſe velit, ideo metuitur, non amatur.

5 *Id evenit.*] Fabri & Briconeti libri, *id convenit.* Carrio.

6 *Nequiores.*] Id eſt, minus queuntes aut valentes. unde Nequam non dicitur perverſus aut luxurioſus: ſed homo nihili, id eſt, nullius virtutis, ut qui nequit quicquam. *Bad.*

sumus quisque asperrime rectorem patitur. [1] Sed tibi hoc gravius est, quam ante te omnibus, armis parta [2] componere.

1 *Sed tibi hoc gravius est.*] Ait, gravius esse Cæsari ordinare Remp. quam cuiquam unquam Romanorum fuerit, has ob causas. Primum, quod bellum nimis placidum & aliorum pace mollius gesserit; dein, quod victi cives sint, & ab iis prædam petant victores. Jure laudatur C. Cæsar ob duas virtutes, Modestiam & Clementiam, quarum victor post bellum civile observantissimus fuerit. Quis enim omnium post victoriam Cæsaris non optasset potius hostis fuisse Cæsaris, quam in Pace amicus Marii, aut Sullæ? Pauci victores Modestiam aut Clementiam coluere. Id adeo Naturæ quodam instinctu inter mortales fieri solet. Nam dum hostis ab hoste summam se accepisse injuriam existimat, post victoriam animus augescit, crescit cupiditas. Scimus Sulla bellatore nihil fuisse mitius, victore nihil truculentius aut crudelius. Est & alia causa insolentiæ ejusmodi, quippe secundis rebus etiam egregios Duces insolescere testatur Tacitus. Rarissimum igitur hoc exemplum in Cæsare, quod etiam Historicâ auctoritate stabilio. Scribit enim de hac victoria Florus, *Pax incruenta, pensatumque clementia bellum. Nemo cæsus imperio præter Afranium (satis ignoverat semel) & Faustum Sullam: didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sulla hîc posteris cavebatur.* Hæc Florus. Hinc de Præda militibus dividunda, magna in hac re difficultas Cæsari objecta erat. Nam & milites prædatores & victi cives. Invidiosum omnino factum fuerat Cæsaris, bona civium prædæ dare. Jam valebat Romæ fama de crudelitate Cæsaris, ex mera invidia ficta. Tangit eum Cicero ad Atticum scribens: *Qui quidem incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus.* Unde & illud verissimum esse liquet, quod idem Cicero scribit: *Omnia sunt in bellis civilibus misera, sed nihil miserius quam ipsa victoria, quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit, ut etsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur.* Illud vero nonne miserrimum post bellum civile, quod non solum non fiunt, quæ velit victor, verum quod iis mos gerendus, quibus adjutoribus parta est victoria, ut scribit idem Cicero l. 12. Epist. 18. Et id bene etiam scivit Æschines: στάσις ἐμφύλιος ἐς ἑκάτερον κακόν. καὶ γὰρ νικᾶσα καὶ ἡττωμένοις ὁμοίως φθορά. Atqui tamen Cæsari ultionem post victoriam adhibendam fuisse dicat aliquis, quia ultio plerumque justa post bellum, quam & Seneca lib. 1. de clement. ait duas res præstare, injuriæ solatium, & in reliquum securitatem. Verum tamen ego non suasissem Cæsari, ob belli speciem, ut ante dictum. Non externum aliquem hostem, non socios perfidos vicerat Cæsar, sed cognatos, amicos, cives. Reliquum igitur belli jus silebat. Neque vero secundum Senecam etiam ultio Cæsari ullam securitatem præstitisset. quippe nec in armis securus sis, ubi tuos nimis læseris. Quærenda igitur in tali negotio vera & solida pacis stabilimenta, solius opinor Clementiæ & Misericordiæ tibicine fulcienda. Id suadet Augustinus: *præterita vindicando iram pascimus, misericordes simus, in futurum consulimus. Hoc igitur Cæsaris munus erat, Modestia & Clementia civium odia vincere, omniaque ad eorum commoda & salutem referre.* Præclare Cicero in nobilissima Epist. ad Q. Fratrem: *Est non modo, ejus, qui sociis & civibus, sed etiam ejus, qui servis, qui multis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodis, utilitatique servire.* Etiam Afris, Hispanis, Gallis immanibus ac barbaris nationibus; eorumque commodis & utilitati salutique consulere humanitatis est. *Coler.*

2 *Componere bellum.*] Vaticanus: *Componere: quod bellum.* Carrio.

nere. Bellum aliorum pace mollius geſſiſti: ad hoc victores prædam petunt, victi cives ſunt. Inter has difficultates [1] evadendum eſt tibi; atque in poſterum firmanda reſpubl. non armis modo, neque adverſum hoſtes, ſed, quod multo majus, multoque aſperius eſt, bonis pacis artibus. Ergo omnes [2] magna mediocrique ſapientia res huc vocat: quæ quiſque optima poteſt, ut dicat. Ac mihi ſic videtur; qualicumque modo tu victoriam compoſueris, ita alia omnia futura. Sed jam, quo melius, faciliuſque conſtituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, imperator, [3] cum homine claro, magnis opibus, [4] avido potentiæ, [5] majore fortuna, quàm ſapientia: [6] quem ſecuti ſunt pauci, per ſuam injuriam tibi [7] inimici, item quos affinitas, aut alia neceſ-

1 *Evadendum.*] Id eſt, invento honeſto medio, quo neutri lædantur, è diſcrimine eundum.

2 *Magna mediocrique ſapientia.*] Agit de conſiliariis, quos Cæſari adhibendos cenſet, non tantum acutos & ſapientes, ſed etiam mediocri ſapientia. Neque enim acuti ſolum, ſed etiam hebetiores aliquando optimi conſultores. Certe hos magni facit Thucydides, Politicus & ipſe inſignis: Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον τοῖς ξυνετωτέροις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὠφελοῦσι τὰς πόλεις. Hæc Salluſtiana decorè illis, quæ Juſt. Lipſius in Notis ad Polit. diſputat, apponi poſſunt. *Coler.*

3 *Cum homine claro.*] De claritudine Pompeji ſupervacuum eſt ex Cicerone, Plutarcho, Dione aliquid addere. Hoc tantum addo, Pompejum fama & claritate etiam ſupra Craſſum & Cæſarem fuiſſe. Florus libro 4. *Forte tunc Craſſus genere, divitiis, dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. C. Cæſar eloquentia & ſpiritu, & jam conſulatu allevabatur. Pompejus tamen ſupra utrumque eminebat.* Idem.

4 *Avido potentiæ.*] Vellejus: *Potentiæ, quæ honoris cauſſa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidiſſimus.* Non ita, puto, Salluſtius intellexit. Sed cum Vellejo ſentit etiam Plutarchus, Cicero, alii. *Idem.*

5 *Majore fortuna.*] Contra ſentit Lucanus & Cicero. Nam cauſam quidem bonam Pompejus, ſed fortunam iniquam & Deos adverſos habuit. *Badius.* *Majore fortuna.*] Hoc negat Cicero. Et Vellejus ei diſerte Prudentiam militarem tribuit. Sed Salluſtius Pompejum cum Cæſare confert. Ideoque dicam, prudentiam in Pompejo reſpectu Cæſaris non admodum magnam fuiſſe. hac certe vicit Cæſar. Cicero de Pompejo ad Atticum: *Nihil actum eſt à Pompejo noſtro ſapienter, nihil fortiter.* Et alibi de Cæſare: *Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.* Coler.

6 *Quem ſecuti ſunt pauci.*] Intelligo nobiliores illos, Lentulum, Marcellum, Scipionem, Catonem. Ipſe Cæſar lib. 1. de Bello Civ. *Paucorum factionem* appellat. Hæc omnia copioſe ipſe Cæſar & Plutarchus. Paucos autem iſto ævo & iſta Reip. forma, vocabant, quos Cicero optimates. Aut certe ita invidioſe dixit Salluſtius. Nam voce paucorum ὀλιγαρχίαι ſignificatur. *Idem.*

7 *Inimici.*] Inimicitias refero ad Catonem, affinitatem ad Scipionem. *Id.*

1 *Cetera*

neceſſitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam; neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. [1] Cetera multitudo vulgi, more magis quàm judicio, poſt alius alium, quaſi prudentiorem, ſecuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reipubl. in ſpem adducti homines, [2] quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in caſtra tua: & aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, [3] quæ corruptus animus jubebat, minitari. Ex quîs magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus ſicuti hoſtibus, uti vident, defluxere: pauci reſtitere, quibus majus otium in caſtris quam Romæ, futurum erat: tanta vis creditorum impendebat. Sed ob eaſdem cauſſas, immane dictu eſt, quanti, & quam multi mortales poſtea ad Pompeium diſceſſerint: eoque per omne tempus belli quaſi ſacro, atque inſpoliato fano debitores uſi. Igitur, quoniam tibi victori de bello, atque pace, agitandum eſt; hoc uti [4] civiliter deponas,

1 *Cetera multitudo.*] Pompejus belli cauſſa diſcedens ab urbe, in ſenatu dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romæ remanſiſſent, & qui in caſtris Cæſaris fuiſſent. Hoc ipſe Cæſar lib. 1. bel. civ. Quo effecit Pompejus, ut diſcedentem tam plebis quam nobilitatis agmina ſequerentur. *Idem.*

2 *Quibus omnia probro.*] Conjicio non fuiſſe infimi ordinis homines, ſed equeſtri cenſu. De Curione quidem res eſt pervulgata. Is quaſi conciliator & pararius Cæſarianorum fuit, obque id maximo ære alieno liberatus à Cæſare, ut ſcribit Dio. Sed eadem via alios etiam nonnullos ſibi obnoxios fecerat Cæſar. Ea res cum apud Pompejanos magnam invidiam faceret, invidiam auxerunt, & perditiſſimum quemque in Cæſaris caſtra ire juſſerunt, quippe ubi & civium ſpolia darentur & creditum condonaretur affatim. At illi, ubi viderunt contra eſſe, neque Cæſarem creditum condonare, nulloque modo, ut Ciceronis verbo utar, Sullaturite, defluxerunt. Reliqui in caſtris eſſe maluerunt, quibus Romæ non licebat, ob creditorum multitudinem. *Idem.*

3 *Quæ corruptus animus jubebat.*] Vetus editio, *quæ corrupto animo jubebat*, hinc ſcilicet vulgarem ſcripturam naſci omnes Mſſ. *quæ corrupto animo lubebat.* Carrio.

4 *Civiliter deponas.*] Victori duo facere neceſſe eſt, ut pacem non tantum bene conſtituat, ſed etiam bellum civiliter deponat. Puto autem civiliter deponit bellum, qui magis victis ignoſcit, quam indulget ultioni; quod jure belli fieri poſſe & ſolere ſupra dixi. Sed quid tamen magis cum periculo conjunctum, quam taliseriam compoſitio, præſertim poſt bellum civile? Hic præcipue illud verum erit, quod Tacitus ſcribit lib. 2. Hiſt. Inter victores victoſque nunquam ſolidam coaluiſſe pacem. Curtius lib. 8. *Quos vicerit, amicos tibi eſſe cave credas, inter dominum & ſervum nulla eſt amicitia.* Idem.

nas, [1] illa ut quam juſtiſſima, & diuturna ſit: de te ipſo primum, [2] quia compoſiturus es, quod optimum factu eſt, exiſtima. [3] Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna, arbitror, neque quemquam à multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum æternum & anceps gerere; quoniam neque adverſus, neque ab tergo, aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites. [4] Contra qui benignitate, & clementia, imperium temperavere, his læta & candida omnia viſa, etiam hoſtes æquiores, quam aliis cives. An qui me his dictis corruptorem victoriæ tuæ, nimiſque in victos bona voluntate prædicent? ſcilicet quod ea, quæ externis nationibus, natura hoſtibus, noſque majoreſque noſtri ſæpe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbaro ritu cæde cædem, & ſanguine ſanguinem [5] expiandum. An illa, quæ [6] paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium

1 *Illa ut quam juſtiſſima.*] Glareanus; *illa quidem juſtiſſima.* Fabri & Briconeti, *illi quam juſtiſſima.* Pro nobis eſt Vaticanus. *Carrio.*

2 *Quia compoſiturus es.*] Vaticanus: *qui ea compoſiturus es.* Idem.

3 *Equidem ego cuncta, &c.*] Præfert manifeſte Salluſtius clementiam ultioni; huic crudelitatis nomen imponit, retrahens ſcilicet Cæſarem ab exemplis Sullæ, Marii & talium. Et revera ita eſt: nullum unquam imperium crudele aut tyrannicum fuit diuturnum. Aurea verba Euſebii huc ſcribo, quæ exſtant apud Stobæum περὶ ἀρχῆς: Ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνημονεύσειε πρὸς τὰς ἐν διηγήσεσίν σοι πρότερον γεγενημένας. ἐγὼ γὰρ ὅπως ἀμείνων ἐμαυτοῦ ἐπὶ τῇ ἀρχῇ παρῆλθον, ἀλλ' ὅπως καὶ τῶν παρ' ἄλλων ἐπιβουλὰς, ἀσφαλείας καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλακὰς τοὺς ὑπ' σε τεταγμένους, καὶ ὅπως ἐν ὀρθῇ φύλαξ εἶης καὶ θεῷ μεγάλης δικαιοσύνης ὑπηρέτης τε καὶ ἐξηγητής. Hæc in aures, imo in mentem demittant illi, qui hodie non principes, non Reges amplius, ſed Monarchas audire ſe poſtulant, quos tamen ob ſævitiam ſatius eſſet appellari Tyrannos. Sed revera talis crudelitas perpetuam quaſi umbram pone ſe habuit Dei ultricem manum. Notavit pie & ſerio Cominæus in Richardo Angliæ rege, & Ferrando Neapolitano. *Idem.*

4 *Contra, qui benignitate.*] Ad hanc plane faciem Jamblichus in Epiſtol. Ἀλλ' ὅταν χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὸ σεμνὸν πραθῇ καὶ αὐστηρὸν τῆς ἐπιεικείας, ἐμμελὲς καὶ πρᾶον, καὶ εὐπροσώπους, καὶ εὐπροσίτους καθίστα. καὶ τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος ἡμερότητος φιλεῖται ὑπὸ τῶν ἀρχομένων. Id eſt: *Si vero grave auſterumque imperium benignitate & humanitate temperetur, concinnum, mite, manſuetum & adeuntibus facile redditur, quale genus imperii imprimis amant ſubditi.* Colerus.

5 *Expiandum.*] Fabri & Briconeti libri, *expianda.* Carrio.

6 *Paulo ante.*] Mirum eſt, quam accurate operam det Salluſtius, ut Cæſar omnia arma manibus excutiat, atque

pium victoriamque Sullanam increpabantur, [1]oblivio abstulit? [2]interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prœlio belli jure, ſed poſt ea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam [3]in villa publica pecoris modo * conſciſſam. Heu quam illa

que adeo ad manſuetudinem magis magiſque tranſducat; quaſi monſtri aliquid alere Cæſarem, licet alioquin mitiſſimum, ſuſpicetur. Nemo enim unquam victor poſt bellum ejuſmodi non aliquam crudelitatem exercuit. Id Florus quoque tangit, in fine lib. 3. *Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.* Coler.

1 *Oblivio abſtulit? interfecit.*] In Mſſ. *obtinio interfecit Domitium.* Carrio conjecit *oblivio abſtulit*, & τὸ *interfecit*, quod nullum locum habere poſſit propter ſequens *interfectos*, *delet*: deinde & tentat: *obticeo? Domitium.* Idem *interfecit* confodiunt Douza Pater & Freinshemius. Fortaſſis: *An illa, quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, &c.* Gronovius.

2 *Interfecit Domitium.*] De Bruto, Carbone, Domitio interfectis, ita res habet. Poſt bellum civile Marianum, victor exiſtitit L. Corn. Sulla. Poſt hanc victoriam, tanta proſcriptionum vis, tanta civium mactatio inſecuta eſt, quanta ante Romæ nunquam audita fuerat. Sed aliud novum inſuper ex hoc bello enatum, quod Sertorianum appellant, quodque eleganter Florus ſcribit nihil aliud fuiſſe, quam Sullanæ proſcriptionis hereditatem. Contra hunc Sertorium, ut jam hoſtem P. R. miſſi ſunt, Metellus, & Cn. Pompejus, paulo poſt victores Sertorio exſtincto, novum continuo bellum exarſit, revocante Lepido maximam partem proſcriptorum. Huic ſe oppoſuerunt Lutatius Catulus, Cn. Pompejus, Sullanæ dominationis ſucceſſores & jam anteſignani. Sed quæ de Bruti, Carbonis, Domitii nece ſcribit Salluſtius, ea pleraque facta ſunt bello Mariano & Sullano. Nam L. Domitius, & Q. Mutius Scævola, Pontifex Maximus in ædem Veſtæ fugiens, juſſu Marii in ipſo ædis veſtibulo occiſus eſt, ut plerique exiſtimant à Damaſippo; ut Appianus vult, à Bruto Prætore urbano. Carbonem autem Pompejus occidit in Sicilia, muliebriter etiam flentem. Idem & Brutum interfecerat bello Lepidi. Hi igitur omnes, non jure belli, ſed per ſummum ſcelus trucidati fuerant, quæ facinora Salluſtius Juris publici peritiſſimus his verbis infamat: *Alios item non armatos, neque in prœlio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos.* Coler.

3 *In villa publica.*] Id ipſum quoque bello Mariano accidit. Florus libro 3. cap. 21. *Quatuor millia deditorum inermium civium, in villa publica interfici juſſit.* In numero tamen interfectorum diſſentiunt auctores. Corn. Nepos IX. millia ponit: Livius VIII. Plutarchus VI. Auguſtinus l. 3. de Civit. Dei. VII. Porro, villa publica, in Campo Martio fuit, domus illa quidem ampliſſima & recipiendis hoſtium legatis deſtinata. *Coler. In villa publica.*] Quæ à Didio fortaſſe reſtituta, vel ornata in altera parte antiqui denarii ſignata eſt. Cicero ad Att. lib. IV. ita ſcribit: *Efficiemus rem glorioſiſſimam: nam in campo Martio ſepta Tribuniciis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi, eaque cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur: ſimul adjungetur huic operi villa etiam Publica.* Livius: *Macedones deducti extra urbem in villam Publicam, ibique iis locus & lautia prabita.* M. Varro de re ruſtica lib. I. cap. 11. *Comitiis Ædilitiis*, inquit, *cum ſale calido ego atque*

illa occulta civium funera, & repentinæ cædes in parentum, aut liberorum ſinum, fuga mulierum, & puerorum, [1]vaſtatio domorum! ante partam [2] à te victoriam omnia ſæva, atque crudelia erant. Ad quæ te illi iidem hortantur: & ſcilicet id certatum eſſe [3] utrius veſtrum arbitrio, injuriæ fierent: neque receptam, ſed captam à te remp. & ea cauſſa exercitus ſtipendiis confectis, optimos, & veterrimos omnium, adverſum fratres, parenteſque, alii liberos armis contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri, atque profundæ libidini ſumtus quærerent; atque eſſent opprobria victoriæ: quorum flagitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te præterire puto, quali quiſque eorum more, aut modeſtia, [4]etiam tum dubia victoria, ſeſe [5]geſſerit; quoque modo in belli adminiſtratione [6] ſcorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum ætas ne per otium quidem tales voluptates ſine dedecore attigerit. De bello ſatis dictum. De pace firmanda quoniam tuque, & omnes tui agitatis: primum id, quæſo

Axius Senator tribulis ſuffragium tuliſſemus, & candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe præſto, cum domum rediret. Axius mihi inquit, dum dirimuntur ſuffragia, vis potius Villæ Publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis, &c. Urſin.

* *Conſciſſam. Heu quam illa.*] Lege: *conciſam. Heu qua illa.* Gronovius.

1 *Vaſtatio domorum.*] Omnes libri, *domuum.* Carrio.

2 *A te victoriam omnia.*] Poſtremam vocem ignorant vetus editio Fabri & Briconeti, itaque dele à ſententia. optime. *Carrio.* Ego potius illam retinerem: delerem autem τὸ *ement.* Gron.

3 *Utriuſque veſtrum arbitrio.*] Scribe de libro Vaticano & Fabri: *Utrius veſtrum arbitrio injuriæ fierent.* ſcilicet, inquit, id à vobis civilibus iſtis actum eſſe bellis, tuone an vero Pompeii arbitratu fierent injuriæ. *Carrio.*

4 *Etiam tum dubia victoria.*] In exercitu Pompeji, etiam dubia victoria, luxus, convivia, ſcortationes, rapinæ viguerunt. Teſtatur ipſe Cæſar lib. 3. *In caſtris Pompeii videre licuit triclinia ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum, recentibus ceſpitibus tabernacula conſtrata, L. etiam Lentuli, & nonnullorum tabernacula protecta hedera, multaque præterea, quæ nimiam luxuriam & victoriæ fiduciam deſignarent, ut facile exiſtimari poſſet, nihil eos de eventu ejus diei timuiſſe, qui non neceſſarias quærerent voluptates.* Idem tradit Plutarchus, & queritur ipſe etiam Lucanus l. 7. —— *Capit improba plebes Ceſpite patricio ſomnos vacuumque cubile.* Magnum hoc in Pompeio rei militaris dedecus, magnum ad tales eventus omen. *Coler.*

5 *Geſſerit.*] Fabri lib. *geſſerint.* Carrio.

6 *Scorta aut convivia, &c.*] Eadem loquendi ratione uſus & Plautus Amphit. *Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male.* Item Catullus: *Æmulus iſte tuus, qui veſtrum exercet amorem.* Douza.

1 *Cives*

quæso considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis, malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, [1] cives cum civibus manus conserturos: ita defessos, & exsangues regi, aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere, aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur sunt concordiæ bona & discordiæ mala expellenda. Id ita eveniet, si sumtuum, & rapinarum licentiam demseris; non ad [2] vetera instituta revocans, quæ, jam pridem corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem [3] finem sumtuum [4] statueris: quoniam is incessit mos, ut [5] homines

1 *Cives cum civibus.*] Ait alibi discordia maximas res dilabi; quod præcipue de civitatibus intelligendum esse docet Democritus: Ἀπὸ ὁμονοίης, inquit, τὰ μεγάλα ἔργα, καὶ ταῖς πόλεσι τὸς πολέμους δυνατὸν καλλιεργέειν, ἄλλως δ' ὄ. Hæc bellorum civilium vis ac potentia, ut civitates alias inexpugnabiles facillime perdant. Sed vere puto de Roma scripsit Florus l. 4. *Jam pene toto orbe pacato majus erat imperium Romanum, quam ut illud externis viribus exstingui posset. itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum armavit.* Hæc etiam de Romanis sententia fuit Hetruscorum, teste Livio. *Coler.*

2 *Vetera instituta.*] Intelligit leges sumptuarias & cibarias, Liciniam, Fanniam, Didiam, Orchiam & alias ejusmodi. Has leges optimas in contemptum ob corruptos civitatis mores abiisse non tantum hîc scribit, sed exprobrat Romanis Tertullianus quoque Apologet. c. 6. *Quonam illæ leges abierunt sumptum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cœnam subscribi jubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, & eam non saginatam?* Video enim centenarias cœnas à centenis jam sestertiis dicendas. Hoc autem salubre Sallustii consilium, quin Cæsari maxime probatum fuerit, nemo est qui dubitet, quippe recordatus legum Juliarum, quæ sub ipso etiam Augusto latæ, quarum non postrema fuit sumptuaria, de qua Suetonius & Agellius. *Idem.*

3 *Et finem.*] Conjunctionem & dele. vult enim unicuique facultates suas & rem familiarem modulum sumtuum esse. accedunt libri. *Carrio.*

4 *Statueris.*] Causas discordiæ ex abdito eruit. Nam ut ex sumtibus & luxuria egestas, ita ex egestate rapinæ procedunt. Rapaces autem discordiæ civilis faces. Priorem causam idem scriptor gravissime in Bello Catilin. & alibi declarat. eamque inter alias Rerumpublicarum pestes primam retulit Pythagoras, quem ait dixisse Stobæus: εἰσίνας ἐς τὰς πόλεις πρῶτον πρυφλὼ, ἔπειτα λόγον, εἶτα ὕβριν, μὴ δὲ τοῦτα ὄλεθρον. Apposite Florus l. 3. *Magnificus apparatus conviviorum, & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem? Hæc Catilinam patriæ suæ impegit.* Idem.

5 *Homines adolescentuli.*] Intelligit juventutem Romanam, quæ si corrupta est,

mines adoleſcentuli, ſua, atque aliena conſumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent; eam virtutem, & magnitudinem animi, pudorem, atque modeſtiam pro ſocordia æſtiment. Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modò, modò in cives; movet compoſita, & res novas veteribus acquirit. Quare [1] tollendus fenerator in poſterum, uti [2] ſuas quiſque res curemus: ea vera, atque ſimplex via eſt, magiſtratum populo, non creditori, gerere; & magnitudinem animi in addendo, non demendo reipubl. oſtendere. Atque ego ſcio, quàm aſpera hæc res in principio futura ſit, præſertim iis, qui ſe in victoria licentius liberiuſque, quàm artius, futuros credebant; quorum ſi ſaluti potius, quàm lubidini, conſules; illoſque noſque & ſocios in pace firma conſtitues.

eſt, Reſpubl. nunquam valebit. Nihil autem ad prodigalitatem propenſius, quam juvenum animi. Ubi vero ille mos inceſſit, quem Salluſtius ait, jam non amplius admonitione, ſed cenſura & correctione opus. Intra pudoris itaque & modeſtiæ ſepta à pueris includenda & continenda Juventus, in omni civitate. Id ſevere Plato quoque libro 5. de Republ. præcipit, ubi inter cetera, παισὶ δὲ, inquit, αἰδῶ χρὴ πολλῷ ἁπάντων καταλείπειν. De modeſtia vero ſive mediocritate juventutis elegantèr Hippotamus Pythagoræus: Τὸ καθόλου δὲ πειρᾶσθαι λέγειν τέτων, ὡς ὅτι μάλιστα ποιεῖν τὴν πόλιν, ὅπως ὁμολογήσῃ καὶ σύμφωνος τοῖς αὐτοῖς μέρεσιν· ἀλλὰ μὴ στασιάζηται καὶ διαφερέσθω ἐσείται δὲ τέτῳ, εἴπερ τὰ πάθεα τὰς ψυχὰς παιδεύῃ τὰ νέων. Ἐς δὲ τὸ μέτριον τηρήται. Id eſt, *Et univerſe hoc enitì decet, ut his modis, quantùm fieri poteſt, civitatem conſonam partibuſque ſuis concinnam & æqualem reddamus, ne diſcordia & ſeditionibus commoveatur. Hoc ita eveniet, ſi juvenilium animorum affectus regentur, & ad modeſtiam ducentur.* Contra ſi fiet, illud ſequetur, quod nemo melius, aut gravius quam Salluſtius dixerit; *Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives: movet compoſita, & res novas veteribus adquirit.* Coler.

1 *Tollendus fœnerator.*] Fœnoribus enim juventus, quaſi quodam aucupio irretitur, & à bonarum artium ſtudio arcetur. Bodinus legendus lib. v. cap. 2. Hoc tantum addo, nullam eſſe tamen inter leges Julias, de fœneratoribus. Et de antiqua illa Genutia res eſt nota: de Duilia item. *Idem.*

2 *Suas quiſque res.*] Hæc incommoda ex fœneratoribus in civitate: aliena agere, ſua negligere: non publica cauſa magiſtratum, ſed privata gerere. hoc eſt, magis creditoribus, quam populo: magnificum eſſe in minuenda, non augenda Republ. Ad hoc ſpeculum Socraticum voco magnarum hodie Germaniæ civitatum magiſtratus, ut ſe ibi intueantur & examinent. *Coler.*

1 *Sapien-*

tues. Si eadem ſtudia, arteſque juventuti erunt: næ iſta egregia tua fama ſimul cum urbe Roma brevi concidet. Poſtremo [1] ſapientes pacis cauſſa bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. Niſi illam firmam efficis, vinci, an viciſſe, quid retulit? Quare capeſſe per Deos rempubl. & omnia aſpera, [2] uti ſoles, pervade. Namque aut tu mederi potes; aut omittenda eſt cura omnibus. Neque quiſquam te ad crudeles pœnas, aut acerba judicia, invocat, quibus civitas vaſtatur magis, quàm corrigitur, ſed uti pravas artes, malaſque lubidines, ab juventute prohibeas. [3] Ea vera clementia erit conſuluiſſe, ne immerito cives patria expellerentur; retinuiſſe ab ſtultitia, & [4] falſis voluptatibus; [5] pacem concordiamque ſtabiliviſſe: non, ſi flagitiis obſe-

1 *Sapientes pacis cauſſa.*] Ita Cicero: *Ita bellum ſuſcipiatur, ut nihil aliud, quam pax quæſita videatur.* Probat etiam ſanctus Auguſtinus: *Cui*, inquit, *licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.* Et alibi: *Apud veros Dei cultores etiam illa peccata non ſunt, quæ enim non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coërceantur, & boni ſubleventur.* Adtraho & illud Flori lib. 3. cap. 21. *Vincentibus, quibus pax & quies potior.* Seneca Hercule Furente:

Si æterna ſemper odia mortales agant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella.

Et iterum:

Pacem reduci velle victori expedit,
Victo neceſſe eſt.

Idem.

2 *Uti ſoles, pervade.*] Sic recte olim correxi. nam quod in aliis eſt, *perſuade.* Id rectum eſſe cui quæſo perſuaderi poterit? *Carrio.*

3 *Ea vero clementia, &c.*] Libri ſcripti melius: *Ea vera clementia. e. c. ne merito c. p. e.* hoc eſt, ita rempub. conſtituiſſe, & bonis artibus, moribuſque ornaſſe, ne cives ea committant, propter quæ merito patria expelli poſſint. Sed libentius legerem *expellantur*, quam, *expellerentur.* Ciaccon. *Cives patria expellerentur.*] Plurimi exulabant poſt bellum civile, & plerique ſua ſponte, vel metu Cæſaris Cum autem illa res ſit adverſa libertati, data opera Cæſarem non ipſum tantum à proſcriptionibus civium abſterret, ſed ultro etiam inſtigat, ut eos ab omni ſeditioſorum injuria & exſiliis liberos & ſecuros præſtet. Nam cives patria expelli, hoc demum aſperum & acerbum eſt imperium, non clementia. Cicero etiam manifeſte dicit exilium non eſſe pœnam judicii. Sic enim loquitur in Orat. pro domo: *Quid enim eſt exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis non turpitudinis.* Colerus.

4 *Falſis voluptatibus.*] Quibus juventus pleraque dedita. ſic autem dixit, quia & vera voluptas eſt. Iſocrates ad Dæmonic. Τὰς ἡδονὰς θήρᾳ τὰς μετὰ δόξης. Τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μόνη, ἄριστον. ἄνευ δὲ τούτου, ἥκιστον. Id eſt, *Voluptates venare, quæ tibi laudi ſint: Oblectatio enim cum honeſtate conjuncta, longe optima. ſine hac vero, peſſima.* Idem.

5 *Pacem concordiamque.*] Recte hæc duo

obſecutus, delicta perpeſſus, [1] præſens gaudium cum mox futuro malo conceſſeris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, [2] maxume fretus eſt, [3] negotii magnitudine: & [4] quia tibi terræ, & maria ſimul omnia componenda ſunt, (quippe res parvas tantùm ingenium attingere nequit) magnæ curæ magna merces eſt. Igitur provideas oportet, uti plebes, [5] largitionibus, & publico frumento, corrupta,

duo conjungit. nam niſi concordia utrimque intercedat, magis pactio erit, quam pax, ut loquitur Florus. Auguſtinus dixit pacem eſſe concordiam ordinatam. quod erudite explicat Albericus Gentilis Juriſconſ. lib. 3. cap. 1. de jure belli. *Idem.*

1 *Præſens gaudium, &c.*] Elegans deſcriptio voluptatis: Gaudium cum mox futuro malo. Veterum quiſpiam dixit voluptates non tantum ſequi, ſed etiam præcedere mala, quippe cum ſemper aliquid exiſtat triſte ac calamitoſum, exquo quaſi ſemine generantur voluptates. Democritus: Διὰ ταχέος ἡ ἡδονὴ παραιχεῖ, καὶ οὐδὲν εὖ αὐτῇσι χρηστὸν ἐστιν, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεῖα. *Paulo momento voluptas tranſit, nihilque in ea boni, quam parvula delectatio,* & ut idem ait λύπης πολλαί. *Idem.*

2 *Maxume erectus eſt.*] Omnes libri, *maxime fretus.* Carrio.

3 *Negotii magnitudine.*] Proprium alti & heroici animi, non tam parvis quam magnis rebus patrandis aptum eſſe. *Idem.*

4 *Quia tibi terræ, &c.*] Ita modeſte vocat Romanum imperium. quod terra & mari potentiſſimum erat. Supra tamen non ſibi temperavit, quin diceret: *Neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret.* Et Cicero ſatis magnifice, in Orat. de Provinc. Conſul.: *Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut vix extet, aut ita domita, ut quieſcat: aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque lætetur.* Neſcio quam vere hoc dixeris, Cicero, ante clauſum ab Auguſto Janum. Quid enim ad ſeptentrionem converſa plaga poſtea non eſt auſa? Quid Pannonii, Dalmatæ, Myſii, Thraces, Daci? Ipſam Germaniam victam noluiſſetis. Florus ait l. 4. *Germaniam quoque utinam vincere tanti non putaſſet; magis turpiter amiſſa eſt, quam glorioſe adquiſita.* Sed omitto Auguſti ſeculum. diu fuit, ut magis victi Germani, quam domiti dici debuerint. *Coler. Et quia tibi terræ, &c.*] Potius eſt, ut Salluſtium, *Terra & mari*, ſcripſiſſe credamus. *Douza.*

5 *Largitionibus.*] Quibus magis capitur, quam ullis honoribus. Livius l. 6. Plebs ad eas leges, quæ ad ipſius lucrum & ſublevationem bonorum pertinent, tutandas potius animatur, quam ad eas, quæ ad ſolum honorem ſpectant, eumque illi tribuunt. Romæ certe leges Fœnebres & Agrariæ magis auditæ, quam de Conſulatu aut aliis muneribus honorariis. Largitionum uſus, morum corruptor unicus, diu Romæ incognitus fuit. Teſtatur Salluſtius, graviſſimus ſuæ Reipublicæ cenſor, in bello Jugurth.: *Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur.* Sed de alia largitione loquitur Salluſtius, quam illa plebeia. Quid ex legibus etiam illis Agrariis & Frumentariis calamitatis in Rempubl. invectum ſit, tot ſeditionibus illuſtratum eſt. Florus lib. 4. cap. 13. *Sed hæc ipſa in perniciem redibant, & miſera Reſpubl. in exitium ſuum merces erat. Nam & à ſenatu in equitem tranſlata judiciorum poteſtas, vectigalia, id eſt, imperii patrimonium ſupprimebat, & emptio frumenti ipſos Reipubl. nervos,* exhau-

rupta, habeat negotia ſua, quibus ab malo publico detineatur: juventus probitati, & induſtriæ, non ſumtibus, neque divitiis, ſtudeat. Id ita eveniet, ſi pecuniæ, quæ [1] maxuma omnium pernicies eſt, [2] uſum, atque decus demſeris. Nam ſæpe ego cum animo meo reputans, quibus quiſque rebus [3] clariſſimi viri magnitudinem inveniſſent, quæ res

exhauriebat ærarium. Hæc Florus. *Idem.*

1 *Maxima omnium pernicies.*] Oraculum illud eſt ex tripode Val. Maximi lib. 4. *ii demum penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile ſteterit, ubi minimum Veneris pecuniæque cupido ſibi vindicaverit.* Cornelius Tacitus, auctor præſtantiſſimus adfirmat, Aurum atque opes non tantum inutiles eſſe Principibus, ſed etiam infenſas. Hoc etiam Civitatibus dictum, ut & illud Euſebii: Πλᾶτον, ἐν πόλει τῇ μελλούσῃ εὐδαιμονίαν ἀρετῆς μηδὲν προτιμᾶσθαι, ὅπως μὴ δι' αὐτὸ εἰς τὸν ἐκείνου ἐπιθυμίαν πάντων συρρέοντων, ὀλιγωρίᾳ καὶ ἀπασκησίᾳ ἀρετῆς ψυχαῖς παῖς κτ' πόλιν ἐμφυῇ· ἀρετῆς γὰρ ἀπιμαζομένης πλοῦτον μὲν ἀναδαζόμενον καὶ ἐνδιωκόμενον, ὕβριος τε καὶ ὑπερηφανίας ὑπηρέτης καὶ πάντων κακῶν ὑπ' ἐξουσίας τε καὶ ἀνεπιπλήκτου. Id eſt: *In civitate felicitatis ſtudioſa nunquam opes anteponi debent virtuti, ne hanc ob cauſſam omnibus divitiarum deſiderio captæ, contemptus & neglectus virtutis innaſcatur animis, in Repub.* Iſocrates quoque prudenter: Πλοῦτον κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτην εἶναι. ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παροξύνων. Id eſt, *Divitiæ non tam honeſtati, quam malitiæ ſerviunt: dum ſocordiæ hominum facultatem faciunt, & juvenes ad voluptates inſtigant.* Idem.

2 *Uſum atque decus.*] Uſum propter abuſum, decus propter ſtultitiam vulgi, quod non aliter delectatur ac fovetur auri & argenti colore, quam ſolis radiis, ut ille apud Euripidem:

Ὦ χρυσὸ δέξιωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς ἁδὺ μητρὶ ἡδονὰς τὰς σὰς ἔχει,
Οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, ἢ φίλον πατήρ.
Ἢν δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν,
Οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

O aurum, hominum occupatio pulcherrima,
Non mater ulla tam voluptate affici,
Non tantum amare liberos patres queunt,
Non tantum amare liberi patres queunt;
Quod ſi radiaret ocellulis paribus Venus,
Non mirum, amari à pluribus talem deam.

Uſum verum pecuniæ neque Plato tollit. Scribit enim: Χρύσιον τοίνυν καὶ ἀργύριον, ἃ τ' ἄλλα τὰ δικαίως χρήματα εἶναι, τούτῳ ἂν μόνῳ χρήσιμα εἴη, ὅστις τυγχάνει ἐπιστάμενος, οἷς χρηστέον τούτοις. Hoc eſt: *Aurum igitur & argentum, & reliqua, quam pecuniam vocamus, χρήματα dicta, propter uſum, illi tantum utilia fuerint, qui recte illis uti norit.* Præſtet tamen omnino uſum nullum eſſe. Nam revera ita eſt, ut canit Naumachius:

Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος.

Aurum atque argentum pulvis merus.

Corn. Tacitus de veteri Germania argute: *Argentum & aurum propitii an irati Dii negaverint dubito.* Idem.

3 *Clariſſimi viri.*] Repone ex omnibus libris *Clari viri.* Carrio.

1 *Magnit*

res populos, nationesve [1] magnis auctoribus auxissent; ac deinde quibus caussis amplissuma regna, & imperia, corruissent: eadem semper bona, atque mala reperiebam, omnesque victores divitias contemsisse, & victos cupivisse. [2] Neque aliter quisquam extollere sese, & divina mortalis attingere potest, nisi, [3] omissis pecuniæ, & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo, perversam gratiam gratificans; [4] sed in labore, patientia, [5] bonisque præceptis, & [6] factis fortibus exerci-

1 *Magnis auctoribus.*] Ita quidem Vaticanus, sed Fabri & Briconeti, *magnis auctionibus*: animo meo rectius. *Carrio. Quæ res, populos nationesve magnis auctoribus auxißent.*] Scripti libri, *Quæque res.* præterea legendum censeo, *magnis auctibus auxissent.* nam apud Livium lib. 29. Africanus Scipio deos ita precatur; *Eaque vos bene juvetis, bonis auctibus auxitis.* & lib. 4. *Cujus primum sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.* Tacit. Hist. 1. *Tiberis immenso auctu, prorupto ponte sublicio, &c.* Quibus in locis & alium Tacit. Hist. 4. emendandum existimo, ubi in vulgaribus libris sic legitur: *At Civilem immensis actibus universa Germania extollebat, societate nobilißimis obsidum firmata.* erit ergo, *immensis auctibus.* Ciaccon.

2 *Neque aliter extollere sese.*] Isocrates: Ἄρχε σεαυτῦ μηδὲν ἧττον, ἢ τῶν ἄλλων. καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μὴ δουλεύῃς τοῖς ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν. Id est, *Non minus te ipsum quam alios regas, idque vel maxime regium esse existima, si nulli voluptati servias, sed affectibus imperes magis, quam civibus.* Diogenes Pythagoricus: Δεῖ τὴν βασιλείαν μὴ γενικῆς ὑφ' ἡδονῆς, ἀλλ' αὐτὸν νικᾶν τούτων. Similia passim. *Coler.*

3 *Omißis pecuniæ, &c.*] Nam avarus Princeps, nullus sapienter dictum puto ab Antisthene: Φιλάργυρον ἡδεῖς ἀγαθὸς, οὔτε βασιλεὺς, οὔτε ἐλεύθερον. *Avarus nemo bonus, nemo Rex, nemo liber.* Idem.

4 *Sed in labore.*] Nam πολλὰ δεῖ μοχθεῖν τὸν ἥξοντ' εἰς ἔπαινον εὔκλειας. Id est, *Multum oportet ut laboret, qui venatur gloriam*, ait Theodectes: quin & Euripides:

Οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βίον
Εὐκλειαν εἰσεκήσατ', ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Et hoc magis de futuro principe. *Idem.*

5 *Bonisq; præceptis.*] Philosophicis, & cum primis Historicis. Est enim Historia, ut ait egregie Cicero, Magistra vitæ. Tu vero seu Rex, seu princeps, seu magistratus alius eris, illud Demetrii mecum memoria repete, cujus illud citat Stobæus, auctoritate Isæi: Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρήνει, τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι, καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαρροῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται. Id est, *Demetrius Phalereus Ptolemæum Regem hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret ac legeret: nam de quibus amici reges admonere non auderent, ea in libris esse scripta.* Idem.

6 *Factis fortibus.*] Militaribus. Princeps enim, aut quicumque per illa vestigia pergit, debet diu multumque in bello & factis egregiis esse periclitatus, ut scri-

exercitando. [1] Nam domum, aut villam exſtruere, eamque [2] ſignis, aulæis, aliiſque operibus exornare, & omnia potius, [3] quàm ſemet, viſendum efficere; id eſt, non divitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe. Porrò ii, quibus [4] bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere

ut ſcribit Plinius in Panegyrico. Nec ſatis eſt enim talem à ſola Hiſtoria magiſtra duci, potiuſque tali veteranorum aliquis, doctor adſiſtet nonnunquam, quam Græculus Magiſter, ut ibidem præclare Plinius loquitur. Neque tamen omnino ita ſtudio militari adſueſcendum, ut Hannibal adſueverat, aut Marius, litterarum contemptores. ſic à primis annis licebit,

Εὐγγάμων, φιλόμουσος, ἐρωτικὸς εἰς ἄνδρα ἀνήρ.

Muſarum & Charitum, & Veneris jucundus alumnus,

juxta Theocriti ſententiam. Egregie Aurel. Victor: *Quare compertum eſt*, inquit, *eruditionem, elegantiam, comitatem præſertim principibus neceſſarias eſſe: tum ſine his naturæ bona, quaſi incompta, aut etiam horrida, deſpectui ſint, contraque ea Perſarum Regi Cyro æternam gloriam paraverint. Talis fuit Cæſar, Trajanus, Julianus, aliique inferiores Principes.* Idem.

1 *Nam domum aut villam.*] Tangit nonnullos civium Romanorum, qui nimis ſplendidas ædes conſtruant. Nam & tales ſumtus minus neceſſarii, & corruptam luxuria civitatem palam arguunt. Talis fuit Craſſi domus, Catuli, & multo ſuperbiſſima illa C. Aquilii. Poſt deinde vero certamen quoddam exortum eſt prodigalitatis dicamne an levitatis. Plinius lib. 36. cap. 15. *Parva ſunt cuncta quæ diximus, & omnia uni comparanda miraculo, antequam nova adtingam. M. Lepido, Q. Catulo coſſ. ut conſtat inter diligentiſſimos auctores, domus pulchrior non fuit Romæ, quam Lepidi ipſius. At hercule intra annos* XXXV. *eadem centeſimum locum non obtinuit.* Plura leguntur ibi, ad quæ obſtupeſcas. *Coler. Villam.*] Non intra muros tantum, ſed extra peccabatur. Exſtat Catonis reprehenſio apud Feſtum: *Dicere poſſem, quibus villæ atque domus expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Pœnicis ſtent.* Incurrunt hic in notam cenſoriam Lucullus, Q. Scævola, & ipſe etiam Cicero. Cogor iterum auctoritate Plinii invidiam amoliri. Scribit lib. 18. cap. 6. *Modus hic probatur, ut neque fundus villam quærat, neque villa fundum.* Idem.

2 *Signis, aulæis.*] Quæ omnia Romam cum Aſiatica luxuria commigrarunt. Conqueritur Salluſtius in Bello Catilin. Plinius lib. 33. cap. 2. libro 37. cap. 1. Auguſtinus de Civit. Dei, lib. 3. cap. 31. *Idem.*

3 *Quam ſemet.*] Similiter Epictetus ille: *Μὴ πίναξι καὶ γραφαῖς τὴν οἰκίαν σου κόσμει, ἀλλὰ σωφροσύνῃ καλλίγραφει. τὸ μὲν γὰρ ἀλλότριον καὶ τῇ ὀφθαλμῶν ἐστὶν ἐπίπροσθεν γοητεία. τὸ δὲ σύμφυτον καὶ ἀνεξάλειπτον, καὶ ἀΐδιον οἰκίας κόσμος.* Id eſt, *Noli tabulis pictis domum tuam circumducere, ſed temperantiæ pictura ipſam exorna: Illud alienum quid & inconveniens eſt, & jucunda oculorum captio: hoc vero ingenuum, indelebilem, & æternum domui tuæ ornatum addit.* Idem.

4 *Bis die, &c.*] Ergo tantum cœnas celebraverunt priſci. Unde in prandia invehuntur Satyrici. Sed quomodo dicit Martialis:

Imperat extructos frangere nona toros?

Niſi quod jam etiam prandia recepta: quæ Plato Italis vitio dediſſe legitur. *Badius. Bis die.*] Cœnabant antiqui lautius, prandebant tenuius. Prandii autem mentionem faciunt tum alii ſcriptores

quieſcere mos eſt; ubi animum, quem dominari decebat, ſervitio oppreſſere, nequicquam eo poſtea hebeti, atque claudo pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque, & ſe præcipitant. Verum hæc, & omnia mala pariter cum honore pecuniæ deſinent, ſi neque magiſtratibus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt. Ad hoc providendum eſt, quonam modo Italia, atque provinciæ tutiores ſint, id quod factu haud obſcurum eſt. Nam iidem omnia vaſtant, ſuas deſerendo domos, & per injuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia injuſta, [1] aut inæqualis ſit: [2] cum alii triginta, pars nullum ſtipendium faciet: & frumentum id, quod antea præmium ignaviæ fuit, per municipia, & colonias illis dare conveniet, cum ſtipendiis emeritis domos reverterint. Quæ reipubl. neceſſaria, tibique glorioſa ratus ſum, quam pauciſſumis abſolvi. Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo diſſererē. Plerique mortales ad judicandum ſatis ingenii habent, aut ſimulant: veruntamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta ardet omnibus animus; vix ſatis apertum

os,

ptores permulti, tum inprimis apud Græcos Hippocrates lib. II. de victus ratione, & in Oeconomico Xenophon, apud quem narrat Iſchomachus ſe leviter prandere, ut largius cœnet. Quod eo lubentius indicavi, ne cui forte veterum quorundam & Iſidori imponat auctoritas, qui negat prandia in uſu antiquis fuiſſe. Galenus l. VI. de tuenda valetudine dicit, ſe, niſi tardius lavaret, cibum interdiu non ſumpſiſſe. & illum quidem cum ſumeret, ſolo pane uti abſque potu. Moderatum quoque deſignat prandium Plin. lib. III. Epiſtol. cum inquit: *poſt cibum, quem interdiu levem, & facilem veterum more ſumebat.* Cicero quoque in Quinta Tuſculana leve & ſimplex prandium videtur probaſſe, cum dicit: *vita illa beata quæ ferebatur, plena Italicarum Syracuſanarumque menſarum nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri.* Itaque hic reprehendit eos auctor, qui integros dies conviviis & comeſſationibus frangebant. Vide Urſin. appendicem ad Ciaccon. de Triclin.

1 *Aut inæqualis.*] Aphoriſmus inſignis: Militia ne injuſta aut inæqualis ſit. Hinc enim indignationes, hinc ſeditiones & in Duces conſpirationes. ſeditioſæ ob hanc cauſſam Pannonicæ legiones ſub Tiberio, teſte Corn. Tacito, apud quem inſignis concio Percennii, cui ſimilis illa apud Livium Manliana. *Coler.*

2 *Cum alii triginta.*] Ex hoc loco apparet numerus legitimus ſtipendiorum, quem vellem addidiſſet eruditiſſimus Lipſius iis, quæ ad I. Annal. Taciti commentatus eſt de ſtipendiis. Quæ autem hic præcipit Salluſtius de ſtipendiis & emeritis, ea poſtea omnia ſuo more & modo Auguſtus recenſuit & ordinavit. *Coler.* Vide ſupra.

os, aut lingua promta videtur, quæ meditata pectore evolvat: quibus me ſubjectum haud pœnitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam ſive hac, ſeu meliore alia via perges; à me quidem pro virili parte dictum, & adjutum fuerit. Reliquum eſt, optare, uti, quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent, beneque evenire ſinant.

---

[1]ORATIO II.

AD

C. CÆSAREM,

DE

REPUBL. ORDINANDA.

SCIO ego, quam difficile, atque aſperum factu ſit, conſilium dare regi, aut imperatori; poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe cum & illis conſultorum copia adſint; neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatiſque prudens ſit. Quinetiam ſæpe prava magis, quam bona conſilia proſperè eveniunt: [2] quia pleraſque res fortuna ex lubidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo rempublicam capeſſere: atque in ea cognoſcenda multam, magnamque curam habui: non ita, ut magiſtra-

1 ORATIO.] Vel ex hac Epiſtola ſatis apparet, amicum valde Cæſari vixiſſe Salluſtium. Ita ſolebant in otio degentes viri præ ceteris cari & rerum periti, abſentes & rem foris gerentes amicos excitare & quaſi ſui officii commonefacere. Talis eſt illa quantivis precii Epiſtola M. Ciceronis ad Q. Fratrem. Et videtur ſane hæc ſcripta ad Cæſarem, antequam ad Petrejum Afraniumque proficiſceretur in Hiſpaniam. Bello adhuc flagrante ſcriptam eſſe ſatis apparet. *Coler.*

2 *Quia fortuna.*] De hac multa ſupra. Unde & conſilia plerumque non ex ſe, ſed ex eventu judicantur. Balbus & Oppius Ciceroni: *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu, non ex voluntate à pleriſque probari ſolent.* Coler. Unde & evenire ſolet, ut optima conſilia peſſime aliquando ſuccedant, peſſima Fortuna amplectatur & in melius dirigat.

giſtratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant: ſed etiam uti rempub. domi, militiæ, quantumque armis, viris, opulentia poſſet, cognitum haberem. Itaque mihi multa cum animo agitanti conſilium fuit, famam, modeſtiamque meam [1] poſt tuam dignitatem habere, & cujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ accederet. Idque non temere, neque ex fortuna tua, decrevi; ſed quia in te, præter ceteras, artem unam egregiè mirabilem comperi, ſemper tibi [2] majorem in adverſis, quàm in ſecundis rebus animum eſſe. Sed [3] per ceteros mortales illa res clarior eſt, quòd prius defeſſi ſint homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quàm tu faciendo, quæ gloria digna eſſent. Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod non cogitanti tibi in promtu ſit. Neque ego, quæ viſa ſunt, de rep. tibi ſcripſi, quia mihi conſilium, atque ingenium meum amplius æquo probaretur: ſed [4] inter labores militiæ, interque prœlia, victorias, imperium, ſtatui admonendum te de negotiis urbanis. Namque tibi ſi id modo in pectore conſilii eſt, uti te ab [5] inimicorum impetu vindices, quoque modo contra adverſum conſulem beneficia [6] populi retineas: indigna virtute tua cogitas. ſin in te ille animus

1 *Poſt tuam, &c.*] Id eſt, minoris facere, quam tuam dignitatem. *Bad.*

2 *Majorem in adverſis.*] Hoc proprium eſt viri fortis. docet Cicero l. 1. Officiorum. Quanto igitur major Cæſar Romanis ſuis, quos Florus ſcribit, in malis ſemper majorem Fortunam habuiſſe? Recte Cæſar. ita viros decet. Minus eſt, quod deſe prædicat Cotta, apud Salluſtium: *Malæ ſecundæque res, opes, non ingenium mihi mutabant: Cæſars mutarunt ingenium & fecerunt majus.* Ulyſſes quoque Homericus in adverſis dictitabat: Τολμήεις μοι θυμός. *Coler.*

3 *Per ceteros mortales.*] Elegantiſſime Fabri & Briconeti, *ſed per deos immortales.* Carrio.

4 *Inter labores militiæ.*] Nam parva ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi, teſte M. Tullio Cicerone lib. 1. Officiorum. Parum ſane, imo nihil conſilii tum temporis Romæ. Tota civitas nulla parte ſana & omnibus membris capta erat. *Coler.*

5 *Inimicorum impetu.*] Inimicitias apertas Reipub. cauſſa vindicandas eſſe cenſet. Hujus rei neglectus nimius Cæſari necem properavit. *Idem.*

6 *Populi beneficia.*] Conſules erant, ſi recte conjicio, C. Claudius Marcellus & L. Corn. Lentulus. Favor autem plebis, optimum munimentum contra impetum Conſularis poteſtatis. Caute ſane & ſapienter niſus ope populari Cæſar. Parum abeſt, quin totum illud

Iſocratis

animus eſt, qui jam à principio nobilitatis factionem disturbavit; plebem Rom. ex gravi ſervitute in libertatem reſtituit; in prætura inimicorum arma inermis disjecit; domi militiæque tanta, & tam præclara facinora fecit, uti[1] ne inimici quidem queri quidquam audeant, [2] niſi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quæ dicam [3] de ſumma republ. quæ profectò aut vera invenies, aut certe haud procul à vero. Sed quoniam Cn. Pompeius aut [4] animi pravitate, aut [5] quia nihil eo maluit, quam quod tibi obeſſet, ita lapſus eſt, ut hoſtibus tela in manus jaceret: quibus ille rebus rempubl. conturbavit, [6] eiſdem tibi reſtituenda eſt. * Primum omnium,

Iſocratis Cæſari accommodem: Ὅλως δὲ ῥᾴδιον ἐστὶν ὧν προσεῖναι τοῖς βασιλεῦσι περιπ. ἀλλ' ἐξ ἁπάσης πολιτείας ἐκλεξάμενον τὸ βέλτιστον. καὶ δημοτικὸς μὲν ὢν, τῇ δ' ἀληθείᾳ θεραπευτὴς· πολιτικὸς δὲ, τῇ τῆς πόλεως διοικήσει· στρατηγικὸς δὲ, τῇ περὶ τοὺς κινδύνους εὐβουλίᾳ. τυραννικὸς δὲ, τῷ πᾶσι τούτοις ὑπερφέρειν. Id eſt, *Omnino nihil earum negligens, quæ adeſſe regi oportet; verum è qualibet Politicæ parte optima quæque deligens. Popularis, dum vulgus ſuum facit. Civilis, adminiſtratione Reipublicæ. Imperator, circumſpectus in periculis. Regius, omnia hæc ſuperans.* Idem.

1 *Ne inimici quidem queri.*] Id eſt, conqueri: quod aut illi viſum, aut ea tempeſtate ſic fuit: poſtmodum tamen multos habuit, qui aliter ſentirent: inter quos etiam in Officiis Cicero. *Bad.*

2 *Niſi de magnitudine.*] Quæ & coëgit adverſarios, Cæſaris facta tyrannidem appellare. Quis tamen tyrannum illum dicat merito, cujus virtutes aditum ſibi in cœlum ſtruxerunt? ut loquitur de ipſo Valer. Maximus libro 6. cap. 3. *Idem.*

3 *De ſumma Reipubl.*] Lege *de ſummâ Republ.* quomodo fere priſci illi, Plautus, Terentius, omniſque illa Catoniana ætas loqui conſuevit. cujus dicta ſententiaſque præ ceteris æmulus Salluſtius fuit. *Donza. De ſumma Reipublicæ.*] Omnes libri, *de ſumma Republica:* quam loquendi rationem multis exemplis aſſeruimus, in caſtigationibus noſtris Orationum Ciceronis in Catilinam. *Carrio.*

4 *Animi pravitate.*] Poſtulata Cæſaris ante Civile bellum, paſſim laudari video, & quæ porro ſecuritas, quis contemptus Cæſaris, quæ ſuperbia? *Coler.*

5 *Quia nihil maluit.*] Quaſi cauſſam belli civilis explicet. Suſpecta tua fides Salluſti, ſuſpecta amicitia iſthæc. Florus candidius utrumque culpæ reum agit: *Jam Pompejo ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pompejana dignitas gravis. neque hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem.* Atque in hanc ſententiam conſentiunt Plutarchus, Dio, Lucanus. Cauſſa autem univerſalis hujus calamitatis, eadem, quæ omnium, nimia felicitas. quod Hiſtorica veritate comprobat idem Florus, ſcriptor ſerius, & ſui ſimilibus tantum legendus. Neque tamen non poſſum indignari Pompejanis, qui tot æquas conditionis leges tenuerint. Sed quanta vis Fati fuit, ut unus imperio terrarum orbis potiretur! *Idem.*

6 *Eiſdem tibi reſtituenda eſt.*] Omnes libros habere *reſtituendum eſt*, teſtatur Carrio. Itaque videtur hic genus loquendi antiquum latere: ſive fuerit,

omnium, ſummam poteſtatem moderandi, [1] de vectigalibus, ſumtibus, judiciis, [2] ſenatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, [3] cujus antea ſumma poteſtas erat, ne æquis quidem legibus in ſervitute reliquit. [4] Judicia, tametſi, ſicut antea, tribus ordinibus tradita ſunt; tamen iidem illi factioſi regunt, dant, adimunt, quæ lubet, innocentes circumveniunt: ſuos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum, aut flagitium obſtat, quo minus magiſtratus capiant: quod commodum eſt, trahunt, rapiunt: poſtremo, tamquam urbe capta, lubidine, ac licentia ſua, pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, ſi virtute partam victoriam more ſuo per ſervitium exercerent. Sed homines inertiſſimi, quorum omnis vis, virtuſque in lingua ſita eſt, forte, atque alterius ſocordia dominationem oblatam inſolentes agitant. Nam, quæ [5] ſeditio, ac diſſenſio civilis tot tamque illuſtres familias ab ſtirpe ever-

in manus jaceret; rempublicam, quibus ille rebus conturbavit, eisdem tibi reſtituendum eſt: ſive; *quibus ille rebus rempublicam conturbavit, eis eam tibi reſtituendum eſt.* Ut Varroni, *Animadvertendum tempora*, Plauto, *agitandum vigilias*; Columellæ, *curandum ulcera.* Vide 1 Obſervat. 7. *Gronovius.*

* *Primum omnium.*] Locus hic antea corruptiſſimus, jam ni fallor utcunque conſtitutus. ſic enim legebatur: *primum omnium ſummam poteſtatem moderandi de vectigalibus, ſumtibus, judiciis, ſenatoribus paucis tradidit plebs Romana.* quod autem animadverterem eum de Pompejo loqui, factum hoc Pompejo, non plebi Romanæ dedi, & pro, *plebes Romana*, ſcripſi, *plebem Romanam*, quod ſæpe ex notis hujuſmodi errores natos ſcirem, & hoc ipſa poſtularet ſententia. libri manuſcripti pro me teſtimonium dicunt. *Carrio.*

1 *De vectigalibus.*] Obtinuit certe Pompejus per legem Maniliam tantum non totius Romani Imperii poteſtatem, ut aperte teſtatur Plutarchus & Dio. Conſulatus ejuſdem nimis immoderati fuerunt. Quia vero poteſtatem illam moderandi, de vectigalibus, ſumpribus, judiciis, non ſine amicorum conſilio & auxilio adeptus eſſet, eandem ad eos tranſtuliſſe, non ſine invidia dictum à Salluſtio. Vectigalia porro eleganter Florus *Imperii patrimonium* appellat: Ciceroni, *nervos Reipublicæ.* Coler.

2 *Senatoribus paucis.*] Et hoc invidioſe dictum. Quid enim tam juſtum quam recipere plebem jus ſuum à patribus? ne populus gentium victor, orbiſque poſſeſſor extorris aris ac focis ageret? ait Florus l. 3. in ſimili re. *Idem.*

3 *Cujus antea ſumma.*] Cicero pro Cn. Plancio: *Eſt enim conditio liberorum populorum, præcipueque hujus principis populi, & omnium gentium domini ac victoriæ, poſſe ſuffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit.* Idem.

4 *Judicia.*] Laudat tamen iſtam Pompeii circa judicia ordinanda curam Dio lib. 40. Sed ea quæ ſequuntur magis pro Cæſare, quam pro fide dicta accipio. *Idem.*

5 *Seditio aut diſſenſio.*] Civile bellum non

pe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam præceps, tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, [1] tametsi supplicio hostium partes suas muniri intellegebat; tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisque ejusdem factionis, quadraginta senatores, multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ, mactati sunt: cum interea importunissima genera hominum tot miserorum civium sanguine satiari nequiere: non orbi liberi, non parentes exacta ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies male faciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate eversum irent. Nam, quid ego de te dicam, cujus contumeliam homines ignaviſſumi vita sua [2] commutare volunt, si liceat? neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto mærori tua dignitas: quin optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quàm per te populi R. imperium maxumum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quonam modo rem stabilias, communiasque. Mihi quidem quæ mens suppetit, eloqui non dubitabo Ceterum tui erit ingenii probare, quæ vera, atque utilia factu putes. In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut à majoribus accepi, in [3] patres, & plebem. Antea

non vult dicere; parcit auribus Cæsaris. At enimvero neque seditio, neque dissensio, neque bellum civile, satis exprimat hujus belli atrocitatem: sed potius *commune quoddam, & plus quam bellum* Flori verbis appellabimus. *Idem.*

1 *Tametsi à Sulpicio.*] Aurea correctio, ad quam veteres libri manu ducunt; *Lucius Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametsi supplicio hostium partes suas muniri intelligebat, tamen paucis interfectis cæteros beneficio, quam metu retinere maluit.* peream, si quis est, qui sensum communem habet, & hanc scripturam cum alia quavis mutare vult. *Carrio.*

2 *Commutare volunt.*] Vaticanus, *commutare nolunt.* recte: sic enim Sallustius frequenter loquitur & alioquin utroque idem significatur: eamque scripturam in vetere editione & libro Fabri, posterius observavi. *Idem.* Alterum foret, in quem ut sint contumelioſi, vitam impendere sunt parati: alterum, in quem ut sint contumelioſi vitam beneficio ejus accipere nolunt. *Gronovius.*

3 *Patres & plebem.*] Romuli hoc institutum

Antea in patribus ſumma auctoritas erat, [1] vis multo maxuma in plebe. Itaque ſæpius in civitate ſeceſſio fuit: ſemperque nobilitatis opes deminutæ ſunt, & jus populi amplificatum. Sed plebes eo libere agitabat; quia nullius potentia ſuper leges erat; neque divitiis, aut ſuperbia, ſed bona fama, factiſque fortibus nobilis ignobilem anteibat: [2] humilimus quiſque in armis, aut militia, nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatiſque patriæ erat. Sed, ubi eos paullatim expulſos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere ſubegit: cœpere alienas opes petere, libertatem ſuam cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus cunctis gentibus imperitabat, dilapſus eſt: & pro communi imperio, privatim ſibi quiſque ſervitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitaſque

ſtitutum fuit ad imitationem Athenienſium. Dionyſ. Halicarnaſſæus libro 2. Poſtea tamen tertius ordo civitati acceſſit, Equites; iſque medius, ut ſcribit Appianus l. 2. de bello Civil. Plinius eum confirmatum putat à conſulatu Ciceronis, quo ſe quoque Cicero provectum eſſe celebraverit, ejuſque vires peculiari popularitate quæſiverit. Sed ante etiam tantæ dignitatis & æſtimationis fuit, ut penes hunc ordinem fata fortunæque patrum, vitæque principum, & vectigalia diu fuerint. Tandem vero L. Druſus ſenatui priſtinum jus & dignitatem adſeruit. de qua re ex M. Varrone Florus ſic ſcribit lib. 3. cap. 17. *Judiciaria lege C. Gracchus diviſerat P. R. & bicipitem ex una fecerat civitatem.* Col.

1 *Vis multo maxima in plebe.*] Contra in Jugurth. *Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis ſoluta, atque in multitudinem diſperſa, minus poterat.* Sed diverſa tempora; aut ſane pro arbitrio & uſu dicentis. *Ciaccon.*

2 *Humillimus quiſque in armis.*] Non placet hæc ſcriptura; neque credibile eſt, rem eandem bis à Salluſtio iteratam. Quid enim *militia* opus erat, cum *armis* dixiſſet? Apage tautologiam iſtam à ſcriptoris noſtri Laconiſmo. Quin potius ad conſuetas divinandi artes confugimus, quam hanc Criſpo maculam, ab imperitis impreſſam diutius reſidere patiamur? Quam rem uti & ego mea ex parte agere aliquando intendam, magna contra hanc labem remedia ſtatuere non decrevi, ſed tantum literæ (quæ media eſt) inverſione facta, ac initiali pede ſublato *m* in *u* commutare, quoad ex *Armis*, *Arvis* fiat; ut vitam ruſticam, ſtudiumque agriculturæ deſignet: quam rem induſtrioſiſſime perſequuti Romani illi veteres; cujuſque adeo cultores (ſi quidem Varroni credimus) non ſine cauſſa urbanis, ac togatis umbraticolis anteponebant. Quam conjecturam meam eo etiam impenſius amplector, quod de Agris ſequatur; unde tunicatam plebem validiorum injuriis expulſam graviſſime apud Cæſarem conqueritur, quiſquis tandem hic fuerit, callentiſſimus utique ac vere Salluſtianus conſultor. *Dauza.*

1 *Diſpa-*

que varias [1] diſpalata, nullo modo inter ſe congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capeſſendam rempubl. Ceterum, additis novis civibus, magna me ſpes tenet, fore, ut omnes expergiſcantur ad libertatem: [2] quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his ſervitutis amittendæ cura orietur. Hos ego cenſeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis conſtituas: ita & [3] res militaris opulentior erit, & plebes bonis negotiis impedita malum publicum facere deſinet. Sed non inſcius, neque imprudens ſum, cum ea res agetur; quæ ſævitia, quæque tempeſtates hominum nobilium futuræ ſint, cum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis civibus hanc ſervitutem imponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, malum facinus in ſe admittere, qui incommodo reipubl. gratiam ſibi conciliet. [4] Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt: id vero dubitare aggredi, ſocordiæ, atque ignaviæ duco. [5] M. Livio Druſo ſemper conſilium fuit, in tribunatu ſumma ope

1 *Diſpalata.*] Id eſt, diſperſa.

2 *Quippe, &c.*] Hoc eſt, cum ſcilicet ita ſit, quod cura retinendæ libertatis orietur his, ſcilicet civibus, adhuc liberis: tum, id eſt, multo magis cura ſervitutis amittendæ orietur his, ſcilicet ære alieno oppreſſis, & quaſi in ſervitutem redactis. *Bad.*

3 *Res militaris.*] In coloniis enim tam optimorum equitum, quam peditum copiam ſemper habebant Romani. Tales fuerunt Bononia, Mutina, Parma, Placentia, quæ etiam equites ſolos habuit Latinos, teſte Livio. *Colер.*

4 *Ubi bonum publicum.*] Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt, id non aggredi, ſocordis & ignavi eſt. Hoc de rege vel principe Salluſtius. At Cicero de omnibus lib. 3. Off. *Unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas, unius cujuſque & univerſorum; quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſolvetur omnis humana conſociatio.* Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, ut homo homini quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quod is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem. *Idem.*

5 *Marco Livio Druſo.*] Fabri & vetus editio, *Marco Lubio*: inepte. ſunt enim Druſi in gente Livia. à Vaticano abeſt. *Livio*, neque adeſſe neceſſe eſt: probat ſcriptorum uſus. *Carrio. M. Livio Druſo.*] Adverſus omnibus modis in hac Epiſtola nobilitati eſt Salluſtius. Inde de M. Druſo ingerit Cæſari. De hoc Druſo Livius, Florus lib. III. cap. 17. Val. Maximus lib. IX. cap. 5. Vellejus. Cicero pro Milone: *Domi ſuæ nobiliſſimus vir, ſenatus propugnator, atque illis quidem temporibus, pene patronus, avunculus hujus noſtri judicis, fortiſſimi viri M. Catonis, tribunus plebis M. Druſus occiſus*

ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi [1] auctores fierent. Sed homines factiosi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse, de M. Livio Druso juxta, ac se, existimaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eam nixi, [2] sua ipsius consilia disturbaverunt. Quo tibi, imperator, majore cura fideque amici, & multa præsidia paranda sunt. Hostem adversum opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promtu est. Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea re maxume animum exercitato, uti colantur boni mores; concordia inter veteres, & novos coalescat. Sed multo maxumum bonum patriæ, civibus, tibi, liberis, postremo humanæ genti, pepereris, si studium pecuniæ aut sustuleris, aut, quoad res feret, minueris. Aliter neque privata res, neque publica, neque domi, neque militiæ, regi potest. Nam ubi cupido divitiarum invasit; neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbit. Sæpe jam audivi, qui reges, quæ civitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant; id adeo haud mirandum est. Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum, magisque acceptum

est. Ejusdem potentiæ meminit idem Orat. pro C. Rabirio: *Notabile vero exemplum de amicis ambitione tantum & largitionibus quæsitis. Execranda illa vox in in libera Republ. M. Drusi: Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cænum dividere vellet, aut cœlum.* Colerus.

1 *Auctores fierent homines.*] Locus qui & ab interpunctione & a scriptura male habet. Vetus editio, *nisi illi auctores fuerant se homines factiosi.* Fabri & Brjconeti, *nisi illi auctores fuerant, sed homines factiosi.* Tu scribe de Vaticano: *nisi illi auctores fierent, sed homines factiosi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem, &c.* non enim vult homines factiosos Druso in tribunatu rei alicujus auctores fuisse, sed nobilitatem. *Carrio*

2 *Sua ipsius consilia disturbaverunt.*] Carrio

ptum videt; primo æſtuat, multaque in pectore volvit: ſed ubi [1] gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad voluptatem à vero deficit. Quippe gloria induſtria alitur: ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara, atque aſpera eſt. Poſtremo ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem una, & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur; & malis, & bonis rebus ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quiſquam magis, aut minus judicaverit; ſi neque prætor, neque conſul, ex opulentia, verum ex dignitate, creetur. Sed de magiſtratu facile populi judicium fit. Judices à paucis probari, regnum eſt; [2] ex pecunia legi, inhoneſtum. Quare omnes primæ claſſis judicare placet, ſed numero plures, quam judicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam ſuorum judiciorum pœnituit: ubi promiſcue dives, & pauper, [3] ut cuique ſors tulit, de maxumis rebus juxta, ac de minumis diſceptat. Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex, quam [4] C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confuſis quinque claſſibus ſorti centuriæ vocarentur. Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. hæc ego magna remedia contra divitias ſtatuo. Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, ut earum rerum uſus eſt: malitia præmiis exercetur. Ubi ea demſeris,

Carrio è libris *ſua & ipſius*. Malim, *ſua ipſorum*. Gronovius.

1 *Gloria honorem.*] Gloria, id eſt, cupiditas gloriæ vincit honorem, qui virtuti debetur. *Badius.*

2 *Ex pecunia legi.*] Nam laudabiliter conſtitutum fuit Romæ, ut Prætores jurati optimum quemque in ſelectos judices referrent: ut teſtatur Cicero pro A. Cluentio. *Coler.*

3 *Ut cuique ſors tulit.*] Recte Carrio *ſors*. *Cuique* facilius toleratem, ſi ſequeretur *cecidit*, non, *tulit*. Nunc potius placet, *utcunque ſors tulit*. Gronovius.

4 *C. Gracchus.*] Probat C. Gracchi plebiſcitum, quo rogaverat, ut ex confuſis quinque claſſibus forte & ſine accurato delectu centuriæ vocarentur. Ratio: ut coæquati dignitate cives & pecunia, virtute alius alium anteire properaret. Sed tamen neque hanc, neque alias rogationes Gracchanas Optimates tulerunt. *Idem.*

ris, nemo omnium gratuito malus eſt. Ceterum avaritia bellua fera, immanis, intoleranda eſt: quo intendit, oppida, agros, fana, atque domos, vaſtat: divina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque mœnia obſtant, quo minus vi ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales ſpoliat. *Verum, ſi pecuniæ decus ademeris; magna illa vis avaritiæ facile bonis moribus vincetur. Atque hæc ita ſeſe habere, tametſi omnes æqui, atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt: cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. [1] Nam hi, ſi virtute ſatis valerent, magis æmuli bonorum, quàm invidi, eſſent. Quia deſidia, & inertia, & ſtupor eos, atque torpedo, invaſit; ſtrepunt, obtrectant, alienam famam bonam ſuum dedecus exiſtumant. Sed, quid ego plura, quaſi de ignotis memorem? [2] M. Bibuli fortitudo, atque animi vis, in conſulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui conſulatus maxumum imperium [3] maxumo dedecori fuit? An L. Domitii

1 *Nam hi ſi virtute.*] Tangit ſatis acerbe Cæſaris æmulos nobiles, M. Bibulum, L. Domitium, M. Catonem, L. Poſthumium & Favonium præcipuos. De ſingulis aliquid vel Salluſtii vel fidei cauſſa dicendum videtur. Et ſane poſſit Salluſtiusin vituperandis nonnullis pro parum candido, & falſo haberi. L. Domitius iſte Ænobarbus dictus. Ejus rapacitas & timiditas etiam à Cæſare arguitur lib. 1. de bello Gall. & Plutarcho, & Seneca. De Bibuli conſulatu legendus Dio l. XXXVIII. & Plutarchus in Cæſ. Itane vero de M. quoque Catone ſcriptum oportuit? Nimia iſthæc libertas, imo dicacitas. Et de Græcis literis quale judicium; Majorem gratiam debebas, Salluſti, Græciæ, & ipſi adeo Thucydidi tuo. De hoc quidem Catone Vellejus Paterculus ſcriptum reliquit: *Hic genitus proavo M. Catone, principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, ſed quia aliter facere non poterat.* L. Poſthumii mentio rara. De Favonio apud Cæſarem, Dionem, Plutarchum legat, qui vult. Porro elogium illorum ita reſtituit Lipſius lib. IV. Epiſt. 14.: *L. Poſthumius & M. Favonius mihi videntur quaſi magnæ navis ſupervacua onera eſſe, uti ſalvi pervenere, viri ſunt: ſi quid adverſi coortum eſt, de illis potiſſimum jactura fit, quia precii minimi ſunt.* Coler

2 *Marci Bibuli fortitudo.*] Is collega erat Cæſaris. unde in gratiam & aſſentationem ejus, hæc in eum dicit. *Badius.*

3 *Maximo dedecori.*] Qui nihil in eo præclare geſſit: ſed penitus collegæ Cæſari ceſſit. *Idem.*

1 *Cujus*

mitii magna vis eſt, [1] cujus nullum membrum à flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces; quæ honeſte nominari nequeant, inhoneſtiſſuma. Unius tamen M. Catonis ingenium verſutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur hæc diſciplina Græcorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nulla ſunt. Quippe, qui domi libertatem ſuam per inertiam amiſerunt; cenſeſne eorum præceptis imperium haberi poſſe? Reliqui de [2] factione ſunt inertiſſumi nobiles: in quibus, [3] ſicut in ſtatua, præter nomen, nihil eſt additamenti. L. Poſthumius, & M. Favonius, mihi videntur quaſi magnæ navis ſupervacua onera eſſe, [4] ubi ſalvi pervenere uſui ſunt: ſi quid adverſi coortum eſt, de illis potiſſumum jactura fit, quia pretii minumi ſunt. Nunc quoniam, ſicut mihi videor, de plebe renovanda, corrigendaque diſſerui: de ſenatu, quæ tibi agenda videntur, dicam. Poſtquam mihi ætas ingeniumque adoleſevit, haud ferme armis, atque equis, corpus exercui, ſed [5] animum in litteris agitavi; quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Atque ego in ea vita multa legendo, atque audiendo ita comperi, omnia regna, civitates, nationes uſque eo proſperum imperium habuiſ-

1 *Cujus nullum membrum, &c.*] Totum hunc locum æmulatus eſt ille, quiſquis fuit, qui Salluſtii nomine declamationem in Ciceronem edidit, nam ſic ſcribit: *Cujus nulla pars corporis turpitudine vacat, lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces; quæ honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima.* Ciaccon.

2 *Factione.*] Eſt enim *factio*, ubi quiſque ſuo conſilio ſuæque utilitati innititur, & ita conſilia & facta ſua ſeorſum facit. *Bad.*

3 *Sicut in ſtatua.*] Veteres editiones, *ſicut inſtituto.* Fabri & Briconeti, *ſicut inſſitno.* à vulgatis eſt Vaticanus. Petrus Pithœus legendum putabat, *ſicut in Stajeno.* Juſtus autem Lipſius, cum quo mihi omnia vincula ſunt antiquiſſimæ neceſſitudinis, *ſicut in ſtatua*, quam ſuam conjecturam multis argumentis & in Variis & in Epiſtolicis confirmatam mihi, credo etiam aliis, omnino probavit. *Carrio.*

4 *Ubi ſalvi pervenire viſi ſunt.*] Vetus editio: *ubi ſalvi pervenire uſi ſunt.* Lipſius ingenioſa ſane conjectura vitium tentavit tollere, legitque, *ubi ſalvi pervenere, viri ſunt.* Corrige de Vaticano: *ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt.* quam proxime à vetere editione. *Idem.*

5 *Animum in litteris.*] Perverſa ſcriptura & improba hominum ineptiſſimorum emendatio, in qua ſententia, nec pes, nec caput, ut ille ajebat, uſquam apparet. ſic enim ibi legitur: *ſed animum in litteris, quod natura firmus erat, in laboribus habui.* Vetus editio: *animum*

habuiſſe, dum apud eos [1] vera conſulta valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas, ea corrupere; poſt paullo imminutæ opes, deindè ademtum imperium, poſtremo ſervitus impoſita eſt. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo; cuicumque in ſua civitate amplior, illuſtriorque locus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe reipubl. Nam ceteris, ſalva urbe, tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi divitias, decus, honorem, pepererunt; ubi paullum inclinata reſpubl. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defenſat; omnibus locis adeſt, feſtinat: quanto in ſecundis rebus florentior fuit, tanto in adverſis aſperius, magiſque anxiè agitat. Igitur ubi plebes ſenatui, ſicuti corpus animo, obedit, ejuſque conſilia conſequitur: patres conſilio valere decet, populo ſupervacanea eſt calliditas. Itaque majores noſtri, cum bellis aſperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amiſſa, nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare. Non inopia ærarii, non vis hoſtium, non adverſa res, ingentem eorum animum ſubegit, quin, quæ virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus conſiliis, quam bonis prœliis, patrata ſunt. Quippe apud illos [2] una reſpubl. erat, ei omnes conſulebant; factio contra hoſtes parabatur: corpus atque ingenium, patriæ, non

animum in litteris agitavi: quod natura firmius erat, id in laboribus habui. docet Vaticanus. *Idem.*

1 *Vera conſilia.*] Florens & beata reſpublica, in qua vera conſilia valent. Ea ſunt, quæ neque gratia, neque timor, neque voluptas corrupit. Alios etiam affectus ab omni vero conſilio procul eſſe jubeo, ut odium, iram, miſericordiam, quibus officientibus animus verum haud providet, ut alibi præclare diſſerit Criſpus. *Coler.*

2 *Una Reſpublica.*] Quemadmodum Reipublicæ corpus diſſenſione ordinum diſcerpitur, ita æque laceratur ſeparatione publici & privati commodi. ὁ γὰρ δὴ κεχώρισται τὸ κοινὸν συμφέρον τοῦ ἰδίου. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ ὅλῳ καὶ τὸ καθ' ἕκαστα λυσιτελοῦν σῴζεται, καὶ σώζει ἐν τῷ παντὶ τὸ κατὰ μέρος, ἐπί τε τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἄλλων φυσέων. Id eſt, (ait appoſite Jamblichus,) *Commodum enim publicum non ſeparatum eſt à privato. quinimo in univerſo, ſingulorum etiam utilitas continetur, & partes in toto conſervantur, tum in civitatibus, tum in aliis quoque naturis.* Coler.

non ſuæ quiſque potentiæ, exercitabat. Ac hoc tempore contra homines nobiles, quorum animos ſocordia, atque ignavia, invaſit, ignari laboris, hoſtium, militiæ, domi factione inſtructi, per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, quorum conſilio antea dubia reſpubl. ſtabiliebatur, oppreſſi; [1] ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: [2] interdum alia, deinde alia, decernunt: ut eorum, qui dominantur, ſimultas, ac arrogantiâ fert, ita bonum, malumque publicum exiſtimant. Quod ſi aut libertas æqua omnium, aut ſententia obſcurior eſſet; majoribus opibus reſpubl. & minus potens nobilitas eſſet. Sed quoniam [3] coæquari gratiam omnium difficile eſt; quippe cum illis majorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo pleraque inſcia, ſit ſententia eorum à metu libera. Ita occulto ſibi quiſque alterius potentia carior erit. Libertas juxta bonis, & malis, ſtrenuis, atque ignavis optabilis eſt. Verum eam plerique metu deſerunt ſtultiſſimi mortales, [4] quod in certamine dubium eſt, quorſum accidat, id per inertiam in ſe, quaſi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto: [5] ſi numero auctus per tabellam

1 *Ex aliena libidine.*] Miſera Reſpublica, in qua ex aliena libidine, ex factioſorum quorundam nobilium nutu pendet ſenatus auctoritas, & conſilium publicum. Patres enim & auctoritatem inviolatam & conſilia conſtantia habere fas eſt. Alludit forte ad tempus illud Salluſtius, quo Senatus circumſcriptus, & tantum non oppreſſus eſt à Pompejo & Craſſo, Anno V. C. ſexageſimo nonageſimo nono. De qua re Dio libro XXXIX. *Idem.*

2 *Interdum alia.*] Turpis in omni conſilio levitas. de qua jocus aliquando fuit Caroli V. ſapientiſſimi & fortiſſimi Imperatoris, quem is jacere ſolebat in Comtia Germanorum: quæ ille viperis aſſimulabat. Quia ajebat ut iſtæ matres ſuas tollunt; ſic illorum poſteriora decreta. Serius jocus, & in conventibus noſtris identidem recogitandus. *Idem.*

3 *Coæquari gratiam.*] Demoſthenis eſt παύλων δυσχερέσθαι εἶναι τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν. quod & Ariſtoteles repetit in Diatribis. *Coler.*

4 *Quod in certamine.*] Hoc eſt, priuſquam victi ſunt, & dubitant, an vinci debeant, recipiunt in ſe jugum ſeu legem contendentium, tanquam ii vicerint. *Bad.*

5 *Si numero auctus.*] Numerum ſenatorum auxerat primus Tarquinius. Morem diu deſitum reduxit Jul. Cæſar, teſte Suetonio & Dione. Multos enim per bellum Civile per malas artes Senatores factos removit, alioſque allegit. Qua re & dignitatem ſenatoriam mire ampli-

lam ſententiam feret. [1] Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: [2] in multitudine, & præſidii plus, & uſus amplior eſt. Nam fere, his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque amicorum negotiis implicati, haud ſane reipubl. conſiliis adfuerunt; neque eos magis occupatio, quam ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cum paucis ſenatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, fecere. Verum ubi, numero ſenatorum aucto, per tabellam ſententiæ dicentur; næ illi ſuperbiam ſuam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudeliſſume imperitabant. Forſitan, imperator, perlectis litteris deſideres, quem numerum ſenatorum fieri placeat; quoque modo is in multa, & varia officia diſtribuatur; & quonam [3] judicia primæ claſſis mittenda putem, quæ deſcriptio, qui numerus in quoque genere futurus ſit. Ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit: ſed prius laborandum viſum eſt de ſum-

amplificavit, & auctoritatem ſuam ſtabilivit. Sed hoc quoque bonum initium, malos eventus habuit. Confluentibus enim amicis Cæſarianis, tandem in mille patres erupit ſenatus. quæ res invidiam Cæſari facile peperit. Correxit igitur Auguſtus, & redegit ad DC. ut ſcribit Suetonius, Dio. Ceterum ſub Tiberio vilior viliorque facta, & ſub aliis poſtea principibus pene ad nihilum redacta ſenatus auctoritas. *Coleru.*

1 *Tabella.*] Per tabellam, in quam puncta ſcribebantur: & ita major numerus punctorum vincebat, nec ſciebatur certus auctor ſententiæ: quæ res odium demebat. *Bad.* Per tabellam ſententiam ferri vult, ut major libertas conſultandi & ferendi ſit. Sed fuit hic mos etiam olim, ut ſcribit Aſconius ad Verrinas; verum alia de cauſſa: nimirum ne dictam ſententiam revocare liceret. Hoc Salluſtii conſilium apparet valde urſiſſe & in uſum vertiſſe Cæſarem & Auguſtum. *Idem.*

2 *In multitudine.*] Libertas Reipubl. ſtabilitur multitudine Senatorum. Sed hic fucum facit Salluſtius ordini honeſtiſſimo, quem nunquam nimis florentem Principes optavere. Falſiſſime & fallaciſſime Nero jactat apud Tacitum l. 13. Annal.: *Non ſe negotiorum omnium judicem fore, ut clauſis unam intra domum accuſatoribus & reis pancorum potentia graſſaretur. Nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioni pervium: diſcretam domum & Rempublicam. Teneret antiqua munia ſenatus.* Coler.

3 *Judicia primæ claſſis.*] Olim judicia penes Senatum, equites, & Tribunos ærarios fuerunt, lege Aurelia, ut ſcribit Aſconius. Cæſar tribunos ærarios ſuſtulit, teſte Suetonio. Ea porro, de quibus Salluſtius loquitur, digeſſit omnia Auguſtus poſtea. Vide Dionem lib. 55.

1 *Hoc*

de ſumma conſilii, idque tibi probandum verum eſſe. Si [1] hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt. Volo ego conſilium meum prudens, maximeque uſui eſſe. Nam ubicunque tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, & [2] quamprimum reſpubl. adjuvetur. [3] Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro, hortorque, ne clariſſimus imperator, [4] Gallica gente ſubacta, populi R. ſummum atque invictum imperium tabeſcere vetuſtate, ac per [5] ſummam diſcordiam dilabi, patiaris. Profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedaverit, quin inſomniis exercitus, furibundus, atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam [6] divino numine inviſi: neque bonum, neque malum facinus cujuſquam pro nihilo haberi: ſed ex natura diverſa præmia bonos, maloſque ſequi. Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet. Quod ſi tecum patria, atque parentes poſſent loqui, ſcilicet hæc tibi dicerent: O Cæſar, nos te genuimus fortiſſimi viri, in optuma urbe, decus, præſidiumque nobis, hoſtibus terrorem. Quæ multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum

1 *Hoc itinere.*] Hac via & ratione procedendi. *Bad.*

2 *Quam primum, &c.*] Haud occulte monet, bona & ſalutaria conſilia celeriter arripienda & exſequenda eſſe. Egregie Otho apud Tacitum l. 1. Annal.: *Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari, niſi peractum.* Coler.

3 *Libertatem cariorem.*] Vulgo, *clariorem.* Veteribus potius impreſſis aſſentior, qui *cariorem* præferunt. *Carrio.*

4 *Gallicâ gente.*] Hoc ad gloriam Cæſaris ſpectat. Galli enim natura bellicoſi, ut teſtatur Salluſtius in Bello Catil. Et fine Jugurth. ait, amplius cum Gallis pro ſalute, non de gloria certari. Idem de Gallis alii Hiſtorici. M. Cato Orig. 2. *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur: rem militarem & argute loqui.* Inſigne vero illud elogium Cæſii Baſſi apud Diomedem: *Romani Gallis devictis ſunt victores. Durat adhuc & durabit laus fortiſſimæ gentis.* Coler.

5 *Summam diſcordiam.*] Sic dictum velim; pro quo ceteræ editiones *ſocordiam* oſtentant. quam quidem ſcripturam ego nupera & novitia iſta multis millibus habeo cariorem. *Douza.*

6 *Divino numine inviſi.*] Ita etiam ſinceri Philoſophi omnes ſentiunt, nihil Deum latere. Secus Epicurus cum ſuo grege. quem quaſi etiam Cæſar ſectatus fuerit, innuit Cato apud Salluſtium in Catilin. *Coler.*

cum anima ſimul tradidimus, patriam maximam in terris; domum, familiamque in patria clariſſumam; præterea bonas artes, honeſtas divitias; poſtremo omnia honeſtamenta pacis, & præmia belli. Pro his ampliſſumis beneficiis non flagitium à te, neque malum facinus, petimus; ſed uti libertatem everſam reſtituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuæ volitabit. Namque hac tempeſtate, tametſi domi, militiæque præclara facinora egiſti; tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis eſt: ſi vero urbem ampliſſumo nomine, & maxumo imperio, in terris fuerit? Quippe ſi morbo jam, aut fato huic imperio ſecus accidat: cui dubium eſt, quin per orbem terrarum vaſtitas, bella, cædes, oriantur? quod ſi tibi bona lubido fuerit, patriæ, parentibus gratificandi; poſtero tempore, rep. reſtituta, ſuper omnis mortalis gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna, [1] ſæpe invidia, fatigat: ubi anima naturæ ceſſit, demtis obtrectationibus ipſa ſe virtus magis magiſque extollit. Quæ mihi utilia factu viſa ſunt, quæque tibi uſu fore credidi, quam pauciſſumis potui, perſcripſi. Ceterum Deos immortales obteſtor, uti, quocumque modo ages, [2] ea res tibi, reique publicæ proſperè eveniat.

C. CRI-

1 *Sæpe invidia.*] Simile Theophraſti dictum: Φθόνος τοῖς ζῶσι συνὴς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν, ἀνταγωνίστῳ διοίσει πλείστῃ). *Invidia tantum in vivos eſt. Mortuus vero, ut qui nemini obſtat, conſtanti & libera benevolentia colitur.* Idem.

2 *Ea res eveniat, &c.*] Prudenter videtur hic, quiſquis eſt, conſultor deſinere; qui animum ſuum in rempubl. oſtendit: & Cæſari, quæ ſenſit, honeſte ſuaſit. Verum quia jam rerum potiebatur Cæſar, etiam ſibi proſpexit. Nam judicio ejus omnia permittit. *Badius.*

1 *Anda-*

C. CRISPI SALLUSTII
DECLAMATIO
IN
M. TULLIUM CICERONEM.

GRAVITER, & iniquo animo, maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem judicio magis, quam morbo animi, petulantia ista uti. Sed, quoniam in te neque modum, neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi: uti, si quam maledicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos implorem, P. C. diripi reimpubl. atque [1] audacissumo cuique esse perfidiæ? an apud populum Rom. qui ita largitionibus corruptus est; uti sese, ac fortunas suas, venales habeat? an apud vos, P. C. quorum auctoritas turpissumo cuique, & sceleratissumo, ludibrio est? ubi M. Tullius leges, judicia populi Rom. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissumi, Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante insitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita à pueritia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, [2] quod alteri collibuisset? Scilicet, istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiæ jactura perdidicisti? Itaque minime mirandum est, si eam flagitiose venditas, quam turpissume parasti. Verum, ut opinor, splendor domesticus

1 *Audacissimo cuique.*] Invide de uno Cicerone id dicit. *Badius.*

2 *Quod collibuisset alteri.*] Quasi dicat, puer exposuisti pudicitiam tuam cujuscunque libidini: sed mirabile est, tantam diffamandi & taxandi viri consularis licentiam fuisse. Nam si innocens fuit, non debuerunt ea impune objici, cum etiam famosi libelli lege prohibiti essent: sin nocens fuerit, mirabile est, talem virum eo dignitatis promotum: sed ea tempestate erat commune adolescentiæ vitium: quo & Julius Cæsar ab omnibus notatus est. *Idem.*

mesticus tibi animos attollit; uxor sacrilega, ac perjuriis delibuta; filia matris [1] pellex, tibi jucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi, & rapinis, funestam tibi ac tuis, comparasti: videlicet uti nos commonefacias, quàm conversa sit respublica, cum in ea domo habitas, homo flagitiosissume, quæ [2] P. Crassi, viri consularis, fuit. Atque hæc cum ita sint; tamen Cicero se dicit [3] in consilio deorum immortalium fuisse; inde missum huic urbi, civibusque custodem, [4] absque carnificis nomine, qui civitatis [5] incommodum in gloriam suam ponit: quasi vero non illius conjurationis caussa fuerit consulatus tuus, & iccirco respubl. disjecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Terentia uxore de republ. consuluisti: cum legis Plautiæ judicia domi faciebas: ex conjuratis alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tusculanum, alius Pompejanam villam ædificabat, alius domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa objicio; redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum, & Pompejanum infinito sumtu ædificaveris. Aut, si retices; cui dubium potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine, & visceribus civium paraveris?

1 *Pellex matris.*] Habens rem cum patre, sc. Cicerone, & ita pellit matrem e cubili. *Idem.*

2 *Publii Crassi.*] Hominis ditissimi. ad quem alludit Persius, dicens Satyra secunda:

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædem. Idem.

3 *In consilio Deorum immortalium.*] Quia in plerisque concionibus & invectivis dixit, *Non humanis opibus, nec arte magistra ita rtipubl. consultum, sed divina miseratione.* Sed ad invidiam concitandam omnia trahunt adversarii in majus. *Idem.*

4 *Absque carnificis nomine.*] Id quoque contumeliose, cum ille dixerit, sine cæde & sanguine rempublicam servatam. *Idem.*

5 *Incommodum civitatis.*] Id acriter & subtiliter: quia vult ob consulatum Ciceroni mandatum conjurationem factam, & omne malum obortum. *Idem.*

ris? Verum, ut opinor, homo [1] novus Arpinas, ex C. Marii familia, ejus virtutem imitatur; contemnit ſimultatem hominum nobilium; populi R. curam habet; neque terrore, neque gratia commovetur. Illud vero amicitiæ tantum, ac virtutis eſt animi? Immo vero homo leviſſumus, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leviſſumus ſenator, mercenarius patronus, cujus nulla pars corporis à turpitudine vacat: lingua vana, manus rapaciſſumæ, gula immenſa, pedes fugaces; quæ honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſuma. Atque is, cum ejuſmodi ſit, tamen audet dicere: [2] *O fortunatam natam me conſule Romam*! Te conſule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, & miſeram, quæ crudeliſſumam proſcriptionem civium perpeſſa eſt; cum tu, perturbata republ., metu perculſos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas, cum omnia judicia, omnes leges, in tua lubidine erant; cum tu, ſublata lege Porcia, erepta libertate, omnium noſtrum vitæ, neciſque poteſtatem ad te unum revocaveras. Atque parum eſt, quod impune feciſti; verum etiam commemorando exprobras; neque licet obliviſci ſervitutis ſuæ. Egeris, oro te Cicero, perfeceris, quod libet: ſatis eſt perpeſſos eſſe: etiamne aures noſtras odio tuo onerabis? etiamne moleſtiſſumis verbis inſectabere? *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* [3] Quaſi vero togatus, & non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris; atque inter te, Sullamque dictatorem, præter nomen imperii, quidquam inter-

1 *Novus Arpinas.*] Vide ſupra.

2 *O fortunatam, &c.*] Ineptulus quidem eſt verſus: unde Juvenalis citans eum, dicit illi minus obfuiſſe eloquentiæ, ſi non elegantius Philippicas in Antonium ſcripſiſſet, quam tales verſiculos jactaſſet. Verba Juvenalis ſunt:

O fortunatam natam me conſule Romam,
Antonî gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet: ridenda poëmata malo,
Quam te conſpicuæ divina Philippica famæ. Badius.

3 *Quaſi vero togatus.*] Id ſæpe aſſeruit Cicero in Invectivis in Catilinam: *Arma togæ cedant*, inquit Cicero: quia, plus conſuluit urbi & reipub. in toga, quam alii Imperatores in armis. *Idem.*

interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Jupiter optumus maxumus in consilio Deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones, superasti; quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reip. placent? [1] quem amicum, quem inimicum, habes? cui in civitate feciſti insidias, ancillaris. Quo jure, cum de exsilio tuo [2] Dyrrhachio redîsti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiæ faves? qui tibi antè optimates videbantur, eosdem nunc dementes, ac furiosos vocas? Vatinii caussam agis: de Sextio male existumas: Bibulum petulantissumis verbis lædis: laudas Cæsarem: quem maxume odisti, ei maxume obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de republ. sentis: his maledicis, illos odisti: levissume transfuga: neque in hac, neque in illa parte fidem habes.

1 *Quem amicum, &c.*] Ingenue fateor, me hæc verba, ut in Aldino sunt codice, atque adeo etiam in vetusto, ac cunctis aliis, quos mihi videre contigit, non intelligere. Ideoque mutio, admonito tamen Lectore, ut mecum ipse dubitet, aut felicius, si queat, eruat. Transilire, ut notum, facile erat, si quosdam imitari velim, quos pudet fateri se non omnia vel scire, vel intelligere. *Glar. Quem amicum.*] Id est, quales amicos, vel inimicos habes? Amicos perditissimos quosque cives, inimicos Reipub. amantissimos. *Thys.*

2 *Dyrrhachio.*] Vide supra.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM AC VERBORUM MAXIME MEMORABILIUM,
Quæ in Textu Salluſtii & Commentariis occurrunt.

Literæ, *a. b*, columnas paginarum indicant, ubi Litera deeſt, Textus innuitur.

A.

Aborigines cum Trojanis Romam condidere. 10. *genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum.* ibid. αὐτόχθονες *appellati.* ibid.a. *antiquiſſimi Italiæ populi.* ibid.b. *ſic dicti, quod abſque origine, & quaſi è terra nati eſſent.* ibid. *Latinus eorum rex.* ibid.

Accenſi, cornicines, tibicineſque in tres centurias diſtributi. 340.b.349.a

Accumbendi mos apud Romanos. 437 a,b

Accuſatoris & rei, ubi in jus ventum erat, verba. 43.a.83.a

Achelous, amnis, ab Hercule aggeribus domitus, qui eo beneficio Oenei Ætolorum regis filiam in matrimonium accepit. 326.b

Acies, pro armato exercitu. 179.a. *Græcis* ἀκίς. 178.a. *duplex & triplex, & quo modo.* 181.a. *unde dicta.* 303.b

M. Acilius Glabrio cum C. Piſone Conſul fuit. 458.b. *ei provinciæ duæ una cum Mithridatico bello decretæ.* ibid.

Acroamata omnis generis apud Romanos olim inter cœnandum adhibita. 338.b

Actione deſiſtere. 412.b

Actuaria navigia, quæ. 420.b. *Græcis* κωπήρεις. ibid.

Addicere, quid. 57.b

Adherbal, Micipſæ filius. 203.210. *prælio vincitur à Jugurtha.* 213.236. *victus Romam contendit.* ibid. *ejus verba in Senatu.* 214. & ſeqq. *ubi vis tutior quam in regno ſuo.* 217. *ejus ad Jugurtham legati, de injuriis querentes.* 236. *Cirtam profugit.* 237. *copias adverſus Jugurtham parat.* 236. *ejus deditio & interitus.* 245

Adoleſcentes magno ingenio refrenandi potius à gloria, quam incitandi. 205.a. *eorum animi mutabiles.* 32.b

Adorandi verbum unde formatum. 158.a

Adrumetum, à Phœnicibus condita. 232. *maritima urbs non incelebris in Byacio.* ibid. *ager ibi fuit longe fertiliſſimus.* ibid.

Ad virtutem una & ardua via eſt. 523

Ædiles plebei, qui, unde dicti, & à quibus creati. 123.b. *curules* 124.a. *Cereales, unde dicti.* ibid. *eorum munus.* ibid.

Æëtes, à filia Medea proditus Jaſoni, & aureo vellere, & duobus filiis orbatus eſt. 414.b.415.a

Ægyptii ſacerdotes ſal rejecere, tanquam libidinis incitamentum. 344.b

Ægypti regnum teſtamento regis Alexandrini populi Romani factum. 210.a

Æmilia gens fuit patricia majorum gentium, Alba oriunda, ducto à lepore nomine. 221.b. *quibus cognominibus diſtinguatur.* ibid. *ejus ortus.* 242.a,b. *unde ſic dicta.* ibid. *in plures familias diviſa.* ibid. *multis ætatibus contempta ſine honoribus & magiſtratibus fuit.* ibid.

M. Æmilii Lepidi oratio contra Sullam. 386. & ſeqq.

Æmilius Scaurus, princeps Senatus. 211.a. *laudatur.* ibid. & 242. a,b. *deſcribitur.* 221. *à Jugurthæ largitione ſe continet.* 222 *à Jugurthæ legatis corrumpitur.* 254. *de ejus rebus geſtis vetus inſcriptio.* 242,b. *homo ſapiens fuit, tectus multa gravitate, & naturali quadam auctoritate pollens.* 243.a. *quando conſul fuit.* ibid.

M. Æmilius omnium flagitioſorum poſtremus. 395

Æneatorum & cornicinum in acie longe diverſiſſimus uſus fuit. 177.a

Ænos urbs Thraciæ, ab Ænea condita. 478.b. πολυάνυμος. ibid. *ejus ſitus.* ibid.

Æquitatem inter & jus differentia quæ. 15.a. *Illa requirit, ut qui injuſte quempiam occidi juſſerit, pœnam luat.* 264.a

Ærarium, quid. 152.a. *quare in æde Saturni eſſe voluerunt.* ibid. b. *Valerius Publicola hanc primus ærarium declaravit.* ibid. *quare.* ibid.

Ærarium, carcer, & curia, ſecundum

Vitruvium, foro conjungenda. 168.a
Æris appellatione omne nummorum pecuniarumque genus ſignificatur. 38.a
Ærumna proprie, quid. 216.a
Ætas militaris erat annorum XVII. 310.a. *Conſularis* XLIII. ibid.b
Æthiopiæ diviſio, deſcriptio, & ſitus. 234.b. 235.a
Africa, lingua Arabica Iffrîc dicta. 224.a. *à quonam verbo.* ibid. *cur ſic dicta, opiniones duæ.* ibid. *ejus deſcriptio.* ibid.b. *figura ejus & baſis.* ibid. *longitudo & latitudo.* ibid. *aliquando Ammonia dicta, & unde.* 326.a
Afri ſaluberrimo ſunt corpore. 226.a. *cauſa.* ibid.
Agere cum populo, quid. 149.a
Agger, quid. 239.b
Aggerem quo modo & in quem uſum faciebant. 267.a
Agmen duplex erat, quadratum alterum, alterum pilatum. 183.a. *proprie quid.* 282.a
Agriculturæ ſtudium Romani veteres induſtrioſiſſime perſecuti. 520.a,b
Agricultura & venatio honeſtiſſima officia apud Romanos fuere. 8.a
Αἰμυλία, *Græcis Orationis ſuavitas.* 242.b
Alæ exercituum unde dictæ. 205.b. *duplices.* ibid. *variis nominibus fuere appellatæ.* 206.a. *poſtea vexillationes dictæ.* ibid.
Ala quot milites contineat. 206.a,b. *proprie dicitur equitum ordo, & unde.* 290.b
Albinus conſul ad bellum proficiſcitur. 262. 265. *quod dolo magis, quam negligentia, ab eo prolongatum.* 265.b. *ejus caſtra à Jugurtha circumventa.* 267. *ejus exercitus qualis.* 279
Aldini codicis error. 322.a
Alea quid. 30.b. 31.a. *ejus luſus à quo inventus.* ibid. *uſus ejus vetitus.* ibid.
Alienum æs grande conflare, quid. 31.b
Alimenta carcerum quæ. 432.b. 433.a. *ſervorum, quæ.* ibid.
Allobroges Galliæ Narbonenſis juxta Rhodanum populi. 104.a. *unde ſic dicti.* ibid. *vehementer res novas affectant.* ibid. *flavum capillum præcipue habent.* ibid. *eorum regnum quando fuerit.* 108.a. *eorum multæ civitates fuere, ſed una præcipua, unde appellabantur.* ibid. *eorum metropolis Vienna.* ibid. *Catilinæ conjurationem, ut cognoverant, Fabio Sangæ, eorum in urbe patrono, aperiunt.* 108.a. *ab hoc Cicero certior factus, quid fecerit.* ibid. *eorum proditionis meminit Horatius.* ibid. *ut & Juvenalis.* ibid.b. *ex præcepto Ciceronis à conjuratis jusjurandum poſtulant.* 113.a. *& quidem ſignatum, & quare.* ibid. *illis, ut & T. Volturcio, conjurationis indicibus, præmia decernuntur.* 132.a
de Allobrogibus bis triumphatum eſt. 383.b
Allobrogicum bellum quando exarſit. ibid.
Alpes. 424.b. πολυώνυμοι. ibid. 425.a
Alti & heroici animi proprium quid. 510.a
Alyus, pro, carina. 428.b
Amazones Scythiam juxta Tanaim primum incoluere. 480.a. *dein prope Thermodonta habitarunt.* ibid. *ſecundum Strabonem nunquam fuere.* ibid.
Ambire, id eſt, rogare. 406
Ambitio duplex. 18.a. *minus à virtute remota, quam avaritia.* ibid b. *quid.* 281.b
de Ambitu longo poſt urbem conditam tempore lex nulla fuit. 43.a. *prima lex à quo lata.* ibid. *à quibus aliæ.* ibid. *Ciceronis de eo lex.* ibid.
Amicitia firma, idem velle, ac idem nolle. 50.a. *vera, niſi in bonis, eſſe non poteſt.* ib.
Amiſus, Galatiæ oppidum. 441.a. πολυώνυμος. ibid.
Ammianus Marcellinus illuſtratus. 358.a,b
Amomum, apud Corduennos gignitur. 486. *ejus odor levis, fragrans, & gravis.* ibid.b
Amphictyones & Solon juſtum cenſuere in Barbaros, aquas abſque veneno ita corrumpere, ut bibi nequeant. 296.b
Anceps, quid. 75.a,b
Anceps, id eſt, duplex. 267.b
Ancus Rex carcerem Tullianum condidit. 168.a. *ejus ſitus.* ibid.
Angolam prope, in Africa, regnum eſt, quod totum ex mulieribus conſtat, quæ omnem maſculum natum occidunt, cum peregrinis rem habentes. 480.a
Animad vertere in aliquem, quid. 147.a
Animam hominis in ſanguine eſſe nonnullis creditur. 153.a
Animis juvenilibus nihil ad prodigalitatem propenſius. 508.a. *quomodo regendi.* ibid.b.
Animo cupienti nil ſatis feſtinatur. 311.a
Animum inducere, quid. 166.b
Animum unde originem habere, crediderint Stoici. 194.a. *ejus præſtantia, & divinitas.* ibid.

Animus tobis cum Diis communis *eſt*. 2.a,b. *ſemper movetur*. ibid.b. *eſt immortalis*. ib. *ejus imago in oculis habitat*. 36.b.37.a. *deſperatione ultima in furorem impellitur*. 90.a. *dominatur, corpus ſervit*. 191.b. *Fortuna non eget & quare*. ibid. *rebus his omnibus inferioribus dominatur*. 194.b. *à vero ad voluptatem quando deficit*. 523

Annibal ſexdecim annos proſpere contra Romanos pugnavit. 137.b. *à Scipione Africano finis bello impoſitus*. ibid.

Anni quot fuerint & emeritæ militiæ ſtipendia, diverſimode inter auctores diſceptatur. 331.a,b

Annis duobus continuis è Cottarum familia & Aurelia gente conſules fuere. 465.a

Anno V. CIↃCLXXV. *qui Conſules fuerint*. 381.a

in Annulis clariſſimorum virorum capita ſculpebantur, hiſque literas obſignabant. 122.b

Antiochus à Philippo decem millibus talentorum ſpoliatus. 443

Antipodes, quinam dicti. 489

Antiqui Romani domos ſuas gloria decorabant. 27.a. *quo armorum genere uſi*. 170.b *re aliqua præclara pro Rep. geſta, decreto ſenatus ſtatua donabantur. & in quem finem*. 334.a

C. Antonius, M. Antonii oratoris filius. 56.b. *patruus M. Antonii, qui poſtea rempubl. evertit*. ibid. *de eo quædam memoranda*. ibid. & 57.a. *cum exercitu Catilinam perſequitur*. 95. *Catilinam in agro Piceno vicit*. 172.b. *pedibus ſe laborare finxit, & M. Petrejo exercitum ſuum permiſit, ne prælio adeſſet, timens, ne Catilina aliquid ſecreti detegeret*. 180.b. *equo circumiens milites hortatur*. 181

Antonius, Cottæ & Cethegi Coſſ. gratia, curationem totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus eſt. 337.a. *Cretæ bellum inferens, morbo periit*. ibid.

Antonius in Jure civili ſe mundi dominum dixit. 95.b

Appiani error. 123.a

Appii dictum, faber ſuæ quiſque fortunæ. 499

Appius Claudius Coſ. Hieronem Syracuſanum regem tanta celeritate vicit, ut ipſe prius ſe victum, quam hoſtem videret, fateretur. 137.a *ejus inſanus amor*. 253.a

Apuliæ ſitus. 72.a.109.b

Aquila fulguris miniſtra. 179.b. *inter ſigna militaria recepta & ſacrata*. ibid. *illi ſacellum impoſitum*. ibid. *ejus vicem antiquiſſimis temporibus manipuli ſæno imbuti præſtabant*. 180.a

Aqua jugi, id eſt, fontana. 344.a

Aqua quæ in navi eſt, ut ad ſentinam confluit, ita in civitate quotquot improbi ſunt, ad unum aliquem improbitate inſignem concurrunt. 97.a

Aratrum circumducere, moris erat iis, qui coloniam ducerent. 175.a

Arbiter Feſto, qui totius rei habet arbitrium & facultatem 49.a. *proprie eſt tertius, qui accedit*. ibid.

Arbitrari, ſtatuere, ac arbitrium pronunciare. 49.a

Arbitri dicuntur, qui alienæ quaſi rei teſtes interſunt. 49.a

Arca Noë fatali illo diluvio Gordiæis primum conſedit montibus. 229.a

Arceſſivit, id eſt, laceſſivit. 401

Arceſſo, quid, & unde. 183.b

Arenoſa & deſerta loca multa in Cyrenaica regione. 326.a

Aretium civitas Etruriæ. 94.b. *ejus ſitus*. ibid. *fuit ex* XII. *principibus Italiæ urbibus*. ibid. *Colonia poſtea Romanorum huc deducta fuit*. ibid. *hodie Arizzo dicitur*. ibid.

Argantonius, Tarteſſi rex. 415.b

Argonautarum ex Theſſalia in Colchos navigatio admodum brevis fuit, & unde. 229.a. *Poëtarum ingenia exercuit*. ibid.

Aries, inſtrumentum militare, quid. 322.b. *ejus inventor, quis*. ibid. *uſus*. ibid. *ſequiori ævo Cancer appellatur*. ibid. *ejus ſumma vis*. 323.a. *duplex aut triplex*. ibid. *unde compoſitus*. ibid.a,b. *ejus effigies Campis Tranſiſulaniæ oppido hodieque viſitur*. ibid.b. *vetuſtus diſſolutus fuit, ut facilius veheretur, iterumque inſtructus*. ibid.

Ariobarzanes & Eumenes, reges, ſocii populi Romani. 279.a

Ariſtæus, ex Cyrene, Penei amnis filia, & Apolline editus. 491.b. *Nymphis nutriendus à matre traditus*. 492.a. *à poſteris ut Deus cultus, & quare*. ibid. *Arcadiæ regnum obtinuit*. ibid.

Aristonicus, Eumenis regis filius. 445 b. *regii sanguinis ferox juvenis.* 446.a
Aristoteles animum patrisfamilias, mentem imperatori aut regi æquiparat. 191.b
Arma ab hoste avertere, id est, fugere. 175.b. 176.a
Arma foris exigui momenti, nisi est consilium domi. 516.b
Armenia, Asiæ regio. 448.b. *ejus situs.* ibid. *unde dicta.* ibid. *in minorem & majorem distinguitur.* 449.a
per Armeniam regio Minni, cujus sacra Scriptura meminit, intelligi videtur. 228.b
Armilustrum, locus in Aventino, ubi Romulus T. Tatium sepelivit. 256.b. 257.a. *qui & Circus maximus dictus.* ibid.
Arpinum, vetustissimum oppidum, municipium Romanum factum. 308.a,b. *inter præfecturas numeratur.* ib. πολυώνυμον. ibid.
Arquites ab arcu dicti, arcu præliantes, qui non sagittarii. 284.b
Arsaces, Persarum rex. 412.a. *eo nomine omnes eorum reges vocabantur.* ibid. *unde nomen acceperit.* ibid.
Ars Politica, submovere aliquem sub honoris specie. 47.a
Aruspices qui dicti. 306 b. *quomodo per hostias auspicia captabant.* ibid.
Ascanius à Mezentio obsessus fuit. 11.a
Asellio Prætor quare in foro à fœneratoribus interfectus. 88.a
Asia omnibus libidinum illecebris repleta est. 22.a. *luxuriam in Italiam, primum devicta, misit.* ibid.b. *ejus situs* 3.b. & 4.a
Asinius Gallus citream mensam decies sestertium mercatus est. 338.a
Asbar Numida. 371
Assiratum *veteres dixere sanguine permixtam potionem.* 58.a
A'σπρᾶ *refert Hebræorum Adonai.* 5.a
Athenæ, nobilissima Græciæ urbs. ibid. *ejus conditor quis.* ibid. *ejus varia nomina.* ibid. A'σπρᾶ *sive Minerva iis nomen dedit.* ibid. *hæc urbi suam celebritatem scriptoribus debet.* 14. *quinam illi.* ibid.b
Athenienses diuturno bello fracti, quippe amplius quam XXI. *annos duraverat, ad hoc etiam fame confecti, pacem petivere: quæ an dari deberet diu inter Lacedæmonios & socios consultatum est.* 143.a,b. *Corinthii eorum nomen delendum esse censebant.* ibid. *quibus conditionibus pax ipsis à Lacedæmoniis concessa.* ibid. *illis Triginta viros eligere placuit, qui leges patrias conscriberent.* ibid. *eorum res gestæ satis amplæ magnificæque fuere.* 14. *verum aliquanto minores, quam fama feruntur.* ibid. *eorum imperium regno comparatur.* 214.b
M. Atilius Palicanus, Picens. 471 *loquax magis, quam facundus.* ibid.
Attalus aurum intexere in Asia invenit primus. 419.a. *Pergami rex pecuniæ ditissimus, spendida abundantique suppellectili.* 415.b. *à populo Romano regno donatus, quem postea heredem fecit.* ibid.
Atys unus ex Herculis & Omphales prognatis. 71.a
Avaria corpus animumq; virilem effeminat. 19.b. *unde nascitur.* 25.a. *ea & discordia, atque ambitio, & cæteravebus secundis oriri sueta mala post Carthaginis excidium maxime aucta.* 274.a. *bellua fera.* 524. *ejus effecta.* ibid. *ejus vis quomodo facile vinci possit.* ibid.
Avarus nemo bonus, Rex, vel liber. 512 a,b
Aventinus mons ab Anco rege, ex parte urbi additus. 256.a. *Tatii Regis Romanorum, & Aventini Albanorum sepulchris celebris.* ibid. πολυώνυμος. ibid. *ejus situs.* ibid b. *unde dictus.* ibid. *in hoc olim fuit Bonæ Deæ ædes.* ibid. *& proxime Herculis templum, & quare.* ibid.
Avo mortuo, quis succedat. 210.b
Audacem & prudentem esse difficillimum, & quare. 206.b
Audacia inconsiderata, fortitudo habita. 152.a
Augurandi scientia priusquam Romanis innotuisset, portenta ac prodigia ad Hetruscos deferre, lege sancitum erat. 121. b. 122.a. *verba legis.* ibid. *ex hac lege senatus decreto sex optimatum filii Hetruscis in disciplinam traditi, ut augurandi artem discerent.* ibid. *hac arte Easulæ claruere.* ibid. *ubi & domicilium & collegium augurum fuit.* ibid.
Auguratus semel collatus, viventi non adimebatur. ibid.
Augurum munus. 122.a. *dignitas.* ibid.
Augustus libros fatidicos Græcos, & Latinos, exceptis Sibyllinis, quos delectu habito, condidit duobus fornicis auratis sub Pala-

Palatini Apollinis baſi, cremavit. 119.b. *quibus ſignis, in libellis, diplomatibus & epiſtolis ſignandis, uſus.* 122.b. *ejus procurator ei ex Adrumeto miſit ex uno grano quadringenta paucis minus germina.* 232.b

Aulæa, quid, & unde dicta. 417.b

Aulæa & ſigna, Romam quando commigrarunt. 513.a

Aulus Poſthumius Albinus prætor & legatus. 265.b

Aureæ cameræ, & argenteæ trabes, & columnæ ac paraſtatæ narrantur in Colchis. 414.b

Aurelia Oreſtilla Catilinæ uxor. 35.a. *ut inter ſe nuptiis juncti.* ibid.

C. Aurelius Scaurus ſuſo exercitu à Cimbris captus. 377. b. *à Belo rege occiſus & quare.* ibid.

M. Aurelius Cotta conſul à Mithridate apud Chalcedoniam victus. 447.b

Aurum atque opes non tantum Principibus inutiles, & infenſæ. 511.a. *hoc etiam de civitatibus dictum.* ibid.

Autoritas in Senatu fuit, poteſtas in populo. 76.a

B.

Babylon colores varios pictura prima veſtibus dedit. 417.b

Bacchanalia unde dicta. 421.a. *quo die fiebant.* ibid. *origo eorum ſacrorum.* ibid. *turpiſſimus ritus.* ibid.b. & 422.a,b. *in iis horrenda ſcelera fiebant.* ibid. *Romæ & in tota Italia vetita, progreſſu tamen temporis reſtituta.* ibid.

C. Bæbius à Jugurtha corrumpitur. 261. *ejus impudentia.* ibid.

Bætere, betere vel betire, dixerunt veteres pro ire, incedere. 49.a

Ballera, mons. 403.b

Baleares funda bellicoſi, Græcis Gymnaſtæ dicti 283.a,b. *præter uſum, inventio fundæ ipſis etiam tribuitur.* ibid. *eorum pueri cibum à matre non accipiebant, niſi ea monſtrante percuſſiſſent.* ibid. *certi eorum ictus, & unde.* ibid. *eorum arma.* ibid. *in Balearibus inſulis præſtantiſſimi funditores.* 367.a. πολυάνυμα. ibid. a,b. *duæ numero.* ibid. *earum ſitus.* ibid. *origo.* ibid. *à Phœnicibus Gymnetæ dicuntur.* ibid. *Pœni aliquando hujus regionis potiti.* ibid. *Jamno & Mago oppida ab iis condita.* ibid. *gens ab omni cultu aliena.* ibid. *domus illis antra: veſtes, æſtate nullæ, hyeme ex pellibus.* ibid. *unguentum, quo ſe inungerent, oleum lentiſcinum, cum adipe ſuillo.* ibid. *vini ultra modum avidi, quo tamen carebat regio, & ita mulieroſi, ut in nuptiis cognati & amici omnes cum ſponſa concumberent, antequam viro permitteretur.* ibid. b. & 368.a. *in bello pro ſtipendio nil exigebant quam vinum & mulieres.* ibid. *circa cadavera quid agerent.* ibid. *unicum illis in bello telum, fundæ tres, quarum diverſus uſus.* ibid. *eorum ictus admodum certi.* ibid. *Gymnetes incolæ, & inſulæ Gymneſiæ unde dictæ.* ibid.

Balliſta, aut manu, lapides ut plurimum conjiciebantur. 299.a. *minoribus balliſtis fere centenum pondo jaciebant.* ibid. *majoribus* ccc. *pondo, quantum noſtra fulmina hodie non capiunt aut pervehunt.* ibid. *ejus tormenti vis mirabilis.* ibid. *non ſolum rotundos lapides iſtis jaciebant, ſed enormes & ſepulchrales, imo & molares.* ibid. *ejus forma & deſcriptio.* ibid.a,b. *ad hoc tormentum nervi maxime requirebantur.* ibid.b. *capilli etiam, ſi nervorum non erat copia.* ibid. *receptaculum lapidis in hac balliſta funda dicitur.* ibid.

بر i.e. *bar, Arabibus deſertum denotat.* 47.b

Barbari, qui, cur, & unde ſic dicti. 48.a. *quinam veteribus.* ibid.

Barritus, quid. 358.a. *cui rei utilis.* ibid.b

Baſilius, ſævißimus Moſcoviæ princept. 504.b

L. Bellienus Prætor. 366. *Catilinæ avunculus.* ibid.a

Belli, adverbialiter poſitum. 308.a

in Bellis civilibus omnia miſera ſunt, ſed nihil miſerius quam ipſa victoria. 501.b

Bello Gallico nulli apud Romanos immunitas erat. 104.b

Bellorum civilium vis ac potentia. 507.a

Bellum grave quando in Etruria poſitum. 384.b. *unde hoc Etruſcum dictum.* ibid.

Beneficia debita, quæ. 215.a. *gratuita quæ.* ib.

Beneficiorum ſacratißimum jus, ex quo amicitia oritur. 355.a

Beneficiorum, quam injuriarum oblivißci, in Republ. melius eſt. 259.b. *oratio.* ibid. *ſecus in rebus privatis.* ibid.

Beneficium perdere, & dare, magni animi est. 355.a. *sero dedit, qui roganti dedit.* ibid.

L. Bestia conjuratus, trib. pl. de Cicerone queritur, bellique gravissimi invidiam ipsi imponit, & quomodo. 111. a. *vir acer, & non indisertus.* 246.b. *tristes exitus habuit consulatus.* ibid.

ad Bestias damnari, & ad ludum venatorium, differebat. 218.b

Bestiis objici, usitatum antiquis temporibus supplicium. ibid.

M. Bibuli ingenium. 524. *collega fuit Cæsaris, unde in ejus gratiam pervenit.* ibid.b

Bidental, quid, & unde dictum. 398.a

Βιθυνία, Asiæ Minoris regio. 412.a. πολυώνυμος. ibid. a, b. *ut & incolæ πολυώνυμοι.* ibid *hodie quomodo dicatur.* ibid.b. *ejus situs.* 482.b. *unde sic dicta.* 483.a

Bizone, civitas Pontica. 403

Bocchus Maurorum rex. 235. 320.a. *ejus filia Jugurthæ uxor.* 328. *cum Jugurtha adversus Romanos incitat.* ibid. *cum Jugurtha conjungit exercitum.* 356. *cum à bello disistere Metelli legati hortantur.* 330. *Sullæ respondet.* 364. *ejus purgatio ad Romanorum expostulationem.* ibid. *ejus legati à Jugurtha corrumpuntur.* ibid. & 365. *legati à Gætulis spoliati, pavidi sine decore, ad Sullam profugiunt.* ibid. *delicti gratiam ab Romanis accipit.* 367. *ejus Punica fides.* 371. 372. *cum Sulla per interpretem agit.* ibid. *Jugurthæ insidias tendit.* 375. *Romanis Jugurtham tradit.* 376

Bois, quid? 148.b

Bomilcar Massivæ insidias tendit, eumque obtruncandum curat. 263. *rem ex æquo & bono.* 264. *à Jugurtha in Numidiam mittitur.* ibid. *vadibus datis judicium fugit.* 304. *ei Metellus persuadet, ut sibi Jugurtham tradat.* 305. *ejus ad Nabdalsam epistola.* 319. *ejus in Jugurtham insidiæ detectæ.* 318. *à quo necatur.* ibid.

Bono more vinci, quam malo vincere, satius est. 277.b

Bonum & æquum, id est, merum naturæ jus. 264.a

Bonum publicum uti etiam privatum usui est, ita id non aggredi, socordis est & ignavi. 521.a

Bonus vera virtutis via honorem consequitur, malus dolis & fraudibus. 19 b

Brutus duos filios virgis cædi & securi percuti jussit, quod consilia petendæ urbis sumpserant. 161.a,b

Brutus à Pompejo bello Lepidi interfectus. 505.b

Bruttium Græcis Βρεττία. 109.a. *aliis* Βρεττανία. ibid. *eorum in bello fortitudo.* ibid. *Dionysius Siciliæ tyrannus, querela sociorum fatigatus sexcentos Asios ad compescendos eos misit.* ibid. *Brutii unde dicti.* ibid. *cum Lucanis, originis suæ auctoribus, illis primum bellum fuit.* ibid. *Alexander Epiri Rex ab his cum omnibus copiis deletus.* ibid.b. *Brettii unde dicti.* ibid. *eorum limites.* ibid.

Bullæ, quid. 122.b

Byrsa, nomen arcis Carthaginiensium. 137.b

Byzantium fertili solo, fecundo que mari. 482.a

C.

Caduca sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. 500.a

Q. Cæcilius Metellus, Numidicus appellatus est. 278.a. *magni ejus animi exemplum.* ibid. *ejus vita & mores tam ab amicis quam inimicis probabantur.* ibid.

Cælatura differt à sculptura. 23.a,b

Q. Cæpio & C. Manlius Procoss. prælio à Cimbris victi, castrisque binis exuti sunt. 377.a,b. *octoginta militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta millia.* ibid. b. *Cæpio, cujus temeritate clades accepta erat, damnatur.* ibid. *ab L. Regino amico liberatus fuit.* 378.a. *ejus bona publicata.* ibid.

Cæsar antiqua vox Latina, τὸν κεφαλῶντα significat. 164.a. *hinc Cæsaries.* ibid.

Cæsar, quod est cognomen Juliorum, à Cæsarie dictus est & quare. 164.a. *ad Julium Æneæ filium genus suum referebat.* ibid. *ejus genus ex Venere fuit.* ibid. *ante præturam Pontifex Maximus fuit.* 130.a. *quo anno Pontificatum consecutus.* ibid.b. *ad impensas profusior.* ibid. *reputans magnitudinem æris alieni, quod constaverat, cum mane ad comitia descenderet, matri osculanti prædixit domum se non nisi pontificem reversurum.* 131.a. *unde plebem sibi adeo affectam reddidit.* ibid. *ædilitium munus edere instituens, quid fecit.* ibid.b. *à creditoribus retentus, juravit duobus milli-*

millibus & quingentis myriadibus ſibi opus eſſe, ut nihil haberet. ibid.b. *egredienti ex ſenatu nonnulli equites gladiis minitantur, & quare.* ibid.b. *Conſul, Catonem in Senatu, quia dicendi finem non faceret, loquentem prehendi, & in carcerem abduci juſſit, qui Senatu intercedente liberatus.* 134.a. *ejus in conjuratos oratio.* 135. & ſeqq *is erat tum prætor deſignatus.* 134.b. *an vera ipſius illa oratio ſit, dubitatur.* 135.a. *ejus & Ciceronis de morte ſententiæ impiæ* 142. a. *ejus liberalitas.* 165.b. *miſericordia.* 166 a. *facilitas.* ibid. *quoto ætatis anno occiſus.* 164.b. *Cicerone conſule trigeſimum ſeptimum annum agebat.* 165.b. *ante tempus legitimum conſul fuit.* ibid. *quando conſul fuit.* ibid. *eloquens fuit.* ibid. *magni imperii ac novi exercitus cupidus fuit.* 166.b *ut & novi belli. & quare.* ibid. *populo unde gratus.* 196.a. *rerum potitus plurimos ſine diſcrimine dignitatis in Senatum legit.* 197.a. *Remp. ipſi ordinare gravius fuit, quam cuiquam Romanorum, & quas ob cauſas.* 501.a. *ob duas virtutes, Modeſtiam ſc. & Clementiam laudatur.* ibid. *necem quid ipſi properavit.* 516.b. *majorem in adverſis quam ſecundis rebus animum habuit.* ibid.a. *tribunos ærarios inſtituit.* 528.b

Cajus Pontius Samnites quid optare ſolitus fuerit. 213.a,b

Cala, *antiquis lignum.* 179.b

Calaguritani obſeſſi, cum nullum aliud in urbe animal ſupereſſet, uxores ſuas, natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt, & reliquias cadaverum ſallierunt. 422.b. 423.a

Cale, civitas in Flaminia. 493

Calenſis villa, ab urbe Pariſiorum centum quaſi ſtadiis diſtans. 493.a

Calones qui, & unde dicti. 179.b

Calpurnius Numidiam acriter invadit, ſed à Jugurtha corrumpitur. 248. *Romam ad magiſtratus rogandos proficiſcitur* 251

Calumnia unde dicta. 79.b

Cameli quando Romanis primum ſint viſi. 494.495

Camera, quid. 168.b. *vox videtur Gallica.* ibid. *ejus diverſa diſcrimina.* ibid.

Camerinum, Umbriæ oppidum. 71.b. *Cameria Appiano.* ibid. *unde Oppidani Camerini dicti.* ibid. *Ciceroni & aliis Camertes.* ibid. *qui à Tyrrhenis in Umbriam ejecti.* ibid. *oppidi ſitus.* ibid. *Romanorum poſtea colonia facta.* ibid.

Camilli, Fabricii, Curii, quales fuerint. 155.a

Camilli inventum, laminam ferream ſcutis in orbem adaptare, & in quem uſum. 313.b

Camiſa, urbs. 471.b.472.a

Campus Martius, Marti ſacer. 70.a. *etiam Tiberinus dictus.* ibid. *fuit ager Tarquinii.* ibid. *ejus ſitus.* ibid.

Capitalem fraudem admittere, quid. 95.a

Capitolii ſitus. 44 a,b. *ejus deſcriptio.* ibid. *ab L. Scipione & Norbano Coſſ. ante Sullæ dominationem, quod à Regibus plus quadringentos annos manſerat, exuſtum eſt.* 121.a. *cauſa incendii omnes latuit.* ibid. *quis auctor, dubitatur* ibid. *ter everſum, & ter reſtauratum.* ibid. *à quibus.* ibid. *una cum Veſpaſiani interitu incenſum eſt.* ibid. *quod quartum à Domitio perfectum eſt & conſecratum.* ibid. *quantum in ejus fundamentis & reſtauratione Tarquinius impendit.* ibid. *viginti annis ante conjurationem Catilinæ incenſum.* 121

Capite cenſi, qui dicti. 340.b

Capitis damnatis poteſtas fuit, dum ipſorum celebrabatur judicium, abeundi palam, & in ſpontaneum ſecedendi exilium. 147.b

Cappadocia, Aſiæ minoris Regio. 453.a. πολυάνυμον. ibid. *in duas ſatrapias à Perſis diviſa.* ibid.

Capſa, ad occaſum Tritonidis paludis. 343.a. *ejus conditor quis.* ibid. *in eo oppido Jugurthæ theſauri.* ibid. *inter ingentes ſolitudines ſita.* 344.a

Capua urbs quæ, & unde ſic dicta. 77. b. 78.a

Capuenſes Ciceronem, cujus conſilio ſervati fuerant, inaurata ſtatua donarunt, & patronum ſibi aſciverunt. ibid.

Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum diſeruit. 472 a. *eum Pompejus in Sicilia muliebriter etiam flentem occidit.* 505.b

Carcer unde dictus. 168.a. *jure civili erat manſio reorum, non pœna.* 148.b

Cares, à Minoë victi. 492

Carina, quid. 97.a

Caroli magni, Ludovici Pii, & aliorum poſtea etiam apud Vandalos & Ungaros de re-

de regnis teſtatorum, teſtamentum commendationis tantum vim apud populum habuit. 210 a

Carthago, æmula imperii Romani 16.b. *Pœnorum lingua Carthada dicitur. & quid hoc ſignificet.* ibid. *à quo, & quando condita.* ibid. *Græcis dicitur Carchedon.* 17.a. *Hebræis hodieque* קרת ibid. *ejus ſitus.* ibid. *à quo deleta.* ibid. *utraque, tam Libyca, quam Iberica καινὴ πόλις appellata.* 233.a. *ejus tres erant partes.* ibid. *& quæ illæ.* ibid. *ejus ambitus, latitudo.* ib.b. *murorum altitudo & latitudo.* ibid. *initio belli Punici quam potens fuerit.* ibid.

Carthaginienſes inter ac Romanos per annos CXV. *aut bellum, aut belli præparatio, aut infida pax fuit.* 16.b. *in pace & per inducias multa nefanda facinora in Romanos fecere.* 138.a. *obſeſſi, aliorum crinium inopia, ad catapultarum intentiones fœminas raſere.* 299.b. *dicti Pœni, quaſi Phœni, & unde.* 327.b

L. Caſſius vir ſummæ ſeveritatis. 259.b. 260.a. *conſul, à Tigurinis in Gallia cæſus.* ib. *prætor ad Jugurtham mittitur.* ib.

Caſtra caſtris conferre. 435.b

Caſtra unde dicta. 12.b. *quid ſignificent.* ib. *in Caſtris juventus militaria munia diſcebat.* 12.b. *cur.* ibid.

Caſus & Fortuna ſæpe confunduntur. 192.b

Caſus, pro occaſio. 244.b 298.a

Catabathmos, quid. 225.a,b.

Cataphracti equites, qui. 454.a,b

Caterva, multitudo. 30.b

Catilina nobili genere natus. 8. *ex Sergiorum familia.* ibid. a,b. *ejus mores & ingenium.* 8. *Conjurationis ejus cauſa potiſſima.* 9. & 519.a. *ejus proximi & familiares.* 31, 32. *quomodo fidos & obnoxios ſibi faciebat.* 33. *juventutem quam illexerat multis modis mala facinora edocebat.* 37. *quid illi ſpem incepti perficiundi auxit.* 38. *filium veneno ſuſtulit, & ex rogo ejus nuptialem facem accendit.* 35.a. *ejus conſcientiam cultus arguit.* 36. *cum virgine nobili, cum Sacerdote Veſtæ nefanda ſtupra fecit.* 33, 34. *quænam illa virgo.* 33. a,b. *quænam ſacerdos.* ibid. & 34.b. *quæ abſoluta fuit, cauſa inceſti dicta.* ib. *quando accuſatus, quod multos à Sulla proſcriptos interfeciſſet.* 39.a. *Conſulatum ter ambiit, & ter votis excidit.* ib. *ejus in conjuratione ſocii.* 39.40.41. *ejus conſilii participes nobiles, qui.* 41. *pecuniarum repetundarum reus conſulatum petere prohibitus fuit.* 43.a,b. *Africam Provinciam obtinuit, & ejus in ea res geſtæ.* ib.b. *conſulatum petens, an de eo rationem habere deberet, L. Volcatius conſul conſilium publicum habuit.* ibid.b. *non petere poſſe, quia reus, decretum.* ib. *conjuratio ejus prima.* 39. *ex quibus conſtata.* ib.40.41. *ſecunda.* 42. *ejus in conjuratione ſocii in qua domo congregati ſint, varii varia ſentiunt.* 48.b. *in Velia habitavit, id eſt, in illa parte montis Palatini, quæ forum ſpectat.* ibid. *ejus oratio ad conſcios conjurationis.* 49.& ſeq. *proſcriptionem locupletium promittit, & quare.* 55.a. *pateris infudit vinum ſanguine humano permixtum, deinde circumtulit, ut omnes populares ſceleris ſui id libarent.* 57.b. *quem in finem* ibid. *ſanguis ille occiſi pueri fuit.* 58.a *ſanguinis fœdere conjurare docuiſſe creditur.* ibid.b. *una cum conjuratis ſtatuerat duodecim urbis opportuna loca incendere. & quare.* 65. b. *Ciceroni inſidias parat.* 68.b. *Ciceronem ipſis comitiis interficere decreverat.* 69.b. *Conjuratores in M. Porcii Leccæ domum convocaverat.* 72.b. *cur potiſſimum hanc domum elegit.* 73.a. *ejus & populariorum adventus Ciceroni nocte intempeſta à primis Romanorum viris & potentia fretis nunciatur.* 74.b.75.a. *quid Cicero, hoc nuncio accepto, fecerit.* 75.a. *urbe exire coactus fuit, cum ad ea, quæ Cicero ei objecerat, obmutuiſſet.* 83.b. *Lege Plautia interrogatus ab L. Paullo.* 83. *paratus ad diſſimulanda omnia.* ibid. *ejus ad Ciceronem invectiva reſponſio.* 85. *res præclare geſtæ.* 84.a. *à Patribus hoſtis vocatur* 85. *ejus tum furibundi reſponſio.* ibid. *in Manliana caſtra nocte proficiſcitur.* 86. *ejus literæ ad Q. Catulum.* 91. & ſeqq. *à quo, cum accuſaretur inceſti, quod cum Fabia virgine Veſtali commiſerat, liberatus eſt.* 91.b. *Ciceronem vehementer notat de falſa criminatione, & qua de cauſſa.* 93 b. *Senatus eum & Manlium hoſtes judicat.* 95. *de ejus conjuratione duo Senatus decreta.* 96.a.b. *diſcedens Lentulo & Cethego negotium dederat, ut ea quæ ad conjurationem pertinerent, diligenter agerent.* 103.b.

Umbre-

Umbreno jubet, ut Allobrogum legatos ad conjurandum ſollicitet. 103. *quibus patriæ libertas promittebatur.* 103.b. *ad viginti hominum millia contraxerat.* 110 b. *quo die una cum popularibus urbem incendere decreverat.* 111.a. *ejus, Lentuli, Cethegi, Autronii mores.* 159.b.160 a. *quantam militum copiam habuerit.* 170.b. *undique obſeſſus.* 173.a. *cum Antonio primum confligere ſtatuit, & quare.* ibid. *ejus ad milites ſuos oratio.* 173. & ſeqq. *exercitus diſtributio.* 177. & ſeqq. *fugam in Galliam parat.* 172. *ſervitia repudiat.* 171 *duobus exercitibus clauditur.* 173. *fortiter pugnans occiditur.* 184.185. *qua facie inter hoſtium cadavera repertus.* 185 186. *ejus Genealogia.* 184.b 185.a

Cato & Scipio qua ætate militare cœperint. 12.a

Cato animæ immortalitatem, & poſt mortem cæleſtia gaudia, vel inferorum ſupplicia eſſe credidit. 153.a,b

Cato virtutis rigidæ ſingulare exemplar. 164. a. *confertur cum Cæſare.* 164. & ſeqq. *Uticæ quando ſibi mortem conſcivit.* 165. a. *eloquens fuit.* ibid. *vitæ integer.* ibid.b. *moderatio in ipſo deſiderabatur.* ibid. *ejus ſumma conſtantia.* 197.a. *prætoram petens, repulſam tulit.* 166.a.

M. Cato inviſus, quaſi per beneficium, Cyprum relegatur. 47.a. *ejus genus.* 524.a,b. *ingenium.* 149.b

M. Catonis Cenſorini & P. Scipionis Naſicæ, an Carthago delenda eſſet, ſententiæ. 274.a

Catonis genus, principium dignitatis & gloriæ unde ſumpſit. 164.a,b

Catonis de conjuratis oratio. 150. & ſeqq. *ſententia.* 160. *natura & mores.* 164. & ſeqq. *eſſe quam videri bonus malebat.* 166. *ſenatus in ejus ſententiam diſceſſit.* 167. *ejus mira abſtinentia.* ibid a

Catuli & Cæſaris inimicitiæ. 129.a,b. *ædilis, prætor, & Conſul fuit cum M. Lepido* 130.a. *laudatur à Cicerone.* ibid. *Lepidum Italia expulit.* 430.b

Caudina pax, injuſſu Senatus facta, irrita fuit. 271.b. *ut & aliæ paces.* ibid. *non fœdere, ſed ſponſione facta fuit.* ibid.

de Cauſis publicis privata conſilia agere, capital ſemper habitum fuit. 39.a

Cea, inſula in mari Ægeo. 492.a

Cedere bonis, quid. 88.a

Celeres, ubi campus ad equeſtre certamen commodus, ex equis pugnarunt. 285.b. *Veteribus multo antiquiores.* ibid.

Cenſores locabant vectigalia, nec uſquam locare licebat, niſi Romæ 50.b.51.a. *primi qui, & quando creati.* 60.b. *eorum officium.* 61.a. *olim notabant perjurium.* 67.b.68 a

Cenſura initium unde. 60.b *dignitas.* ibid.

Centuria centum milites continebat. 283.a

Centuriæ pedstum. 267.a.345.b

Centuriis ſinguiis ſuum vexillum erat. 178.a. *in vexillis quid notatum.* ibid.

Centurio quis dictus. 67.a. *centum homines continebat.* ibid. *eorum electio duplex.* 178. a,b. *Primipili olim primus Centurio dictus.* 268.b *quo nomine poſtea inſignitus.* ibid. *ut ex primo principe legionis promoveretur, vetus conſuetudo obtinuit.* ibid. *ejus dignitas.* 269.a. *quot centuriæ ei paruerint.* ibid

Centuriones quinquaginta quinque in unaquaque legione. 177.b. *Conſulum juſſu aut permiſſu ex ſuo quiſque genere à tribunis electi.* 178.a

Ceparius conjuratus. 116. *ei ad ſollicitandos paſtores Apulia attributa.* ibid.b

Ceraunii montes, qui. 413.b

Certamen iniquum, quid. 295.a

C. Cornelius Cethegus è Corneliorum gente fuit. 40.b. *urbe ejectus ad Sullam confugit.* ibid. *conjuratus Ciceronis januam obſidere ſuſcipit.* 112. *in ejus domo enſes, ſtupæ, &c. abditæ.* 111. *queritur de ignavia ſociorum.* 112.b. *ei furioſam temeritatem adſcribit Cicero.* ibid b. *captus, familiæ & libertorum opem implorat.* 132. 133. *adoleſcens, Marianas partes ſecutus, cum Mario, Cinna, aliis urbem obſedit.* 160.a,b. *poſtea urbe pulſus ad Sullam fugit.* ibid.b

Cetra brevioris clypei genus. 349.b

Chæronea, Bœotiæ urbs. 496.b

Chalcedon, urbs. 447.b. πολυεύνυμος. ibid.

Chaldæi & Indorum Magi animas hominum immortales fuiſſe tradunt. 193 a

Chariſii locus reſtituendus. 417.b

Charybdis, circa Tauromenitanum egerit litus. 485.a. *Poëtarum carminibus celebris.* ibid.b. *hodie Calopharum dicitur à Siculis.* 486.a & *unde.* ibid. *ſingulis diebus ter ingenti gurgite aquas abſorbet revomitque.* ibid. *navigia minora unde in hoc*

in hoc freto abripiantur. ibid.b. *est mare verticosum.*487.b. *in eo est scopulus Scylla.* ibid.
Cibariæ & sumptuariæ leges. 507.a
*Cicero unde sibi odium & invidiam conciverat.*59.b. *Clodii potissimum artibus in exilium pulsus.*60.a. *ejusque in ipsum injuriæ.* ibid. *ex regio Volscorum sanguine se ortum prædicat.* 63.a,b. *à Juvenale eques municipalis appellatus.* ibid.b.108.b. *ubi, & è quibus natus.* 63.b. *quando consul fuit.*64.b.65.a. *inquilinus civis à Catilina vocatus.*84.b. *urbi præsidio esse jussus.* 95. *orationem novam consularem ad populum habuit, quo die Allobroges Catilinæ conjurationem involgarunt.* 110.b. *Consul optimus dictus.* 111.a. *aliquot ex conjuratis ad sese vocari jubet.*116. *ipsi conjuratione patefacta, quem honorem plebi præbuerit.*124. *ejus de Reipubl. casu miseratio.* 138.b. *quando natus.* 165.a. *constantia in ipso desiderabatur.* 165.b. *legem Porciam sustulit.* 533. *Romam se consule fortunatam jactat.* ibid.a,b. *urbi plus in toga quam alii Imperatores in armis, consuluit.*533.b. *Romulus Arpinas dictus.*534. *caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit.* 474. *ejus uxor sacrilega, ac perjuriis delibuta.* 532. *filia, matris pellex.* ibid.
Cilicia, Asiæ minoris regio. 458.a,b
Cimbri, omnibus quæ circa Rhodanum, & Pyrenæum sunt vastatis, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt, reversique in Galliam Teutonis bellicosis se miscuere. 377.b.378.a
Cimbrorum Teutonorumque divagationes. 180.a. *contra legatos Romanorum armis insurgunt, & quare.* ibid. *Sullano, Servilio Cepione, ac M. Manlio fugatis, castrensi præda ingenti potiti sunt.* ibid. *postea à C. Mario victi, & ubi.* ibid. *eorum nomina quando Romanis primum audita.* ibid.b. *lingua Gallica* latrones *dicti, & quid hoc significet.* ibid.
*Cinna, quare à C. Octavio collega cum sex trib. pl. urbe pulsus.*120.b. *urbi quomodo bellum intulit.* ibid. *una cum Mario in urbem receptus, quam vastaverunt.* ibid. *omnibus adversæ partis occisis, inter quos M. Antonius, & Cæsar, quorum capita in rostris posita sunt.* ibid. *in quarto consulatu à militibus suis interemptus est.* 121.a *ejus in urbem reditu omnes interiere ordines.* 399. *ejus scelera.* ibid.b
Circumveniundus, i. e. decipiendus. 394.a
Cirtha, non longe à mari, inter nobiles Numidiæ urbes olim eminens, ac regni Syphacis caput. 236.b. *hodie ut dicatur.* ibid.
Cisspadanæ & Transpadanæ regionum situs, & unde sic dictæ. 129.a
Civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri, leges non permittebant. 138.b. *perpetuo carcere mulctabatur, si deprehensus foret, si non, exilio puniebatur.* ibid. *interfici, Lex Porcia vetabat.* 3[illegible]a. *in exilium ire jubebat.* ibid.
Cives patria expelli, asperum & acerbum imperium, non clementia. 509.b
Cives Rom. privati tantum argenti ad mensæ apparatum possedere, quantum Carthago, cum maxime floreret, habuit. 338.a,b
in Civilibus discordiis nihil festinatione tutius. 112.b
Civis mali indicium, non in commune consulere, sed privatim sibi quisque providere. 155.b. *inde discordiæ, & Rerump. interitus.* ibid.
Civitas, quid. 82.b. *quibus modis consona, & ne discordia aut seditionibus commoveatur, reddenda.* 508.a
Civitatem petendi magistratus gratia adipisci, quid. 271.a
in Civitate, quæ seditionum expers futura sit, & inopiæ, & divitiarum termini statuendi sunt. 96.b
Clades, quid. 174.a
Classicum canere, quid. 176.b.177.a
Claudia lex adversus senatum, ne sc. Senator, vel Senatoris pater, maritimam navem plusquam trecentarum amphorarum haberet. 105.a
Clemens, pro, non nimius. 238.b
Clementia quomodo præbenda. 154.b
*Clientes sunt in fide patronorum.*214.b. *ejus cum patrono necessitudo, & vice versa.* 69.b
Clodius tulit legem annonariam, valde popularem, ut sc. frumentum populo daretur gratis. 98.a
Clypeus, Græcis ἀσπὶς. 313.a
Cochleæ, antiquis non tantum in pretio, sed hodieque nonnullis gentibus in deliciis.

tuis. 348.a. *terrestres stomacho utiles* ibid. *optimæ, quæ.* ibid.
Cœlo terram, & terra cœlum miscere, Proverb. 275.b
Cœnas tantum celebravere prisci. 513.b
Cœnabant antiqui lautius, prandebant tenuius. ibid.
Cohors, quid. 170.a. *quingentos quinquaginta quinque continet pedites, equites sexaginta sex.* ibid. *prima, reliquas numero militum & dignitate præcedit.* ibid. *Prætoria à Scipione Africano instituta.* 184.a. *quinam in hac milites.* ibid. *eorum arma.* ibid. *unam solam habebant veteres, postea per bella civilia auctæ.* ibid *ex manipulis conficitur.* 177.b. *vox Græcanica, & quid significat.* ibid. *Legionaria justa & vera hominum* cccxx. *continebat.* ibid.
Cohortes in legionibus omnes erant numero æquales. 177.b. *primæ dignitas aliqua attribuitur, & quare.* ibid. *in centurias dividebantur.* 178.a
Cohortes totas & turmas habere, & quietas ante ipsas portas castrorum ponere, Romanis mos fuit. 280.a. *id vocabant stationes, & unde.* ibid. *quæ quidem olim totum diem habitæ, sed mutavit Æmilius ob causas, & binas in diem posuit.* ibid. *has deseruisse, capitale.* ibid. *has omnes, Velitibus exceptis, cohortes obibant.* ibid. *decimoquoque die munus redibat.* ibid.
Cohortes expeditæ, id est, levis armaturæ. 283.a. *in hyberna mittere.* 266.a
Collatia, vel Conlatia opidum. 316.a *situs.* ib.
Collatina porta unde dicta. ibid. b. *eadem cum Pinciana.* ibid. *via, & ejus situs.* ib.
Colonia quid. 41.a. 277.a
Colonias deducere, quid. 276.b
Coloniæ ut deductæ. 174.b
Columus & culmus, calamum olim significabat. 219.a
Comes interior, id est, dexter. 211
Comitia variafuere, & eorum descriptio. 63. b. 64 a.
Commeatus nomine quænam intelligantur. 174.b
Commodum publicum non separatum est à privato. 526 b
Compedes, quid? 148.b
Competere lingua, auribus, animo, quid. 473
Compos animo, lingua. ibid.
Compositi, id est, redempti. 387.a
Concio, quid. 173.a,b
Concordiæ templum Camillus vovit. 117.a. *ejus templi situs.* ibid. *in pronao ejusdem templi fuit Victoria.* ibid. *habebantur etiam in hoc templo Senatus & Orationes.* ibid.
Confectus, ad ultimum exhaustus & absumptus. 208.b
Conficere bellum, pacem, &c. 136.b
Conjuratorum Catilinæ partes, & suum cujusque munus. 111, 112. *quo die deprehensi, in custodiam traditi, & de iis supplicium sumptum.* 132.a
Conscius, tam in bonam, quam malam rem sumitur. 32 a,b
Consilia non ex re, sed ex eventu judicantur. 515.b. *bona & salutaria celeritate arripienda & exsequenda.* 529.a
Consiliarii quales Cæsari adhibendi. 502.a
Consiliis patratis, id est, perfectis. 213.a
Consuescere cum aliqua, pro rem habere. 62 a
Consulares, qui. 91.a.161.b
Consulatum petendi tempus legitimum erat annus quadragesimus tertius. 164.b.165.a
Consulatus & prætura, imperia proprie dicuntur. 332.b
Consules fieri quando capti. 12.a. *unde sic dicti.* ibid. *eorum officia.* ib
Consules & Senatores, & qui concilio aderant, dum de re quapiam consultabant, stantes esse opus erat; post sententiam vel orationem dictam, assidebant. 83.b. *singuli binas tantum legiones contra hostem ducebant.* 86.a. *designabantur sex fere mensibus ante, quam consulatum inirent.* 246.a. *verum haud semper idem mos fuit.* ibid. b. *plerumque aut comparabant inter se provincias, aut sortiebantur.* ibid b
Consules & alii magistratus aliquot mensibus ante declarabantur, deinde Calendis Januariis Magistratum inibant. 278.b
Consuli fidem publicam sine auctoritate senatus dare non licet. 118.a
Consulis erat olim, principes exercitus, & viros ordinis senatorii, cum aliquid grave atque arduum deliberandum esset, convocare. 366.b
Consulum est, videre ne quid Reipub. detrimenti capiat. 75.b. *eorum veteri Republ. insignia, quæ.* 94.b
Consul unusquisque in expeditione legatum habebat. 182.b

Contagio, quid. 18.b
Contubernium, quid. 310.a
Conviviorum privatorum ad ſtructuram quæ pertinebant, in magnificentia ſua fere omnium fidem excedebant. 338.a,b. *Pontificalium, Auguralium, triumphaliumve apparatus adhuc magnificentior.* ibid.
Coopertus, non leviter tinctus, ſed plane imbutus. 60.b
de Corde plurimæ antiquorum ſententiæ. 158.a,b
Cornelia gens ampliſſima nobiliſſimaque omnium antiquis habita fuit, & quare. 169.b. *ejus origo.* ibid. *in patricias diviſa fuit familias & plebeias.* 198.b. *& quæ patriciæ.* ibid.
Corneliæ Gracchorum matri ſtatua poſita eſt in Metelli publica porticu. 276.a. *eloquentiſſima fuit, & filiorum eloquentiæ non parum contulit.* ibid.
Q. Cornificius conſulatum cum Cicerone petiit, & repulſam tulit. 124.b
Corpora noſtra ut ſine mente, ſic civitas ſine lege ſuis partibus ac nervis, ac ſanguine uti non poteſt. 500.b
Corpus homini cum belluis commune. 2.b
Corſicæ inſulæ prima notitia mirabilis. 410.b *ejus à Sardinia diviſio.* 411.a. *multis locis eſt anguloſa, gignens lætiſſima pabula, & lapidem quem Græci Catochiten appellant.* ibid.
Coſa, Thuſciæ civitas. 481.a
Cottæ fuere tres, omneſque Conſulatum adepti. 44.b.45.a
C. Cottæ Conſulis ad Populum oratio. 484. & ſeqq.
Cottæ malæ ſecundæque res, opes, ingenium non mutabant. 516.a
Corycius crocus optimus. 405.a
Corycum, Ciliciæ oppidum. 404.b
Craſſus Pompejo infeſtus. 46
Craſſi ſevera diſciplina militaris. 481.b
M. Craſſus conjurationis Catilinæ conſcius. 125.b. *in eum & Cæſarem Cicero non minima ex parte conjurationis cauſam refert.* ibid. *quam ſuſpicionem nonnulli non habendam cenſuere.* 127.a. *ab aliis pro certo creditur.* 128.b. *à Tarquinio homo nobilis & maximis divitiis nominatus.* 126.a. *ejus divitiæ.* ibid.a. *populo unde gratiſſimus.* ibid. *Ciceronis inimicus habitus fuit, & qua de cauſa.* 127.a. *cur ipſum palam non infectatus.* ibid.
Credere, confidere. 369.a
Creta, maris Mediterranei inſula, Jovis incunabulis & centum urbibus quondam clara. 447.a. πολυώνυμος. ibid. *hodie Candia dicitur.* ib. *medio Ponto jacet.* 493
Cretenſes ſagittandi peritia excelluere. 284.b. *quidam originem ad eos, alii ad Perſas, ad Scythas alii trahunt.* ibid. *primo religionem invenere.* 475.b.476.a
Crimen, qui in judicio interrogatus fatetur, pro convicto habetur, niſi non appareat crimen, quod reus confeſſus eſt. 161.a
Crimina quædam ita gravia erant, ut expiari nequirent. 141.a. *nonnunquam impunita manere ipſius Reip. intereſt.* ibid. *nobilitate augentur, ſi ſit tale crimen, quod extinguit ſplendorem ſanguinis, & Reipubl. detrimentum adfert.* 156.a
C. Criſpus Salluſtius Patricia gente Romæ natus. 1.a. *præcipuam inter eos qui res Romanas ſcripſere, laudem adeptus.* ibid. *quo Thucydides Herodoto major, eo Livio præſtantior.* ibid. *à Conſcribis Senatu motus.* 7.b. *cauſa.* ibid. *ſervilibus officiis non intentus fuit.* 8.a. *laudatur.* 9.b. *de eo in Catilinæ hiſtoria quædam diſſimulante Corollarium.* 188. *multa ad Ciceronis laudem ſpectantia omiſit, ſeu invidia, ſeu negligentia.* 149.b. *in ejus hiſtoriis, quæ prima, quæ ſecunda, difficilis dijudicatio.* 380.a. *earum breve argumentum.* ibid.b. *Cæſari valde amicus fuit.* 515.a. *ejus declamatio in M. Tullium Ciceronem vulgo credita.* 531. & ſeqq. *ubi ætas ingeniumque adolevit, animum in litteris, non armis & equis exercuit.* 525
Croco aqua diluto ſpargebant humum. 418.a
Crotona, Etruriæ urbs. 113.b
Croto urbs Brutiorum celeberrima. ibid. *murum in circuitu patentem XII. millia paſſuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum.* ibid.
Cruces omnes non ad unum exemplar erectæ fuere. 218.a. *vulgares non admodum altæ.* ibid. *in iis ſuperius tabula alba nigris literis notata, in qua cauſa mortis deſignabatur.* ibid.b. *aliæ aliis, pro ſtatura hominis, ſtatui ſolitæ.* 457.a,b
Cruci affixis beſtiæ nonnunquam crudeli modo ſubjiciebantur. 218.b
Crucifigendi ritus. 218.a,b

Digitized by Google

Crux tribus partibus constabat. 218. b. *Tau Samaritano, Salebdi Ægyptio, vel Tavi Abyssinorum simili.* ibid.
Culpa præcedit, pœna sequitur. 141.a
Cultus, pro vestitu. 29.a. *in bonam & malam partem veteribus acceptus.* ibid.
Cultus pueritiæ, id est, ornatus. 320.a
Cumæ, urbs Campaniæ celebris. 492.a
Cuneus, quid, & unde dictus. 303.b
Curetes Jovis cultores dicuntur. 475.b
Curia, quid. 85.b. *ætate Catilinæ ubi fuit.* ibid.
Curia pro Senatu. 113.a
Curio se Æmilio Lepido opposuit, & præferri voluit. 394.a. *nomine histrionis Barbuleius dictus.* 416.b. *Dardanos vicit.* 436.b. *multis magnisque honoribus cumulatus.* ib. *quasi conciliator & pararius Cæsarianorum fuit.* 503.a. *ob id maximo ære alieno à Cæsare liberatus.* ibid.
Q. Curius conjuratus. 60. *senatu motus est à Censoribus, probri gratia.* 61. *ejus cum Fulvia consuetudo.* 62. *quomodo ille conjurationem Catilinæ revelavit & patefecit.* 74. *homo futilis.* 62.a
Curribus falcatis usi antiqui. 493.a,b. *eorum descriptio.* ibid.
Cursu antiquitus certare familiare fuit. 204. a. *hunc Plato quoque ad bellicas artes commendat.* ibid. *ejus tria genera.* ibid.
Curubis, Africæ urbs. 471.b. πολυώνυμον. ibid.
Custodias, pro, custodiæ. 441.b
Cyrus in Asia bella gerere primus cepit. 3. *ejus ortus.* 4.a. *res gestæ.* ibid. *à Tomyri Massagetarum regina, cum ducentis Persarum millibus trucidatus.* ibid. *eo nomine & nunc, & olim Solem Persæ nominarunt,* ibid.b. *hinc procul dubio Græcis Sol* Κύριον *dictus.* ibid.
in Cyrenaica regione multa arenosa & deserta loca. 326.a. *ubi Chamus Noachi filius inter Deos relatus.* ibid.
Cyrene civitas. 234.a. *ejus situs.* ib. *unde sic dicta.* ibid. *à quo condita.* ibid. *Thereôn colonia.* ibid.
Cyrene, opidum Cyrenaicæ regionis. 325.b. *Pentapolis dicta.* ibid. *Aristippi Philosophi patria.* ibid. *unde dicta.* ibid. *hodie* Corcu *dicitur.* 326.a
Cyrenenses Battiadæ unde dicti. 234.a
Cyzicum, insula in Propontide. 434.b

D.

Dabar, ex gente Masiniſſæ. 371. *Massugradæ filius.* ibid. *interpres inter Bocchum & Sullam.* 372
Dædalus qualis fuerit. 411.a,b. *exul in Cretam ad Minoëm se recipit, & quare.* ibid. *quid ibi fecerit.* ibid. *inde navigio ad Cocalum Siciliæ regem se contulit.* 412.a. *fecit sellam compactilem, quæ apud Athenienses in delubro Minervæ dicata fuit.* ibid. *ejus ἀγάλματα quædam quæ soluta aufugiunt, vincta manent.* ibid.
Dalmatæ feroces. 298.b. 495
Damasippus civis Romanus nulla virtute præditus, nulla laude clarus, prætor evadit. 144.a,b. *ejus in prætura crudeliter res gestæ.* ibid. *jussu L. Sullæ Victoris jugulatus.* 144
Damnati, qui injussu Imperatoris pugnassent. 16.a. *ut & qui signa aut locum assignatum deseruissent.* ib. *quænam hæ pœnæ.* ib.
Daniel leonibus objectus fuit. 218.b
Danubius, Europæ maximus fluvius. 473.a. πολυώνυμον. ibid. *origo ejus & situs.* ib.
Dardania, Europæ regio. 410.a. πολυώνυμον. ibid.
in Debitoribus puniendis mos antiquus. 88.a
Decora arma, decori equi. 13.422
Deditivus, pro, dediticius. 257.a,b
in Deditionem sine ulla conditione acceptos, legas sæpe apud Historicos interfici. 346.a. *eorum urbes incendere, belli fuit licentia.* ibid.b
Delectus militum per consules quomodo & ubi fiebat. 95.a,b. *aliquando sorte capti.* ib. *contumaces in vincula conjecti, damno affecti, bona eorum vendita & direpta, in servitutem, immo ad mortem rapti.* ibid.
Delubrum, quid. 23.b.24.a.
Demetrius Phalereus Ptolomæum regem subinde admonebat, ut libros Politicos legeret & cur. 196.a. *ut libros de regno scriptos emeret, & quare.* 512.b
Deplorati sunt, pro, deploraverunt, id est, conquesti sunt; antiq. 366.b
Deses, quis. 163.b
Desiderium in bono voluntas, in malo libido vocatur. 277.b
Deum nihil latere, statuunt omnes sinceri Philosophi. 529.b. *secus Epicurus.* ibid.
Dextimus & sinistimus, antiq. 359.a
Dextra sidere, honoratior locus apud Roma-

nos, quam sinistra. 211.a
Dialis cœna, quid. 196.a
Dicere, est promittere. 410
Dictator omnia pro arbitrio exequebatur. 9.a
T. Didius in Hispania imperator. 474 a,b
Die, pro diei. 292.b
Dies apud Romanos à media nocte incipiebat. 72.b ejus partes. ibid.
Diomedes fuit de civitate, quæ Argos Hippion dicitur. 309.a. in Apulia civitatem condidit. ibid.
Dionis error. 130.b
Dionysii error. 10.b
Dirimere, quid. 46.a
Discedere in sententiam alicujus, quid. 167.b
Discordiarum in Rep. causæ. 507.b
Dispalata, id est, dispersa. 521.a
Dispipare, quid. 31.b
Dius, pro Deus, antiq. 92.a
Divitiæ animum deliciis corrumpunt. 52.a. non tam honestati quam malitiæ serviunt. 511.a
Divitiarum & formæ gloria, fluxa est atque fragilis. 3
Divitias quinam ludibrio habeant. 28.b
Divo Augusto decurias ordinante major pars judicum in ferreo annulo fuit. 151.b
Dolor in libertate sua vindicanda ferocior, quàm in injusta dominatione cupiditas. 175.a
Dolus, pro solertia. 68.b
Cn. Domitius Calvinus Consul. 401.a,b
L. Domitius Ænobarbus dictus. 524.a. ejus nullum membrum à flagitiis vacuum fuit. 525.a
L. Domitius & Q. Mutius, Scævola Pont. Max in ædem Vestæ fugiens, jussu Marii in ipso ædis vestibulo occisus. 505.a
Domus tabulis pictis non circumducenda, sed temperantiæ pictura ornanda. 513.b
Donati locus in Phormione castigandus. 390.a,b
Donationes Frumentariæ singulo quoque mense in populum fiebant. 98.a
Duces, incruento exercitu victoriam deportantes, laudantur. 492
Ducum adversus Conjuratos catalogus. 78.
Duillius Consul in Sicilia adversus classem Pœnorum pugnavit, primusq; Romanorum ducum navalis victoriæ triumphum duxit. 137.a. honor ipsi quis ideo habitus. ib.
Durius flumen. 426.409.b

E.

Effata, unde dicta. 139.b
Effœta virtus. 163.b
Effœminare, quid. 19.b
Egestas publica, opulentia privata, Reip. periculosa. 155.b
Elephas Maurorum lingua Cæsar dicitur. 164.a
Elephanti ad bella à Persarum regibus cur tracti. 287.a. quo tempore Romani eos primum in bellum eduxerint. ib. quis illis locus datus. ib. interdum in equitum turmis immiscebantur. ibid. in munere gladiatorio per funes incessêre, & alia ludicra exercuere. ib. quando pugnaturi in aciem procedebant, rectores his belluis in acie aderant. ib. turres dorsis eorum imponebantur, in quibus cum variis telis milites. ib.b. capti vi cum turribus in triumphum deducti. ib. fabrili scalpro intra aures acto necare eos, Asdrubal primus instituit. ib. eos necandi varii modi ib. eorũ in prælio vehementia. ib.
Elysius campus, quid. 153.b
Enitescere, cum gloria effulgere. 166.b
Epidamnus Dalmatiæ aut Macedoniæ colonia. 401 b. à Romanis Dyrrachium dictum, & cur. ibid. hodie quid nominis obtineat. 402.a
Epulæ populo universo, vel favoris aucupandi, vel alia de ratione sæpe tribuebantur. 196.a
Epulum, διανομὴ. ibid.
Eques, equestris ordinis, & equestri loco natus, differunt. 41.a
Equestris ordo aureum annulum pro insigni habuit, & quare. 151.b. ex hoc ordine ad Senatorium transitus erat. ibid.
in Equestri prælio pugnandi modus. 303.a,b
Equites Auxiliares primus Tullus Hostilius Alba jam diruta Romanis junxit. 205.b. qui in alas divisi. ibid.
Equites in conflictu peditum ordinibus periclitantibus opem ferre solebant, relictis equis. 177.b
Equitibus Rom. mos, legitimo stipendiorum tempore expleto, equo ad censores deducto, redditaque militiæ ratione, vacationem petere. 479.b
Equi toti usque ad ungulas ferro tecti. 454.b
Ereb vesperam Ebræis denotat. 153.b
Ericium, quid. 437.a
Erythræum sive rubrum mare, unde dictum. 232.a

Escendere. 356.a
Evocati *dicti, qui stipendiis emeritis, militare rursum cogebantur.* 178.b
Evocatio militaris, quando fiebat. 332.a. *quid.* 332.a. 178.b
Eumenes Alexandri Magni Scriba, dixit, vitam se potius quam fidem positurum esse. 391.b
Εὐοῖ σαβοῖ, ὗες ἄττης, ἡ ἄττης ὗες, *Bacchantium clamor.* 120.a
Euphrates Mesopotamiæ fluvius. 491.a. *unde dictus.* 490.b. *ejus situs.* 491.a. *in quinque alveos dividitur.* ibid. *quinam illi.* ibid.
Euryclitæ, vatum species, in quibus fatidicus spiritus inerat. 120.a
Exanguis, quid. 36.b
in Excelso vitam agentibus, quid agendum. 140.a
Ex copia rerum, id est, ex rerum statu. 272.a
Excubiæ erant diurnæ, & ad portas, & vallum castrorum. 280.a
Exercitus unde dicitur. 282.a. *universus in tres partes distribuitur.* 179.a. *etiam in quatuor.* ibid. *non semper uno modo.* ibid. *cum in acie ad pugnam instruebatur, quis-nam ordo servatus.* 289.a
Exilium, non est pœna judicii. 509.a
Ex re, id est, *ex merito.* 18.b
Exta unde dicta. 306.b
Extrema necessitas, mors. 391.a
Exulibus ubi impune degere licebat. 147.b

F.

Fabii fuere Romani nobilissimi. 197.b. *eorum res gestæ.* ibid. *eorum ortus.* 198.a. *quatuor familiæ.* ibid. *in eorum familia Labeones quoque.* ibid.
Fabius unde Maximi cognomentum accepit. 383.b
L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis. 437.b. 438.a
Q. Fabius Labeo Prætor anno DLVIIII. *ex Creta navalem triumphum egit.* 198.a. *anno* DLXX. *Consul fuit cum M. Claudio Marcello, & anno* DLXXIII. *Pontifex factus.* ibid.b
Q. Fabius Maximus Æmilianus triginta vix militum millibus, ducenta Gallorum millia ad internecionem dedit. 14.a. *ibidem trophæum erexit, & templa duo, Martis & Herculi.* ibid. *ex Fabiorum familia fuit.* 197.b. *Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit.* ibid. *ejus monumentum.* 198.a
Facetia, non tantum circa ridicula consistit. 68.a
Facies unde dicta. 37.a. *totius corporis forma.* 407. *unde dicta.* ibid.
Facinus, quid. 31.b. *hoc inter & flagitium differentia quæ.* 60.b. *in bonam & malam partem accipi potest.* 213.a
Factiosi quinam dicti. 247.b
Factio, quid. 525.a
Factum consilium, consilium factum desiderat. 3.a,b
Fæsulæ, Græcis Φαισῦλαι. 70.b. *ejus reliquiæ ubi.* 71.a. *Romanorum colonia facta.* ibid. *earum situs.* 65.a. *à quo conditæ.* ibid. *unde sic dictæ.* ibid.
Falarica Saguntinis mißile telum. 301.a. *ejus forma.* ibid. *terribilis ictu & visu.* ibid.
Famam præclari facinoris quærere. 6
Familiæ nomine quid intelligatur. 132.b. 133.a
Fama, unde dicta. 139.b
Fannii duo fuere, & eorum scripta. 381.b
Fasces, quid. 45.a. *Hetruscorum antiquitus ornamentum fuere.* ibid. *Consulibus præferebantur.* ibid. *de iis Lex Julia.* ibid.
Fatum & Fortunam sæpe confudit antiquitas. 107.b
Ferentarii milites, qui. 182.b. *unde sic dicti.* ibid. *ejusmodi equites in vetere Æsculapii æde picti.* ibid. *hos Cato referentarios dixit, & unde.* ibid.
Ferrum, pro gladio. 62.a
Fessi ut arma sua incumberent, Romani moris est, & bellicæ necessitatis. 435.a,b
Fessus, egens consilii. 481.a
Festi *locus correctus.* 358.b
Fides, quid. 49.a
Fides & veritas sese ab aula procul secernunt. 471.b
Fine inguinum. 436
Finium regionum naturalis separatio quæ. 326.a,b
Flagitiosus, quis. 30.a
Flagitium, quid, & unde. ibid.b & 31.b
Fluctus decumanus, Græcis τρικυμία. 487.a
Focus Diis Penatibus sacer. 150.b
Fœdum, execrandum. 36.b
Fœdus injussu populi fieri non potuit. 291.b. *cum obtestatione Deorum percutiebatur,*

& quibus verbis. 374.b. *eorum maxima ſimper fuit apud gentes religio.* ibid. *percutiendorum varius ritus.* ibid. & 375.a

ex Fœneratoribus quænam in civitate incommoda. 508.b. *de iis inter leges Julias nulla.* ibid.

Fœnus non omnino improbandum. 87.a. *pro libitu aliquando auctum.* 88.b

Fontes veneno inficere, non tantum contra morem majorum, ſed & contra fas Deûm. 296.a,b

Forenſem facundiam antiqui caninam dicebant. 466.a

Fori Romani ſitus. 105.a,b. *unde Romanum dictum.* ibid. *in tres partes diviſum, & in iis varia hominum ſtudia.* ibid.

Fortuna in omni re dominatur. 14. *Primogenia.* 107.b. *pro quibus rebus intelligenda.* ibid. *magna nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur.* 140.a

Fortunam cuique ſuam aſſignarunt veteres. 107.a. *Orientales cum ipſo Deo confuderunt.* ibid.b. *ſingulis rebus ingenitam credidere gentiles.* ib. *ſuam ſibi fingit ſapiens* 192.b

Fortes qui videantur. 176.b

Forum, gen. maſc. 428.b

Foſſa, in caſtris qualis. 239.b

Frequens Senatus. 126.b

Frequentativis pro primitivis uti Salluſtio familiare. 273.b

Fretum Herculeum inter mare noſtrum & Oceanum. 225.a

Frons in exercitu quidnam dicitur. 178.a

Frumentaria lex factione Patrum lata. 432.b

Fuſidius, bonorum omnium dehoneſtamentum. 392

Fulguri quemadmodum quod in terras ceciderat, eo loco, quo condebatur, ſolebat veluti ſacellum imponi, vel ara in ſummo foraminata, ita etiam Aquilæ ejuſmodi ædicula imponebatur, & quare. 179.b

Fulmina feralia. 398.a

Fulvia, nobilis mulier, cum qua Catilinæ vetus ſtupri conſuetudo fuerat, conjurationem ejus, clam noctu profecta, Ciceroni detexit. 62.a,b. *non ſolum ea quæ Catilina moliebatur, ſed modum & viam, qua id facinus perpetrare decreverat, compluribus narravit.* ibid.

M. Fulvius vir Senatorii ordinis filium in aciem euntem retrahens, necari juſſit: præfatus, non ſe illum Catilinæ adverſus patriam, ſed patriæ adverſus Catilinam genuiſſe. 102.b

M. Fulvius Flaccus quo anno Conſul fuerit. 223.a. *Proconſul quid rerum geſſerit.* ibid. *una cum filio interemptus* 222.b. *non cum Tiberio, ſed cum Cajo Graccho occiſus eſt* 277.a. *de Liguribus, Vocontiis & Salviis triumphavit.* 383.b

Funda, quid. 283.a. *ex lino vel ſetis fieri ſolebat.* ibid. *ejus inventores* ibid.b. *unde dicta.* 284.a. *ejus materia triplex.* ibid. *forma.* ibid.b. *duo illis miſſa.* ibid. *variis gentibus in uſu.* ibid. *præter communem, quæ vulgo in uſu, fuere etiam diſtinctæ quædam ſpecies.* ibid.b

Funditores unde dicti. 283.a

Fuſius & Ælius tribuni, legem tulêre, ne agi cum populo liceret, niſi prius captatis auſpiciis. 149.b

G.

GAd, Fortunam & ipſum Jovem denotat, ſeu ἀγαθὴν τύχην. 107.b. *hinc Rabbinorum* גד *ſive Geda, Perſarum Goda, quod Germanico*, Godt, *ſimile eſt.* ibid.

Gades, extremus noti orbis terminus apud antiquos. 415.b. *inſula* 462.a

Gaddir oppidum, Tarteſſus prius cognominatum. 415.b

Gætuli, Libyæ interioris populi. 226.b. *eorum regio Gætulia.* ibid. *πολυώνυμοι.* ibid. *ſub Juba rege fuerunt.* 227.a. *initio Africam habuere.* ibid. *ferarum modo viventes.* ibid. *eorum veſtitus, potus, cibus.* ibid. *vagi pecora ſequuntur.* ibid. *ſingulis aliquot ſimul conjuges.* ibid.

Gallia omnis quando à Romanis perdomita. 383.a,b.

Galliæ Ciſalpinæ & Tranſalpinæ diviſio. 108.b. 109.a.

Gallica gens bellicoſa. 104.a. *Romanis infeſta.* ibid. *nulla formidabilior.* ibid.b

Gallici nominis quantus terror. ibid.

Galli præter cæteros augurandi ſtudio calent. ibid. *eorum corpora intolerantiſſima laboris & æſtus.* ibid *omnibus qui Aſiam incolunt gentibus, fama belli præſtant.* 163.a. *ferox natio.* ibid. *eorum ſtatura.* ibid. *prælium ineuntes, quid agant.* ibid. *omnes & Germani uno vocabulo à veteribus Græcis Celtæ, à Romanis Galli dicti.*

dicti. 377.a. *aliquando Græcè locuti.* 468.a. *natura bellicosi.* 529.a,b. *cum illis amplius pro salute, quam gloria certatur.* ibid. *duas res industriosissime persequuntur, rem scilicet militarem, & argute loqui.* ibid.
Ganeones, qui, & unde dicti. 28.b
Gaudium, quid. 125.a
Geneva extremum Allobrogum oppidum est & Helvetiorum finibus proximum. 104.a
Genio frons sacra. 158.a
Genius & Fortuna eadem. 107. b. *sicuti omnibus mortalibus attribuebatur, ita muris, civitatibus, Reip. eadem erat superstitio.* ibid. *in Romana Urbe publice cultus.* ibid.
Geno, antique *pro gigno.* 186.b
L. Genutius trib. pleb. tulit ad populum ne fœnerari liceret. 87.b.88.a
Germani rhenonibus corpus tegunt. 467.b
Gerundia tam ab agentis, quam à patientis significatione proferuntur. 305.b
C. Geta à Metello & Cn. Cornelio Censoribus senatu ejectus, Censor nihilominus creatus. 61.b
Gladiatores varii nominis. 81.b. *qua de causa genus hoc hominum maxime suspectum fuit.* 82.a. *amandati procul in diversa loca.* ibid. *eorum ludi plures, & suis quidem nominibus discreti, Romæ fuere.* 81.b. *quinam præerant hisce ludis.* ibid. *in universum duo genera.* ibid.
Glans, quid. 298.b
Gliscere, quid. 427.a
Gloria industria alitur. 523
Gloriam & libertatem in dextris portare. 174
Gloriam qui venatur, multum ut laboret oportet. 512.a. *hoc de futuro principe magis.* ibid.b
Glutinum, Dædalus invenit. 456.b
Gæsa Gallorum, quid. 182.b.183.a
C. Gracchus ab L. Opimio occisus. 222. *trib. pleb. inter cæteras leges, Agrariam quoque, ob quam frater Tiberius occisus, tulit.* ibid.a. *per tribunatum tumultum excitavit, & qua de causa.* ibid.b. *Aventinum una cum Flacco armata manu occupat.* ibid. *eum L. Opimius fudit.* ibid. *fugiens comprehensus cervicem Philocrati servo incidendam præbuit.* ibid. *qui, occiso domino, supervivere nolens, se quoque interfecit.* 223.a. *populo ut placeret, quas leges tulerit.* 222.b. *quo favore fretus, quid fecerit.* ibid. *L. Opimius pluribus ejus legibus derogat, & inde seditio orta.* ibid. *legem tulit, ut coloniæ Tarentum & Capuam mitterentur.* 277.a. *ejus plebiscitum, ut ex confusis quinque classibus, sorte & sine accurato delectu Centuriæ vocarentur.* 523.b. *sed hoc Optimates, ut & alias ejus rogationes, non tulere.* ibid.
Gracchi, dum veram gloriam quærunt, plebi libertatem & jura sua restituendo, discordiam civilem brevi concitarunt. 275.b.
Graccborum multa præclara facinora in bello Punico, & in aliis. ibid. *ex stirpe materna de stirpe Scipionum.* 276.a. *eorum actionibus Senatus & nobilitas restitit.* ibid.b. *eorum animi immoderati fuere.* 277.a,b. *à principio egregio animo ducti, sed postea ad injustitiam descenderunt.* ibid.b. *seditiosissimi innuuntur.* ibid.
Græci domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur. 214.a. *illud imperium quomodo intelligendum.* ibid.b
Græciæ situs. 4.b
Grassatur, toto impetu fertur. 191.b
Gratiam debet is, qui ob beneficium acceptum alicui obligatus est. 372.b
Gregarii milites, qui. 97.b
Grege facto, id est, globo quodam. 302.a
Gula, Græcis εἰσοφάγος. 169.b
Gulam frangere, pro suffocare. ibid.
Guluſſa, Masiniſſæ filius. 202

H.

H Adriaticum mare unde dictum. 74.a
Hæres secundus, quis. 311.a
Haja היה, *est vivere.* 94.a. *hinc Eva, quasi vivens vel mater viventium.* ibid.
Hannibal, Amilcaris filius. 201.a. *Orientalibus quid denotat.* ibid. *ejus res gestæ.* ibid. *veneno se ipsum confecit & quare.* ibid. *quid post mortem cum eo factum.* ibid. *literarum contemptor fuit.* 513.a
Haruspex, unde dictus. 121.b
ad Haruspices, si quid insueti accidisset, nunciatumve esset, Romani veteri more referebant, & qua de causa. ibid.
Haruspicinam irridet Cicero, & Cato mirabatur, quod non ridebat haruspex haruspicem cum vidisset. ibid.
Haruspicium Delphus primus invenit. ibid.
Haveto, vox Hebræa. 94.a. *idem quod Syris*

vis Salam, Phœnicibus Adonis, Græcis χαῖρε. ibid.

Heliogabalus, quaſi portator Dei dictus. 120.a

Heraclea, Ponti urbs. 418.a. *ibi deſcenſum ad inferos fabulantur Poëtæ.* ibid.

Herbæ languere quando dicuntur. 112.b. *ut & homines.* ibid.

Hercules an in Hiſpania perierit, dubium. 227.b. *plures fuere, quarum omnium res geſtæ uni Herculi Jovis & Alcmenæ filio adſcriptæ ſunt.* ibid. *Ægyptius in veteri templo Gaditano Phœnicio ritu colebatur, non Græco.* ibid. *ejus fanum, quod eſt apud columnas, Phœnices extruxere.* ibid. *Deus Thebanus non eſt, ſed Tyrius.* ibid. *qui ipſi templum conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre fecere.* 228.a

Heroica tempora ab Ariſtotele quænam dicta. 3.b

Heſiodus Poëta CCC. *annis ante Æſchylum fuit.* 477.a

Hetruria Tyrrheniæ nomen unde accepit. 71.a. 74.a. *antequam à Romanis ſubacta eſſet in* XII. *Principatus diviſa fuit.* 71.a. *principes eorum Lucumones dicti.* ibid. *ejus ſitus.* 74.a

Hiempſal, Micipſæ filius. 203. *natura ferox. Jugurtham deſpiciens.* 211. *ejus gravius dictum Jugurtham exaſperat.* ibid. *occiditur.* 212. *ejus caput ad Jugurtham defertur.* ibid.

Hiempſal alter poſt devictum Jugurtham, cum tribus aliis regnum partitus eſt. 386. b. *regno civilibus motibus ejectus, à Pompejo reſtitutus.* ibid.

Hiero, Syracuſanus, ex duce rex factus. 464.b. *pop. Rom. perpetuus amicus fuit.* ibid. *corporis pulchritudine adeo præſtitit & viribus, ut omnibus pœne miraculum eſſet.* ibid.

Hippo à Phœnicibus condita. 232. *Libyæ urbs.* 403.a. *unde dicta.* 232.a. *Diarrythus & Regius,* ibid. *ejus ſitus.* ibid. *incolæ piſcandi, navigandi & natandi ſtudio tenentur.* ibid.

Hiſpania ulterior & citerior provinciæ prætoriæ fuere. 46.a

Hiſpania à Plinio in ulteriorem & citeriorem diviſa. 45.b. *hodie in quinque regna dividitur.* ibid. *Mela in tres partes diſtinguit.* ibid. *Rufi Breviarium in ſex Provincias.* ibid. *ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt.* 48.b

Hiſpanorum mos fuit, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur à matribus. 493

Hiſtoria, quid. 195.b. 512.b. *principi neceſſaria.* ibid.

Hiſtoriam ſcribere antiquitus nulli licitum fuit, niſi illi qui interfuiſſet, & ſcribenda vidiſſet. 6.b

Hiſtorici præcipui, Salluſtii tempore, qui. 382.a

Hoc itinere, id eſt, hac via & ratione procedendi. 529.a

Homicidii conſcii arietis damno mulctati. 15.b. *in quem uſum illa mulcta.* ibid.

Homines quare putant naturam humanam caſibus Fortunæ eſſe ſubjectam. 192.b. *quid faciendum, ut intelligant non eſſe Fortunæ caſibus ſubjectam.* ibid.

Homini quid agendum. 1

Homo ſolus erectus inter cuncta animantia. 2.a. *ſolus ſcientiam omnium & amat & pro captu habet.* 191.a. *à Deo quaſi contemplator Deorum ac cœli, eorumque cultor factus.* ibid. *ex anima & corpore compoſitus.* ibid.b. *quomodo res, quorum memoria æterna, gerere poſſit.* ib. *naturaliter nititur explere cupiditatem animi ſui.* 205.a. *multarum imaginum quis.* 334.a,b

Honores & Magiſtratus quibuſcunque voluerit dare, populi Romani eſt. 266.a

Honor homini nec virtutem nec bonitatem addit. 195.b

Horæ, ab ortu Solis ad occaſum, duodecim ſemper fuere apud Romanos. 314.b. *pro temporis ratione majores & minores.* ibid. *antiquiſſimis temporibus apud eos nulla mentio horarum.* ibid. *ab Horo nomen acceperc.* 315.a. *qui Ægyptiis Sol.* ibid. *in uſum civilem quando venerint, non ſatis conſtat.* ibid.

Horologium in publico ſecundum roſtra in columna à M. Valerio Conſule ſtatutum. 315. a,b. *infigue in campo Martio.* ibid.b. *cujus auctor Cæſar Auguſtus perhibetur.* ibid.

Hoſpes dicitur, tam is qui recipit, quam qui recipitur. 187.b. 213.b

Hoſpitii neceſſitudo non modo inter privatos, ſed etiam inter populos contrahebatur. 187.a. *inter privatos conjungendi mos.* ibid.

Digitized by Google

Hoſpitium cum Senatusconſulto factum. 187.a,b
Hoſtia, quid, & unde dicta. 307.b. *earum variæ ſpecies.* ibid. *earum duo genera.* 306.b
Hoſti ſemper diffidendum eſt. 296.a
Hoſtium duces ut, ſive capti, ſive dediti, triumphi die occiderentur, Romanorum mos fere perpetuus. 346.a
Humani ingenii vitio nobis primæ diſſenſiones evenere. 382
Hybernacula, quid. 262.a
Hyeme olim non navigabatur. 487.b.488.a

I.

JActa eſt alea, quid. 30.b
Jacula rudia fuere & ferrata. 301.a. *rudia, quæ.* ibid. *ferrata, quæ.* ibid.
Jaculatio, ut fiebat. 203.b.204.a
Japydia, Italiæ regio. 472.a. *ejus terminus verſus Dalmatiam.* ibid.
Japyga unde dicta. 411.a
Japygium, Promontorium. 482.a. πλυσώνιον. ibid.
Jaſon primus longa navi maria tentavit. 414.a. *in eam cum eo quinquaginta Argonautæ ingreſſi petebant aureum vellus Colchis.* ibid. *& flos totius Græciæ.* ibid. *navem hanc fatidicam & humana voce locutam, in fabulis eſt, & unde.* ibid. *itineris eorum ſtadiaſmi & curſus accuratiſſime à Poëtis proditi.* ibid. *quare tanta pericula obibant.* ibid.
Ichnuſa inſula, unde dicta. 408.b
Jecit, pro, ſignificavit. 211.b
Iſicus Arabiæ felicis rex Africam primus incoluit. 224.a. *adverſus Aſſyriæ regem bella gerens, & tandem ab eodem regno pulſus, cum toto exercitu Nilum tranſmiſit, & Occidentem verſus ſuas copias traducens, non quievit prius, quam in partem Carthagini vicinam perventum eſſet.* ibid. *hinc Carthaginienſium regionem Arabes ſolum Africam putant.* ibid.
Ignarus, tam is qui ignorat, quam qui ignoratur. 348.b
Ignem mundi medium Pythagorici arbitrantur. 3.b
Ignium in bello uſus, variæque ſpecies. 300.b
Ignominia nihil damnifere infert, quam ruborem. 61.b
Ilergetum, urbs in Hiſpania Tarraconenſi. 403.b
Imaginem ſui ponere, quibus permiſſum. 198.b
Imagines qui oſtendere poterat, nobilis cenſebatur. 199.a
Imaginum, apud Romanos, uſus. ibid.
Imago, quid. 198.b
Imbuere quid. 19.a
Imperator pro *duce & principe exercitus.* 54.a
Imperatorum atque Regum animi virtus ſi in pace ita, ut in bello valeret, æquabiliùs atque conſtantius ſeſe haberent res humanæ. 5
Imperatorum gloria major eſt, quam Hiſtoriæ ſcriptorum. 6.b
Imperatores Romani Gallos potius refutandos, quam bello laceſſendos cenſebant, & quare. 156.b
Imperium facile retinetur iis artibus, quibus initio partum eſt. 518.a. *proprie, quid.* 195.a. *firmiſſimum id eſt, quo obedientes gaudent.* 363.b. *nullum unquam crudele aut tyrannicum dimanum fuit.* 504.a,b. *grave auſterumque, ſi humanitate & benignitate temperetur, concinnum, mite & adeuntibus facile redditur.* ibid.b
Importunum, quid. 195.b
Improbus, pro *excelſo.* 457.a
Impurus, pro improbo. 36.a
Inceſti cum Veſtali virgine commiſſi, pœna. 33.a,b
Incolumis, quid. 219.a. *unde hæc vox deſumpta.* ibid.
Indulgentia Principis perimit crimen, cum is per adnotationem ſuam, vel ſpeciali reſcripto pœnæ gratiam reo facit. 118.b
Induſtria, proprie quid. 155.a
Infames ab omni honore arcentur, neque teſtimonium dicere poſſunt. 61.b
Infeſtis ſignis, pro, *adverſis.* 182.b
Infeſtum, quid. 140.a
Infeſtus, quis. 36.a
Ingenii, quam virium opibus gloriam quærere, rectius. 2
Ingenium in bello poteſt plurimum. 4.b. *non exercendo torpeſcit.* 194.b
Ingenuus, quis. 186.a. *unde dictus.* ibid.
Injuriæ concedere, quid. 220.b

Inimicitiæ apertæ Reip. causa vindicandæ. 516.b
Innoxius, tam is qui non nocet, quam cui non nocetur. 102.a
In potestatem, pro, in potestate. 375.b
In propatulo habere, quid. 29.b
Inquilinus, quis. 84.b. *cum incola sæpe confunditur.* ibid.
Insidiæ unde dictæ. 70.a. *insidiæ* singular. 435.b
Insignium jura, antiquis Romanis ignota, bello sacro primam originem accepisse videntur. 199.a
Insolens malarum artium. 7.a
Insomnia, utroque numero dicunt Latini. 445.b
Integrum, quid. 371.b
Intempesta nox, & unde sic dicta. 72.b
In tenebris, in carcere. 218.b
Interrex, quis. 400.a. *quando & cur institutus.* ibid. *per quinque tantum dies magistratum obtinebat.* ibid. *solus hic magistratus cum plebe communis factus non est.* ibid.b. *quando creabatur.* ibid. *ejus officium.* ibid.
Intestabilis proprie quis. 314.b
in Invidia, id est, in odio. 243.b
Invidia post gloriam sequitur. 296.a. *tantum in vivos est, non in mortuos.* 530.a
Invisus, odio habitus. 42.b
Josuæ temporibus, magna Phœnicum vis, bello sacro profligata, maritimam Africæ regionem occupasse dicitur. 231.b
Jotapata duplici peditum corona cincta fuit, & tertia series equitum exterius posita. 239.a
per Jovem lapidem jurandi ritus. 374.b
Ira in puniendo quam maxime vitanda. 140.b
Ira bilem subministrat fortitudini. 176.b
Iratus ad pœnam accedens, mediocritatem illam, quæ inter nimium & parum est tenere non potest. 140.b
Irritare, id est, provocare. 394
Italia plana ac humilis. 482.a. *Zonæ formam habet.* ibid.
Italiam Siciliæ conjunctam fuisse, quidam volunt. 476.a. *negatur.* ibid.b. & 477.a
Italici, pro *quibuscunque Latinis & Romanis, vel pro iis, qui ad imperium Romanum in Provincia Africana pertinerent.* 244.b
Judicia, lege Aurelia, olim penes senatum, equites, & Trib. ærarios erant. 528.b
Judicium & quæstio exerceri dicitur. 273.a,b
Judæis sanguinis esus ratione mystica prohibitus fuit. 153.a
Jugum tribus hastis fit, duabus humi defixis, superque eas una transversa ligata. 269.b
Jugurtha qualis? 203. & seqq. *Ipsius Numidarum regis, bellum magnum, atrox, & varia victoria.* 200. *Manastabalis filius ex concubina; Masinissæ nepos.* 203. *à Micipsa patruo filii loco habitus.* ibid. *ejus genus, mores, studia & ingenium.* 206. *auxiliari exercitui præfectus.* 205. *quibus conjecturis sibi regnum polliceatur.* 207. *Romanis carus.* 209. *Scipioni, propter virtutem, placuit.* 206.239. *à Scipione laudatur.* 207. *adoptatur à Micipsa.* 209.239. *cujus decreta rescindi oportere contendit.* 211. *ejus ira & insidiæ in Hiempsalem.* ibid. & 212. *Romanos largiendo fatigat.* 213. *pugna Adherbalem victor, Numidia potitur, legatos Romam mittit.* ibid. *excusatur à legatis.* 221. *largitionibus meliorem regni partem sortitus est.* ibid. & 223. *Opimium corrumpit.* ibid. *Cirtam obsidet.* 237.238. *Adherbalis regnum invadit.* 237. *eum vincit.* ibid. *cum eodem comparatur.* 235. *Cirta potitur.* 245. *Adherbalem necat.* ibid. *ejus in ejusdem amicos & propinquos crudelitas.* ibid. *cum L. Cassio Romam venit.* 260. *Babium trib. pl. corrumpit.* 261. *præsens à Memmio ad populum accusatur.* ibid. *Italia decedere jussus.* 264. 265. *ejus vades quinquaginta.* ibid. *cum Aulo, Albini consulis fratre, fœdus facit, castra Romana capit.* 267. *ejus peritia in re militari.* 285. *ipsius legati ad Metellum supplicatum missi.* 286. *ejus adhortatio ad milites.* 292. *vincitur.* 293. 294. *ejus exercitus funditur.* ibid. *pabulum & aquam corrumpit.* 296. *Bomilcaris perfida suasione deditionem facit.* 304.305. *imperata sibi à Metello.* 304. *nihil cunctatus bellum resumit.* 306. *mutat subinde itinera & præfectos contra insidias.* 320. *Bocchum regem socerum ad bellum contra Romanos compellit.* 327. 328. *exercitum Gætulorum in unum co-*

git. 327. *hos armis assuefacit.* ibid. *à Mario armis exutus.* 341. *occisis equitibus vix erupit.* 362. *apud Numantiam Latinam linguam didicit.* ibid. *conditiones quidem accipit, Mario tamen diffidit.* 375. *proditur Romanis à Bocchо.* 376. 377. *vinctus traditur Sullæ, & ab eo ad Marium deductus.* ibid. *à Mario cum duobus filiis ante currum in triumpho ductus.* 377. b. *postea in carcerem tractus nudusque in barathrum conditus est, ibique sex dierum fame contabuit.* 378. a. *ejus legatis præceptum, ut intra decem dies Italiæ finibus excederent.* 247. a, b. *cum eo fœdus fieri non potuit sine consensu Senatus Populique Rom.* 259. a. *more ferarum, cultum miserabilem assumpsit.* 260. b. *ab Masinissæ cædem, cum Romæ periclitaretur, clam profugit.* 265. a. *quo in loco ejus thesauri fuerint.* 266. b. *exercitum suum in duas partes dividens, Bomilcarem uni parti præposuit, alteri parti ipse præerat.* 292. 293. *Gætulis præerat.* 358. a

Jugurthinum bellum quando ortum. 190. a. *fuit atrociſſimum.* ibid. *quid monſtri huic præceſſit.* ibid. *Catilinario bello præponi oportet.* ibid.

C. Julius in Apuliam à Catilina miſſus. 71. 72

Jumenta, quæ. 321. a

D. Junius Silanus, de conjuratis ſententiam rogatus, de iis ſupplicium ſumendum decrevit. 133. *cur prius ſententiam rogatus.* ibid. a

Juno placata bello Punico ſecundo Romanis favere cœpit. 384. a

Jupiter hoſpitalis, quaſi hoſpitii præſes & vindex. 187. a, b

Jupiter Ammon cum Chamo idem eſt. 326 a

Jupiter dicitur in Creta enutritus eſſe. 475. b

Juramento cauſa decidebatur. 67. b

Jura naturæ magnis ſceleribus pereunt. 103. a

Jus bonumque Ariſtoteli τὸ ἐπιεικὲς. 15. a

Jus hominum, fas Deorum dicitur. 34. b

Jus belli, quid. 346. a

Juſta, id eſt, exequiæ funebres. 210. b

Juventus fœnoribus quaſi quodam aucupio irretitur, & à bonarum artium ſtudio arcetur. 508. b. *falſis voluptatibus dedita.* 509. b

Juventuti quibus rebus ſtudendum. 510

Juxta æſtimare. 6. a

K.

Kalendarium quid. 93. a. *in hoc quid regerebatur.* ibid.

Κεῖν μίτωποι, *quid.* 494. b

L.

Lacedæmonii primi in Græcia bella gerere cœperunt. 4. *eorum res geſtæ.* ibid. b. 5. a. *ſoli toto terrarum orbe unius moribus & nunquam mutatis legibus uſi ſunt.* 5. a. *eorum virtus ut debilitata.* ibid. *quando Athenienſibus maris imperium conceſſere.* ibid. b. *ſaltationem quandam ad bella utilem habuere inter exercitationes.* 67. b

Lacedæmonis urbis primus conditor quis. 4. b. 5. a. *etiam* Sparta *dicta fuit, & unde.* ibid. *celebris urbs Lycurgi legibus & inſtitutis.* ibid. *eam Græcia tota propter admirabilem diſciplinam ac ſeveritatem pædagogum ſpectaſſe dicitur.* ibid.

Lanceare, jacere, mittere. 171. a

Lancea, quid. ibid. *Hiſpanica vox eſt.* ibid. *Suevis quoque hoc vocabulum tribuitur.* ibid. b

Lacunaria, quid. 168. b. *à cameris diſtincta.* ibid.

Lete, Macedoniæ urbs. 405. a. *ejus ſitus.* ibid.

Lætitia, quid. 125. a

Λαμβάνειν, *pro adoptare.* 210. b

Lapides quidam Inſulæ Cycladiacæ integri ſupernatant, fracti in fundum concidunt. 210. b

Lares, Ptol. Λάρης, *Cirtheſiorum oppidum.* 345. a. *ejus ſitus.* ibid.

Lares familiares proprie qui. 52. b. 53. a. *foci præerant.* 150. b. *pro Diis familiaribus culti.* ibid.

Lar eſt ipſe focus. 150. b

Largitionibus magis plebs quam ullis aliis honoribus capitur. 51. a, b. *earum uſus diu Romanis incognitus fuit.* ibid.

Laſcivia & affluentia ex rebus ſecundis generantur. 374. b

Latiaris Jupiter homicidio colebatur, & quod Saturni filio dignum eſt, mali & noxii hominis ſanguine ſaginabatur. 58. b

Latii jus, quid, & unde. 270. a

Latium

Latium discrevit Latinos ab Italicis, qui in Latio non erant. ibid.
Latini juvenes, pro, *militibus*: *& juventutem*, pro *militum multitudine sæpe dicunt.* 12.a
Latini & Italici sæpe absolute socii appellantur. 270.a. *aliquando confunduntur.* ibid. *eodem jure, quo Romani, fruebantur.* ibid. *eorum jus publicum.* ib b *suffragii ferendi jus nullum habuere.* ibid. *civitas illis neque omnino cum suffragio, neque sine suffragii latione data, sed ad arbitrium magistratuum.* ibid. *hac de re exemplum.* ib. 271.a. *jus suum quamdiu usurparunt.* ibid.b
Latinorum populi socii vetustissimi erant populi Romani. 276.b. *tandem cives Romani facti.* ibid.
Latomiæ Syracusanæ, quid. 168.a
Lavit, pro, *lavat.* 408
Legati (si eo perventum, ut cives sibi invicem hostes sint) etiam inviolabiles censentur. 86.b. *hos temerare, secundum Tacitum, est violare jus gentium.* ibid. *quinam dicti.* 110.b *eorum officium.* ibidem. *Præsides etiam sic appellati tempore Cæsarum.* ibidem. *de iis duo sunt, quæ ad jus gentium referri passim videmus.* 247.a. *& quæ illa.* ibid. *etiam alii legati singulis legionibus præerant, erantque plerumque Prætura functi.* ibid.b
Legati, pro Prætore, qui 365.a
Legem inter & rogationem nulla differentia. 260.a,b
Leges Provinciis datæ, iniquiores fuere, quam quæ Latio aut Italiæ. 46.b. 47.a
Legio, unde fiat. 86.a. *unaquæque tubicines, cornicines, buccinatoresque habebat.* 176.b. *eorum officia.* ibid. & 177.a. *in ea quot milites.* 283 a
Legiones, quot in Romano exercitu. 86.a *quot militibus constant.* ibid. *apud Romanos nomen plerumque à numero sortiebantur.* 269.b. *earum justus numerus ante C. Marium ex quatuor millibus militum constabat.* 330.b
Lenæus Sallustium acerbissima satyra laceravit, & quare. 462.b
P. Lentulus Sura. 39.b. 40.a. *unde ipsi Suræ nomen.* ibid.
P. Lentulus Spinther unde dictus. 123 a,b. *quando consul fuit.* ibid. *unde maximam gloriam adeptus.* ibid. *ædilis curulis primum in prætexta dibapha usus improbatur.* ibid.b
Lentuli ad Catilinam literæ. 114. *eum, quia præterierat, consul manu in senatum ducit.* 117. *ex libris Sybillinis sibi regnum Romanum pollicetur.* 119. *P. Lentulo Spintheri una cum aliis conjuratis in custodiam traditur.* 123. 124. *ejus & Cethegi servi, & liberti magna opificum manu in unum comparata, prætorum domus obsidentes, dominos suos liberare student, sed à Cicerone prohibiti.* 132.b. *ipse à Consule lictori traditur, & strangulari jubetur.* 169.a. *idem de Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario, supplicium sumptum.* 170. *ob mollitiem senatu ejectus.* ibid.
M. Lepido, Q. Catulo Coss. domus pulchrior Romæ non fuit, quam Lepidi ipsius, verum intra annos triginta quinque eadem centesimum locum non obtinuit. 25.a. 513.a
M. Lepidi trib. pleb. oratio ad plebem. 429. & seqq.
Leptis à Phœnicibus condita. 232. *ejus situs.* 233. *nomen Punicum est, & stationem denotat.* ibid.a
Leptis unde orta. 324.b
Leptes duæ in Africa, & eorum situs. 233.a
Levitas in omni consilio improbatur. 527.a *hac de re jocus aliquando fuit Caroli V. sapientissimi & fortissimi Imperatoris.* ibid.
Lex Cornelia de testibus & signatoribus falsis. 37.a,b. *proscriptum juvari vetabat.* 55.a. *ut & Valeria.* ibid. *Plautia vel Plotia de Vi.* 83 a. *quis autor hujus legis.* ibid.
Libare, quid. 59.a
Libatio quid. ibid. *in sacris solennibus usitata.* ibid.
Libonis puteal, quid, & ubi. 106.a
Liberæ custodiæ, quæ. 123.a
Liberale nihil, quod non idem sit justum. 152.a
Liberalia verba, quæ. 440.a
Liberalitate quali uti debeamus. 152.
Liberaliter, pro, *licenter.* 22.b
Liberorum populorum quænam conditio. 518.b
Libertatem suam gratificari, quidnam. 195.b

Liberti qui 132. a, b. *eorum tria genera.* ibid.
Libertini qui dicti. ibid.
Libertos & Libertinos olim distinguebant. ibid.
Libido in bonam & malam partem accipitur. 13.a
Λίβυς *lingua Græca* niger. 227.a 231.a
Libya regio deserta plane, arida & arenosa, quæ nec fontes, nec rivos, nec ullam aquam habet, præter salsam, quæ rarioribus continetur puteis. 226. a. *sex interdum aut septem dierum itinere ne gutta quidem aquæ invenitur, nisi à mercatoribus, utribus camelis impositis fuerit advecta.* ibidem. *quorum aliquando corpora, siti, sole ac æstu tosta offenduntur.* ibid. *unum hac in re idque inauditum illis prorsus remedium.* ibid.
Libyes Africam initio habuere. 226. *ferarum more viventes.* 227. *à colore dicti.* ibidem. a. *eorum vestitus, potus, cibus.* ibid. a, b. *vagi per ora sequuntur.* ibid. b. *singulis aliquot simul conjuges.* ibid. *minus sunt bellicosi quam Gætuli.* 230.a
Licentia, pro *potestas.* 365.a
Licinii, Μυρηνæ *unde dicti.* 110.a,b
M. Licinius Crassus Catilinariæ conjurationis conscius. 42. *unde patet.* ibid. *postea à Surena, Orodis Parthorum Regis Duce est interfectus.* ibid. b
Lictor proximus, quis dictus. 212. b. *alius ab hoc primus lictor, sive primi virgius.* ibid.
Ligures, Celtica *gens.* 268. a, b. πολυόνυμοι. ibid. *eorum situs.* ibidem. *origo.* ibidem. *vicorum & oppidorum nomina, quæ sub eorum imperio fuere.* ibid. *eos aliquando major labor est invenire, quam vincere, & quare.* ibid. *ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebant,* ibid. *fallaces.* ibid.
Liguria, Italiæ regio. 267. a. *hodie* Riviera di Genoa *dicitur.* ibid.
Lipsii error. 179. b
Litigantes ad Marsyæ statuam convenie-bant. 105. b. *è regione Marsyæ fœneratores.* ibid.
M. Livius Drusus vir nobilissimus. 521. b. *Senatus propugnator.* ibid. *tribunus plebis occisus est.* ibid.
Livius bellum Jugurthinum quoque descripserat, sed Libri intercidernnt. 190. a. *negligentiæ accusatur.* 231. a
livor & obtrectatio, bonorum operum impedimenta aut venena. 355. b
Lixæ qui, & unde sic dicti. 281. a, b
Lixam *veteres aquam dixere.* ibid.
Loca scire, ad bellum gerendum multum prodest. 339. b
Loci impiorum suppliciis destinati, varia nomina. 153. b
Loci Sacræ Scripturæ citati: Jobi cap. xxxi. 157. *a.* Exodi cap xxv. 232. a. Esaiæ cap. xxvi. Ψs. 1. 263. *b.* 1 Reg. xx. & Esaiæ xxxviii. 315. *a.* Lib. Judic. cap. xviii. 324. *a.* Genes. cap. x. vers. 15. *ibid.* Proverbior. cap. vi. Ψs. 11. 349. *b.* Jos. cap. xv. vers. 4. 490. *a.* Paralip. xiii. vers. 5. *ibid.* 1 Reg. 17. *ibid.*
Locum alicui claudere, idem est quod sinistra incedere. 211
Lub, *Hebræis Libya dicitur.* 490. *Arabice, sitis.* ibid. *verbum, siti langnere.* ibid.
Lucani hospitales & justi dicti. 423. a. *eorum termini.* ibid.
Lucani agri situs. ibid.
Lucius Damasius Prætor ex jussu Marii omnem nobilitatem in urbe ejus trucidavit. 396. b. 397. a
L. Lutatius Consul, duce Amilcare, in Sicilia contra Carthaginienses pugnavit. 137. a. *ejus victoria.* ibid.
L. Lucullus Procensul Mithridatis exercitum ad Cyzicum urbem delevit. 447. b
P. Lucullus & L. Annius, tribun. pleb. resistentibus collegis, magistratum continuare nituntur. 265. *apud Calamam urbem bello inhians, oppressus.* 266. a
Lucullus parva manu Tigranem Armeniæ regem prælio fudit atque fugavit. 14. a. *qua de caussa à Pompejo Magno Xerxes togatus appellatus.* 28. a. *montes subvertit, maritima flumina immisit in piscinas.* ibid. *extemporali cœna, quam ut quotidianam Ciceroni & Pompejo dedit, μυριάδας πλείους insumpsit.* 338. b. *cum Metello consul fuit, & Cos. Pompejo Siciliæ Prætor.* 458. a. *in eum quare milites male animati fuerint.* 496
Ludificati, id est, *decepti.* 291. a

Lurdas

Lurda, *flumen*, *Tauro monte defluens.* 413.a
Q. Lutatius Catulus, *Senatus confessione omnium princeps.* 127.b. *cum quo, & quando Consul fuit?* ibid. *Ciceronem patriæ patrem dixit.* 128.a
Lux, plural. *luces.* 472.a
Luxuriæ quænam instrumenta, quibus adolescentium animi ad libidinem incitantur. 67.b
Lycaonia, *Asiæ Minoris in Cappadocia regio.* 458.a. *est & Phrygiæ Minoris urbs.* ibid.
Lycia, *Asiæ regio est.* 481.b. πολυώνυμον. ibid.

M.

Macedonia, Europæ celebris regio. 263.a. *ejus situs.* ibid. πολυώνυμον. ibid. *ejus pars Salutaris dicta & Prævalis.* ibid. *etiam maritima.* ibid.b. *per hanc Chittim in Sacra Scriptura intelligitur.* ibid.
Mœnia, *unde dicta.* 156.b
Magistrare, *Festo quid.* 55.b
Magistratus tanquam rectores dicti. ibid. *majores & minores.* ibid.b. *& unde sic dicti.* ibid. *quinam ad urbem esse dicitur.* 79.a. *minores, qui.* 82.a. *quamdiu in magistratu erant, non poterant accusari.* 123.a
Magistri dicti quicunque præfecti. 55.b. *hinc diversi magistri.* ibid.
Magnæ curæ, *magna merces.* 510
Majorem in adversis, quam in secundis rebus animum habere, viri fortis proprium. 516.a
Majores natu, *id est*, *senes.* 242.a
Mala, *flumen prope Mulucham duas separat Mauritanias.* 231.a
Malleoli, *teli igniti*, *descriptio*, *& usus.* 300.b
Malliorum familia nobilissima antiquissimaque fuit. 76.a. *ex hac fuit Cn. Mallius, P. Rutilii collega.* ibid.
Mamercus Æmilius cum ante inter ærarios fuisset, postea Dictator factus est. 61.b
Mamercus, *Æmiliorum prænomen est.* 394.b
Mamilia lex. 312.a. *à quo lata.* ibid.
Mamilia turris à Mamilio nomen accepit. 272.b
Mamiliorum familia à Manilia diversa. ibid. *unde dicta.* ibid.
C. Mamilius Limetanus trib. pleb. rogationem ad populum promulgat ut in eos, qui à Jugurtha corrupti erant, vel pactionem fecissent, quæreretur. 272.273
Manastabal Masinissæ filius. 203
Manica, *vinculum quo manus vinciuntur.* 148.b
Manilia quæstio multos præstantes viros oppressit. 272.a
Manipulus ducentos milites continebat. 283.a. *quid, & unde dictus.* 288.b
Manlius Capitolinus ætatis anno XVII. primus murali corona donatus. 13.b
C. Manlius Fæsulas à Catilina mittitur. 70.71. *legatos ad Q. Marcium Regem mittit.* 86. *quibuscum mandatis.* 87. 88.89. *Q. Marcii responsio.* 90.91
M. Manlius, *qui Capitolium à Gallis defenderat, quum regnum affectasset, damnatus necatusque est.* 272.b
T. Manlius Torquatus filium suum quod sine ejus jussu in certamen venisset cum Geminio Metio, vita privavit. 159.a. *id item alii fecere.* ibid.b
Mapalia, *quid.* 259.b. *unde hæc vox deducta.* ibid. *dicuntur & magalia.* ibid.
Marciorum familia Romæ fuit. 78.a. *qua de causa Reges dicti.* ibid.
Q. Marcius Consul. 78.b. *ejus res gestæ.* ibid. *non triumphavit.* ibid.
Maria montesque polliceri, Proverb. 62.a
Maria revera nullum dominium est. 17.b
Marius signis omnibus omnino abolitis, Aquilam proprie Romanis legionibus dicavit. 180.a. *eum inter & Syllam bellum unde ortum.* 200.b. *eo bello omnia jura divina & humana violata sunt.* ibid. *Metelli legatus.* 283. *ei haruspex omnia felicia portendit.* 309. *ipsius & Metelli inimicitiarum origo.* 310. *petundi consulatus gratia missionem à Metello rogat.* 309. *ejus patria, &c.* 308.309. *Gaudam adversus Metellum incendit.* 311. *à Metello dimittitur.* 319. *ipsi novo homini consulatus mandatur.* ibid. *Numidiaque à populo traditur.* 320. & 329. *illi senatus, licet adversus, nihil abnuere audet.* 331. *infestus nobilitati.* 332. *ejus ad populum oratio.* 332. & seqq. *imagines non habet.* 336. *cicatrices adverso corpore*

pore oſtentare poteſt. ibid. *Græcarum literarum ignarus.* ibid. *quare ſordidus fuerit habitus.* 337. *ejus in Africam expeditio.* 341. *caſtella Jugurthæ vi præmiiſque tentat.* 342. *Capſam capit.* 346. *cum Numidæ magis, quam mortalem, timent.* ibid. *ejus & Sullæ pugna cum Jugurtha & Boccho.* ibid. *ejuſdem virtus in pugna.* 356. *victoria non inſolentior factus.* 358. *Jugurthæ & Bocchi exercitus fundit.* 362. *de Jugurtha triumphavit.* 377.b. *Romanorum in re bellica princeps habitus.* 378. *ei iterum conſuli decreta Gallia.* 379. *ſex millium & ducentorum militum legionem inſtituit, cum antea quatuor millium fuerit.* 283.a. *municeps Arpinas, humili ac obſcuro loco natus, ampliſſimos honores eſt conſecutus.* 306.b.307.a. *contigit illi, quod vix ulli.* ibid. *eum propter dignitatem laudare quiſquam haud ſatis commode, propter crudelitatem vituperare abunde non poteſt.* 307.a. *Epigramma vetus res ejus geſtas continens.* ibid. *quia ſemper in bello verſatus, nomine magis & fama, quam facie notus erat populo.* 309.a,b. *comitiis tribunatum petens, quis eſſet multi neſciebant, ſed poſtquam Marium eſſe dictum eſt, omnes tribus eum tribunum declaravere.* ibid. *quia ſupra modum ad honores proclivis, ſe præcipitavit.* ibid. b. *ejus filius in cuniculis Præneſtæ trucidatus, memoria ſimul & nominis & generis interiit.* 307.a. *ſtipendiis emeritos blandiendo coëgit ſecum proficiſci.* 331.a *quanta providentia & diligentia utebatur, cum exercitus incederet & iter faceret, tanta etiam utebatur, cum caſtra locaret.* 359.b. *quod ante eum nemo fecerat, triumphali veſte in ſenatum venit.* 377.b. *in triumpho ante currum ejus ductus Jugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus.* ibid. *ei propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magiſtratus.* ibid. *conſulatu ſecundo & tertio abſens Conſul creatus eſt, & quartum diſſimulanter captans conſecutus eſt.* ibid. *Cimbris victis, tertius Romæ conditor à populo appellatus.* 379.b. *quatuor millia deditorum civium in villa publica interfici juſſit.* 504.b. *literarum contemptor fuit.* 513.a

Maronea, Thraciæ urbs. 479.a
Martialis locus correctus. 483.b
Martis cruenti alea incerta & vitrea eſt. 159.b
Maſſilia, urbs perantiqua, origine Græca. 91.a. *à quibus condita.* ibid. *à Cicerone, Tacito, aliis, laudatur.* ibid.b
Maſſylii, Libyes, Numidæ, Gætuli equitandi ſemper peritiſſimi fuere. 203.b. *non fræno, ſed virga equos gubernarunt.* ibid. *parvis equis utuntur.* ibid.
Maſiniſſa, rex Numidarum, Galæ filius. 202.a. *bellica virtute præſtans.* ibid. *ipſe & Micipſa una cum Romanis Syphacem regno expulerunt.* 216. *proli Romani nominis ſtudium commendat.* 217. *adoleſcens annorum XVII. bellum à patre contra Syphacem depoſcit.* 202.a. *ab Aſdrubale ob virtutem & indolem regiam in generum cooptatur, deſponſata ei filia Sophonisba.* ibid. *quarum nuptiarum ſpe poſtea fruſtratur.* ibid. *patris ſui obitu regno ſuo excidit, quod tamen victis hoſtibus recuperat.* ibid. *primus & ſolus ipſe demonſtravit, nullum frugum vel fructuum genus eſſe, quod Numidia non gigneret.* ibid.b. *ejus ſtatura.* ibid. *fortitudo.* ibid. *moriturus, P. Scipionem Æmilianum, obſidentem Carthaginem è caſtris evocavit, & regni inter liberos dividendi poteſtatem ipſi fecit.* ibid. *quo anno obiit.* ibid. *moriens XLIV. liberos reliquit, quibus regnum datum.* ibid.a. *in Romanorum amicitiam quomodo receptus.* 201.b. *dona ipſi à Romanis data.* 202.a. *quando cum Scipione amicitiam contraxit.* 209.a
Maſiva Jugurthæ regnum affectat. 263. *Jugurthæ juſſu occiditur.* 264
Materfamilias quænam dici poſſit. 139.b
Matronæ quænam dictæ. ibid.
Maturare quid. 3.a
Mauritaniæ duæ. 56.a. *termini.* 234.b. *diviſio.* 329.a,b
Mauritani unde ſic dicti. 56.a
Μαῦρος, Græcis nigrum. ibid.
Mauri vani. 298.b.494
in Maxima Fortuna poſiti poſſunt pauca licenter agere. 140.a
Media celeberrima Aſiæ regio. 228.a
Medius fidius, juramentum. 92.a. *quid ſignificat.* ibid.

Melan-

Melancholiæ aſcribimus pleraque, quæ de vatibus & oraculis Ethnicis, non Divinis dicuntur. 120.a

C. Memmius trib. pleb. cum peteret conſulatum à Saturnino trib. pleb. interemptus. 245.a,b. *mediocris fuit orator.* ibid.

Memmii facundia. 252. *oratio ad populum.* ibid. *rogatio.* 260.a. *Jugurtham præſentem apud populum accuſat.* 261

Memmius Pompeii legatus, in pugna in Saguntinis Campis commiſſa fortiter pugnando occubuit. 419.b. *Metellus Imperator ictu tragulæ in ea pugna à Sertorio ſauciatus deceſſit.* 420.a

Memoria noſtri quam maxime longa efficienda eſt. 2.b.3.a

Memoriæ auris ſacra. 159.a

Menſarii, vel trapezitæ, unde dicti. 87.a,b. *quare in maximo plebis odio & invidia.* ibid.

Menſæ ex citro arbore, ſummo in pretio habitæ. 338.a

Menſtrua ſolvere, id eſt, *ſacra, quæ quoque menſe dabantur.* 455.a

Mentiri inter & mendacium dicere differentia. 127.a

Mercatura nobilibus ſive patriciis apud Romanos interdicta. 105.a. *vilibus miniſteriis annumeratur.* ibid. *honeſta etiam laudem meretur.* ibid.

Meſopotameni homines effrenatæ in utroque ſexu libidinis ſunt. 494

Meſſanenſis portus deſcriptio. 477.b

Metellus inter ambitionem & ſævitiam medium ſe geſſit. 281.b. *Conſul ad bellum in Numidiam proficiſcitur.* 278. *ejus in conſulatu collega Silanus.* ibid. *exercitum licentia & ignavia corruptum ad militarem diſciplinam revocat.* 279. *Jugurthæ legatos corrumpit.* 283. *ejus innocentia Jugurtha ſuis rebus diffidit.* 282. *callidus.* ibid. *cum Jugurtha pugnat.* 286. & ſeqq. *ut agmen ſuum direxit.* 290.b *ejus ob feliciter geſta, ſenatus, ut ſupplicationes Dîs immortalibus fierent, decrevit.* 296.a. *Numidiæ oppida capit, vaſtatque agros.* 295. *victor milites pro meritis donat.* ibid. *Zamam oppugnat fruſtra.* 301. 302. *Bomilcarem corrumpit.* 304. *Jugurtham inſidiis aggreditur.* 305. *Numidia ei iterum decernitur.* 306. 319. 320. *ejus ſuperbia.* 311. *Gandæ, Manaſtabalis filio, Maſiniſſæ nepoti, regios honores negat.* ibid. *ejus ſtratagema.* 320. *Thalam oppidum obſidet & capit.* 321. 322. *ejus mollities animi.* 329. *& ad Bocchum legati.* 330. *Marii conſpectum fugit.* 340. *Romæ lætiſſimis animis excipitur.* 341

Q. Metellus Celer, conſul fuit cum L. Afranio. 80.b. *uxorem habuit Quadrantiam, vel ut alii, Quadrantiariam, unam è Clodii ſororibus, à qua veneno ſublatus eſt.* ibid.

Q. Metellus Creticus Conſul fuit cum Q. Hortenſio. 78.b. *Creticus unde dictus.* ibid. *quando triumphavit.* ibid.

Metus mutui æqualitas ſola facit ſocietatem fidelem. 59.b

Micipſa, Maſiniſſæ filius, Manaſtabale & Guluſſa fratribus morbo abſumptis, regnum ſolus obtinuit. 202.b. *Cirtham regiam à Scipione Æmiliano accepit.* ibid. *quantam eam fecerit.* 203.a. *maxima peſtis ſub ipſo graſſata.* ibid. *quando obiit.* ibid. *duos filios genuit, & Jugurtham, Manaſtabalis fratris filium ex concubina ortum, eodem cultu, quo liberos ſuos domi habuit.* 203. *regnum ejus erat in proprio ejus dominio, & hæreditate relinqui poterat.* 210.a

Miles inexercitatus mulier videtur. 13.a

Militaris res, vine corporis, an virtute animi magis procedat, diu magnum inter mortales certamen fuit. 3

Militia ne injuſta aut inæqualis ſit. 514.b. *ejus tria genera apud majores.* 181.a

Militiæ principes, & exercitus capita convocabantur à duce in exercitus, cum deditio aliqua facienda eſſet vel ſuſcipienda. 250. *ejus uſum diſcendi gratia adoleſcentes ſolebant cum magiſtratibus contubernales in provincias proficiſci.* 310.a.

Milonis ædes amplæ. 25.b

Minos, Cretæ rex. 412.a. *à Cocali filiabus, Dædalum uſque ad Cocalum regem claſſe perſecutus, calidis aquis per caput infuſis, extinctus eſt.* ibid.

Minucius in Macedoniam profectus cum imperio, Scordiſcos & Triballos vicit, ac poſtea triumphavit. 263.a

Miſericordiæ ſedes in genibus conſecrata. 90.a,b

Miſeris & infelicibus, ut non credatur, evenire

evenire ſolet. 241.a
Mithridates initio belli cum pop. Rom. ſuſcepti homines aliquot navibus impoſuit, & quare. 101. a,b. *hi numero aucti, mone prædonum, mare, inſulas, ipſam denique Italiam vaſtabant.* ibid. *hi Cilices dicti, & unde.* ibid. *in horum ſocietatem quinam recepti.* ibid. *eorum opulentia.* ibid. *Cn. Pompejus adverſus illos, lege Gabinia Imperator factus, incredibili celeritate bellum confecit.* ibid. *eo pervenit incontinentiæ, ut per ſeptem annos urbis tecto uſus non fuerit, ſolis intentus venationibus.* 204.b. *rex Ponti,* 386.b. *ejus res geſtæ.* ibid. *in regia à Pharnace obſeſſus, veneno vitam abrumpere tentat, verum cum corpus antidotis multis antea firmaſſet, parum ea via proficiens, Gallo percuſſore adjuvante ſe ipſum interfecit.* ibid. *nomen unde accepit.* 387.a. *in latere vectigalium Romanorum.* 397. *poſtquam in Paphlagoniam veniſſet, concionem ad milites habuit magniloquam.* 441.a. *ejus ad Regem Arſacem epiſtola.* 442. & ſeqq. *quando miſſa.* 442. a. *ter infeliciter cum Romanis pugnavit.* 443.a. *ejus pater erat Romanis amiciſſimus.* ibid. *barbarico prorſus faſtu tumens, & Magnus, & Rex regum audire voluit.* 451. a. *ejus in bello res geſtæ.* ibid. a, b. *ejus arma, Delphos Nemeamque ab eo tranſmiſſa, miraculo fuere viſentibus.* 472. b. *matrem veneno interfecit.* 483. *ejus exercitus Cyzicum obſidentis ſumma inedia.* 484. b. *& hinc gravium morborum & peſtilentiæ cauſæ.* ibid.
Mitra, quid. 387.a
Modeſtia, & cum humilibus familiaritas, radix & altrix eſt veræ honeſtæque famæ. 355. b.
Montium radices, pro, pedes. 172.b
Mors à Diis immortalibus ſupplicii cauſa conſtituta non eſt, verum neceſſitas naturæ eſt & laborum quies. 142.a. *eam ſapientes libenter appetivere.* ibid.
Mos antiquus, ut Provinciales & ſocii Pop. Rom. in clientelas ſe darent principibus Romanis. 48.a
Mulieres in quæſtionibus læſæ majeſtatis etiam audiuntur. 62.b. *omnes, τὸν μανλικὸν ἐλεύσας βίον. Sibyllæ dictæ fuere.* 120.a
Multi quem timent, eundem odêre, & quem odêre, interemptum volunt. 504.b
Multus, id eſt, vehemens, acer, aſſiduus, frequens. 330.a
Mulucha nomen urbis & fluvii. 235.b
Mulucha flumen dividebat regnum Bocchi à regno Numidiæ. 373.b
Munera theatralia 434.a,b
Munia, officia. 427
Municipes, qui. 41.b. 174.b
Muralis corona, quæ. 13.b
C. Muræna legatus. 110.b
Muri olim alti nonnerant. 406.b
Muſas, Sirenas, &c. alatas fecere antiqui. 418.a
Muſicæ ad affectus movendos magna vis. 66. b. & 67.a. *ejus varia genera.* ibid.
Mutatio ut fiat. 270.a
Muthul & Suthul barbara oppidorum nomina. 266.b
Mutina, Galliæ togatæ oppidum. 405.a,b. *colonia Romanorum.* ibid. *quo anno deducta.* ibid.
Mutinenſi in agro exit flamma è petra ſtatis Vulcano diebus. ibid.b. *portentum ibi factum mirabile.* ibid.
Q. Mutius furti accuſatus ab L. Caleno, Ciceronem patronum ſuum eſſe voluit. 93.b
Myoparo, pyratarum navis. 427.b. *à Tyrrhenis inventus.* ibid.
Myrtus aridis locis gaudet. 287.a *ea univerſa fere Tyrrheni litora vireſcunt ac redolent.* ibid. *Ruſcum Dioſcoridi, Plinio ſylveſtris & acuta myrtus appellatur.* ibid. *alia eſt à vulgari ſylveſtri.* ibid.

N.

Nabdalſa Bomilcaris in prodendo Jugurtha ſocius. 317. *apud Jugurtham proditionis ſuſpicionem deprecatur.* 318
Nahama Tubalcaini ſoror, eadem cum Venere. 452.b
Naphtha, genus olei cedrino ſimile. 459.b. *etiam flos tenuiſſimus Bituminis circa Babyloniam copioſiſſime proveniens.* ibid. *ejus cum igne cognatio.* ibid.
Narbo, unde Martius nuncupatus. 483.b. *ejus ſitus.* ibid. *laudes.* ibid.b. *Gothorum furore exuſtus.* 484.a. *ejus mœnia, & rudera pretioſa.* ibid.

Natio, quid. 16.b
Nationes singulæ ut Romæ peculiares civitatis patronos haberent, in quorum clientela essent, mos fuit priscorum. 108.a
Natura unum omnibus vel ferro septis finem posuit. 390.a
Naves caudicariæ, quæ. 454.a
Navigandi ars à rudibus initiis ad suam perfectionem, acus Magneticæ inventione, tandem pervenit. 229.a,b
Naufragia, pro, quassatarum, & quasi assulatim dedolatarum navium fragminibus. 485.b
Ne, pro saltem. 24.b
Necessarii, qui. 219.a
Necessitas in adversis efficacior est, quam ratio. 176.a. *timidos fortes facit.* ibid.
Necessitas, quid, & necessitudo. 426.b
Nefandum, quid. 161.a
Nefarium, quid. ibid.
Negotiosus, quis. 14.b
Nemo ignavia factus immortalis. 339
Nemini detrahere, virtutis proprium. 355.b
Nequam, quid. 500.b
Nequiores, id est, minus queuntes. ibid.
Nequitur. 255.a
Neroni ex Adrumeto CCCCLX. *stipulæ ex uno grano missæ.* 232.b
Nervus, vinculum, quo tam pedes quam cervices devinciebantur. 148.b
Nexi, qui dicti. 253.a
Nicomedes moriens pop. Rom. fecit heredem. 446.a. *ejus uxor à cane interfecta Consinge appellata.* 447.a. *filium ex Nusa conjuge conceptum Regem appellavit.* 446.a
Nicomedi, urbs in Bithynia, ubi Hannibal fugiens veneni haustu animam exhalavit. 482.b
Nihil reliqui fecere. 24.a
Nihil sanctum habere, quid. 275.a
Nilus omnium fluminum maximus est. 489.a,b. *unde sic dictus.* ibid. *antiquis Ægyptus dicta fuit.* ibid. Μέλας *unde dictus.* 490.a
Ninus primus Assyriorum rex, per quinquaginta annos Asiam bello vastavit. 4.a. *totiusque fere, quæ inter Tanaim Nilumque jacet, potitus.* ibid.
Nobilium Rom. potentia, tantopere crevit, ut magnitudine sua rueret. 275.a
Nobiles, magistratus petentes, probos se simulant, cum tamen improbi sint. 333.b
Nocentem aliquando dimittere, vel impunitatem polliceri, Politicæ considerationis est. 118.b
Noctem Romani in quatuor vigilias dividebant. 369.b. *ut Græci.* 370.a
Nomina, pro debitis quæ sine usuris contraherentur. 92.b. κεφαλαιωτικῶς *pro quibuslibet etiam usurariis.* 93.a
Nominibus alienis, id est, cautione aliorum. 93.a
Nonius corrigendus. 462.a
Notariorum, in foro judiciali quam celerrime scribentium, initium unde. 135.a
Novi homines quinam à Romanis appellati. 63.a,b
Nuceria oppidum triplex apud antiquos auctores. 56.a. *est & Nucera, civitas Campaniæ.* ibid.b. *ejus situs.* ibid.
Nuda gignentium. 164.a. 327.a
Numantia nobilissima quondam civitas. 205.a. *ejus situs.* ibid. *virtus bellica.* ibid.b. *cives à Scipione obsessi cum fames urgeret, in rabiem versi, se ipsos ferro, veneno, ignibus peremerunt.* ibid.
Numidæ unde Græcis Nomades dicti. 200.a. *miro quodam amore Jugurtham propter virtutem ejus diligebant.* 205.a. *socii erant Romanorum.* 214.b. *ab iis devicti populi, bello nomen proprium amisere, & Numidæ sunt appellati.* 231.a. *leves.* 298.a. *unde* γαλακτοφάγοι *dicti.* 344.a. *ferina carne vescebantur.* ibid. *sale non usi.* ibid.
Numidia ab incolis Buzia dicitur. 200.a. *ejus situs.* ibid. *Metagonitis terra à Græcis unde dicta.* ibid. *olim in duas partes divisa.* ibid.b. *infinitam scorpionum & serpentium habet copiam.* 226.b. *eorum morsibus venenosis multi quotannis interfecti inveniuntur.* ibid.
Nuptiæ unde dictæ. 35.b. *earum ritus.* 10.b. *quare Kalendis, Nonis, & Idibus inauspicatæ.* ibid.
Nusa, Nicomedis filius. 412.b

O.

Obærati plerumque sidilitiosi. 503.b
Obnoxius, proprie quis. 33.a. 51.b.
Obsecrare, quid. 243.b
Obsidium, antique. 448.a

Obviam esse, adverbialiter positum. 409
Occanui, pro, *occinui.* 402.b
Cn. Octavius Rufo, quaestor. 366
Oculi sœdi, qui. 36.b
Officia intendere. 321.b
Oleaster, arbor agrestis olivæ. 287.a
Oliva, supplex unde dicta. 9.a
Olympus & Pharselis, Lyciæ urbes maritimæ & maximæ. 405.a. *à Servilio bello Pyratico expugnatæ & deletæ.* ibid.
Omnis, *Accusativus pluralis.* 1.b
Operas in servitutem dabant olim nonnulli, pro pecunia, quam debebant. 87.b. *id Sylla dictator sustulit.* ibid.
Opes, in civitate felicitatis studiosa, virtuti anteponi non debent. 511.b
L. Opimius Consul, homo clarus, & in Senatu potens, à Jugurtha corrumpitur. 223.b. *C. Graccho & M. Fulvio interfectis, consul acerrime vindictam in plebem exercet.* ibid. *Prætor Fregellas cepit.* 222.a. *à Q. Decio accusatus, & quare, sed defendente Carbone à populo absolutus.* ibid. *tandem, quod à Jugurtha pecunia corruptus esset, reus Manlia rogatione factus, in exilium indignissime à Gracchanis judicibus ejectus est.* ibid. *ejus crudelitas* 223.b. *sicut in bello fortis, ita in quæstione crudelis.* 254.b. *princeps legationis fuit, quando decem legati missi sunt, ut regnum Numidiæ inter Adherbalem dividerent & Jugurtham.* 273.b
Opinione asperius. 333.a
Opperiri, quid, & unde. 30.a
Opportunissimæ urbes, pro, *munitissimæ.* 266.b
Opportunum, quid. 38.b
Oppugnatio urbium duplex erat apud antiquos, subita & diuturna. 239.a. *ad subitam quibusnam rebus usi.* ibid. *ad diuturnam quibus.* ibid.b
Ora cruore polluere, quare olim illicitum fuit. 153.a
Orationes duæ ad C. Cæsarem de Republica ordinanda, Sallustio adscriptæ, quarum prior incipit. 498. & seqq. *altera incipit.* 515. & seqq.
Orbem terrarum varie antiqui partiti sunt. 224.a
Orbem militarem composituris commodissimum putatur, si locum paulo editiorem vel montem occupare possint. 356.a,b
Ordines tres apud Romanos fuere, Senatorius, Equestris & Plebeius. 151.b
Ὄρος *Græcis quid?* 153.b
Ὀρχομενὸς, *Bœotiæ urbs.* 495.a
Oryx, animal minus, quam bubalus. 349. *ejus pellis ad citharas proficit.* ibid.
Os alicui argento verberare. 213.b
Ostrea singula mille nummis empta. 338.b
Otium duplex. 197.a

P.

Pacem cum Calphurnio Bestia & cum Aulo Albino, Coss. factam, improbavit senatus, & rescidit. 375.b
Palea vel Pales, Syris Agricola. 229.b
Pallena, mons. ibid.
Paludamentis in bello utebantur. 464.a
Paludamentum, quid. 436.b. *forma & ejus color.* ibid.
Paludati, qui. 464.a
Panormus insignis Siciliæ civitas. 468.a. *unde sic dicta.* ibid. *urbs pervetusta.* ibid.
Παφλαγονία, *Asiæ minoris regio.* 494.a.
πολυώνυμος. ibid.
Para, locus maritimus in Asia Minori. 448.a
Parariorum Proxenetarumque Officium. 92.b
Parent, pro, *subditus.* 363.b
Parens nullus liberis ut immortales essent optavit, magis ut boni honestique vitam exigerent. 339.b
Parma, quid. 456.a
Parricida, quis. 85.a. *ejus pœna.* 35.a
Parthis quisnam sermo, vestitus, armorum mos. 228.a. *iis regis nominis sanctitas ingenita.* 483.b
Patera, quid. 59.a
Patibulum, proprie quid. 457.a,b
Patrare, pro, *peragere.* Passim.
Patrem filio orbari, quam patriam militari disciplina, præstat. 159.b
Patres domestica in filios habebant judicia. 103.a. *consulebant tamen vel Senatum, vel Principem, vel necessarios & propinquos.* ibid. *hac de re exemplum.* ibid.
Patres Romanis qui, & unde sic dicti. 11. *sine horum auctoritate Rex nihil agebat.* 11.b. *eos inter & plebem de Consulibus*

creandis certamen. 79. b. 80. a. *tandem victi, plebi id concessere.* ibid. *Conscripti proprie qui.* 150. a
Patricii unde dicti. 84. a. *qui.* 186. a
Patriæ potestatis rigor olim eo se extendebat, ut filium indicta caussa morti tradere licitum esset. 103. a. *quod abolitum est.* ibid.
Patroni erga clientes officium. 48. a
Pax, quid. 510. a
Peculatus crimen apud veteres Romanos rarum fuit. 152. b. *huic peculiaris prætor constitutus ante legem Juliam.* ibid.
Pecunia, maxima omnium pernicies. 511. *illi tantum utilis, qui recte scit uti.* ibid, a, b. *ejus cupiditas fugienda.* 19. a. *ejus significatio ad quænam referatur.* 148. a
Pecuniariæ mulctæ modus certus præfinitus apud Romanos. 15. a
de Pecuniis repetundis multæ leges latæ sunt. 128. b. *& à quibus.* ibid. *hac lege quis tenetur.* ibid.
Pede luxo, id est, vacillanti. 489. a
Pedites olim primi pugnabant, equites ultimi decernebant. 303. a. *interdum ita mixti, ut vir viro, pedes equiti interponeretur, qui mos propter periculum hodie non est in usu.* ibid.
Peditii victori Phiala, equiti Phalera datur. 336. a
Peditum sociorum multitudo par legionibus Romanis, equitum ut plurimum dupla. 206. a. *eorum aliæ in turmas & centurias divisæ.* ibid. b
Peligni, Italiæ populi. 368. a. *ex Illyricis orti.* ibid. *eorum situs, & oppida præcipua.* ibid. b
Pelorus, Siciliæ promontorium. 491. *ejus situs.* ibid. *unde dictus.* ibid. b
Pendere, pro solvebant. 51. b
Pensi habere. 9. a
Periculum ab ipso Consule quomodo imminere possit. 145. a
Periculum facere, *phrasis proculcata.* 5. b
Peripetasmata. 417. b. 418. a
Perisstromata. ibid.
Perjurio nulla pœna jure civili imposita. 67. b
Persas inter & Parthos discriminis quid. 228. a, b
Persæ à teneris equitare edocti. 228. b. *illis nomen ab equitatu.* ibid. *liberos suos tria duntaxat edocent; scilicet, equitare, sagittas jacere, & vera loqui.* ibidem. *Cyro providente ex peditibus equites facti sunt.* ibidem. *qui legem tulit, ut turpe esset, si quis illorum, quos equis instruxerat, pedes conspiceretur.* ibid. *ante Elymæi dicti.* ibid.
in Persia & equos alere, & equitare difficile. 228. b
Perses, vigesimus & ultimus Macedonum rex, P. Romani hostis quare judicatus 135. b. *à Paulo Æmilio victus Romam ad triumphum ductus est.* ibid. & 136. *quadriennio post Albæ libera custodia decessit.* 135. b. *Philippi, ex pellice Gnathænia, filius.* 382. a. *Demetrium fratrem, confictis criminationibus apud patrem degravatum, ut veneno interficeretur, effecit.* ibid. *ejus pater mœrore, ob innoxii filii mortem, moritur.* ibid. *regnum parricidio scelereque partum, accipit.* ibid. b. *reges populi Romani socios invadit.* ibid. *Legatos Romanorum superbe & contemptim exceptos, regni finibus intra triduum exire compellit.* ibid. *ideoque ipsi bellum indictum.* ibid. *Licinium Crassum equestri prælio vincit.* ibid. *à Paulo Æmilio vincitur, & ubi, & quando.* 383. a. *à Cn. Octavio captus, cum tribus filiis in triumphum ductus est.* ibid. *ejus avaritia, crudelitas, & degener animus, quid ipsi conciliaverint.* ibid. *Albæ in carcere una cum duobus filiis perit.* ibid. *ejus filius tertius Alexander scriba Romanorum fuit.* ibid.
Pessumdare, quid. 192. a
Pessimus quisque asperrime rectorem patitur. 501
M. Petreius vir Prætorius fuit. 181. a. *homo maxime militaris.* ibid. b. *ejus mors non uno modo refertur.* 181. a. *Catilinam, cumque eo tria millia hominum pugnantes haud incruenta victoria cecidit.* 186. b
Petulantia, quid. 96. a. *& unde dicta.* ibid.
Phaleræ, proprie quid. 336. a, b. *à torquibus distinctæ.* ibid.
Phaselus, quid. 427. b

Pherecydes Syrus primus animos hominum esse sempiternos dixit. 193.b
Philænôn-aræ. 327. *Strabonis ætate non extitere.* ibid.b. *ubi.* 234.b
L. Philippi contra Lepidum oratio. 395.a,b. *Lepido perjurium objectat.* 398.b
Philippus Demetrii filius, Macedoniæ rex. 389.a. *sub eo bellum Macedonicum primum.* ibid. *societatem belli contra P. R. sancit.* ibid. *omnes centuriæ P. R. contra eum mittuntur.* ibid.b
Philosophorum error, animas antea fuisse quam in hanc vitam descendatur. 193. b. *qui ab Orpheo manavit.* ibid. *inter eos summa quæstio, utrum quæcunque habeant initium, habitura sint finem.* 193.a
Phœnices quoad nomen & linguam cum Pœnis iidem sunt. 231.a. *unde dicti.* ibid a,b
Phœnicia lingua Hebrææ olim admodum similis fuit. ibid.
Phœnix idem est, qui rex Erythræ, qui Edom sive Esavus. 232.a. *de eo scripturæ testimonia:* ibid.
Φοινίσσω, cruento. 231.a
Phryges cum veteribus Germanis multa habuere communia, ut & Persæ. 228.b. *non male antiquissimi mortalium censentur.* ibid.a. *timidi.* 298 b
Physici mundum magnum hominem, & hominem brevem mundum dixere. 191.a. *ratio.* ibid.
Piceni agri situs. 71.b. *unde sic dictus.* ibid.
Pila, missilia, quibus utebatur pedestris exercitus. 183.a. *eorum longitudo, latitudo, pondus, & vis.* ibid. *duo militi erant.* ibid.
Pilatum agmen quid, & unde dictum. ibid.
in Pilo ferrum quomodo infixum. 183.b. *ejus justa magnitudo.* ibid.
Pilum Romanis duplex fuit. 183.a
Pisces, qui in Ponto & Mæotide capiuntur immanes sunt & pingues. 482.a. *causa.* ibid.
Pisidia, Ciliciæ regio. 481.b
Pisones unde oriundi. 44.a. *unde dicti.* ibid.
Cn. Pisonem quidnam ad perturbandam rempubl. stimulavit. 44. *in citeriorem Hispaniam quæstor pro Prætore missus.* 46.a. *quare* ibid. *conjurationis particeps, cum exercitu in Hispania citeriore.* 56. *consul fuit cum Acilio Glabrione.* 128.a. *res quædam ejus gestæ.* ibid.b. *ejus & Cæsaris inimicitiæ.* 128
Pistorium, Etruriæ oppidum. 172.a. *nunc vulgo Pistoia.* ibid. *oppidani Pistorienses.* ibid. *Ptolemæo urbs mediterranea Thusciæ.* ibid.b
Platonis jam senis de terra opinio. 34.b. *multis in locis à Christiana pietate non dissentit.* 193.a,b. *ejus de animis opinio.* ibidem. *Rempublicam non attigit, sed totum tempus in Philosophia consumpsit.* 197.a,b
Plebes, pro, plebs. Passim.
Plebis favor, optimum, contra impetum Consularis potestatis munimentum. 516. b. 517.a. *tres à Patribus secessiones fecit, & qua de causa.* 89.b. *armata, regibus exactis bis à Patribus in montem Aventinum secessit.* 253.a. 256.a. *nec reconciliari potuit, donec ei Senatus postulata concederet.* 253.a. *primæ secessionis causa.* ibid. *reconciliatur.* ibid. *alterius secessionis causa.* ibid. b. *reconciliatur.* 254. a. *armata Aventinum montem insidet.* 385. *Trib. pl. & alia jura sibi parat.* ibid. *largitionibus magis, quam ullis honoribus capitur.* 510.a
Plinii error. 169.b. 315.a
Plutarchus oracula telluris vaporibus ascribit. 120.b. *ejus error.* 123.a
Plutei, quid. 455.b
Ποδισμὸς Græcis, Latinis pedatura, quid. 207.a
Pœnam veteres vocabant fraudem. 95.a
Pœni unde dicti. 231.a,b
Pollere, id est, plurimum posse. 244.a
Cn. Pompeii in Asia res gestæ. 38. b. *ejus potentia Romæ formidolosa fuit.* 47.a. *virtus ejus invidiam, invidiæ calumniam creavit.* ibid. *ex eo præsagia quædam.* ibid. *ipse antequam Tiberius occideretur, in senatu dixit, se compertum habere, diadema & purpureas vestes Graccho, tanquam Romæ regnaturo, allatas.* 254.a. *transpadanis colonis jus Latii dedit.* 271.a. *in tertio triumpho, quem de Pyratis, Asia & Ponto duxit, lectos tricliniares tres ex auro transtulit.*

lit. 338.a. *ejus ad ſenatum epiſtola.* 423. & ſeqq. *ab adoleſcentia Alexandri regis æmulus.* 435. *devictis Hiſpanis qualia trophæa in Pyrenæis jugis erexerit.* 477. b. 478.a. *à bello piratico redux.* 479.a. *ejus in Africa victoria.* ibid. *à Sulla revocatur.* ibid. b. *à Cenſore, qui natu major erat, rogatur an omnia ſtipendia impleviſſet, & ejus reſponſio.* ibid. *fama & claritate etiam ſupra Craſſum & Cæſarem fuit.* 502.a. *fortunam ſemper iniquam, & Deos adverſos habuit.* ibid. *cum Cæſare confertur.* ibid. b. *in ejus exercitu nimius luxus fuit.* 506.a. *quod in eo magnum rei militaris dedecus.* ibid. b. *Magni nomen unde accepit.* 386. a. *ejus res præclare geſtæ.* ibid. *ab Achilla Præfecto perfide interfectus eſt.* ibid. b

Cn. Pompejo Magno, & M. Licinio Craſſo Coſſ. tribunitia poteſtas reſtituta eſt. 99.a

Pomponi Læti error. 359.a

Pontifices privatam, Conſules, aliique magiſtratus publicam perſonam ſuſtinebant. 129. b. *eorum collegium Romæ honoratiſſimum fuit.* ibid. *à Numa Pompilio primum inſtitutum.* ibid. *eorum officia.* ibid. *eorum dignitas.* 130.a

Pontis Milvii ſitus. 114. b. *à quo, & quando extructus.* ibid.

Pontus, provincia Aſiæ Minoris. 462. b. *ejus termini.* ibid. *Scythici arcus ſpeciem efficit.* 494

Poplicola de Etruſcis primus quadrigis in urbem invectis triumphavit. 384.b

Pop. Romanus quando primum periit. 18.a. *eorum in militia luxuries.* 22. b. *ejus imperium non terræ modo, verum etiam cœli regionibus terminatum.* 96. a. *optimis moribus & maxima concordia egit ante bellum Carthaginienſe.* 384.a

Pop. Romano à principio jam inopi, melius viſum, amicos quam ſervos, quærere. 363. *eorum amici, & ſervi, qui.* ibid. a, b

Populi ſemper in nova deditione ſe promptos & officioſos præſtant in eos, qui ſe dediderunt. 321.b

ad Populum ferre, ſive populum rogare quid 272. b. *rogandi exemplum.* ibid.

Populum convocare non licebat, niſi magiſtratibus. 245.b

Populus liber, quis. 214.a

Populus proprie dicitur jubere, ſenatus decernere. 76.a

Porcia lex pro civibus Romanis. 142. a, b. 147. b. *hanc tulit M. Porcius Cato Valerio & Apulejo Coſſ. anno* DCLIV. 142. a, b. 147. b. *in civem pœna ſanguinis animadvertere vetat.* 254.b

M. Porcium Catonem inter & P. Naſicam, quorum alter ſapientiſſimus vir in civitate habebatur, alter à Senatu optimus judicatus erat, de Carthagine delenda, diſſidium. 137.b

M. Porcius Cato, Uticenſis dictus. 149.b. *tribunus plebis admodum adoleſcens deſignatus fuit.* 149.b. *in oratione ſua quanta vi animi atque ingenii in conjuratos invectus ſit.* ibid. *ejus Oratio.* 150. & ſeqq. *quo pacto à Ciceronе ſervata.* 149.b. *ejus ſententia vicit, aſſenſuſque eſt illi Senatus, ut de conjuratis ſupplicium ſumeretur.* 150. a. *adverſus Cæſarem ſuſpicionem inducit.* 150. a. *ejus ſententia à Senatu laudatur.* 161.b

M. Porcius Cato Cenſorius, Hiſtoricus eximius. 381.a. *res ſummas in homine res præſtitit.* ibid. *quando florere cœperit.* ibid *vixit uſque ad bellum Punicum tertium, ad quod Romanos imprimis concitavit.* ibid. *ejus ſcripta qualia.* ibid. *literarum ſtudium ſenior licet aggreſſus, quantum tamen progreſſum fecerit.* ibid. b. *flos & lumen eloquentiæ.* ibid. *Romani generis diſertiſſimus.* 381

Porſenna rex pro Tarquinii reſtitutione contra Rom. arma ſumit. 384.b. *Tarquinii cauſa deſerta pacem cum eis facit.* ibid.

Portæ, in caſtris quatuor. 301. b. *prima inter eas Prætoria.* ibid. *cui Decumana oppoſita.* ibid. *unde ea dicta.* ibid. *extra hanc à militibus delinquentibus ſumpta ſupplicia.* ibid. *fores & januæ iis impoſitæ ad ſerandum & reſerandum.* ibid. *ut & turres.* ibid. *ſingulæ 2. pedum.* ibid.

Portenta, quid. 77.a

L. Poſthumius in Hiſpania ulteriore bis cum Vaccæis egregie pugnavit, & ad XXXV. *millia hominum occidit.* 249.b

L. Poſthumius & M. Favonius magnæ quaſi navis onera. 525

Poſſunt, pro, *promittunt.* 432.b

Poteſtas omnis impatiens conſortis. 385.a

Præfecturæ in Italia quæ appellabantur. 94.b
Præfectus legionis abſentis legati vicem tenebat. 182.a. *ei totius exercitus arma parebant.* ibid.
Præmia Senatusconſulto facto, in hos qui conjurationem indicaſſent, conſtituta. 107.a. *quænam illa.* ibid.
Præmia virtutis, id eſt, honores. 335.b
Præneſte, urbs Latii mediterranea. 406.a. *ejus ſitus.* ibid. πολυώνυμος. ibid. *unde dicta.* ibid.
Præpoſitio, præter, *quando pro* ſine *accipitur, ablativo conjungitur, ſecundum Priſcianum.* 95.a
Præruptus, quid. 266.b
Præſidium inter & ſubſidium differentia quæ 26.b
Præſidium quid, & unde dictum. 240.b
Præterea, *tempus præteritum ſignificans, quod rariſſimum.* 48.b
Prætor unus primum Romæ fuit, poſtea multi creati ſunt, & quæ cauſa. 80.a. *is qui urbanus dicebatur, cæteris prætoribus dignitate præſtabat.* ibid. *ejus officium.* ibid.
Prætores Provinciales quando creati. 46.b. *jurati, ut optimum quemque in ſelectos judices referrent Romæ conſtitutum fuit,* 523.a
Prætorium, quid. 207.a. *unde dictum.* ibid.b. *ejus forma.* ibid. *in eo Augurale fuit.* ibid. *ante illud ara.* ibid. *ejus arca ſive pedatura jugerum quaterauûm.* ibid.b. *ſitus,* ibid. *in medio, & quare.* ibid.
in Prætura, privilegio honoris, duodecim ſecures apparuere. 80.a
Prima ducere. 323.b
Primipilus caput erat & ductor omnium centurionum. 268 b. *dexter in ſiniſtrum etiam jus aliquod habebat.* 269.a. *ejus in militia imperium.* ibid. *Aquila in ejus tutela, & inde ſæpe pro Primipilatu uſurpatur.* ibid. *ejus muneri non dignitas modo, ſed & opes adjunctæ.* ibid.
Primipilum quare pro militaris annonæ adminiſtratione uſurpari cœpit. 269.a,b.
Princeps ſenatus à Cenſore legebatur. 243.a. *quibuſnam hoc genus honoris deferri ſolitum.* ibid.
Princeps debet diu multumque in bello eſſe exercitatus. 512.b. 513.a. *non ſatis eſt talem à ſola Hiſtoria magiſtra duci.* ibid. *à primis annis qualis eſſe debeat.* ibid. *huic quatuor maxime neceſſaria.* ibid.
Priſcianus emendandus. 381.a
Privatim, id eſt, in occulto. 23.b
Privignus unde dictus. 35.a
Procacitas unde dicta. 96.b
Proconſul, Proprætor, Proquæſtor, quid. 279.a
Prodigia, quid, & unde dicta. 77.a
Prodigia & portenta ante conjurationem Catilinæ. ibid.
Profanum quid. 24.a
Profanatum, quid. 139.b
Proficiſci, *interdum & diſcedere, & incipere iter facere.* 362.b
Profiteri, quid. 44.a
Proſapia, quid. 334.a
Proſcribere, quid. 55.a
Proſcripti quinam dicti. ibid.
Proſcriptiones, id eſt, publicationes bonorum. 55.a
Poſcriptionis nomen unde initium ducit ibid. *tabulas Sulla primus propoſuit.* ibid.
Provinciale jus unde deterius. 46.b. 47.a
Provinciarum pactio, quomodo fiebat. 69.a
Proximum, quidnam dixere veteres. 494
Pſallere, proprie quid. 66.b. 67.a
Ptolemæi in codice verſo, error. 343.a
Publicationes bonorum in criminibus ante Cæſarem in uſu non fuere. 148.a,b. *quare inſtitutæ.* ibid.
Publius Craſſus, homo ditiſſimus 532.a
Pudicitiam inter & pudorem differentia quænam. 25.a
Pudor, quid. ibid.
Pueri ut poſt pubertatem armis exercerentur, mos Romanus fuit. 12.b
Pugio, quid. 435.b
Purpuræ in Orientalibus litoribus collectæ rubri coloris erant. 231.a,b. *ut & Tyriæ.* ibid.
Purpureum à Puniceo diſtat. ibid.
Pyrenæus mons. 425.a. πολυώνυμος. ibid.a,b
Pyrrhus Epirotarum rex, Lævinum Conſulem apud Heracleam Elephantorum novitate turbavit. 287.b. *quinquaginta Elephantos à Ptolemæo rege in uſum biennii mutuos accepit.* ibid. *Æacidæ filius.* 388.b. 389.a. *ejus genus.* ibid. *ob odium paternæ crudelitatis, clam à matre ſub-*

tre ſubductus, Herbæque, Glauci regis uxori, nutriendus traditus. ibid: *undecim annos natus revocatur à ſuis.* ibid. *Apollinem de bello conſulit.* ibid. *ut periret.* ib.
Pythiam Delphis terræ vis incitabat, natura Sibyllam. 120.b

Q.

Quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant & quæ. 460.b
Quæſivit, pro rogavit. 394.b. *à Quæſo, quæſere.* ibid.
Quæſtiones, quid. 254.b.257.a
Quæſtores quando inſtituti. 46.a. *urbani quid curabant.* ibid. *apud Romanos, hominem morte damnatum ad eminens foro præcipitium ducebant, & inſpectantibus omnibus eum de petra dejiciebant.* 147.a
Quid, aut qua de cauſſa conſilium habuiſſet, dicendi genus notandum. 118.a
L. Quinctius aſſidue acta Sullæ in concionibus exagitat. 430.b
Quinque viri, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt, quando creati & nomina eorum. 89.a
Quinti unde dicti. 60.b
Quintiliani error. 9.b
Quirites unde dicti. 232.b
Quo quiſque excellentiſſimus eſt ingenio, & animo invictiſſimo, ita ad dominationem maxime proclivis. 19.a

R.

Reate, oppidum Sabinorum. 94.a. *ejus origo.* ibid. *Præfectura à Cicerone appellata.* ibid.b
Recipere, quid. 20.a
Recognoſcimus ea fere, quæ ſcimus. 92.b
Regale nomen regibus & magnum & honeſtum eſt. 384.b
Reges magni bello à Romanis domiti. 16.b. *ut & nationes feræ.* ibid.
Regi aut Imperatori conſilium dare difficile. 515
Regibus aliena virtus ſemper formidoloſa. 12. *iisque boni, quam mali ſuſpectiores.* ibid.
Regium Imperium, primum in terris imperii nomen fuit. 3.b. *idque juſtiſſimis & ſapientiſſimis deferebatur.* ibid.
Regium maxime eſt, ſi nulli voluptati ſervias, ſed affectibus imperes magis quam civibus. 512.a
Regna quædam electiva, quædam ſucceſſiva. 209.a *ſucceſſiva, quæ.* ibid.
Regna, civitates, nationes, quouſque imperium proſperum habuere. 525
in Regnis hæreditariis ſucceſſoris ordo obſervatur. 209.a. *teſtamenta non valent.* ibid.
Regnorum hæreditaria diviſio, funeſtos ut plurimum exitus habuit. 211.b
Regno ut plurimum ſequior ſexus, ſi Ægyptum & Britanniam excipias, excluditur. 210.a
Regnum ut natu prior obtineat, omnium populorum conſuetudo fuit. ibid.
Regum antiquorum, ſocietatem ineuntium mos. 58.b
Rei militaris ſcriptores præſtantiſſimi olim ac diverſi. 334.b. *non Græci tantum, ſed & Latini.* ibid. *eorum pauci ſuperſunt.* ibid.
Reipublicæ libertas multitudine ſenatorum ſtabilitur. 528.b
Religio, unde dicta. 27.a
Religioſi dies, qui. ibid.
Religioſus, quis. 26.b
Remoria, locus in ſummo Aventino. 257.a *unde ſic dictus.* ibid.
Renones quid. 467.a,b
Renunculum, quid. 420.a
in Reorum cuſtodia Romanorum mos. 148.b
Reos aliquando non punire, Politicum eſt. 141.a
Reparari, quid dicatur. 254.b
Repetundarum reus, quis dicebatur. 259.a
de Repetundis lex à quonam primo lata. 43.b *ſeveriſſima poſtea à M. Acilio Glabrione lata.* ibid. *quænam illa lex.* ibid.
Repulſum abire. 374.a
Reſpublica florens & beata, quæ. 526.a. *miſera, quæ.* 527.a
Res ſecundæ Sapientum animos fatigant. 24.a. *vitiis maxime obtentui ſunt.* 393.a
Reſtantem, pro, reſiſtentem. 403.b
Reus Magiſtratum petere non poterat, dum judicium penderet. 44.a. *antiquitus, veſtem mutabat.* 260.b
Rhegium urbs in litore Calabriæ è regione Meſſanæ. 248.a. *ſecundum alios in Bruttiis ſita.* ibid. *à quibus condita.* ibid. *olim Aſchenaz*

Aſchenaz dicta. ibid. *hodie Rezzo vocatur.* ibid. *olim terræ motibus divulſa fuit à continente Siciliæ.* ibid. *unde dicta.* 476.a. *ejus ſitus.* 477.a

Rhodii per XIII. annos maris dominium obtinuere. 136.a. *celeberrimi omnium maris dominorum, & unde.* ibid. *eorum leges nauticæ vetuſtiſſimæ ſunt omnium.* ibid. *legatos Romam mittunt, & quare.* ibid.b.

Rhodus inſula in mari Carpathio. 136.a. *Solis ſacra, Coloſſoque nobilis.* ibid.

Rogatio, ſive lex, ſive plebiſcitum dicitur, quicquid populus decernit ſive jubet. 260.a,b

Romæ urbis origo. 9.b. *à Trojanis, Ænea duce profugis, condita.* ib. *alii à Romulo conditam volunt.* 10.a. *quam brevi creverit.* 12

Romana reſp. labore & juſtitia crevit. 16.a

Romanæ linguæ pleraque vocabula ex puriſſimo Græciæ fonte profluxere. 10.b. *maxima parte Æolica fuit.* ibid.

Romanæ fidei ſpecioſæ in Pœnos exemplum. 138.a

Romanorum priſcorum frugalitas. 13.a. *eorum luxuria in villis ædificandis.* 25.a,b. & 513.a. *domus in urbium modum exædificatæ.* 25.b. *in his etiam luci & arbuſta.* 26.a. *ſumptuoſiores, quam Deorum templa.* ibid. *luxus in cibis.* 29.b. 30.a

Romani parva manu maximas hoſtium copias fudere. 14.a. *quaſnam urbes natura munitas virtute ſua, pugnando cæpere.* ibid. b. *ſeſe negotiis militaribus maxime dedere & quare.* ibid. *non timore legum boni erant.* 15.a. *eorum in bello audacia.* ibid b. *apud eos nullum præclarum facinus ſine præmio erat.* 13.b. *illi, qui in oppugnanda urbe primus murum adſcenderat, muralis corona dabatur.* ibid. *Romanorum exercitus prima corruptio.* 22. 23. & ſeqq. *luxuriam primum ab Aſiaticis didicere.* 22.a. *quando virtus illis hebeſcere cepit.* 24.b. *fœdera jungebant cæſa porca, Græci capro, tauro, aut ariete.* 58.a. *qua hora amicos potentes ſalutabant.* 73.b. *quid reliquis diei horis agebant.* ibid. *illis ab ortu Solis ad occaſum omnia parvere.* 95.b. *ſed fortuna invidens principi gentium populo, ipſum in exitium ſuum armavit.* 96.a. *mos fuit illis aliquando liberare filios à pœna, quocunque patres crimine deliquiſſent.* 98.b. *nihil ita cuſtodiunt neque ſanctum, neque ſacrum, quemadmodum Sibyllina divinitus miſſa oracula.* 119.a,b. *quando eis utuntur.* ibid. *quando & quomodo peritæ.* ibid. *Antiocho Syriæ rege devicto Lyciam & Cariam Rhodiis dedere.* 135.b. 136.a. *poſtea hoſtes facti, & qua de cauſa.* ibid. *ſed à Catone defenſi.* ibid. *tria cum Carthaginienſibus bella geſſere.* 137.a. *& quænam illa.* ibid a,b. *arma atque tela militaria à Samnitibus, inſignia magiſtratus à Tuſcis pleraque ſumpſere.* 145. 146. *& quæ illa inſignia.* 146.b. *quando maxime fuere terribiles.* 163.a. *tria in exercitu ſignorum genera habebant.* 148.a. *quomodo multas ad ſe provincias traxerint.* 215 a. *eorum latus.* 216.a,b. *cum illis in Capitolii obſidione nervorum copia defeciſſet, matronæ abſciſſos crines ſuos viris ſuis obtulere.* 299.b. *ad hanc memoriam Veneri Calvæ templum ſtructum fuit.* ibid.

Romani, ſed nobiles præcipue, mortalium in epulis profuſiſſimi erant. 338.b. *eorum imperii termini.* 449.a. *in coloniis traducendis tam optimorum equitum quam peditum copiam habebant.* 521.a

Romam & partes nulla alia res in arma civilia armavit, niſi ſeditiones tribunitiæque procellæ. 261.b. *varia ejus rei exempla.* ibid.

Romulus à populo Rex factus. 11.b. *omnem poteſtatem, & per omne vitæ tempus patri in filium jus dedit.* 102.b. *etiam majorem quam domino in ſervum.* ibid. *ejus de auguribus conſtitutum.* 122.a. *haruſpicinam fecit.* ibid. *ad imitationem Athenienſium, civitatem in patres & plebem diviſit.* 519.b. 520.a

Ruere, quid. 420.b

Rutilius Rufus Metelli legatus, cum C. Manlio conſul fuit. 290.a. *innocentiſſimus in judicium vocatus de pecuniis repetundis, damnatus.* ibid.

S.

Sabellici error. 225.b

Sacrata corpora, quæ. 420.b

Sævitia, quid. 281.b

Sagittarii in Romanis caſtris creberrimi poſt bellum

bellum Punicum ſecundum fuere, ſed Auxiliares, non cives. 284.b.285.a
Sagittarum varia genera. ibid.
Sagittæ Romanis ipſis ab antiquo vix fuere. ibid. *virgæ dictæ, & calami.* ibid. *tanta violentia mittebantur, ut nullus thorax, nullum ſcutum illis poſſet reſiſtere.* ibid. *illis & thecæ fuerunt, quas pharetras aut cocyros priſci dixerunt.* ibid.
Sagum, quid. 419.b. *Gallica vox.* ibid. *Gallorum inventum.* ibid.
Saguntini fide atque æruminis incluti. 469 a. 486
Salitus, à ſalo, non ſalio, veteres dixere. 441.b
Sal veluti neceſſarium vitæ condimentum. 344. *ejus virtutes.* ibid.
Salluſtianæ periodi numeri. 381.a
Salluſtius adoleſcentulus initio à ſtudio ad Remp. latus multa adverſatulit, à Rep. ad ſcribendas hiſtorias ſe transfert. 8. *quare Senatu ejectus.* 7.b.8.a. *Senatu quando à Cenſoribus motus.* 196.b. *non multo poſt Prætor eſt deſignatus.* ibid. *inde Jubæ regnum in provinciæ formam redactum adminiſtravit, tandemque dives factus (eam enim provinciam expilaverat) procul à Rep. vivere decrevit.* ibid. *negligentiæ accuſatur.* 231.a. *ab Aſinio Pollione & Lenæo Pompeii liberto reprehenſus.* 334.a. *ejus error.* 85.a.172.b. 234.b.314.a
Saltus Romanis ſicus atque Græcis indecorus habitus eſt. 67.a
Saltationis honeſtæ duo genera. ibid.b
Salutem nullam ſperare, victis una ſalus. 370.b
Samiare, antiquitus, pro acuere. 146.a
Samnites, Italiæ populi. 145.b. *eorum ſitus.* 146.a. *origo.* 145 b. *eorum opulentia, inſidiarum fallacia, rabies & furor.* 145.b. *armis per Fabios & Papyrios P. Rom. eos ſubegit, domuit, urbes diruit.* 146.a. *unde ſic dicti.* ibid. *eorum armatura.* ibid. *quos ſub jugum miſerant illi, à Senatu ad ſupplicium traditi ſunt.* 269.b
Samothraciæ Cabirorum Deorum myſteria ſemper fuere celeberrima. 444.a. *iis ſacris imbuti credebantur juſtiores fieri & ſanctiores, & in quibuſcunque periculis præſentiſſimos habere Deos.* ibid. *multi in eo errore occæcati.* ibid. *Phœnicia etiam ſacra fuere.* ibid. *Cabirorum ſingulorum nomina.* ibid.a,b. *eorum ſimulachra Vulcani ſimulachris ſimillima.* ibid.b. *illorum ſacerdos Kōnc dictus.* ibid. *Zerinthus, ſpelunca illis ſacra fuit.* ibid. *Cambyſes illorum ſimulachra concremavit.* ibid.
Sanctum, quid. 275.a
Sanguis, pro vita. 153.a
Sapiens nullum ab amicitia ſua abigit, niſi improbum. 355.a. *ut vitam inſtituit.* ibid.
Sapientes pacis cauſa bella gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. 509.a
Sarcaſmus, quid. 494
Sardinia unde dicta. 407.b.408. *ejus ſitus.* ibid. *ſolifuga, animal exiguum, ibi tantum gignitur.* ibid. *venenum ibi non naſcitur.* 408.a. *fontes habet calidos, & vis ejus aquæ.* ibid. *Lepidum ibi tabe colliquiſſe fertur.* ibid.
Sarmatarum originem quidam ad Medos revocant. 228.a
Satias, pro, ſatietas. 427
Satura, eſt cibi genus ex variis rebus conditum. 250.a. *veteribus, quid.* ibid.
L. Saturninus, homo ſeditioſus. 396.b. *juſſu Senatus interfectus.* ibid.
Satyra lex, quid. 250.a. *per hanc Jugurtha in deditionem recipitur.* ibid.
Satyra lex lege Cæcilia & Dedia abrogata fuit. 251.a,b
Saxa & ignes inter omnes è ligno machinas maxime valuere. 300.a
Scalarum varia genera. ibid.
Scalptura origine & ſignificatione idem quod ſculptura. 23.a,b
Scantinia lex lata contra maſculam Venerem. 29.b. *quænam pœna.* ibid.
Scapha quid. 428.a
Scauri unde dicti. 242.b.243.a
Scelus unumquodque, quando recens eſt, atrox & indignum, & punitione dignum videtur. 246.a
Scilurus, relictis maribus filiis octoginta, diem obiturus, quid fecerit. 210.b
Scipionum nomen Africæ fatale videbatur. 138.a
Scipio Africanus prior primus Cæſar dictus, eo quod matris utero exciſus erat. 164.a. *unde Africanus dictus.* 201.b. 235.b.

P. Scipio Naſica, cujuſnam filius & pronepos. 246.b. *Latine loquendo cuivis par fuit, & omnes ſale facetiiſque ſuperabat.* ibid.
P. Scipio Romanorum Imperator. 206 *majorum imaginibus ad virtutem ſe excitari dicebat.* 198
P. Scipio ex gente Cornelia fuit. 198.b
Scorpio, quid. 439.a,b. *altus ab Onagro.* ibid.
Scriba Cornelius aliena bene parta prodegit. 391
Scriba, qui. 391.a. *munus eorum multo honorificentius apud Græcos quam Romanos.* ibid.
Scrinia in iure dicuntur, in quibus Principis acta, & quæ ad jus pertinent, aſſervantur. 117.b.118.a
Scriniorum officium publicum. ibid.
Scrinium, quid. 117.b. *Græcis* χαρτοφυλάκιον. 118.a
Scripta rata & firma ſigilla ſolebant habere. 113.a
Scuta antiquioribus temporibus ſignis quibuſdam diſtinxere. 199 b. *fortium virorum picta, inertium pura fuere.* ibid.
Scutis coria detracta, & urgente fame, in obſidionibus, pro cibo mollita. 313 b
Scutum, unde dictum. 313.a. *à clypeo quomodo differat.* ibid. *Græcis* θυρεός. ibid. *duplex eorum genus.* ibid. *longitudo & latitudo.* ibid. *deſcriptio.* ibid. *origo.* ibid.b. *iis ſolebant varias picturas, formas & colores, Græci, Romani, Barbari, addere.* ibid.
Scylla, ſcopulus in freto Mamertino. 292.b. πολυώνυμος. 293.a
Scylla & Charybdis inter ſe vicinæ. 485.b. 486.a.
Scythæ mutuo ſanguine amicitiam ſanciunt. 57.b. *& quo modo id fiat.* ibid.
Secunda oratione, id eſt, obſequenti ſermone. 311.b
Securitas frequentiſſimum initium calamitatis. 296.a
Secus, duo ſignificat. 417.a
Selencia, Elymaidis, Perſicæ regionis civitas. 450.a. πολυώνυμος. ibid. *cum Babylone aliquando confunditur.* ibid. *quot ſtadiis à Babylone diſtet.* ibid.b
Semproniæ ortus. 65. *res geſtæ & mores.* 66. & ſeqq. *cujus uxor fuerit.* 66.a
Sempronia conjurationis conſcia multa virilis audaciæ facinora commiſit. 106. b. *vir ipſius D. Brutus conjurationis conſcius non fuit, quippe qui reip. amantiſſimus.* ibid.
Semproniorum gens patricia, & admodum nobilis fuit. 66.a,b. *poſtea plebeia facta.* ibid. *tres familiæ reperiuntur.* ibid.
C. Sempronius Gracchus legem tulit, ut Senatus quotannis duas provincias Conſulares decerneret. 246.a
M. Sempronius trib. pl. legem tulit, ne de capite civis Romani injuſſu populi judicaretur. 142.b. *hæc lex Sempronia dicta.* ibid. *ſimilem quoque Gracchus tulit.* ibid.
Senacula tria Romæ fuere. 117.b
Senatoriæ & tribunitiæ crudelitatis exempla. 101.a
Senatores ſententiam rogati, ſtantes dicebant. 161.b
Senatorum nemo, cum jus relationis penes magiſtratum eſſet, niſi rogatus ſententiam dicere poterat. 133.b. *eorum numerus requirebatur, ut legitimum ac ratum eſſet Senatusconſultum.* 162.a. *ab Auguſto pro ſingulis Senatusconſultorum cauſis ac formulis determinatus.* ibid. *eorum numerum Tarquinius primus auxit.* 527.a. *Cæſar per bellum civile multos removit, aliosque allegit.* ibid. *quod Auguſtus poſtea correxit.* ibid. *ſed ſub Tiberio vilior viliorque facta, & ſub aliis principibus ad nihilum pene redacta ſenatus auctoritas.* ibid.
Senatus quænam diſcerneret populi juſſu, & quænam injuſſu. 46.b
ad Senatum referre, quid. 75.b. 126.a,b. *quinam ſolebant.* ibid.
Senatuſconſulta duobus modis fieri ſolita. 134.b
Senatus legitimus ter in menſe habebatur. 45. b. *ne plus quam bis in menſe haberetur, Auguſtus inſtituit.* ibid. *ante Calend. Februar. per legem Papiam haberi non poterat.* ibid. *per quoſnam more majorum haberi ſolebat.* 136.a,b. *multis indiciis judicavit Cethegum, Lentulum, alioſque contra Remp. feciſſe.* 134.a. *hunc vocandi quibus jus poteſtaſque fuit.* 133.a. *ejus decreta quomodo fiebant.* 162.a. *conſules creare non poterat.* 306.a. *creatis provin-*

eias decernebat, & finito anno imperium iis prolongabat, qui tunc non Consules sed Proconsules dicti. ibid. *quando à Pompejo circumscriptus & oppressus.* 527.b. *duabus rebus confirmari potest.* 527

Senectus, per se gravis, curam duplicat. 462

L. Senius Senator literas in senatu, quas Fæsulis sibi allatas dabat, recitat. 76. *quid continebant eæ litteræ.* 77. 78

Sententias rogandi ordo varius fuit. 134.a

Sentina, quid. 97.a

Sentinatores, qui. ibid.

Septimius Camers in agrum Picenum à Catilina mittitur. 71

L. & M. Sergiorum res præclare gestæ. 84.b

à Serpentibus quando potissimum cavendum. 343.a

Sertorius cum tribus millibus militum furtim Carthaginem confugit. 403.b. *proscriptus ingens bellum in ulteriore Hispania excitavit.* 432.a. *à M. Antonio & M. Perpenna occisus.* ibid. *Barbarum, qui ei nuntiaverat Hirtuleium periisse, pugione trajecit, & quare.* 419.a. 435.b. *victus voluit fugere ad insulas fortunatas.* 488.b

Serum, pro, crudele ac sævum. 462.a

Servilia, Catonis soror, Junio Silano nupsit. 133.b

Servitia pro servis, ut ministeria pro ministris. 65.b

ex Servitiis octo millia validorum juvenum, liberorum capitum inopia, primi singulos sciscitantes, an vellent militare, empta publice armaverunt Rom. 171.b. *hi cum strenue se gessissent à Sempronio Gracchо manumissi.* ibid.

Servi, nisi prius libertate donati, ad militiam non admittebantur. 114.a

Servi neque infames jus militiæ habent. 171.b. *si sponte se obtulerint non ignavi suæ conditionis, capitali supplicio afficiendos Trajanus scripsit.* ibid.

Servi, capite censi, & ex classes ad militiam non recepti, & quare. 340.b

Servius Tullus Romanorum rex ætatem hominis in tres partes divisit. 12.a

Servius Tullus, qui sextus à Romulo regnavit, censum primus instituit. 340.a. *populum in classes quinque divisit.* ibid. *quæ sicut numero, ita & armis distinctæ.* ibid. *equitum ex primoribus civitatis, duodecim scripsit centurias.* ibidem. *quando bellum gerendum erat, ex his quinque classibus milites conscribebantur.* ibid.

de Servo inter numeros deprehenso supplicium exactum est, ut de rupe Capitolina dejiceretur; manumissione tamen prius intercedente, quo magis cum dignitate aliqua condemnatus esse videretur. 171.b

Servorum demensum, quid. 390.a

Sestertius, quid. 81.a. *quantum valet.* ibid. *argenteus erat.* 89.b

Severus imperator morbo gravatus, Micipsæ ad Jugurtham divinam orationem, filio majori misit. 208.b

Severus Lepti Tripolitana oriundus. 324.b

Sibuna, jaculum venatorium. 183.a

Sibylla magnæ apud Romanos fuit auctoritatis. 119.a,b. *ea vox unde promanavit.* ibid. *antiquissima, Sambethe, unde dicta.* ibid. *hanc ἐγγαστρίμυθον fuisse, credidit antiquitas.* 120.a

Sica, quid. 72.a

Sicambri, quasi pro victoria dimicantes, appellati. 180.b

Sicca, oppidum à Jugurtha deficit. 297. *Venerea dicta.* 297.a. *Assyriorum in Africa colonia.* ibid. *situs.* ibidem b. *ibi fanum Veneris, in quod matronæ se conferebant, atque inde procedentes ad quæstum, dotem corporis injuria contrahebant.* ibid. *Siccuth Benoth etiam dicta.* ibid.

Sicilia, Insula maris mediterranei est celeberrima. 248.a. πολυώνυμος. ibid. *ab incontinenti abrupta fuit.* 476.b. *Hesiodus Poëta contrarium statuit.* ibid. *ejus ab Italia divisio.* 477.a. *omni ævo, postquam à Deo condita fuit, fuit insula.* ibid.

L. Sicinius primus de potestate trib. loqui ausus. 430

Sicula indigena gens, & omnium prima Romanum agrum, aliaque Italiæ loca incoluit. 248.b. *ejus vestigia adhuc supersunt, & ubi.* ibid.

Sidon unde dicta. 324.a. *à quo condita.* ibid. *à Tyro fere stadiis ducentis distabat.* ibid.b

Digitized by Google

ibidem. b. *ibi magnus æris proventus.* ibid.
Sidonii Phœniceſque per totum terrarum orbem condidere multas colonias urbeſque. 324. a. *quibus artibus illorum opes brevi in immenſum crevere.* ibid.
Signa, ſtatuæ. 53.a. *Urbi quando invectæ.* ibidem. *quomodo ab antiquis pictæ.* ibid.
Signa differunt à ſigillis. 122.b
Signa militaria apud antiquos quænam fuerint. 179. b. *quocunque ductor hæc ferri juſſerat, neceſſe erat ut milites ſuum ſignum comitantes, eo pergerent.* 180.a
Signa inferre, quid. 298.a
Signum quid. 23.a. *quomodo differat à ſtatua.* ibid.
Signum, aut teſſera militaris, quid. 280. b
Sila urbs. 470.a. *ejus ſitus.* ibid.
Silæ ſilvæ ſitus. 470.a. *ejus limites.* ibid. *vina quæ ibi naſcuntur, laudantur.* ibid.
M. Silanus adverſus Cimbros infeliciter pugnavit. 278.a
Silano & Muræna Coſſ. deſignatis, cur Silanus prior ſententiam interrogatus. 134.a
Silere, Græcis σχολάζειν. 1.b
Simulatorem inter & diſſimulatorem differentia quæ. 9.a
L. Siſenna hiſtoricus. 353.a. *è gente fuit Cornelia.* ibid. *cujuſmodi fuerit Orator & Hiſtoricus.* ibid. *ejus Hiſtoria cujuſmodi.* ibid. *quid argumenti in ea tractaverit.* ibidem. *vertit Mileſiacas fabulas Ariſtidis.* ibid. *commentarii ejus in Plautum meminere Grammatici.* ibid. *Siciliæ & Achaiæ prætor fuit.* ibid.b. *parum libero ore locutus videtur.* ibid.
P. Sitius Nucerinus, conjurationis Catilinariæ particeps, cum exercitu in Mauritania. 56
Σκηπτὸς fulgur. 398.a
Socors, quis. 158.a
Socordia proprie, quid. 192.a
Solennia ſacra quænam dicta. 59.a,b
Solini error. 233.a
Sparus, quid. 170.b,171.a
Spira, id eſt, hominum multitudo. 404.a
Sportæ, unde dictæ. 416.b
Σταδιασμὸς, quid. 207.b
Statilio & Gabinio, conjuratis, negotium datur, ut urbem incendant. 111. *quomodo incendium ab ipſis inſtructum erat.* ibid.
Stipare, quid. 30.b
Stipendiis emeriti, qui. 331.a,b. & ſeqq. *hi contra voluntatem ad militiam compelli non poſſunt.* ibidem. *legibus Romanis decem annos militare cogebantur.* ibidem. *ſed id haud ſemper ſervatum.* ibid.
Stipendium quid, & unde dictum. 51.a. *olim cum tributo unum.* ibid. *militis quid.* ibid.
Strabonis error. 237.a
Στρατιῶται, populares. 154.a
Stuprum, quid. 28.b
Subegit, pro coëgit. 18.a
Subſidium, quid. 178.b
Sucro, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius. 426.a
Sudes, quid. 239.b.240.a. *eorum forma.* ibid.
L. Sylla quomodo Dictaturam perpetuam aſſecutus. 9.a. *poſtea Sylla Felix dictus.* ibid. *pediculari morbo conſumptus.* ibid. *primum bellum civile contra Marium geſſit.* 20.a. *ejus belli cauſa.* ibid. *ejus res geſtæ.* ibid.b. *ejus horrenda crudelitas.* 21.a,b. *ejus militum mores.* 21.a. *poſt Prætura m in Cappadociam miſſus, & quare.* 22.a. *quomodo ſibi exercitum fidum fecit.* ibid.b. *regno potitus, non ſolum Romæ, ſed etiam in omnibus Italiæ oppidis proſcriptiones fecit; ſed præcipue Hetruſcorum, & quare.* 74. b. *Legiones* XLVIII. *quibus libido & luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat, in agros captos deduxit & diviſit.* ibidem. *ter intra paucos dies proſcriptionum diverſas tabulas propoſuit.* 98.a. *proſcriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit.* ibidem. b. *has poſtea Cæſar, Dictator factus, admiſit ad honores.* ibidem. *natus familia nobili ſextus à Corn. Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos duces fuerat.* 353. b. *reliquit libros rerum geſtarum, quos, morte præventus, abſolvere*

Digitized by Google

absolvere non potuit. 354. a. *sed quod ipse non quivit, fecit ejus libertus Epicadus, & qualis ille.* ibid. *cum decimas Herculi solvens populo prandia daret, Metellam uxorem jam animam agentem repudiavit, ac in aliam domum viventem adhuc transferri jussit, & quare.* ibid. a,b *Valeriam nimis lascive sibi in theatro blandientem uxorem duxit.* ibid.b. *ante civilem victoriam omnium fuit fortunatissimus, & non minus virtute & industria, quam fortuna valebat.* ibid *post virtutem suam pristinam amisit, eamque in impietatem & crudelitatem convertit.* ibidem. *Quæstor Marii.* 366. b. *Dictator, traditione Jugurthæ semper signavit.* 376. b. *qua cum filius ejus Faustus in numismatibus quoque veteribus signare solitus fuit.* ibidem. *Dictaturam quando deposuit.* 386.b. *quando mortuus.* 388.a. *se alterum Romulum dicit.* 389 b. *unus omnium post hominum memoriam supplicia in post-futuros instituit.* 389 b. 390. a, *post depositam Dictaturam, demisso à se publico præsidio, palam in foro dixit, se rerum ab se gestarum rationem reddere paratum esse.* 392. a. *Consulis Scipionis exercitum corrumpit.* 470.a,b. *illo bellatore nihil mitius, victore nihil truculentius fuit aut crudelius.* 501.a. *ei lege belli in victoria omnia licuere.* 519. a

Syllani milites bellum civile exoptabant, & quare 38.a

P. Sylla & P. Autronius Consules designati, & ambitûs condemnati. 52.b *eorum conjuratio.* ibid.

P. Sulpicius, tribunus plebis perniciosas leges promulgat. 396. b. *in villa quadam latens, indicio servi occisus.* ibidem. *qui servus ob mercedem manumissus, ob infidelitatem saxo dejectus fuit.* ibid.

Superare, *id est, reliquum esse, & restare.* 317.a

Superbia, & contemptor vulgi animus, maximum plerumque nobilitatis venenum. 355.a

Super, *Præpositio & Postpositio.* 468. b. 469.a

Superiores agunt quicquid possunt, inferiores perferunt. 51.b

Supplex apud Judæos manum subjiciebat femori ejus, cui supplicabat. 90.a. *apud Græcos Romanosque quid.* ibid. *apud Homerum quid.* 91.a

Supplices velatis manibus incedere moris fuit. 157. b. *ut & genua tum Deorum, tum mortalium attingere.* ibid. *in cultu divino aut ora Deorum osculabantur, aut dextras, aut denique ipsos pedes.* ibid. *sæpe eminus osculabantur porrecta manu, quam verenter ad os suum referebant & suaviabantur, ne scil. Deos ipso ore suo profano tangerent.* 158.a. *quomodo hoc faciebant.* ibid. *frontem, januas & postes templorum osculabantur.* ibidem. *crinibus passis templa verrebant.* ibid.

Supplicum, apud antiquos, jura. 90.a

Supra caput esse, eminere. 156.b

Sustinere, pro *gerere, patrare.* 162.b

Suum quemque scelus agitat. 36.a

Syphax rex Masæsylorum, cum Scipionem in sua regia hospitaliter excepisset, amicitiæ fœdera, & contra Pœnos consilia cum eo init. 201.b. *hunc Asdrubal ut à Romanis divelleret, ejus animum, Sophonisba filia ei in matrimonium data, occupat, cujus instigatione dementatus, amicitiæ Scipionis, antequam in Africam venisset, per legatos renunciat.* ibid. & 202.a. *cujus perfidiæ magnas mox pœnas dedit, & quæ illæ pœnæ.* ibid.

Syphacis Numidiæ regis agros, urbesque Romani Masiniſſæ dono dant. 202. a. 216.

Syrtes duæ, & earum descriptio. 325.a

T.

Tabula propriè quid 53. a. *earum dignatio Romæ præcipua increvit à Mar. Valerio Messala.* ibid.

Tacitus emendandus. 512.a

Talentorum varia genera fuere. 443.b

Tana alius quam Tanais, nomen celeberrimi fluminis, quod Europam ab Asia dividit. 345.b

Tarentum, Calabriæ urbs. 404.a,b. *ejus descriptio.* ibid. *hodie* Tarento *dicitur.* ibid.

Tarquiniorum nomen, Romanis, post expulsos Reges, adeo invidiosum fuit, ut eo nomine nemo fuerit appellatus. 125.a,b

L. Tarquinius, conjurationis index in vincula

eula conjicitur. 125. *ejus indicio non haberetur fides.* 126
Tarquinius unde Superbus *dictus.* 31.b. *male partum & male administratum imperium amisit.* ibid. *Lucretiæ stuprum intulit.* ibid. *ea de causſa Brutus patriam à tyrannide liberavit.* ibid. *ad Porſennam regem fugit, Etruſco bello & filii morte fractus.* 384.b. *duodecim Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit.* 146.b. *inde omnia decora & inſignia, quibus Imperii dignitas eminet, ſumpta ſunt.* ibid.
Tarracina, urbs Volſcorum. 116.b. *antea ab aſperitate loci Trachinne dicta fuit.* ibid. *Ovidio Trachas dicitur.* ibid. *Volſcorum lingua Anxur appellata.* ibid. *ubi & Jupiter ejus nominis colebatur.* ibid. *Romani illuc coloniam deduxere.* ibid.
Tartanius, amnis Bithyniæ eſt. 457
Tarteſſus, Hiſpaniæ urbs opulentiſſima. 415. *unde dicta.* ibid. a *triplex fuit apud veteres.* ibid. *Gaddir nonnullis dicta.* ibid. *Phœnices primi inde magna argenti vi allata ad tantas opes crevere.* ibid. *inde diſcedentes anchoras, & reliquam ſuppellectilem ex argento conflavere.* ibid.
Tauri, populi in Sarmatia Europæa. 487.a. *eorum ſumma crudelitas.* ibid. *regio Taurinia vocatur.* ibid.
Ταῦροι, ſic veteres omnia grandia & robuſta vocavere. 413.a
Tauromenia, Siciliæ Colonia. 486.b. πολυώνυμος. ibid.
Taurus, Mons Aſiæ, totius orbis terrarum maximus. 413.a. *unde ſic dictus.* ibid. *univerſam Aſiam ab Eoo Oceano diſcriminat.* ibid. *pro gentium & linguarum varietate plurifariam nominatur.* ibid. πολυώνυμος. ibid.a,b. *in ſacris litteris* Ararath *vocatur.* ibid.b
Teia, unde dicta. 494
Telum proprie quid. 72 a. *à Græca voce* τηλε *figuratum.* ibid. *ejus appellatione omnia accipiuntur, quibus ſinguli nocere poſſunt.* ibid.
Tempeſtas, pro periculo. 49.b
Templum quid, & unde dictum. 26.a,b
Tentare, id eſt, experiri. 248.b
Termeſtini, populi citerioris Hiſpaniæ. 427.a
Terræ patere quomodo dicantur. 17.b
Teſſeram dimidiatam hoſpitibus dari, mos antiquus. 187.b
Teſſeram hoſpitalem quiſnam fregiſſe dicatur. ibid.
Teſtes ſeptem in teſtamento faciendo adhibiti. 37.a
Teſtimonii apud veteres duplex erat ratio. ibid.b
Teſtudo, quid. 350.a,b. *ejus origo.* ibid. *duplicem excogitarunt Romani.* 351.a. *In hac conſtruenda equites etiam in medium recepti, qui, ne quid aliis incommodarent, etiam equos genua flectere; ſeque inclinare docebant.* ibid. *eadem uſi in oppugnatione murorum Romani, & quo pacto.* ibid. *ut & Batavi.* ibid.b. *ſimili Perſæ, regem ſuum à baliſtarum ictibus & ſagittarum multitudine ſervavere incolumem.* ibid. *ejuſmodi quoque compoſita fuit in navali prælio.* ibid. *ſi in locis concavis, anguſtis, & lutoſis exercitu proficiſcente, hæſura viderentur impedimenta, tali facta teſtudine militet, equos & ipſa vehicula tranſmittere ſolent.* ibid. *uſi ea Romani in triplici diſcrimine.* ibid. *nomen à teſtudine accepit, ob firmitatem, & quia optime tegit.* 352.b. *ejus uſus duplex.* ibid.
Tetrarchæ, qui, & unde dicti. 49.b
Thala urbs inter ingentes ſolitudines poſita. 344.a.
Tharros, urbs in Africa. 471.b
apud Thebanos nemo Reipub. admovebatur, niſi per decem annos à mercatura deſtitiſſet. 105.a
Theodorus ἀθεος vocatus. 247.a
Theophraſtus moriens Naturam accuſaſſe dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dediſſet. 190.b
Thera, cum primum emerſit, Calliſte vocata fuit. 234.a. *una ex inſulis Sporadibus.* ibid. *colonia fuit Lacedæmoniorum.* ibid.
Thirmida, Numidiæ urbs. 212.a
Thraces & Ligures auxilia miſerant populo Rom. ad bellum contra Jugurtham. 267.b
Thracia, Europæ regio celebris ad Pontum Euxinum. 268.b. *præter hanc Aſiatica quoque.* ibid. *ſex ejus provinciæ, &*

quæ

quæ illæ. ibid. *hodie uno nomine* Romania *appellatur.* ibid.
Tiberius Gracchus, C. Gracchi frater natu major in tribunatu plebis leges Agrarias contra nobilium voluntatem tulit. 254.a.255.a. *postea cum ducentis ejusdem factionis ab optimatibus, duce Scipione Nasica occisus est.* 254.a. *mortem sibi impendere significans, manu caput tetigit, quod nobiles ita acceperunt, quasi diadema posceret.* ibid.b. *in ejus amicos & clientes quæstiones crudeles habitæ.* ibid.
Tiberii inter & Caji cædem quot anni interfuerint. 276.b
Tigranes, Rex Majoris Armeniæ. 443.a. *Mithridati bellum dissuadet.* 447.a. *ejus insolens dominatio.* 471.b
Tigris & Euphrates uno fonte manant in Armenia. 491.494
Tigris unde dictus. 490.b.491.a. *Asiæ flumen celebre.* 490.b. πολυώνυμος. 490.b. 491.a
Timidis maximum in prælio periculum, audacia pro muro habetur. 175
Timor auribus officit. 173.b
Tisidium, oppidum, ad quod Metellus Jugurtham ut imperaretur, vocavit. 306.a. *ejus situs.* ibid.
Togam paludamento mutare, quid. 464.a
Toga picta, quid. 418.b. *palmata, quid.* ibid.
Togati proprie Romani. 237.a
Togis in pace utebantur. 464.a,b
Toreuma, quid. 53.a
Tormentum dictum omnis machina, qua aliquid vi emittitur. 301.b
L. Torquati Consulis res gestæ. 45.a
Torquatus unde dictus. 158.b
Tragula, quid. 420.a
Trahere cum animo. 347.a
Tramites, quid. 172.a
Transenna, quid. 418.a
Transfugæ cur ad explorandum maxime idonei. 294.b
Transigere de criminibus capitalibus, excepto adulterio, apud Romanos prohibitum non erat, & quare. 31.b.32.a
Transire vitam silentio. 1
Transversos agere. 219.b
Triarii post primam aciem ponebantur, & quare. 178.a *quibusnam cum armis.* ibid.
Tribuni plebis homines adolescentes creabantur. 99.a. *quando à plebe creati.* ibid. *ut sacri inviolabilesque essent, lege sancitum.* ibid. *eorum summa autoritas.* ibid.b.271.b. *in prohibendo maxima potestas.* 99.b. *ea potestate nata gravitas optimatum excidit.* ibid. *hinc Senatusconsultis veteribus litera T subscribi solebat, eaque nota significabatur, illa Tribunos censuisse.* 100.a
Tribunitia potestas quando restituta. 99.a. *pestifera est.* 100.a. *ejus primus ortus.* ibid.
Tribunorum militarium duo erant genera. 182.a. *eorum officium.* ibid.
Tribunus plebis unus cæteros omnes impedire poterat. 261.a
Tricliniares lecti è ligno pretioso ad fabre facti, aut testudinum laminis sectis, ebore, argento etiam ac auro vestiti, aut etiam solidi. 338.a
Triumphandi modus. 79.a,b
Triumphare, quibus concessum. 79.a
in Triumphis quænam observabantur. ibid. *quid requirebatur.* ibid.a,b
Triumphus cui proprie debetur. ibid.
Triumviri capitales Romæ quando creati. 167.b. *eorum officium.* ibid.
Trumviri, qui, & eorum munus. 277.a
Trojanorum tempore invadendarum terrarum causa fuit navigatio. 493
Tuba Latinis, Græcis proprie Σάλπιγξ 177.a. *hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo & in se recurvo.* ibid. *ejus forma.* ibid.
Tubæ & cornua Tyrrhenorum inventum. 177.a
Tullianum, locus in carcere, & unde sic dictus. 168.a. *hodie D. Petro cognomento in carcere dicatus.* ibid.
Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictores, &c. primus instituit, ut Romæ haberentur. 146.b
Tumulti, pro, tumultus. 181.a
Tumultus, quid. 112.a. *& unde dictus.* ibid.
Turia flumen Hispaniæ. 409.a. πολυώνυμος. ibid.
Turma triginta continebat equites. 267.b. *unde dicta.* 268.b.288.b
Turpilius Sullanus Vaccensium præfectus, unus

unus ex omnibus Italicis intactus evasit. 314. *desertor præsidii à Metello necatur.* 316. *eum injuste damnatum postea compertum est.* ibid.a
Turpitudinis speciem quænam habeant. 175.a
Turres in aggere erant structæ, & in quem usum. 237.b. *ubi primo repertæ.* ibid. *earum descriptio.* 238.a
Tuscorum, ante Romanum imperium, late terra marique opes patuere. 74.a
Tutandis periculis, id est, propulsandis & defendendis. 388.b
Tyranni insolentes vera accipiundi. 471.a,b
Tyros & Phœnice purpura laudata. 231.a
Tyrus, licet Sidonis æmula, illi tamen fasces submittere cogitur. 324.a. *olim portu clara.* ibid.

V.

VAcca oppidum insigne Numidarum. 249.b. *ejusdem nominis urbs in Lusitania, quæ hujus forsan Colonia fuit.* ibid. *ut & fluvius.* ibid. *forum rerum venalium.* 285
Vaccæ urbi Metellus tentandi causa præsidium imposuit. 285.b.286.a
Vaccenses à Metello deficiunt, Romanorumque præsidium perfide interficiunt. 312. *perfidiæ pœnas luunt.* 315
Vacuus à culpa, nullius criminis conscius. 32.b
Vades dare coguntur, se obtemperaturos esse judicio, ii, qui in judicium vocantur. 264.a
Valentia, Contestanorum in Hispania Tarraconensi urbs. 409.b. *situs.* 410.a
Valentinianus & Theodosius Cæsares, quos namgraviori pœna dignos censent. 156.a
Valeria lex de provocatione quando lata. 147.a
Valerianæ legiones à P. Clodio sollicitatæ. 459.b
L. Valerii Flacci Lex, qua solvi creditoribus quadrantem jubet, quando lata. 89.b
Valerio Lævino prætori bellum contra Philippum mandatur. 389.a. *ejus res gestæ.* ibid.b. *& successores in eo bello.* ibid.
Valerius Publicola legem tulit, qua eum qui provocasset, virgis cædi, securique necari vetuit. 142.b
Vallum, quid. 239.b. *idem quod sudes.* ibid.
Vani, qui proprie dicti. 61.b
L. Varguntejus, de ambitu interrogatus ab Hortensio defensus fuit, postea conjurationis accusatus, in exilium abiit. 40.b. *conjuratus, Ciceroni insidiatur.* 73
Vasa cælata, quæ. 23 a,b
Vecors, quis. 37.a
Vectis, quid. 474.a
Vectigal, quid. 151.a. 358.a
Vectigales provinciæ, quæ. 151 a
Vectigalia, imperii patrimonium. 518.b
Vectigalium, quæ provinciis imponuntur. duo genera. 50.b
Vejentes & Tarquinienses à Romanis ad Arsiam sylvam victi. 384.b. *Aruns Tarquinii filius Brutusque mutua vi in hoc prælio occisi sunt.* ibid.
Velitaria arma, quæ. 368.b
Velites viri pedites erant, sublati tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adessent, eosque in pugna de pedibus juvarent. 285.a,b. *eorum usus quando repertus.* ibid. *erant juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, & ab equitibus assuefacti, & vehi post se, & desilire perniciter ubi signum datum esset.* ibid. *missilia ex equis optime dirigebant.* ibid. *hos inter & ferentarios nostros* Drageons, *differentia, quæ.* ibid. *eos adversus elephantos ordinarunt antiqui, & quare.* 288.a
Velleii error. 308.a
Venatio præludium ipsius bellicæ prudentiæ. 204.b. *immoderata in Principibus reprehenditur.* ibid.
Venenum duplex. 19.a
Venum ire, id est, vendi. 247.a
Venus ἀλιγενὴς unde dicta. 344.b
Ver novum, adultum, præceps, quando dicatur. 493
Verres prætor cum totam Siciliam rapinis & furtis vexasset, querelæ à Siculis Romam delatæ sunt; atque à Cicerone Siculorum causam suscipiente repetundarum reus factus, damnatus est. 259.a
Versus, quid. 207.b
Vertere, pro, considerare. 483.a
Vertet, pro, vertetur. 156.b
Verutum, quid. 437.a. *Græcis* Σαυνιον ibid.
Vesta, Chaldæis אשתא *Eshtha, ignem denotat.* 34.a. *ejus cultus apud Chaldæos &*

Perſas præcipuus fuit. ibid. *quem Hebræi idololatricum volunt.* ibid. *quibuſdam Terra & quare.* ibid. *nutrix Jovis dicta.* ibid.b

Veſtales virgines eligendi mos. 33.b. *earum in igne aſſervando diligentia.* ibid. *earum inceſti convictarum pœna.* ibid.

Vettius Picens aliena bene parta prodegit. 391

Vexo, frequentativum à veho. 53.b

Vices, pugnam ſignificant, & quare. 493

Vici urbani unde dicti. 132.b

Vicus ex multiplicatis domibus fit. 132.b. *extra urbem pluribus connexis ædificiis pagus dicitur.* ibid.

Victima, quid. 307.b

Victi ut nomen acciperent eorum qui viciſſent, conſuetudo fuit apud antiquos. 231.a

Victos occidere, jus belli appellatur. 139.a

Victoris arbitrio pace bellum mutatur, non victi. 175.b

Victor victum armis ſpoliat, & eo cum gloria reportat. 330.b

Victori duo facere neceſſe eſt, & quæ. 503.b

Victoria natura inſolens eſt & ſuperba. 24.a

de Victoria minore non triumphus, ſed ovatio indicebatur. 79.b

Victoriæ ſimulachrum alatum fingebant. 418.a. *quare.* ibid. *in Olympia extitit.* ibid. *ejus ſignum accipiter.* ibid. *ejus ſtatua Romæ in Jovis Capitolini templo.* ibid.b. *ejus templum antiquiſſimum in Aventino ab Arcadibus conditum.* ibid. *ludi in ejus honorem inſtituti.* ibid.

Vigiles armati vigilabant, olim tamen ſcutum iis ademptum, & quare. 281.a. *poſtea redditum.* ibid. *qui illo die in expeditione fuerat, ne vicibus quidem ſuis vigilabat, & cauſa.* ibid.

Vigiliarum initio, aut paulo ante ipſas omnia ſigna cecinerunt. 281.a

Vigiliæ, equites, nonnunquam Tribuni, quin & ipſe Imperator interdum & cum eo legati, circuibant. 281.a

Vigiliæ & excubiæ ſæpe confunduntur. 280.a. *erant nocturnæ.* ibid. *in his teſſera locum habebat.* ibid.b. *quam teſſerarium, teſtibus adhibitis, centurioni in tabernaculo dabat, & centurio aliis, donec ad primos manipulos perventum eſſet.* ibid. *qui ordo dupliciter bonus.* ibid.a. *erant quaternæ.* 281.a

Vigilum ordo & diſtributio. 280.b.281.a

Villa publica in campo Martio fuit. 505.b

Vim vi repellere, jure naturali & gentium conceſſum. 239.a

Vincere divitias, nimio ſumptu ſuperare. 53.b

Vincere & vinci Reipubl. calamitoſum. 186.b

Vincula ſempiterna ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt. 149.a. *in Vinculis, pro cuſtodia.* 148.b

Vinculorum nomine quid complexi ſint. ibid.

Vindicare ſe in libertatem. 50.a

Vindicare, quid. 81.a

Vindicta, quid. ibid. *ea ſervi in libertatem aſſerebantur.* ibid.

Vinea unde dicta. 237.a. *ejus deſcriptio.* ibid. *à Cæſare porticus vocatur.* ibid. *poſtea Catti dicebantur.* ibid

Virginius Cæſonem Quintium rerum multis vadibus vadatus eſt. 265.a

Viri in otio degentes, abſentes & foris rem gerentes, amicos per literas excitare, & quaſi ſui officii commonefacere ſolebant. 515.a

Virtutis exactos ſatellites Catones appellavit antiquitas. 164.a

Virtus, pro fortitudine. 13.b. & paſſim.

Virtus immortalis. 2.b. *ut & gloria ex ea parta.* ibid. *qua homines, qui eam adepti ſunt, immortales reddit.* ibid.

Virtuti ſemper comes invidia. 204.b

Vis, *plural.* 425.b

Viſceratio, ἀρτυσιαί. 196.a

Vitabundus. 267.a

Vita & mors jura naturæ ſunt. 466

Vitæ rationem ab aliquo repoſcere, & ſuæ non poſſe reddere, nihil quod minus ferendum eſto 151.b

Vitam hominis imbecillam eſſe & brevem, non modo vulgus, ſed & doctiſſimi viri conqueſti ſunt. 19.a,b. *hanc regit Fortuna non ſapientia.* ibid.b. *quod refutat Salluſtius.* ibid.b

Vivere ac anima frui quis dicatur. 6

Ulciſci, paſſive poſitum. 255.a

Ulyſſes in adverſis dicitabat, τολμήεις μοι θυμός. 516.b

Umbo, Græcis ἄμβων, quid. 313.b. *ejus uſus.* ibid.

Vocabula aliquot militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſoleat. 179.a

Volturcius Crotonienſis conjuratus cum Allobrogibus ad Catilinam proficiſcitur. 113. *Lentuli ad Catilinam literas ſine nomine ſcriptas portat.* 114. *quid in illis Lentulus Catilinæ perſuadere intendat.* ibid. a. *prætoribus ſeſe dedit.* 114

Voluntas & libido ut differant. 277.b

Voluptates non tantum ſequuntur, ſed etiam præcedunt mala. 510.a. *paulo momento tranſit, nihilque in ea boni, quam parvula delectatio.* ibid. *quænam venandæ.* 509.b

Volux, filius Bocchi. 369. *à patre Sullæ obviam mittitur.* ibid. *dubiæ fidei apud Sullam.* 371

Vota jam ſuſcepta, ſcriptis tabulis confirmare, atque ipſas ſæpe tabulas Deorum quibus voverant, cera genibus affigere, veteres ſolebant. 157.a. *ſolennia publica in Capitolio concipiebantur.* ibid.

Votis caput obligare, pro devotione atque imprecatione magica ſumitur. 157.b

C. Urbinus, quæſtor. 417

Urbs, quid, & unde dicta. 82.a

Utica, Punicarum in Africa urbium, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit. 243.b. *ejus ſitus.* ibid. *Tyriorum colonia fuit.* ibid. *ante Carthaginem condita, & à quibus.* ibid. *unde ſic dicta.* 244.a. *in Romana erat provincia.* ibid.

Vulcanalia celebrabantur in honorem Vulcani. 452.a. *quo die.* ibid. *diverſa à tubiluſtrii feſto.* ibid.

Vulcani templum à Romulo extra muros urbis poſitum fuit. 452.a. *& quare.* ibid. *idem eſt cum Tubalcaino.* ibid. *ab eo ars æraria & ferraria reperta.* ibid. *quomodo pictus.* ibid. *nullum ejus in Græcia egregium opus extat, præter ſceptrum Agamemnonis.* ibid. *in ejus honorem ludi piſcatorii quotannis fieri ſolitì.* ibid. b. *in Lemnum cecidiſſe fingitur.* 453.a

Vulgi mobilitas demonſtratur. 124.b

Vulgus non aliter delectatur auri & argenti colore, quam ſolis radiis. 511.a

Uxor tribus modis habebatur. 139.a. *uſu, farre, coëmptione.* ibid. *ſed confarreatio ſolis Pontificibus convenitbat.* ibid.b

X.

Xerolibya, pars Africæ quondam inter Tripolin & Pentapolin. 227.a

Xiphilini locus in Epitome correctus. 181.a

Z.

Zama, Africæ urbs. 297.a. ibid. *dicta à Samar, quod canere ſignificat Hebræis.* ibid. *à Romanis diruta.* ibid. *ejus ſitus.* 298. *regni Numidiæ arx.* 297. *oppugnatur.* 298. & ſeqq.

Zenobii, Mithridatici exercitus, Ducis crudelitas. 420.b

Zenonis, ſummi ingenio viri, ſententiæ & præcepta. 165.b

FINIS.



Digitized

absolvere non potuit. 354. a. *sed quod ipse non quivit, fecit ejus libertus Epicadus, & qualis ille.* ibid. *cum decimas Herculi solvens populo prandia daret, Metellam uxorem jam animam agentem repudiavit, ac in aliam domum viventem adhuc transferri jussit, & quare.* ibid. a,b *Valeriam nimis lascive sibi in theatro blandientem uxorem duxit.* ibid.b. *ante civilem victoriam omnium fuit fortunatissimus, & non minus virtute & industria, quam fortuna valebat.* ibid *post virtutem suam pristinam amisit, eamque in impietatem & crudelitatem convertit.* ibidem. *Quæstor Marii.* 366. b. *Dictator, traditione Jugurthæ semper signavit.* 376. b. *qua cum filius ejus Faustus in numismatibus quoque veteribus signare solitus fuit.* ibidem. *Dictaturam quando deposuit.* 386.b. *quando mortuus.* 388.a. *se alterum Romulum dicit.* 389 b. *unus omnium post hominum memoriam supplicia in post-futuros instituit.* 389 b. 390. a. *post depositam Dictaturam, demisso à se publico præsidio, palam in foro dixit, se rerum ab se gestarum rationem reddere paratum esse.* 392. a. *Consulis Scipionis exercitum corrumpit.* 470.a,b. *illo bellatore nihil mitius, victore nihil truculentius fuit aut crudelius.* 501.a. *ei lege belli in victoria omnia licuere.* 519. a

Syllani milites bellum civile exoptabant, & quare 38.a

P. Sylla & P. Autronius Consules designati, & ambitûs condemnati. 52.b *eorum conjuratio.* ibid.

P. Sulpicius, tribunus plebis perniciosas leges promulgat. 396. b. *in villa quadam latens, indicio servi occisus.* ibidem. *qui servus ob mercedem manumissus, ob infidelitatem saxo dejectus fuit.* ibid.

Superare, *id est, reliquum esse, & restare.* 317.a

Superbia, & contemptor vulgi animus, maximum plerumque nobilitatis venenum. 355.a

Super, *Præpositio & Postpositio.* 468. b. 469.a

Superiores agunt quicquid possunt, inferiores perferunt. 51.b

Supplex apud Judæos manum subjiciebat femori ejus, cui supplicabat. 90.a. *apud Græcos Romanosque quid.* ibid. *apud Homerum quid.* 91.a

Supplices velatis manibus incedere moris fuit. 157. b. *ut & genua tum Deorum, tum mortalium attingere.* ibid. *in cultu divino aut ora Deorum osculabantur, aut dextras, aut denique ipsos pedes.* ibid. *sæpe eminus osculabantur porrecta manu, quam verenter ad os suum referebant & suaviabantur, ne scil. Deos ipso ore suo profano tangerent.* 158.a. *quomodo hoc faciebant.* ibid. *frontem, januas & postes templorum osculabantur.* ibidem. *crinibus passis templa verrebant.* ibid.

Supplicum, apud antiquos, jura. 90.a

Supra caput esse, eminere. 156.b

Sustinere, pro *gerere, patrare.* 162.b

Suum quemque scelus agitat. 36.a

Syphax rex Masæsylorum, cum Scipionem in sua regia hospitaliter excepisset, amicitiæ fœdera, & contra Pœnos consilia cum eo init. 201.b. *hunc Asdrubal ut à Romanis divelleret, ejus animum, Sophonisba filia ei in matrimonium data, occupat, cujus instigatione dementatus, amicitiæ Scipionis, antequam in Africam venisset, per legatos renunciat.* ibid. & 202.a. *cujus perfidiæ magnas mox pœnas dedit, & quæ illæ pœnæ.* ibid.

Syphacis Numidiæ regis agros, urbesque Romani Masinissæ dono dant. 202. a. 216.

Syrtes duæ, & earum descriptio. 325.a

T.

TAbula *propriè quid* 53. a. *earum dignatio Romæ præcipua increvit à Mar. Valerio Messala.* ibid.

Tacitus emendandus. 512.a

Talentorum varia genera fuere. 443.b

Tana alius quam Tanais, nomen celeberrimi fluminis, quod Europam ab Asia dividit. 345.b

Tarentum, Calabriæ urbs. 404.a,b. *ejus descriptio.* ibid. *hodie* Tarento *dicitur.* ibid.

Tarquiniorum nomen, Romanis, post expulsos Reges, adeo invidiosum fuit, ut eo nomine nemo fuerit appellatus. 125.a,b

L. Tarquinius, conjurationis index in vincula

cula conjicitur. 125. ejus indicio non habetur fides. 126

Tarquinius unde Superbus dictus. 21.b. male partum & male administratum imperium amisit. ibid. Lucretiæ stuprum intulit. ibid. ea de caussa Brutus patriam à tyrannide liberavit. ibid. ad Porsennam regem fugit, Etrusco bello & filii morte fractus. 384.b. duodecim Tusciæ populos frequentibus armis subegit. 146.b. inde omnia decora & insignia, quibus Imperii dignitas eminet, sumpta sunt. ibid.

Tarracina, urbs Volscorum. 116.b. antea ab asperitate loci Trachinne dicta fuit. ibid. Ovidio Trachas dicitur. ibid. Volscorum lingua Anxur appellata. ibid. ubi & Jupiter ejus nominis colebatur. ibid. Romani illuc coloniam deduxere. ibid.

Tartanius, amnis Bithyniæ est. 457

Tartessus, Hispaniæ urbs opulentissima. 415. unde dicta. ibid. a triplex fuit apud veteres. ibid. Gaddir nonnullis dicta. ibid. Phœnices primi inde magna argenti vi allata ad tantas opes crevere. ibid. inde discedentes anchoras, & reliquam suppellectilem ex argento conflavere. ibid.

Tauri, populi in Sarmatia Europæa. 487.a. eorum summa crudelitas. ibid. regio Taurinia vocatur. ibid.

Ταῦροι, sic veteres omnia grandia & robusta vocavere. 413.a

Tauromenia, Siciliæ Colonia. 486.b. πολυώνυμος. ibid.

Taurus, Mons Asiæ, totius orbis terrarum maximus. 413.a. unde sic dictus. ibid. universam Asiam ab Eoo Oceano discriminat. ibid. pro gentium & linguarum varietate plurifariam nominatur. ibid. πολυώνυμος. ibid.a,b. in sacris litteris Ararath vocatur. ibid.b

Teia, unde dicta. 494

Telum proprie quid. 72 a. à Græca voce τηλε figuratum. ibid. ejus appellatione omnia accipiuntur, quibus singuli nocere possunt. ibid.

Tempestas, pro periculo. 49.b

Templum quid, & unde dictum. 26.a,b

Tentare, id est, experiri. 248.b

Teymestini, populi citerioris Hispaniæ. 427.a

Terræ patere quomodo dicantur. 17.b

Tesseram dimidiatam hospitibus dari, mos antiquus. 187.b

Tesseram hospitalem quisnam fregisse dicatur. ibid.

Testes septem in testamento faciendo adhibiti. 37.a

Testimonii apud veteres duplex erat ratio. ibid.b

Testudo, quid. 350.a,b. ejus origo. ibid. duplicem excogitarunt Romani. 351.a. In hac construenda equites etiam in medium recepti, qui, ne quid aliis incommodarent, etiam equos genua flectere, seque inclinare docebant. ibid. eadem usi in oppugnatione murorum Romani, & quo pacto. ibid. ut & Batavi. ibid.b. simili Persæ, regem suum à balistarum ictibus & sagittarum multitudine servavere incolumem. ibid. ejusmodi quoque composita fuit in navali prælio. ibid. si in locis concavis, angustis, & lutosis exercitu proficiscente, hæsura viderentur impedimenta, tali facta testudine milites, equos & ipsa vehicula transmittere solent. ibid. nisi ea Romani in triplici discrimine. ibid. nomen à testudine accepit, ob firmitatem, & quia optime tegit. 352.b. ejus usus duplex. ibid.

Tetrarchæ, qui, & unde dicti. 49.b

Thala urbs inter ingentes solitudines posita. 344.a.

Tharros, urbs in Africa. 471.b

apud Thebanos nemo Reipub. admovebatur, nisi per decem annos à mercatura destitisset. 105.a

Theodorus ἄθεος vocatus. 247.a

Theophrastus moriens Naturam accusasse dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dedisset. 190.b

Thera, cum primum emersit, Calliste vocata fuit. 234.a. una ex insulis Sporadibus. ibid. colonia fuit Lacedæmoniorum. ibid.

Thirmida, Numidiæ urbs. 212.a

Thraces & Ligures auxilia miserant populo Rom. ad bellum contra Jugurtham. 267.b

Thracia, Europæ regio celebris ad Pontum Euxinum. 268.b. præter hanc Asiatica quoque. ibid. sex ejus provinciæ, & qua

quæ illæ. ibid. *hodie uno nomine* Romania *appellatur.* ibid.
Tiberius Gracchus, C. Gracchi frater natu major in tribunatu plebis leges Agrarias contra nobilium voluntatem tulit. 254.a.255.a. *postea cum ducentis ejusdem factionis ab optimatibus, duce Scipione Nasica occisus est.* 254.a. *mortem sibi impendere significans, manu caput tetigit, quod nobiles ita acceperunt, quasi diadema posceret.* ibid.b. *in ejus amicos & clientes quæstiones crudeles habitæ.* ibid.
Tiberii inter & Caji cædem quot anni interfuerint. 276.b
Tigranes, Rex Majoris Armeniæ. 443.a. *Mithridati bellum dissuadet.* 447.a. *ejus insolens dominatio.* 471.b
Tigris & Euphrates uno fonte manant in Armenia. 491.494
Tigris unde dictus. 490.b.491.a. *Asiæ flumen celebre.* 490.b. πολυώνυμος. 490.b. 491.a
Timidis maximum in prælio periculum, audacia pro muro habetur. 175
Timor auribus officit. 173.b
Tisidium, oppidum, ad quod Metellus Jugurtham ut imperaretur, vocavit. 306.a. *ejus situs.* ibid.
Togam paludamento mutare, quid. 464.a
Toga picta, quid. 418.b. *palmata, quid.* ibid.
Togati proprie Romani. 237.a
Togis in pace utebantur. 464.a,b
Toreuma, quid. 53.a
Tormentum dictum omnis machina, qua aliquid vi emittitur. 301.b
L. Torquati Consulis res gestæ. 45.a
Torquatus unde dictus. 158.b
Tragula, quid. 420.a
Trahere cum animo. 347.a
Tramites, quid. 172.a
Transenna, quid. 418.a
Transfugæ cur ad explorandum maxime idonei. 294.b
Transigere de criminibus capitalibus, excepto adulterio, apud Romanos prohibitum non erat, & quare. 31.b.32.a
Transire vitam silentio. 1
Transversos agere. 219.b
Triarii post primam aciem ponebantur, & quare. 178.a *quibusnam cum armis.* ibid.
Tribuni plebis homines adolescentes creabantur. 99.a. *quando à plebe creati.* ibid. *ut sacri inviolabilesque essent, lege sancitum.* ibid. *eorum summa autoritas.* ibid.b.271.b. *in prohibendo maxima potestas.* 99.b. *ea potestate nata gravitas optimatum cecidit.* ibid. *hinc Senatusconsultis veteribus litera* T *subscribi solebat, eaque nota significabatur, illa Tribunos censuisse.* 100.a
Tribunitia potestas quando restituta. 99.a. *pestifera est.* 100.a. *ejus primus ortus.* ibid.
Tribunorum militarium duo erant genera. 182.a. *eorum officium.* ibid.
Tribunus plebis unus cæteros omnes impedire poterat. 261.a
Tricliniares lecti è ligno pretioso adfabre facti, aut testudinum laminis sectis, ebore, argento etiam ac auro vestiti, aut etiam solidi. 338.a
Triumphandi modus. 79.a,b
Triumphare, quibus concessum. 79.a
in Triumphis quænam observabantur. ibid. *quid requirebatur.* ibid.a,b
Triumphus cui proprie debetur. ibid.
Triumviri capitales Romæ quando creati. 167.b. *eorum officium.* ibid.
Trumviri, qui, & eorum munus. 277.a
Trojanorum tempore invadendarum terrarum causa fuit navigatio. 493
Tuba Latinis, Græcis proprie Σάλπιγξ 177.a. *hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo & in se recurvo.* ibid. *ejus forma.* ibid.
Tubæ & cornua Tyrrhenorum inventum. 177.a
Tullianum, locus in carcere, & unde sic dictus. 168.a. *hodie D. Petro cognomento in carcere dicatus.* ibid.
Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictores, &c. primus instituit, ut Romæ haberentur. 146.b
Tumulti, pro, tumultus. 181.a
Tumultus, quid. 112.a. *& unde dictus.* ibid.
Turia flumen Hispaniæ. 409.a. πολυώνυμος. ibid.
Turma triginta continebat equites. 267.b. *unde dicta.* 268.b.288.b
Turpilius Sullanus Vaccensium præfectus, unus

unus ex omnibus Italicis intactus evasit. 314. *desertor præsidii à Metello necatur.* 316. *eum injuste damnatum postea compertum est.* ibid.a
Turpitudinis speciem quænam habeant. 175.a
Turres in aggere erant structæ, & in quem usum. 237.b. *ubi primo repertæ.* ibid. *earum descriptio.* 238.a
Tuscorum, ante Romanum imperium, late terra marique opes patuere. 74.a
Tutandis periculis, id est, propulsandis & defendendis. 388.b
Tyranni insolentes vera accipiundi. 471.a,b
Tyros & Phœnice purpura laudata. 231.a
Tyrus, licet Sidonis æmula, illi tamen fasces submittere cogitur. 324.a. *olim portu clara.* ibid.

V.

VAcca oppidum insigne Numidarum. 249.b. *ejusdem nominis urbs in Lusitania, quæ hujus forsan Colonia fuit.* ibid. *ut & fluvius.* ibid. *forum rerum venalium.* 285
Vaccæ urbi Metellus tentandi causa præsidium imposuit. 285.b.286.a
Vaccenses à Metello deficiunt, Romanorumque præsidium perfide interficiunt. 312. *perfidiæ pœnas luunt.* 315
Vacuus à culpa, nullius criminis conscius. 32.b
Vades dare coguntur, se obtemperaturos esse judicio, ii, qui in judicium vocantur. 264.a
Valentia, Contestanorum in Hispania Tarraconensi urbs. 409.b. *situs.* 410.a
Valentinianus & Theodosius Cæsares, quosnam graviori pœna dignos censent. 156.a
Valeria lex de provocatione quando lata. 147.a
Valerianæ legiones à P. Clodio sollicitatæ. 459.b
L. Valerii Flacci Lex, qua solvi creditoribus quadrantem jubet, quando lata. 89.b
Valerio Lævino prætori bellum contra Philippum mandatur. 389.a. *ejus res gestæ.* ibid.b. *& successores in eo bello.* ibid.
Valerius Publicola legem tulit, qua eum qui provocasset, virgis cædi, securique necari vetuit. 142.b
Vallum, quid. 239.b. *idem quod sudes,* ibid.
Vani, qui proprie dicti. 61.b
L. Varguntejus, de ambitu interrogatus ab Hortensio defensus fuit, postea conjurationis accusatus, in exilium abiit. 40.b. *conjuratus, Ciceroni insidiatur.* 73
Vasa cælata, quæ. 23 a,b
Vecors, quis. 37.a
Vectis, quid. 474.a
Vectigal, quid. 151.a.358.a
Vectigales provinciæ, quæ. 151 a
Vectigalia, imperii patrimonium. 518.b
Vectigalium, quæ provinciis imponuntur. duo genera. 50.b
Vejentes & Tarquinienses à Romanis ad Arsiam sylvam victi. 384.b. *Arruns Tarquinii filius Brutusque mutua vi in hoc prælio occisi sunt.* ibid.
Velitaria arma, quæ. 368.b
Velites viri pedites erant, sublati tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adessent, eosque in pugna de pedibus juvarent. 285.a,b. *eorum usus quando repertus.* ibid. *erant juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, & ab equitibus assuefacti, & vehi post se, & desilire perniciter ubi signum datum esset.* ibid. *missilia ex equis optime dirigebant,* ibid. *hos inter & ferentarios nostros* Drageons, *differentia, quæ.* ibid. *eos adversus elephantos ordinarunt antiqui, & quare.* 288.a
Velleii error. 308.a
Venatio præludium ipsius bellicæ prudentiæ. 204.b. *immoderata in Principibus reprehenditur.* ibid.
Venenum duplex. 19.a
Venum ire, id est, vendi. 247.a
Venus ἀλιγενὴς unde dicta. 334.b
Ver novum, adultum, præceps, quando dicatur. 493
Verres prætor cum totam Siciliam rapinis & furtis vexasset, querelæ à Siculis Romam delatæ sunt; atque à Cicerone Siculorum causam suscipiente repetundarum reus factus, damnatus est. 259.a
Versus, quid. 207.b
Vertere, pro, considerare. 483.a
Vertet, pro, vertetur. 156.b
Verutum, quid. 437.a. *Græcis* Σαυνιον ibid.
Vesta, Chaldæis אשתא *Estha, ignem denotat.* 34.a. *ejus cultus apud Chaldæos &*

Perſas præcipuus fuit. ibid. *quem Hebræi idololatricum volunt.* ibid. *quibuſdam Terra & quare.* ibid. *nutrix Jovis dicta.* ibid.b

Veſtales virgines eligendi mos. 33.b. *earum in igne aſſervando diligentia.* ibid. *earum inceſti convictarum pœna.* ibid.

Vettius Picens aliena bene parta prodegit. 391

Vexo, frequentativum à veho. 53.b

Vices, pugnam ſignificant, & quare. 493

Vici urbani unde dicti. 132.b

Vicus ex multiplicatis domibus fit. 132.b. *extra urbem pluribus connexis ædificiis pagus dicitur.* ibid.

Victima, quid. 307.b

Victi ut nomen acciperent eorum qui viciſſent, conſuetudo fuit apud antiquos. 231.a

Victos occidere, jus belli appellatur. 139.a

Victoriæ arbitrio pace bellum mutatur, non victi. 175.b

Victor victum armis ſpoliat, & ea cum gloria reportat. 330.b

Victori duo facere neceſſe eſt, & quæ. 503.b

Victoria natura inſolens eſt & ſuperba. 24.a

de Victoria minore non triumphus, ſed ovatio indicebatur. 79.b

Victoriæ ſimulachrum alatum fingebant. 418.a. *quare.* ibid. *in Olympia extitit.* ibid. *ejus ſignum accipiter.* ibid. *ejus ſtatua Romæ in Jovis Capitolini templo.* ibid.b. *ejus templum antiquiſſimum in Aventino ab Arcadibus conditum.* ibid. *ludi in ejus honorem inſtituti.* ibid.

Vigiles armati vigilabant, olim tamen ſcutum iis ademptum, & quare. 281.a. *poſtea redditum.* ibid. *qui illo die in expeditione fuerat, ne vicibus quidem ſuis vigilabat, & cauſa.* ibid.

Vigiliarum initio, aut paulo ante ipſas omnia ſigna cecinerunt. 281.a

Vigilias, equites, nonnunquam Tribuni, quin & ipſe Imperator interdum & cum eo legati, circuibant. 281.a

Vigiliæ & excubiæ ſæpe confunduntur. 280.a. *erant nocturnæ.* ibid. *in his teſſera locum habebat.* ibid.b. *quam teſſeravim, teſtibus adhibitis, centurioni in tabernaculo dabat, & centurio aliis, donec ad primos manipulos perventum eſſet.* ibid. *qui ordo dupliciter bonus.* ibid.a. *erant quaternæ.* 281.a

Vigilum ordo & diſtributio. 280.b.281.a

Villa publica in campo Martio fuit. 505.b

Vim vi repellere, jure naturali & gentium conceſſum. 239.a

Vincere divitias, nimio ſumptu ſuperare. 53.b

Vincere & vinci Reipubl. calamitoſum. 186.b

Vincula ſempiterna ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt. 149.a. *in Vinculis, pro cuſtodia.* 148.b

Vinculorum nomine quid complexi ſint. ibid.

Vindicare ſe in libertatem. 50.a

Vindicare, quid. 81.a

Vindicta, quid. ibid. *ea ſervi in libertatem aſſerebantur.* ibid.

Vinea unde dicta. 237.a. *ejus deſcriptio.* ibid. *à Cæſare porticus vocatur.* ibid. *poſtea Catti dicebantur.* ibid

Virginius Cæſonem Quintium rerum multis vadibus vadatus eſt. 265.a

Viri in otio degentes, abſentes & foris rem gerentes, amicos per literas excitare, & quaſi ſui officii commonefacere ſolebant. 515.a

Virtutis exactos ſatellites Catones appellavit antiquitas. 164.a

Virtus, pro fortitudine. 13.b. & paſſim.

Virtus immortalis. 2.b. *ut & gloria ex ea parta.* ibid. *quæ homines, qui eam adepti ſunt, immortales reddit.* ibid.

Virtuti ſemper comes invidia. 204.b

Vis, *plural.* 425.b

Viſceratio, ἀπαρχαί. 196.a

Vitabundus. 267.a

Vita & mors jura naturæ ſunt. 466

Vitæ rationem ab aliquo repoſcere, & ſuæ non poſſe reddere, nihil quod minus ferendum eſto 151.b

Vitam hominis imbecillam eſſe & brevem, non modo vulgus, ſed & doctiſſimi viri conqueſti ſunt. 19.a,b. *hanc regit Fortuna non ſapientia.* ibid.b. *quod refutat Salluſtius.* ibid.b

Vivere ac anima frui quis dicatur. 6

Ulciſci, paſſive poſitum. 255.a

Ulyſſes in adverſis dicitabat, τολμήεις μοι θυμός. 516.b

Umbo, Græcis ἄμβων, quid. 313.b. *ejus uſus.* ibid.

Vocabula aliquot militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſoleat. 179.a

Digitized by Google

Volturcius Crotoniensis conjuratus cum Allobrogibus ad Catilinam proficiscitur. 113. *Lentuli ad Catilinam literas sine nomine scriptas portat.* 114. *quid in illis Lentulus Catilinæ persuadere intendat.* ibid. a. *prætoribus sese dedit.* 114

Voluntas & libido ut differant. 277.b

Voluptates non tantum sequuntur, sed etiam præcedunt mala. 510.a. *paulo momento transit, nihilque in ea boni, quam parvula delectatio.* ibid. *quænam venandæ.* 509.b

Volux, filius Bocchi. 369. *à patre Sullæ obviam mittitur.* ibid. *dubiæ fidei apud Sullam.* 371

Vota jam suscepta, scriptis tabulis confirmare, atque ipsas sæpe tabulas Deorum quibus voverant, cera genibus affigere, veteres solebant. 157.a. *solennia publica in Capitolio concipiebantur.* ibid.

Votis caput obligare, pro devotione atque imprecatione magica sumitur. 157.b

C. Urbinus, quæstor. 417

Urbs, quid, & unde dicta. 82.a

Utica, Punicarum in Africa urbium, si Carthaginem demas, nulli cessit. 243.b. *ejus situs.* ibid. *Tyriorum colonia fuit.* ibid. *ante Carthaginem condita, & à quibus.* ibid. *unde sic dicta.* 244.a. *in Romana erat provincia.* ibid.

Vulcanalia celebrabantur in honorem Vulcani. 452.a. *quo die.* ibid. *diversa à tubilustrii festo.* ibid.

Vulcani templum à Romulo extra muros urbis positum fuit. 452.a. *& quare.* ibid. *idem est cum Tubalcaino.* ibid. *ab eo ars æraria & ferraria reperta.* ibid. *quomodo pictus.* ibid. *nullum ejus in Græcia egregium opus extat, præter sceptrum Agamemnonis.* ibid. *in ejus honorem ludi piscatorii quotannis fieri solitl.* ibid. b. *in Lemnum cecidisse fingitur.* 453.a

Vulgi mobilitas demonstratur. 124.b

Vulgus non aliter delectatur auri & argenti colore, quam solis radiis. 511.a

Uxor tribus modis habebatur. 139.a. *usu, farre, coëmptione.* ibid. *sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat.* ibid.b

X.

XErolibya, pars Africæ quondam inter Tripolin & Pentapolin. 227.a

Xiphilini locus in Epitome correctus. 181.a

Z.

ZAma, Africæ urbs. 297.a. τολυσύνυμος. ibid. *dicta à Samar, quod canere significat Hebræis.* ibid. *à Romanis diruta.* ibid. *ejus situs.* 298. *regni Numidiæ arx.* 297. *oppugnatur.* 298. & seqq.

Zenobii, Mithridatici exercitus, Ducis crudelitas. 420.b

Zenonis, summi ingenio viri, sententiæ & præcepta. 165.b

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google